Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
E
34
NAPOLI

XXI
E
34

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS
DVARDI
DE
SOCIETATIBVS.

Digitized by Google

DE SOCIETATIBVS TRACTATVS


LEONARDI DVARDI MANICALCIATENSIS

ORDINIS CLERICORVM REGVLARIVM
THEATINORVM PRESBYTERI, THEOL.
AC I. V. D.

IN QVO AGITVR

De ſocietate in genere.
De ſocietate omnium bonorum ſimpliciter.
De ſocietate omnium bonorum ad quæſtum.
De ſocietate omnium bonorum inter coniuges.
De ſocietate negociationis.
De ſocietate animalium.
De ſocietate Officiorum Rom. Curiæ denique diffusè tractatur.

Cum his enim reliquarum omnium ſocietatum explicatio ſufficienter traditur.



NEAPOLI. Ex Typographia Octauij Beltrani, M.DC.XXXXIV.

Superiorum Licentia.

Illuſtriſsimo,& Reuerendiſsimo Domino

D. THOMAE

CARACCIOLO

ARCHIEPISCOPO TARENTINO

Ex Cler. Regul. aſſumpto.

INclyto tuo muniti nomine produnt hi de Societatibus libri, quos numeris omnibus à ſe abſolutos patruus meus, etiam committere prælo iam cæperat. Obteſtatur Typographus; Leonardum affirmare non ſe peruenturum ad libri primi calcem, vel typis properãtibus: cum autem poſtremum eius libri iam impreſſum ad autorem folium, deferret, inopinato audiuiſſe; Virum probum ſenio, labore, & aduerſa, atque diutina confectum valetudine eodem prorſus

die

Digitized by Google

die animam efflaſſe. Poſthumi itaque libri Secundus, & Tertius: ſed quia ab originali M.S. (modo errata exceperimus, quibus nullum non prælũ ſcaterę ſolet) nullatenus diſcrepent. Quinimo neque propter hoc ipſum à me additum epiſtolium, quippiam variant; quando & illud ab Authoris mente, quæ tum alijs cognita, mihi cum maximè, qui eius conſilij, deſiderij, & obſequij hæres

Opus iſtuc
Eruditiſsimi, & pijſsimi Viri
Leonardi Duardi Clerici Regularis
TIBI PRAESVLI
NOBILISSIMO
RELIGIOSISSIMO
VIGILANTISSIMO
D.D.D.

Addictiſsimus ſeruus, & obſequentiſsimus
Leonardus Duardus Nepos Cl. Reg.

IVſſu A.R.P. noſtro Generalis D. Matthęi Santomango nos infraſcripti accuratè recognouimus tractatum de Societatibus, compoſitum à P. D. Leonardo Duardo noſtræ Religionis Theologo, & V.I.D. Nihilque in eo aduertere potuimus, quod fidei ortodoxe, vel bonis moribus repugnet; quinimo ſic erudité, diligenter, & claré hęc difficilis ſocietatum materia pertractatur, vt nihil amplius deſiderari poſſe videatur. Denique partus eſt non abſimilis alijs eiuſdem authoris de cenſibus, & in *Bullam* cœnę, quare vt in publicam vtilitatem typis mandetur omninò cenſemus Romę die 8. Ianuarii 1634.

Ego D. Paulus Maria Quartus Cl. Reg. Sacræ Theol. profeſſor manu propria.
Ego D. Franciſcus Caraſa Cl. Reg Sacræ Theol. profeſſor manu propr.

D. Philippus Maria Guadagnius Congregationis Clericorum Regularium Præpoſitus Generalis.

HOc opus inſcriptum De Societatibus à P. D. Leonardo Duardo S.T. & V.I.D. compoſitum, & iuxta præfixam aſſertionem PP. Theologorum quibus id commiſit Prædeceſſor noſter, recognitum, & approbatum. Vt typis mandetur, quoad nos ſpectat, facultatem concedimus. In quorum fidem præſentes litteras manu propria ſubſcripſimus, & ſolito noſtro ſigillo firmauimus. Romæ in *E*dibus noſtris S. Silueſtri Mont. Quir. 12. Kalendas Ianuarii MDCXXXVI.

D. Philippus Maria Guadagnius Præpoſitus Gen. Cler. Reg.
D. Franciſcus Barlius Secret.

Imprimatur
Fœlix Tamburellus Vicar. Gener. Neap.

Io. Dominicus Auliſius Can. dep. vid.
D. Thomas de Aquino Cl. Reg. dep. vid.

---

*I*lluſtriſſ. & Excellentiſſ. Domine.

IVſſu Excellentiæ tuæ vidi loculentiſsimum tractatum de Societatibus; iamdiu deſideratum per doctiſsimum, & adm. R. *D.* Leonardum *D*uardum elaboratum. *I*n eo *C*atholicæ fidei, aut bonis moribus repugnans; nihil reperi; immò, opus cenſeo, ſententijs graue, verbis elegans; ſtilo ſublime; fecundia vberrimam, veritate, & breuitate præcellens V.I.P. theſaurum, ſtudioſi vtilè; & forenſes cauſas agentibus pernéceſſarium; vt nihil vltra deſiderari poſsit; & nullam vlterius in ſocietatis materia; dubitandi anſam poſteris reliquerit; & proinde illud omni mora poſtpoſita typis cudendum cenſeo ad communem omnium Pragmaticorum vtilitatem, tibique omnem precor fælicitatem. Vale. *N*eapoli die 13. *I*ulij 1636.

E.V. Addictiſsimus ſeruus *I*o. Dominicus Coſcia *C*omes Palatinus, & primam Iuris Pontificij in hoc almo gymnaſio regens cathed.

*V*iſa retroſcripta relatione. *I*mprimatur.

Tapia *R*eg. Brancia Reg. Zufia *R*eg. Caſanate Reg.
*P*rouiſum per *S*uam *E*xcellent. *N*eap. de 12. *I*unii 1636. Tagliauia.

PROOEMIVM AD LECTOREM.

VTilis admodum, ac practicabilis, & humanæ ſocietati, publicæque vtilitati perneceſſaria, ſocietatis tractatio à Doctoribus communiter exiſtimatur. Nos igitur (candidiſſime Lector) ad huius rei faciliorem intelligentiam, ſolitam methodum proſequentes, totum tractatum in tres libros diſſecare opere pretium eſſe duximus. Et quidem in primo libro ſocietatis in genere definitionē in medium afferemus, vbi nonnulla ad totius tractatus generalem euidentiam pertinentia, traduntur. In ſecundo de eiuſdem diuiſione præcipuiſque ſpeciebus tractabimus. Et in tertiò denique qualiter, & quando diſſolui contingat, pariter definiemus. Hos autem libros per capita, capita verò per ſuas quæſtiones explicantes, rem ipſam totam facilè, breuiter, ac ordinatè, prout à D.O.M. datum nobis fuerit, abſoluemus.

TABVLA CAPITVLORVM, & Quæſtionum.

LIBER PRIMVS.

Caput Primum.
DE Definitione ſocietatis.
Quotuplex ſit definitio. Q.1. fol. 1.
De Definitione quid nominis, Ethymologia, ſeu deriuatione ſocietatis. Q.2. fol. 2.
De ſocietatis eſſentiali, ſeu quidditatiua definitione. Q.3. fol. 3.

Caput Secundum.
IBi, *conuentio honeſta*. fol. 5.
An ſocietas ſit verè contractus, vel potius quaſi contractus. Q.1. f. 5.
An ſocietatis contractus ſit nominatus, vel potius innominatus. Q.2. fol. 7.
An ſocietatis contractus ſit bonæfidei, vel potius ſtricti iuris. Q.3. f. 8.
An ſocietatis contractus ſit onerofus, vel potius lucratiuus. Q.4. fol. 10.
An ſocietatis contractus ſolo conſẽſu perficiatur. Q.5. fol. 11.
Societatis contractus qualiter conſenſu perficiatur, tam tacito, quã expreſſo. Q.6. fol. 13.

Caput Tertium.
IN definitione, ibi *Duorũ pluriumue*. fol. 18.
An populi, & impuberes ſocietatem contrahere valeant, & cum eiſdem ſocietas contrahi. Q.1. fol. 18.
An puberes, minores tamen, validè ſocietatem cõtrahant. Q.2. fol. 25.
An ebrij, irati, letitia perciti, prodigi, amore capti, lunatici, frenetici, mente capti, amentes, fatui, ſtulti, ac furioſi aliquando ſocietatem validè contrahant. Q.3. fol. 32.
An mutus, & ſurdus poſſint ſocietatem contrahere. Q.4. fol. 39.
An mulier ſocietatis contractum celebrare poſſit. Q.5. fol. 44.
An filius familias poſſit ſocietatem contrahere. Q.6. fol. 49.
An ſeruus ſocietatem cõtrahere poſſit. Q.7. fol. 55.
An Religioſus poſſit ſocietatem contrahere. Q.8. fol. 57.
An Clerici valeant ſocietatem contrahere. Q.9. fol. 63.
An excommunicati valeant ſocietatem contrahere. Q.10.
An licitum ſit Fidelibus ſocietatem contrahere cum Infidelibus. Q.11. fol. 67.
An aliqui ſint, qui ratione eorum munerum, aut ex alia cauſa vltra rationes, & cauſas ſupra relatas, ſocietatem coire prohibeantur. Q.12. fol. 71.

Caput Quartum.
IN definitione, ibi *Ad conferendũ aliquid, &c.* fol. 72.
Quarum rerum ſit collatio in ſocietate, atq; adeo ſuper quibus rebus contrahi poſſit ſocietas. q.1. ibid.
An quæ in ſocietate conferuntur debeant eſſe æqualia, vel ſatis ſit, ſi ſint inæqualia. Q.2. fol. 75.
An rerum, quæ in ſocietate conferũtur, dominum, ac poſſeſſio omnibus ſocijs communicentur. Q.3. fol. 78.
An dominium, & poſſeſſio rerum quæſitarum durante ſocietate, cõmunicentur omnibus ſocijs. Q.4. fol. 87.
An ſi conſtet, bona empta ab vno ex ſocijs, fuiſſe empta communi nomine, ſed non conſtat, an propria, vel communi, aut propria alterius ſocij pecunia fuiſſe empta, in dubio cenſeantur empta pecunia cõmuni. Q.5. fol. 97.

Caput Quintum.
IN definitione, ibi *In vſum, lucrũ, vel quæſitum*. fol. 101.

a De

De ſignificatu, & vi dictorum terminorum, vſus, lucti, ac quæſtus. Q. 1. fol. 102.
An ſi duo, vel plures ſocij ſint alicuius domus quoad vſum, vnus poſſit locare domum illam, altero, aut alijs reluctantibus. Q. 2. ibid.
An domus ſocietatis iure communis quoad dominium, & poſſeſſionem poſſit ab vno ex ſocijs locari, alijs ſocijs reluctantibus. Q. 3. fol. 103.
An ſi ſocius inhabitans domum cõmunem, conuentione vnita de ſoluendo mercedem alteri ſocio, finito tempore inhabitationem continuauerit, ſolitam mercedem ſoluere teneatur. Q. 4. fol. 105.
Quid agendum quando ſocij conuenientes in locando ſociali domo locari ſolita, diſcordãt quoad perſonam, cui facienda ſit locatio, Q. 5. fol. 106.
An vnus ex ſocij, volens commune prædium colore, ac ſeminare, poſſit ab altero ſocio prohiberi. Q. 6. fol. 108.
An bona acquiſita in ſocietate ad lucrum, vel ad quæſtum vendi poſſint ab vno ex ſocijs, altero inuito. Q. 7. fol. 109.

LIBER SECVNDVS.

Caput Primum.

De diuiſione ſocietatis. fol. 111.
De ſocietate vniuerſali omnium bonorum ſimpliciter, & primo de eiuſdem deffinitione. Q. 1. fol. 112.
De diuiſione ſocietatis omnium bonorum ſimpliciter. Q. 2. fol. 113.
Qualiter contrahatur ſocietas omniũ bonorum ſimpliciter tàm tacita, quàm expreſſa. q. 3. fol. 116.
Quæ nam veniant communicanda in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, ſiue expreſſa. q. 4. fol. 121.
An in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, omnia damna, & expẽſæ inter ſocios communicentur. q. 5. fol. 125.
An in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, dos pro maritanda filia vnius ex ſocijs, ſolui debeat de communi. q. 6. fol. 129.
An expenſæ pro funere vnius ex ſocijs omnium bonorum, præmortui de communi fieri debeant. q. 7. fol. 136.
Qualiter diuidantur lucra inter ſocios omnium bonorum ſimpliciter. q. 8. fol. 137.
Ad lucrum extrahi poſſit à ſocietate omnium bonorum, durante adhuc ipſa ſocietate. q. 9. fol. 139.

Caput Secundum.

De vniuerſali ſocietate omniũ bonorũ ad quæſtum tantùm; non autem ad lucrum. fol. 141.
An ſocietas omnium bonorum ad quæſtũ rectè diuidatur in expreſſam, ac tacitam. q. 1. fol. 142.
Qualiter contrahatur ſocietas omnium bonorum ad quæſtum tum tacita, tũ etiam expreſſa. q. 2. ibid.
Ad aliqua differentia cõſtituatur inter ſocietatem omnium bonorum ad quæſtum tacitam, & expreſſam. q. 3. fol. 145.
An ſocietas ſi contrahatur cum pacto, vt quæſtus, & lucrum communicentur, dicatur ſocietas omnium bonorum ſimpliciter, vel ſocietas vniuerſalis ad quæſtum. q. 4. ibid.
Quæ veniant communicanda in ſocietate vniuerſali ad quæſtum. q. 5. fol. 149.
An theſaurus inuentus ab vno ex ſocijs omnium bonorum ex quæſtu, ſeu vniuerſaliter ad quæſtum veniant cõmunicandus. q. 6. fol. 154.
An ſocius, qui rem communem in vniuerſali ſocietate ad quæſtum proprio nomine adminiſtrauit, ſibi totum lucrum acquirat. q. 7. fol. 155.
An ſocius in ſocietate vniuerſali ad quæſtum poſſit vti re communi, vt ſuum priuatum cõmodum augeat. q. 8. fol. 156.
Qualiter diuidatur lucrum, & damnum

num

nũ in ſocietate vniuerſali ad quæſtum.q.9.ibid.

Caput Tertium.

DE ſocietate vniuerſali bonorum omniũ inter coniuges,conſtante matrimonio.fol.157.

An de iure ſocietas omnium bonorum inter coniuges contrahi poſſit.q.1. ibid.

An inter coniuges cenſeatur de iure tacitè contracta ſocietate, eo ipſo quod ſimul habitat. q.2.ibid.

An iure aliquo mancipali cenſeatur inter coniuges contracta ſocietas omnium bonorum, eo ipſo, quòd ſimul habetur.q.3. fol.159.

An in ſocietate omnium bonorum inter coniuges omnia eorum bona ſimpliciter,ac abſolutè communicentur,& finita ſocietate diuidantur. q.4. ibid.

Quænam expenſæ,quæue damna cõmunicanda ſint inter coniuges, conſtante matrimonio; quæ verò diuidẽda matrimonio ſoluto. q.5. fol.162.

An coniuges de bonis communibus, vel ſaltem ſuper lucratis, teneantur dotare filias. q.6. ibid.

Caput quartum.

DE ſocietate particulari, & primo de ſocietate negotiationis.f.175.

De ſocietate negotiationis tacita, & expreſſa,qualiter cõtrahatur. q.1. fol. 176.

Quot modis contrahitur ſocietas negotiationis. q.2. fol.177.

An ſocietas negotiationis, in qua vnus ponit pecuniam,& alter operas cum pacto, vt fiat communio in lucro,ſit iniuſta, ſi in ea fiat pactum quod capitale collatum ſaluum remaneat,atq; adeo periculo non ſit ſuppoſitum.q.3.fol.178.

An ſocietas negotiationis, in qua vnus pecuniã ponit, & alter operas, cum pacto, vt communio fiat in lucro tantùm,& damnum capitalis ſit cõmune,ſit iuſta.q.4.f.184.

An eo caſu, quòd pactum de ſalua ſorte in totum,vel pro parte in ſocietate,in qua fit communio in lucro tantùm, attenta eius natura,ſit irrationabile,fiat rationabile, ſi ad arbitrium boni viri compenſetur in lucro.q.5. fol.186.

An pactum,quod capitale ſit ſaluum ſimpliciter in totum, vel in parte, attenta natura ſocietatis, in qua fit communio in lucro tantùm inualidum, poſſit reddi iuſtum, & rationabile à contractu aſſecurationis ei adiuncto. q.6. fol.190.

An iuſta ſit ſocietas negotiationis, in qua vnus confert pecuniam, alter operas, & fiat communio in lucro tantùm, cum pacto de ſalua ſorte, & de reddendo à recipiente ſortem,ſingulis annis,certum lucrum paruum pro incerto magno. q. 7. fol. 197.

An iuſta cenſeatur ſocietas, in qua vnus ponit centum aureos: alter verò operam,& induſtriam,valentes quoque centum aureos, cum pacto, vt lucrum dumtaxat æqualiter diuidatur.q.8. fol.203.

An ſi vnus ex ſocijs conferat 100.aureos: & alter conferat operas valentes totidem aureos, poſſit intereos conueniri, vt in fine ſocietatis vnus poſſit repetere ſortem ſi ſalua remaneat; alter verò pretium operarum: & lucrum, quod ſupereſt diuidi inter ipſos. q. 9. fol.207.

An ſi vnus conferat 100.aureos:alter verò operas,& conueniat, quòd ſi in fine ſocietatis nullum reperiatur lucrum; ſed tantùm capitale ſaluum, illud integrum reddatur, conferenti, tale pactum ſit rationabile.q.10. fol.208.

An ſi vnus ponat pecuniam 100. aureorum; alter verò operas,poſſint paciſci, vt qui confert operas nullum damnum ſentiat; ſed habeat aliquam partem lucri,quam ipſius

opera meretur, & reliquum ſit eius, qui pecuniam contulit. q.11. fol. 213.

An vnus conferens pecuniam, & alter operas poſſint paciſci, vt vnus ſocius habeat duas partes lucri, & vnam damni, & alter duas damni, & vnum lucri. q.12. fol.214.

An ſi vnus ponat 100. aureos, & alter operas, & fiat pactum, vt ſocietas duret per quinquennium, ſi ante quinquennium capitale perierit, teneatur, qui cõtulit pecuniam aliam conferre. q.13. fol.215.

De ſocietate, in qua ſit communio in lucro, & capitali, an ſit licita. q.14. ibid.

An ſocietas, in qua vnus ex ſocijs confert pecuniam, & alter operas in dubio cenſeatur contracta, vt communio fiat in capitali, & lucro ſimul, vel tantùm in lucro. q.15. fol. 216.

An ſi vnus ex ſocijs conferat 100. aureos: alter verò operas, induſtriam, aut vſum nauigij valentes 100. quoque aureos, in dubio cenſeatur contracta, vt communio fiat in lucro tantum, vel non ſolùm in lucro, ſed etiam in capitali, q.16. fol. 217.

An ſocietas, in qua omnes ſocij ponunt pecuniam capitalem, cenſeatur coita, vt communio non ſolùm fiat in lucro, ſed etiam in capitali, vel in lucro tantum. q.17. fol. 218.

An conferens mille aureos, & alter operas valentes 100. poſſint paciſci, vt communio fiat non tantum in lucro, ſed etiam in ſorte, ſeu capitali. q.18. fol. 219.

De ſocietate, in qua ambo ſocij pecuniam dumtaxat conferunt, conducentes operam tertij, qui eam exerceat, an ſit licita. q. 19. 220.

An ſocietas, in qua omnes ſocij ponunt pecunias, & operas ſit licita, q.20. fol. 221.

De ſocietate, in qua vnus ponit capitale tantùm: alter verò capitale, operam, & induſtriam, an ſit licita. q.21. fol.222.

De ſocietate, in qua omnes ſocij conferunt operas, & induſtriam, an ſit licita. q.22. fol.223.

An ſi quis det mercatori 100. aureos ea lege, vt accipiens teneatur reſpondere de lucro, vel de damno, ſecundum quod ſimiles alij 100. aurei apud Titium lucrabuntur, aut peribunt, tale pactum ſit iuſtũ. q.23. ibid.

An ſi quis det Mercatori Neapoli 100. aureos recepturus Siciliæ tãtùm 50. ſi perierint in mari: & ſi nõ perierint, 120. iſte contractus ſit ſocietatis, & licitus. q.24. fol.224.

De regulis ad cognoſcendam iuſtitiam negotiationis, ſeu quæſtuariæ ſocietatis. q.25. ibid.

Quæ expenſæ, ac damna veniant cõmunicanda in particulari ſocietate negotiationis. q.26. fol.225.

Caput Quintum.

DE locatione, ac ſocietate animalium. fol.228.

An licita ſit animaliũ locatio, & conductio; & primo de conductione perſonæ ad cuſtodienda animalia. q.1. ibid.

An tradens alicui 100. oues paſcendas, ac cuſtodiendas, & promittẽs ei aliquam partem fructuum, nempè octauam, aut decimam, cenſeatur contractum inire ſocietatis, vel potius locationis, ſeu conductionis perſonæ, ſeu operarum. q. 2. fol. 230.

De locatione, ac condutione animalium an ſit licita. q.3. fol.232.

An cum quis animalia locat, ea lege, vt conductor eorum in ſe periculum ſuſcipiat, tum mortis, tum etiam deterriorationis; etiam ſi ex leuiſſima conductoris culpa, Dei iudicio, aut caſu fortuito proueniat, locatio ſit licita. q.4. fol.236.

An, & quando animalia dantur in

Digitized by Google

locatum æſtimata, contractus eo ipſo tranſeat in mutuum, aut in venditionem.q.5. fol.241.
De ſocietate animalium, prout à locatione diſtinguitur. q.6. fol.243.
De ſocietate animalium, in qua ſit lucri, ſeu fructuum tantùm communio, an eorum aliquo modo transferatur dominium in conſocium ponentem operas.q.7.f.244.
An in dubio quando contrahitur ſocietas animalium, cenſeatur contracta, vt communio fiat in lucro tantùm,& non in capitali.queſt.8. fol. 245.
An ſocietas animalium,in qua ſit cōmunio in eorum tātùm fructibus, ſit licita, ſi conferens ea,transferat omne illorum periculum in conſocium,ita vt capitale ſit ſaluum, & periculo nō ſit ſuppoſitum. q.9. fol. 247.
An iuſta ſit ſocietas, in qua vnus ponit 100.oues; & alter operas, ea lege,vt ſi quæ ex illis perierint,totidem reſtaurentur ex fœtibus; ita vt quādiu ſocietas durauerit,100. ſeruentur, & reliqui fœtus, & fructus æqualiter inter ipſos diuidantur.q.10.fol.249.
An qui contulit 100. oues, & alter operas in ſocietatę ſuper lucro tātùm,duratura per triennium;ſi ante triennium omnes pereāt, teneatur oues alias cōferre.q.11. f.251.
Qualiter fiat diuiſio fructuum animalium,eorumque commoditatū, damnorum, & expenſarum in hac ſocietate, in qua ſit communio in lucro tantùm, & non in capitali. q.12.fol.252.
De ſocietate animalium, in qua ſit communio, nō ſolùm in fructibus, ſed etiam in ipſis animalibus: & primò, an eorum transferatur dominium in accipientē.q.13.f.253.
Quot modis cōtrahitur ſocietas animalium,in qua ſit communio, non ſolùm in fructibus, ſed etiam in ipſis animalibus.q.14. fol.254.
An cùm dantur animalia, vt meliora ſiant,& deinde communicetur ipſa animalia,lucra,fructus, & fętus, & damna, & impenſæ, cenſeatur contracta ſocietas, de qua agitur, q.15.fol.255.
An ſocietas iuſta ſit, ſi in ea dentur 100.oues alicui ponenti operas,ad triennium, cum pacto, vt communio fiat tam in fructibus, quam in animalibus; ita tamen vt qualitercumque pereant, reſtaurentur ex fœtibus.q.16. fol.256.
An ſocietate,de qua agitur,poſſit fieri pactum,per quod totum periculum ouium qualitercumq; pereāt, pertineat ad accipiētem eas.q.17. ibid.
Qualiter fiat diuiſio fructum, & animalium in ſocietate, de qua agitur.q.18.fol.257.

Caput Sextum.

De ſocietatibus officiorum Romanæ Curiæ. fol. 257.

Fuit deinde alia conſtitutio edita per S.M.Paulum IV.noſtrę Religionis Fūdatorem optimum, quæ in Bullario extat collecta, & eiuſdē formalia verba ſunt, quæ ſequuntur, vt in fol. 260.

In quibus conueniant;in quibus verò differant inter ſe præfatæ Conſtitutiones. q.1. fol.263.
De origine ſocietatum officiorū Romanæ Curiæ.q.2. fol.266.
Quot modis contrahantur ſocietates ſuper officijs Romanæ Curiæ. q.3. fol.267.
De forma contrahendi ſocietates officiorum iuxta vſum, & conſuetudinem Vrbis.q.4.fol.268.
An ſocietas officiorum,de qua agitur ſit vera, & propria ſocietas. q.5. fol. 270.
De iuſtitia ſocietatū officiorum Romanæ Curiæ, q.6. fol.273.
De prima conditione ad officiorū ſocietates requiſita;nēpè,vt offi-

ciorum ſit, in quo ſocietas conſiſtat. §.1. fol.275.

An ſocietas officiorum contrahi poſſit ſuper officijs Romanæ Curiæ dumtaxat,vel etiam ſuper alijs officijs extra Vrbem.q.1.ibid.

Ad officium, ſuper quo contrahitur ſocietas debeat eſſe vocabile, vel poſſit eſſe quoque non vocabile. q.2. fol.276.

An ſocietas contrahi poſſit, non ſolùm ſuper officio empto;ſed etiam ſuper officio emendo.q.3.fol.280.

An ſocietas cõtrahi poſsit ſuper fructibus tantùm officij,non autem ſuper officio, & eiuſdem titulo. q.4. ibid.

An ſocietas coiri poſsit ſuper titulo tantùm officij, & non ſuper eius fructibus.q.5.

An ſocietas contrahi poſsit, non ſolùm ſuper officio proprio, ſed etiã ſuper officio alieno.q.6. fol.287.

An officialis commodans officium poſsit percipere emolumentum aliquod ab eo, cui illud cõmodat. q.7.fol.291.

An officialis, qui pecunias ad ſocietatem recepit eas licitè poſsit accommodare alteri, qui ſocietatis onus in ſe ſuſcipiat.q.8.fol.292.

An officium, ſuper quo contrahitur ſocietas debeat habere maſsã certam.q.9. fol.293.

An ſocietas cõtrahi poſsit ſuper ſcripturis Notariatus Rotæ,aut Auditoris Cameræ Apoſtolicæ. q. 10. fol.294.

An ſocietas contrahi poſsit, non ſolùm ſuper vno, ſed etiã ſuper pluribus officijs. q.11.fol.295.

An tradens ſuam pecuniam officiali habenti proprium officium,& non accipiẽti pecuniam vltra valorem eius;verùm non cogitans de ſocietate,ſed tantùm, vt lucrum ex pecunia percipiat ad rationem 12. pro 100.dicatur iuſtè contrahere. q.12.fol.296.

An vi ſponſionis, ac pacti poſſit ſocietas conſiſtere ſine officio proprio,nec alterius.q.13. fol.297.

DE ſecũda cõditione,quę requiritur ad officiorũ ſocietatis coeũdas:ne ſcilicet officialis plures ſocios ſibi adiungat, quam ſit officij valor.§.2.fol.304.

An officium tanti valere dicendum ſit,quanti eſt emptum: an verò tanti, quanti vendi poteſt tempore ſocietatis initæ.q.1. ibid.

An officialis, qui officium emit reddens ad rationem 10.pro quolibet 100.poſſit ſuper illud ſocietatem contrahere ad rationem 12. q. 2. fol.305.

An is,qui tantum pecuniarum quantitatem ſuper officio dedit, quæ aſcendat ad integrum valorem eius, poſſit paciſci omnes fructus ſibi ſolui ex ipſo officio prouenientes,durante ſocietate.q.3.fol.310.

An ſocietas contracta vltra valorem officij, ipſo iure vitietur, vel ſaltẽ ſubſtineatur quoad irritetur. q.4. fol. 311.

An ſocietas contracta vltra valorem officij in totum vitietur,vel ſaltem ſubſtineatur quoad eiuſdem valorem.q.5.fol.313.

An officialis, qui vltra valorem officij ſcienter ſuper eo, ſocietatem contraxit,& pecunias recipit,poſſit recuſare fructus ſoluere. q. 6. fol. 317.

An officialis, qui vltra valorem officij ſcienter ſocietatem ſuper eo contraxit,& fructus ſocio eiuſdem incapacitatis conſcio, ſoluit,poſſit eos repetere.q.7. fol.318.

An in caſibus,in quibus officialis nõ poſsit fructus repetere,ſocius,qui ſocietatem cõtraxit ſuper officio, vltra valorem eius, & fructus percepit, tenetur in foro conſcientiæ eos reſtituere.q.8.fol.322.

An ſocietas contracta vltra valorem officij ſubſtineri poſſit, ſaltem in vim

vim cenſus vitalitij.q.9.fol.326.

An ſocietas vltra valorem officij cõtracta, poſſit ſubſtineri ſaltem in vim ſponſionis, ſeu pacti. q.10. fol.327.

An ſocietas vltra valorem officij cõtracta ſubſtineri poſſit in vim mutui cũ intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis;ita vt officialis teneatur pecuniam acceptam, vna cũ intereſſe,ſocio reſtituere. q.11. fol.329.

An propter Vrbis conſuetudinem, ineundi ſocietatem,vltra valorem officij, huiuſmodi contractus ſubſtineantur ex bona fide contrahẽtium,exiſtimantium, eos eſſe licitos.q.12.fol.339.

DE tertia conditione ad officiorũ ſocietates expoſtulata, nẽpè, vt ſocius, quem ſibi officialis adſciſcit, pecuniam numeratam coram Notario, & teſtibus ſoluat. §. 3. fol. 342.

An ſatis ſit ad ſocietatem officiorum contrahendam,ſi à ſocio in alia re, quam in pecunia ſolutio fiat. q.1. ibid.

An attenta natura ſocietatis officiorum, non aliter contrahi poſsit, quàm in pecunia; etiam ſecluſis Vrbis, & Curiæ ſtylo,ac conſuetudine.q.2. fol.346.

An officialis recipiens ſuper eius officio pecuniam numeratam à ſocio coram Notario,& teſtibus,in ipſa celebratione inſtrumenti,ſi eã deinde mox reſtituat ex conuentione prius inita, contractus reddatur irritus. q.3. fol.352.

An ad validitatem contractus ſocietatis officiorum, ſolutio pecuniæ debeat fieri officiali dumtaxat, & non alteri eius nomine.q.4.f.354.

An ſi pecunia numeretur in abſentia Notarij: & deinde numerata tradatur officiali coram eodem in actu celebrationis inſtrumento ſocietatis officiorum, cenſeatur Vrbis conſuetudini,& Romanæ Curiæ ſtylo ſatisfactum. q.5. fol.355.

An ſocietas officiorum cõtrahi poſſit ex pecunia ab officiali ante debita.q.6. fol.357.

An ſi quis mutuet 100. aureos officiali coram Notario, & teſtibus numeratos,cum pacto,vt niſi præfinito die reddantur, ex nunc cenſeatur contracta ſocietas ſuper officio ad rationem ſex pro quolibet ſemeſtre,&c.ſocietas dicatur valida.q.7. fol.362.

An ſocietas officiorum contrahi aliquo caſu poſſit in pecunia credita. q.8.fol.363.

An attenta natura ſocietatis officiorum,atque adeo de iure naturali, & in foro conſcientiæ, poſſit ſocietas ipſa coiri pecunia credita. q.9.fol.366.

An ſcriptura pro forma requiratur in contractu ſocietatis officiorum. q.10.fol.368.

DE quarta conditione,quã ſocietas officiorum exigit, nempè,(ſi ſocius moriatur intra ſex menſes, officialis lucretur pecuniã:& præterea licitũ ſit ſocio intra 15. dies nominare alium, cuius vitæ periculo ſtet pecunia apud officialẽ.) §.4.fol.370.

An conditio ſupradicta iuſta eſſe dicatur. q.1. ibid.

Ibi,(ſi ſocius moriatur,&c.) Qualis debeat eſſe mors ſocij, aut alterius,cuius vitæ periculo ſtat pecunia apud officialem, ad hoc vt officialis pecuniam ipſam lucretur. q.2. fol.371.

An ſi morte violenta moriatur perſona, per ſocium nominata, cuius vitæ periculo ſtat pecunia apud officialem, officialis ipſe pecuniã ſibi collatam à ſocio ſuam ſibi faciat.q.3. fol.372.

An ſi is, cuius vitæ periculo ſtat pecunia apud officialem gladio ſe ipſum interimat,officialis ipſe pecuniam

Digitized by Google

cuniam collatam lucretur . q. 4. fol. 373.

An ſi is,cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem , fuerit laqueo ſuſpenſus,aut capite truncatus ob eius delictum, officialis pecunias collatas ſuas ſibi faciat. q.5.fol.375.

An ſi is, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem profectus ad bellum, ab hoſtibus occidatur, officialis pecunias ipſas ſuas ſibi faciat.q.6.fol.379.

An ſi is, cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ apud officialem proficiſcatur ad bellum , & per quamplurimos annos, facta diligentia , non reperiatur , præſumitur mortuus morte violenta,vel naturali. q.7. fol.381.

An ſi is,cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem, igne concremetur, officialis pecunias ipſas lucretur.q.8.fol.383.

An ſi is, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem,in colluctatione occidatur, officialis ipſe pecunias lucrabitur.q.9.fol.386.

An ſi is,cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem,volens,fuerit ab aliquo occiſus, durante ſocietate , officialis ipſe lucrabitur pecunias.q.10. fol.387.

An ſi is,cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem, fuerit vulneratus , & poſt quãplurimos dies decedat , officialis ipſe pecunias lucrabitur.q.11.ibid.

An ſi is,cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem,fuerit leuiter vulneratus,durante ſocietate , & ſuo malo regimine,vel medicorum imperitia deceſſerit, officialis pecunias lucrabitur.q.12.fol.388.

An is,in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ apud officialem,ſi durante ſocietate reperiatur mortuus in aliquo puteo , officialis pecunias ſuas ſibi faciat. q.13.fol.390.

An is,cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ apud officialem , ſi ab aliquo fuerit occiſus,ad ſui defenſionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ , officialis pecunias ipſas lucrabitur.q.14.ibid.

An ſi in ſtipulatione non eſſet exceptus caſus mortis violentæ eius,in cuius periculo ſtant pecuniæ apud officialem,& ab eo occidatur,officialis ipſe pecunias lucrabitur . q.15. fol.392.

An ſi mulier det pecunias ad ſocietatem ſuper eius vitæ periculo , & moriatur in partu,officialis ſuas illas ſibi faciat.q.16.ibid.

An ſi in contractu ſocietatis officiorum cum muliere,Notarius omittat clauſulam illam(Nec ex partu, nec ex cauſa partus.)Poſſit deinde eãdem inſtrumento addere. q.17. fol. 393.

An mulier grauida,quę contraxit ſocietatem ſuper eius vitæ periculo, cum clauſula illa (Nec ex partu , nec ex cauſa partus,) ſi moriatur ante partum,officialis pecunias ad ſocietatem datas lucrabitur. q.18. fol.394.

An ſi mulier , vel eius vir , qui pecunias officiali ad ſocietatem dedit , cauſam præbuerit , vt ipſa mulier decederet ex partu , vel ex cauſa partus,officialis pecunias ipſas lucrabitur.q.19. fol.396.

Ibi (intra ſex menſes,&c.) An ſi ſocius , in cuius periculo ſunt pecuniæ apud officialem, intra ſex mẽſes moriatur, antequam officialis ipſe promiſſos fideiuſſores,præfiſſo termino,dederit, pecunias ſuas ſibi faciat. q.20.fol.397.

An officialis ſi duos fideiuſſores promiſerit , & verum tantùm dederit ſoluto primo ſemeſtri anticipato , ſi is in cuius periculo ſtant pecuniæ intra ſex menſes , durante ſocietate moriatur,officialis ipſe pecunias lucrabitur. q.21. fol.402.

An

An officialis ſi promiſerit in caſu mortis, abſentiæ, vel deteriorationis fideiuſſorem intra certum tẽpus dare alios equè idoneos, & nõ dederit; moriente eo, in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ, pecunias ipſas lucretur. q. 22. fol. 403.
An clauſula reſolutiua poſita in pacto renouandi fideiuſſores, vt ſupra, referatur etiam ad promiſſionem dãdi fideiuſſores. q. 23. f. 407.
An ſi officialis promiſſos fideiuſſores dederit, vel renouauerit iuxta promiſſionem cum clauſula reſolutiua: verùm mulieres in fideiuſſores dedit, ſeu renouauit: & decedat is, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ, pecunias ipſas lucretur. q. 24. fol. 408.
An ſi officialis fideiuſſores promiſerit inſolidum obligandos, cum clauſula reſolutiua, vt ſupra; & dederit inſolidum non ſe obligantes: ac is, in cuius vitæ periculo ſint pecuniæ, durante ſocietate decedat, officialis pecunias ipſas lucrabitur. q. 25. fol. 409.
An ſi is, cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ intra ſex menſes deceſſerit poſt datos fideiuſſores; ſed poſt ſex menſes à die contractæ ſocietatis, officialis lucrabitur pecunias. q. 26. fol. 410.
An ſi ſocius, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ, decedat intra ſex menſes; ſed poſt publicationem bonorum ſuorum, officialis pecunias ipſas lucrabitur. q. 27. fol. 411.
Ibi, (Licitum ſit ſocio intra 15. dies nominare alium, &c.) Qualiter cõputandi ſint præfati dies, & an ab his excludatur dies contractus. q. 28. fol. 412.
An ſocius poſſit alium nominare ſeipſo iuniorem, ac robuſtiorem. q. 29. fol. 414.
An ſocius poſſit nominare Notariũ, cuius vitæ periculo ſtent pecuniæ apud officialem. q. 300. ibid.
An ſi infra 15. dies per ſocium non fiat nominatio pecuniæ, cuius vitæ periculo ſtent pecuniæ, poſſit ab eodem fieri nominatio poſt illos 15. & quandocumque intra ſemeſtre. q. 31. fol. 415.
An ſocius nominans perſonam, cuius vitæ periculo ſtent pecuniæ apud officialem, debeat ſuperuiuere aliquod determinatum tempus poſt nominationem, ad hoc, vt ſit valida nominatio. q. 32. fol. 416.
An nominatio perſonę, cuius vitę periculo ſtet pecunia apud officialem ſit intimanda. q. 33. fol. 419.
Qualiter nominatio perſonæ, cuius vitæ periculo ſtet pecuniæ apud officialem ſit intimanda. quæſt. 34. fol. 420.
An intimatio nominationis perſonæ, cuius vitæ periculo ſtent pecuniæ apud officialem, eiuſdemque in margine inſtrumenti annotatio, & in manuali regiſtratio adeò ſint de forma nominationis, vt ex illarum, aut alterius omiſſione nulla efficiatur nominatio. q. 35. ibid.
Quiſnam erit Iudex competẽs ad intimandam officiali nominationem perſonæ, ſeu translationem periculi vitæ, Iudex nominationis; & transferentis, an officialis. q. 36. fol. 424.
An fieri poſſit intimatio nominationis, ſeu translationis periculi vitæ, vt ſupra intra ſemeſtrem ſolutum, non obſtante pacto, quòd non poſſit fieri translatio periculi vitæ, ſi fuerint percepti fructus ſemeſtris. q. 37. fol. 425.
An facta nominatione perſonæ, &c. nominato ſit acquiſita aliqua actio, ita vt durante ſocietate, ipſe ad fructus agere valeat, & poſt mortem officialis pecuniã datam repetere. q. 38. fol. 427.
An ſi ſocius antequam alium nominet intra 15. dies moriatur, officialis lucretur pecunias ſibi ab ipſo ſocio

ſocio collatas. q.39. fol.428.

An facta nominatione, vt officialis lucretur pecunias,exigatur,vt premoriatur ſocius, vel perſona nominata à ſocie, vel vterque. q.40. fol.429.

An ſocius ſi omne ius,& totum commodum ſocietatis transferat in perſonam nominatam, cenſeatur in eam tranſtuliſſe ſocietatem. q.41. fol.430.

An ſi is, qui pecuniam contulit, & nominatus ſimul obirent, & ignoretur, an prior prius, vel poſterior expirauerit,officialis pecunias lucrabitur. q.42. ibid.

An durante ſocietate, poſt menſem decedente eo, quem ſocius nominauerat,ipſe ſocius,non ſolum pecunias perdat; ſed etiam lucrum ſemeſtris anticipato ſalutem teneatur reſtituere.q.43. fol.432.

DE quinta cõditione,ad officiorũ ſocietatem requiſita,nempè,(Vt officialis pecunias ad ſocietatem acceptas reſtituere debeat in omnem euentum,ſi is, qui dederit vixerit ad ſex menſes,& ſoluere certam lucri partem. §.5. ibid.

An ſupradicta conditio ſit iuſta. q. vnica.ibid.

DE ſexta ſocietatis officiorum conditione,nempè. (Quòd qui habet officium, & centum accipit ad ſocietatem ad ſex menſes, ſoluat ſex tamquam lucrum, & fructum ex centum. §.6.

An ſupradicta cõditio ſit iuſta, etiam ſi officium nõ reddat ad rationem ſex. q.vnica. fol.434.

DE ſeptima conditione ad ſocietatis officiorum contractum expoſtulata, nempè, (Vt officialis, qui pecunias accepit ad ſocietatem, lucrum ſoluat in principio ſemeſtris,& ſic anticipato.) §.7. fol.436.

An ſupradicta conditio iuſta eſſe cẽſeatur.q.1. ibid.

An ſi officialis in principio ſemeſtris decedat,perfecta ſocietate,ſocius, qui pecunias contulit, fructus ſemeſtris anticipato acceptos teneatur pro rata reſtituere.q.2.f.439.

DE octaua, & vltima conditione ad ſocietatem requiſita. videlicet, (Vt officialis ſoluat ſex pro centum in ſemeſtre iu omnẽ euentum, etiam poſt ſolutam ſocietatem, donec reſtituat ſortem acceptam.) §.8. fol.440.

An præfata conditio ſit iuſta. q.vnica. ibid.

LIBER TERTIVM.

Caput Primum.

QVot modis diſſoluatur ſocietas. q.vnica. fol.445.

Caput Secundum.

DE ſocietate qualiter diſſoluatur ex perſonis. fol.446.

Quænam dicatur mors naturalis.q.1. ibid.

Quænam dicatur mors ciuilis. q. 2. fol.447.

An ſocietas diſſoluatur morte naturali, prout diſtinguitur à violenta, vel prout diſtinguitur à ciuili.q.3. fol.448.

Qualiter morte ciuili neceſſaria, atque adeò capitis diminutione diſſoluatur ſocietas.q.4. fol.455.

An ſocietas diſſoluatur per mortem ciuilem voluntariam, atque adeò per Religionis ingreſſum. quæſ.5. fol.458.

Caput Tertium.

DE ſocietate, qualiter diſſoluatur rebus.ibid.

Qualiter ex rebus, rei conditionis mutatione ſocietas diſſoluatur. q. 1. fol.459.

Qualiter egeſtate diſſoluatur ſocietas. q.2. ibid.

Qualiter ex rebus, egeſtate, bonis omnibus egentis venditis,ſocietas diſſoluatur. q.3. fol.460.

Qualiter ex rebus,egeſtate per vnius ſocijs decoctionem, aut bonorum

om-

Digitized by Google

omnium ceſſionem ſocietas diſſoluatur. q.4. fol.460.

Qualiter ex rebus egeſtate per bonorũ publicationem ſocietas diſſoluatur.q.5.fol.461.

Qualiter ex rebus,per rerum alienationem ſocietas diſſoluatur. q.6. fol.464.

Qualiter ex rebus, per rerum ſociarium extinctionem ſocietas diſſoluatur.q.7.fol.466.

Caput Quartum.

DE ſocietate, qualiter diſſoluatur voluntate. fol.468.

Qualiter ſocietas diſſoluatur voluntate tacita.q.1.ibid.

Qualiter diſſoluatur ſocietas voluntate expreſſa.q.2. fol.472.

Caput Quintum.

DE ſocietate, qualiter dirimatur actione. q.vnica. fol.477.

Caput Sextum.

AD quænam obligentur ſocij, ſocietate diſſoluta. fol.478.

Quiſnam ex ſocijs teneatur rationem reddere.q.1.ibid.

An adminiſtrator ſocietatis poſſit rationem reddere in cartis,& folijs: vel teneatur librum rationis conficere.q.2. fol.482.

Qualis debeat eſſe liber rationis, vt fides ei adhibeatur.q.3. ibid.

An ſocius adminiſtrator teneatur librum rationem ſocio petenti edere. q.4. fol.484.

In quo lucro rationes ſunt reddendę à ſocio, qui adminiſtrationem ſocietatis habuit,q.5. fol.485.

Qualiter ſit faciẽdus calculus in reddenda ratione ſocietatis:qui ſumptus ſint admittendi; qui verò cõputandi in partem ſocij adminiſtrationis.q.6. fol.485.

Ad calculatoribus electis ad calculandas rationes in adminiſtratione ſocietatis debeatur ſalarium: quando,& à quibus.q.7.fol.493.

An calculus habeat vim ſententiæ diffinitiuæ, ac rei iudicatæ. q. 8. fol. 495.

An lata ſententia per Iudicem iuxta calculatorem relationem executionem habeat paratam contra adminiſtratorem ſocietatis. q. 9. ibid.

An executio ſententiæ per calculatores, ſeu per iudicem ex eorum ratione latæ contra adminiſtratorem ſocietatis, retardari poſſit, ſi excipiat de errore calculi. q. 10. fol. 497.

Pro quibus rebus facienda eſt executio contra ſocium adminiſtratorem ſocietatis vigore ſententiæ vi calculi latæ.q.11.fol.502.

An ſocius poſſit agere, & exequi pro reliquis, ſeu proportione ſibi debita cõtra ſocij adminiſtratoris fideiuſſores, eo prius non excuſſo. q.12.fol.506.

An ſocios poſſit agere contra conſocijs adminiſtratoris fideiuſſoris, ſi debitũ exigere diſtulerit, vel prorogationem dederit, & interim adminiſttator ipſe decoxerit. q. 13. fol.512.

An ſocius, renouata ſocietate poſſit agere contra fideiuſſores ſocij adminiſtratoris pro cõſecutione eius quod ſibi debetur. q.15. fol.514.

An fideiuſſores,qui ad ſex menſes,& non vltra acceſſerunt,reuocata ſocietate intra ſex menſes conueniri valeant. q.15. fol.516.

An fideiuſſores,qui ad ſex menſes,& non vltra acceſſerunt,diſſoluta ſocietate poſt ſex menſes, conueniri valeant pro reſtitutione ſortis. q. 16. fol.517.

An fideiuſſores dati pro ſocietate contrahenda, quæ tamen non fuit contracta, conueniri poſſint pro reſtituenda ſorte vna cum intereſſe,vel fructibus. q.17.fol.518.

An ſi mulieres in ſocietate pro aliquo ex ſocijs fideiuſſerint, ea diſſoluta poſſint à conſocio creditore conueniri, & contra eaſdẽ exequi.q.18. fol.519.

An

An recognoſcens bonam fidem, in quem pecuniæ, & tota ſocietatis vtilitas peruenerunt, poſſit conueniri per ſocium, qui pecunias contulit, non excuſſo officiali. q.19. fol. 521.

An accollans ſibi ſocietatem, ea diſdicta poſſit conueniri à ſocio, qui pecuniam contulit, pro reſtitutione ſortis. q.20. fol.522.

An fideiuſſor conuentus à ſocio creditore inſolidum poſſit agere contra principalem debitorem, pro quo fideiuſſit, & eiuſdem confideiuſſorem. q.21. fol.524.

An fideiuſſor conuentus à principalis creditore ſocietatis diſſolutæ, poſſit contrahere aliam ſocietatem pro ſolutione debiti: & poſtea repetere fructus ſecundæ ſocietatis à principali debitore primæ. q.22. fol. 525.

An fideiuſſor qui ſecundam ſocietatem contraxit pro ſolutione prima ad commodum, & incommodum principalis debitoris, decedente illo, in cuius vitæ periculo erant pecuniæ ſecundæ ſocietatis, eas lucretur, vel potius principalis debitor. q.23. fol.526.

FINIS.

LEONARDI DVARDI
Ordinis Clericorum Regularium Presbyteri.

TRACTATVS DE SOCIETATIBVS
Liber Primus.

In quo agitur de Definitione Societatis in genere, & quamplurima ad totius tractatus generalem intelligentiam ſufficienter traduntur.

De Definitione ſocietatis. Caput. I.

Quotuplex ſit definitio. Q. I.

SVMMARIVM.

1 *Definitio apud Dyalecticos duplex: quid nominis, & quid rei.*
2 *Mutuum, et commodatum qualiter inter ſe differant.*
3 *Poſſeſſio ex eo dicitur, quod pedum poſitio.*
4 *Teſtamentum ex eo dicitur, quòd teſtatio mentis ſit.*
5 *Definitio quid rei explicatur, poſt explicationem definitionis quid nominis.*
6 *Iuſtitia cur per voluntatem definiatur, oſtenditur.*
7 *Habitus per actus ſæpe definiuntur.*
8 *Habitus eſt principium boni actus.*
9 *Iuſtus dicitur ex eo quòd ius cuſtodit.*
10 *Iuſtitia cur dicatur conſtans, & perpetua voluntas.*
11 *Iuſtitia definitio tradita à Diuo Thoma.*
12 *Definitio in Moralibus qualiter dici poſsit eſſentialis.*
13 *Definitio omnis in iure periculoſa eſt.*

AD euidentiam eorum, quæ in hac re dicenda erunt, eſt adnotandum, quòd ſecundum Dyalecticos duplex datur definitio, quid nominis ſcilicèt altera, altera verò quid rei. Prior eſt ſubiecti, et hymologia, ſeu deriuatio; poſterior autem eſt rei quidditas, natura, & eſſentia. Exemplum primæ definitionis patet ex tex. in l. 2. §. appellata. ff. ſi certi petat. vbi Iuriſc. definiens mutuum ſic ait, *Mutuum ex eo dici-*
2 *tur, quòd de meo ſit tuum.* ſiquidem mutui trànsfertur dominium penes mutuatarium, cùm re mutuata vti non valeat, niſi conſumet illam, ad differentiam rei commodatæ, cuius dominium non transfertur penes commodatarium, & propterea mutuatario ſatis eſt, ſi rem mutuatam eamdem ſpecie reddat: commodatarium verò eandem rem commodatam numero reſtituere oportet. vt in d. l. 2. §. mutui autem datio. Sic etiam Paulus Iuriſc. in l. 1. ff. de acquir. poſſeſ. Ex Labeone, poſſeſſio-
3 nis nominis definitionem aſſignans, inquit, *Poſſeſſio ex eo dicitur, quod pedũ poſitio.* & Iuſtiniauus Imperator in iuſt. teſt. *teſta-*
4 *mẽtũ, (ait) ex eo dicetur, quod teſtatio mentis ſit.* Exemplũ denique poſterioris definitionis, conſtat in naturalibus ex definitione hominis, qui animal eſt rationale; atque ideò animal, & rationale, cùm totam con-
5 ſtituant eſſentiam hominis; meritò dicun-

tur eiuſdem definitio. In Moralibus quo-
que patet exemplum in definitione Iuſti-
tiæ, relata in l. iuſtitia, ff. de Iuſt. & iur. vbi
Iuriſc. poſt aſſignatam definitionem [illegible]
ſecundum eius nomē in l. 1. ff. eod. quiddi-
tatiuam Iuſtitiæ definitionem tradidit, ita
inquiens, *Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua*
volūtas, ius ſuū vnicuique tribuens, vbi ta-
men obiter eſt adnotandum ex D. Thoma
2. 2. q. 58. ar. 1. quod ly, voluntas, in defini-
tione poſita, denotat actum, non poten-
tiam. Etenim conſuetum eſt apud Docto-
7 res, habitus per actus definiri; Hinc D.
Auguſtinus Ioan. definiens fidem, ait, *Fi-*
des eſt credere, quod non vides. Cùm enim
omnis virtutis ſit habitus, qui eſt princi-
8 pium boni actus, neceſſe eſt, vt definitio
virtutis aſſignetur per actum bonum: iu-
ſtitiæ autem actus eſt, circa ea quæ ad al-
terum ſunt, ſicut circa propriam virtutis
9 materiam. [illegible] *Ius ſuum*
vnicuique tribuens. quia actus iuſtitiæ per
comparationem ad propriam materiam
virtutis, & obiectum exprimitur; atque
ideò iuſtus appellatur, ex eo quòd ius cu-
ſtodit. Verùm quia nullus actus circa quā-
cunque materiam poteſt dici virtutis, niſi
ſit voluntarius, ſtabilis, & firmus, ſcilicet
in definitione Iuſtitiæ ponitur, ly voluntas;
ad oſtendendū; quod actus Iuſtitiæ debet
10 eſſe voluntarius. Additur denique, *conſtans,*
et perpetua, ad deſignandum actus firmita-
tem. Poteſt etiam dici, quòd ly, Voluntas,
in definitione poſitum, habitum volunta-
tis denotet: quoniam ſicut ſcientia eſt ha-
bitus intellectus; ita virtus eſt habitus vo-
luntatis in voluntate reſidens. Hinc me-
ritò D. Thom. loco citato, iuſtitiam defi-
11 niuit per habitum, inquiens, *Iuſtitia eſt*
habitus ſecundum quem aliquis conſtanti, et
perpetua voluntate ius ſuum vnicuique tri-
buit. Quam definitionem eandem ferè, ait
eſſe cum ea, & quam Ariſt. tradidit. 5. Ethic.
[illegible] dicens, *Iuſtitia eſt habitus ſecundū*
quem aliquis dicitur operatiuus ſecundum
electionem iuſti.

Hæc autē definitio eſsētialis dici poteſt;
12 moraliſamen modo. ſi quidem in Morali-
bus non datur propriè rei eſſentia, ſicut
datur in Phyſicis: & propterea Phyloſo-
phus naturalis congruentem ſignat defi-
nitionem in naturalibus: quam tradere vix
13 poteſt Philoſophus moralis in Morali-
bus. Vndè rectè inquit Iuriſc. in l. omnis
definitio, ff. de regul. iur. quòd omnis defi-
nitio periculoſa eſt in iure; atque ideò in
Moralibus deſcriptio potius datur, quàm

vera, & exacta definitio. Cùm igitur du-
plex ſit definitio; nominis ſcilicet, & rei;
vtramque ſocietatis definitionem aſſigna-
re conabimur, & ideò vt in hac re ordina-
tè procedere videamur, primò videbimus,
quid ſit ſocietas ſecundum eius nomen,
Et hymologiam, ſeù deriuationem: & dein-
de quid ipſa ſit ſecundum eiuſdem eſſen-
tiam, & quidditatem, latius agemus.

De Definitione quid nominis, Et hymologia ſeu deriuatione ſocietatis Q. II.

SUMMARIUM.

1 *Societatis deriuatio, ſeù quid nominis defi-*
nitio traditur.
2 *Socij [illegible] definiuntur.*
3 *Conſortes cur appellentur vir, & vxor.*
4 *Sodalis quid, quidue ſodalitas, & ſodali-*
tates.

1 AD hanc difficultatē breuiter reſpon-
demus, quòd Societas deriuatur à
ſocio, ſocias, quod idem eſt, quod
iungo, iuxtà illud Cicer. pro Quin-
tio, *Cùm eo tu voluntariam ſocietatem*
coibas, qui te in hereditaria ſocietate frau-
dauerat. Vnde quando aliquem nobis
adiungimus in re aliqua ad participatio-
nē fortunæ, ac periculi, ſocietatem contra-
here procul dubio dicimur, vt colligitur ex
Sot. lib. 6. de Iuſt. & iur. q. 6. ar. 1. verſ. Hic
primum: qui ob id ait, ex hoc contractu,
de quo noſtra eſt tractatio, nomen ſorty
2 deriuatum eſſe, eo quòd ſinguli ſocij in
commune conferentes partes ſuas, ſorti
ac fortunæ exponantur, perdendi ſcilicet
eas, vel lucrandi ex eis: qua propter par-
tes illæ inuicem collatæ meritò appellātur
ſortes, Societas ipſa vocatur ſors: & ſo-
cij dicuntur conſortes, vt per Sot. loco
citato, iunctis ijs, quæ habentur ex Salon.
in D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 1. ſub num. 1.
Hinc virum, & vxorem eo quòd ſocij ſunt
3 iuxta illud Genes. cap. 3. *Mulier, quam de-*
diſti mihi ſociam decepit me. Conſortes ap-
pellat Bald. & Salyſ. in l. [illegible], ff. de cō-
trah. empt. Gozad. conſ. 79. in prin. &
Menoch. conſ. 122. num. 13. lib. 2. Dicitur
quoque Societas quaſi ſodalium vnitas:
4 ſiquidem ſodalis idem eſt, quod familia-
ris, & conuiua, & ſodalitas familiaritatem,
& conuictum multorum denotat, iuxtà
illud

illud Cicer. de Senect. *ſodalitates autem me quæſtore conſtitutæ ſunt.* Quæ quidem ſodalitates fiunt ex pluribus, qui ſimul junguntur, vel ratione boni delectabilis, vt ſunt Societates, quas ſtrenui fiji in feſto S. Herculani ad Ciuium ſolatium fieri teſtatur Bald. in rub. C. pro Soc. Vel ratione boni honeſti, vt patet in ſocietatibus juuantium pupillos, viduas, captiuos, carceribus mancipatos, & alias miſerabiles perſonas, vt habetur ex eodem Bald. in d. rub. Hæc ſatis de deſinitione nominis Societatis: ſiquidem in quæſtione de nomine non decet diutius immorari.

De ſocietatis eſſentiali, ſeu quidditatiua Definitione.

Q. III.

S V M M A R I V M.

1 *Societas, apud Doctores multipliciter deſinitur: & quæ ipſius deſinitio dicatur melior.*

2 *Societas, cùm ſit contractus, eſt eſſentialiter pactum.*

3 *Contractus quid, & an differat à pacto, ſeu conuentione.*

4 *Societas rei turpis non datur.*

5 *Socij largo modo dicuntur prædones, & alij malefactores qui coadunantur ad crimina patranda: nec inter eos actio competit ad prædam diuidendam.*

6 *Conuenticula, quæ nam propriè dicantur.*

7 *Vſura præda dicitur atque rapina.*

8 *Actio non datur pro turpi quæſtu.*

9 *Societas perſonarum pluritatem exigit.*

10 *Societas eſt contractus vltrò citroque obligatorius.*

11 *Societas eſt ius quodam fraternitatis.*

12 *Societas expoſtulat, vt perſonæ, cum quibus contrahitur, ſint habiles ad ſe obligandum.*

13 *Societas contrahitur ad conferendum aliquid.*

14 *Communio eſt de intrinſeca ratione Societatis.*

15 *Societas omnis habet pro fine communem vſum, aut commune lucrum, vel quæſtum.*

16 *Societas qualiter differat ab alijs contractibus.*

17 *Societates ſubſtantialia quæ nam ſint.*

Societatis contractus quamuis innumeræ ferè tradantur definitiones, vt videre
1 eſt apud Doctores in rubr. ff. & C. pro Soc. Gloſ. in Inſtit. in rubr. de ſociet. Specul. tit. de Iudic. §. ſit generalia, verſ. Et nota. Petr. de Vbal. in tract. de duob. fratr. q. 6. num. 14. Syl. in ſum. in verſ. Peculium, 2. q. 1. Nauar. in Manual. c. 17. n. 85. Petr. Nauar. de reſtit. lib. 3. cap. 2. in princ. Hector Felicius in ſuo tract. de ſociet. c. 1. num. 1. & 2. Molin. de contr. diſp. 411. n. 1. Azor. tom. 3. Inſtit. moral. de ſociet. cap. 1. Leſſ. lib. 2. de Iuſtit. & iur. c. 25. dub. 1. num. 1. Graff. in ſuis Deciſ. lib. 2. c. 120. n. 2. Filliuc. tomo 2. qq. moral. tract. 38. capit. 1. q. 1. & alios; Nihilominus nos optimam putamus eſſe ſocietatis definitionem, quæ colligitur ex Gloſ. Leſſ. Azor. & Filliuc. locis citatis, atque adeò Societas nihil aliud eſt, quàm *Conuentio honeſta duorum, pluriumue ad conferendum aliquid in vſum, lucrum vel quæſtum communem contracta.*

Dixi. *Cõuentio*, ideſt pactũ, loco generis;
2 quia Societas cùm ſit contractus, eſt eſſentialiter pactum, ſicut, & alij contractus, vt patet ex Vlpian. l. 1. ff. de pact. & l. 3. ff. de pollicit. ibi, *Eſt duorum, vel plurium in idem conſenſus, atque conuentio.* Et quamuis Hector Felic. d. capit. 1. num. 5. deſiniat ſocietatem ipſam per contractum, non autem per conuentionem, dum ait,
3 quod Societas eſt contractus, qui conſenſu, rebus, operibus, ſiuè induſtria perficitur: Et id non alia ratione, niſi quia putat, conuentionem eſſe genus mediatum, eo quòd primò datur conuentio, deindè cõtractus, deniquè Societas, l. 1. §. pen. & l. iuriſgentium, ff. de pact. re vera tamen idem eſt pactum quod contractus, vt rectè probat Salas in ſuo tract. de empt. & vendit. dub. 1. ſub num. 2. & Rebel. p. 1. de obligat. iuſt. lib. 1. de contractib. in genere, q. 1. ſect. 1. & propterea non poteſt dici prior conuentio, quàm pactum niſi velimus conſiderare conuentionem prout eſt in fieri, quæ pactio dicitur: Secus autem ſi conſideremus eam vt præteritam, & quodãmodo in facto eſſe; quoniam tunc conuentio eſt eſſentialiter pactum, vt per Rebel. loco citato. Hinc Molin. d. diſp. 411 nu. 1. conſiderans conuentionem à contractu non differre, ſocietatem hoc pacto definiuit. Eſt contractus, ſeu conuentio duorum, aut plurium contribuendi ad commune lucrum, vel ad vſum.

Dixi. *Honeſta*, ad excludendam ſocietatem

tem eorum, qui ad malum perpetrandum
4 coadunantur, & coniunguntur; quæ licèt
ſocietatis largo modo nomen ſortiatur;
nihilominus Societas propriè de qua nos
loquimur, nullatenus dici poteſt: ſiquidem
delictorum turpis, atque fœda eſt commu-
nio, l. quod autem, ff. pro Soc. Bald. in
rubr. C. eod. tit. nu. 6. vbi exemplum affert
de Societatibus prædonum: etenim, qui ad
furandum, ad deprędandum, aut ad aliud
5 maleficium patrandum coadunantur, cùm
ſocij propriè non ſint, inter eos præda nõ
diuiditur, cùm nulla detur actio: quin po-
tius ſi præda collata fuerit ab eo, qui ſciẽ-
te ſocio, maleficium admiſit, ſocius ipſe
non ſolùm ablata reſtituere cogitur; ſed
etiam, & pœnam ſubire: ęquum eſt enim,
vt cuius participauit lucrum participet, &
damnum, l. ſi igitur, ff. pro Soc. Sunt ergo
prædonum, ac malefactorum adunationes
conuenticula potius quàm Societates, l.
cõuenticula, C. de Epiſc. & Cler. Latè Bald.
loco citato, vbi conuenticula quoque ap-
6 pellat ligas, quas faciunt Ciuitates contra
ſuperiorem; quæ an, & quando valeant de
iure, aut ex conſuetudine, latè habetur ex
eodem Bald. in c. vnico. §. conuenticula,
de pact. iur. firm. Bart. in l. fin. col. 5. verſ.
Permittere, ff. de Colleg. illicit. & Cardin.
Zabar. in Clem. 2. num. 2. de ſent. & re iu-
dic. Hinc ſequitur quòd vſura cùm illicita
7 ſit, & inhoneſta eo quòd præda dicitur, ac
rapina, vt in c. ſi quis vſuram, 14. q. 3. So-
cius non tenetur continuare in exercitio
vſurarum, & lucri vſurarij, & ſi dimiſerit,
non obligatur, vt per Alex. conſ. 210 num.
11. verſ. Secundò reſpondeo, lib. 7. & Socie-
tas ſiue ſit omnium bonorum, ſiue parti-
cularis ad exercendas vſuras, is qui poſuit
capitale, ſi habuit tot vſuras, quæ aſcendant
ad capitale, dicitur ei ſatisfactum, & am-
plius non poteſt pro ſorte conuenire ad
miniſtratorem, ſed neque pro vſuris: ſiqui-
dem pro turpe quęſtu non datur actio, &
8 qui exegit vſuras tenetur ad earum reſti-
tutionem, vt per Caſtr. conſ. 153. per to-
tam lib. 2. & Tuſch. in ver. Societas, conclu.
309. num 9. vbi num. 10. inquit etiam ex
Anch. conſ. 184. num. 3. quòd licèt Societas
non valeat quoad vſuras; valet tamen quo-
ad ſortem principalem.

Dixi, *Duorum, pluriumue*; quoniam licèt
9 Societas ſit vnum corpus repreſentatum,
& vice vnius perſonæ fungatur, vt in l.
mortuo, ff. de fideiuſ. non tamen coiri po-
teſt cum vna tantùm perſona; ſed plurita-
tem exigit perſonarum, atque adeò plures
ſocios: ſaltem duos, vt per Saly. & alios in
rub. C. pro Soc. Molin. Filinc. locis citatis, &
alios, ita vt quod fit cum ſocietate, dicatur
fieri cum ſingulis perſonis facientibus ſo-
cietatem, vt habetur ex Panor. conſ. 114.
in princ. lib. 2. & Tuſch. in ver. Societas, cõ-
cluſ. 279. num. 1. & 2. Ratio autem cur So-
cietas perſonarum pluritatem exigat, ea
10 eſt, quia Societas eſt contractus vltrò ci-
tròque obligatorius, lucrorum, & damno-
rum communicatiuus, ac diuiſiuus, vt per
Alex. conſ. 49. lib. 1. & Tuſch. loco citato,
num. 9. & 10. Item Societas eſt ius quo-
11 dam fraternitatis, vt in l. verum, in princ.
ff. pro Soc. Panor. conſ. 77. ſub num. 2. lib.
1. vndè pactum ſine cauſa remouens æqua-
litatem, & fraternitatem inter ſocios, dici-
tur contra ſubſtantiam contractus, & ideò
eſt irritum, & ſocietatem irritat, vt ex cõ-
muni Doctorum ſententia inquit Decian.
conſ. 11. num. 13. lib. 1. Corn. conſ. 139. col.
1. & conſ. 243. col. 2. lib. 1. & Tuſch. vbi ſu-
pra, num. 13. vbi etiam num. 10. & ſeq. pro-
12 bat, quòd ipſa Societas expoſtulat, vt
perſonæ, cum quibus contrahitur ſint
habiles ad ſe obligandum; aliàs non ſubſi-
ſteret, vt ſi cum pupillo, mentecapto Mi-
nore, prodigo, & alijs huiuſmodi abſque
eorum tutorum, ſeu creatorum interuen-
tu Societas contrahatur, de quibus latiùs,
Deo duce, ſuo loco dicemus. Cum igitur
mutua obligatio, & fraternitas non poſ-
ſint conſiſtere in vna tantùm perſona, ſed
in pluribus; non eſt mirum ſi Societas
pluralitatem exigat perſonarum; atque
ideò eſt duorum pluriumue conuentio.

Dixi, *Ad conferendum aliquid.* quia pro
13 parte cuiuslibet ſociorum ponitur aut
res, aut opera aut induſtria, l. ſocietas con-
trahitur l. cum duobus §. ſi iucunda, & l.
ſi non fuerit, ff. pro ſoc. §. nam, & ita, in In-
ſtit. de ſociet. Gloſ. & Doctor. in l. 1. C. pro
ſoc.

Dixi, *Ad communem* quoniam commu-
14 nio eſt de intrinſeca ratione ſocietatis, vt
per Bald. & alios, in l. ſi paſcenda, C. de
pact. Hector. Felic. in ſuo tract. de ſociet.
cap. 1. num. 10. & ſeq. & infra latè dicemus.

Dixi denique, *Ad vſum, lucrum, aut, quę-*
15 *ſtum*. quoniam omnis Societas habet pro
fine communem vſum, aut commune lu-
crum, vel quæſtum, ad differentiam alio-
rum contractuum, qui conſenſu perficiun-
16 tur, vt eſt emptio, venditio, locatio, de-
poſitum, commodatum, & mutuum, in
quibus non conſideratur pro eorum fine,
& forma communio ad lucrum ſeù quæ-
ſtum.

Digitized by Google

ctum, ſed aut datur res, mediante prætio, vt in emptione; aut fructus, & vſus rei, retento eiuſdem dominio, mediante mercede, vt in locatione: aut res penes aliquem deponitur: retento quoque dominio, vt in depoſito: aut res traditur vtenda, nulla conſtituta mercede, & dominio retento, vt in commodato: aut denique res ita datur, vt totum dominium trasferatur, cum obligatione tantumdem reſtituendi in eodem genere, & hoc eſt mutuum, vt rectè declarat Hector Filic. in ſuo tract. de ſociet. c. 10. num. 10. & 11.

Ex dictis igitur patet, quòd tria præci-
17 puè ſunt de ſubſtantia ſocietatis, de qua agitur. Primò honeſta conuentio. Secundò perſonarum pluralitas. & tertiò aliquarum rerum communio.

Ibi, conuentio honeſta.
Cap. II.

Quòd Societas rerum tantù honeſtarum eſſe debeat, ſufficienter ſupra oſtendimus: qua propter, omiſſa explicatione dictionis illius, *honeſta*. Solùm particulam illam, *conuentio*, in hoc capite duximus explicandam. Vndè cùm ſuperius per nos fuerit concluſum, ſocietatem eſſe eſſentialiter conuentionem, antequam ad viteriora progrediamur, videndum eſt.

An Societas ſit verè contractus. vel potius quaſi contractus. Q. I.

SVMMARIVM.

1 *Societas eſt verè, & propriè contractus, non autem quaſi contractus.*
2 *Contractus definitio traditur.*
3 *Socij in Societate inuicem obligantur.*
4 *Quaſi contractus non eſt pactum; & propterea non exigit alterius conſenſum.*
5 *Tutores, Curatores, &c. non dicuntur contrahere, ſed quaſi contrahere.*
6 *Statuto, ſi caueatur, vt pro qualibet contractu gabella ſoluatur, ſocietatem contrahentes tenentur illam ſoluere.*
7 *Gabella non debetur, pro diſſolutione ſocietatis.*
8 *Acceptilatio eſt diſtractus.*
9 *Cēſus redemptio fit per actum retroſimilē.*
10 *Cenſus teſtamento, ſeu legato conſtitutus nō eſt contractus.*
11 *Cenſus remiſſio facta heredi teſtatoris, qui illum legauit, à legatorio, non eſt contractus.*
12 *Cenſus remiſſio vt ſupra eſt quaſi contractus, vel potius diſtractus.*
13 *Donatio quamuis acceptata, cur non dicatur propriè contractus.*
14 *Statuto ſi caueatur, vt mulier non poſſit contrahere citra propinquorum conſenſum, licèt valeat hereditatem adire; non tamen poteſt ſocietatem coire.*
15 *Argumentum de contractu ad quaſi contractum non procedit in materia odioſa.*
16 *Mulier prohibita contrahere citra propinquorum conſenſum, cenſetur etiam prohibita paciſci ad liberandum.*
17 *Argumentum de contractu ad quaſi contractum valet in materia fauorabili.*
18 *Forum ſicut quis ſortitur ratione contractus in loco contractus; ita etiam forum ſortitur in loco quaſi contractus ratione quaſi contractus.*

AD hanc difficultatem reſpondetur breuiter, ſocietatem dici vere, ac propriè
1 contractum; non autem quaſi cōtractum. Probatur ex eo quòd Societas eſt formaliter pactum, vt ſupra diximus cap. 1. q. 2. verſ. Dixi conuentio; atque adeò duorum, vel plurium in idem placitum, & conſen-
2 ſus, quæ definitio eſt proprij, ac formalis contractus, vt in l. 1. ff. de pact. l. 3. ff. de pollicit. Præterea ſocij in ſocietate inuicem obligantur, alter ſcilicet ad conferen-
3 dam pecuniam, alter verò ad conferendā operam, aut induſtriam, vel etiam pecuniam: ergo Societas eſt verè, ac propriè contractus: nam contractus ex Vlp. in l. Labeo, la 2. §. contractum, ff. de verb. ſignif. eſt vltro, citroque obligatio: quæ quidem definitio non eſt formalis; ſed effectiua: ſiquidem contractus non poteſt dici formaliter obligatio; ſed pactionis effectus, cùm ex contrahentium pactione, ſeu conſenſu proueniat, vt rectè docet Valent. 2. 2. diſp. 5. q. 10. pun. 1. col. 1. verſ. Et cōgruit, Salon. 2. 2. q. 77. ar. 1. q. 1. num. 3. Sot. lib. 6. de Iuſtit. & iur. q. 2. art. 1. concl. 1. & Ioan. de Salas in ſuo tract. de empt. & vendit. dub. 1.
4 ſub num. 2. Quaſi autem contractus non eſt pactum; atque ideo non exigit alterius conſenſum, neque expreſſam cōtinet obligationem; ſed nobis inſcijs, & aliquando inuitis celebratur, & ex eo oritur obligatio, vt conſtat ex toto tit. in Inſtit. de obligat.

gat. quæ ex quaſi contr. naſc. quæ quidem
obligatio licet ex partium conuentione
non proueniat; prouenit tamen ex officio
5 aliquo, & ex facto licito & honeſto, vt eſt
officium tutoris, curatoris, negotiorum
geſtoris, iudicis, aduocati, teſtis, Medici, &
ſimilium: ſiquidem, & ſi inter pupillum, &
tutorem, nullum interceſſerit pactum; tu-
tor tamen tacitè obligatur, ita vt contra
eum pro reddenda adminiſtrationis ra-
tione directam pupillus habeat actionem:
è conuerſo autem tutor cum pupillo ha-
bet tutelæ actionem contrariam, ſi quid
pro pupillo expenderit, vel pro eo ſe, & ſua
bona obligationi ſubmiſerit, vt in §. tuto-
res, in Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi con-
tr. naſc. Hæres pariter tenetur legatarijs,
& creditoribus non ex contractu, quia
neque cum hærede, neque cum defuncto
pactum aliquod fuit initum; ſed ex quaſi
contractu, vt in §. hæres, in Inſt. eod. tit.
Azor p. 3. Inſtit. moral. lib. 6. cap. 1. q. vlt. &
Rebel. p. 1. de obligat. iuſt. lib. 1. de contr.
in genere, q. 1. ſoc. 1. vbi num. 18. circa fi-
nem, refert aliquorum opinionem, dicen-
tium, reſtituendi obligationem, quaſi ex
contractu in ſupra relatis officijs non tam
fundari in ipſa quaſi contrahentium vo-
luntate tacita, & multo minus expreſſa,
cùm nullum pactum inter eos interceſſe-
rit; quàm in legitimis, & iuſtis legibus, ac
recepta conſuetudine, quæ ita vim legis
obtineat, vt ius iuſtitiæ commutatiuæ vni
erga alterum tribuat.

Ex dictis infertur, quòd ſi ſtatuto caue-
6 tur, vt pro quolibet cõtractu gabella ſolua-
tur, quamuis pro legatis, & alijs quaſi
contractibus gabella non debeatur, cum
ſtatutorum verba ſtrictam, ac propriam
recipiant interpretationem, maximè ſi
ſint odioſa, l. 2. & ibi Bart. C. de nouat. Pa-
nor. in c. conſtitutus, de reſtit. in integr.
Azor. p. 1. Inſtit. moral. lib. 6. cap. 1. q. 2. &
Molf. p. 2. ſuæ ſum. tract. 12. cap. 4. ſub num.
25. Nihilominus pro contractu ſocietatis
gabella omninò deberetur; quoniam ſo-
cietas eſt verè, ac ſtrictè contractus. Eſt
tamen verum, quod quando diſſoluitur
7 Societas ex communi ſociorum placito,
non debetur altera gabella: ſicut debetur
in reuenditione cenſus conſignatiui redi-
mibilis: ſiquidem licet reuenditio illa cen-
ſus ſit nouus contractus; diſſolutio tamen
ſocietatis non eſt ita; ſed potius diſtractus;
ſicut acceptilatio; nam acceptilatio, qua-
8 muis ſit pactio quædam, cùm fiat concur-
rente creditoris aſſenſu, debitum condo-
nantis, & debitoris condonationem poſtu-
lantis, ac acceptantis; nihilominus cùm
ex huiuſmodi acceptilatione nulla oriatur
obligatio, quin potius diſſoluatur præce-
rita, qua debitor creditori tenebatur, non
poteſt dici contractus, ſed verè diſtractus
appellatur, cùm per acceptilationem verè
diſſoluatur prior obligatio.

Nõ ſic dicendũ eſt de cenſu cõſignatiuo
emptionis titulo comparato cum pacto
de retrouendendo; quia, ſtante ſupradicto
ſtatuto, deberetur gabella non ſolùm pro
conſtitutione cenſus; ſed etiam pro eiuſ-
dem extinctione, ac reuenditione, vt ſupra
diximus. ſicut enim cenſus conſtitutio fit
per emptionem, quæ dicitur verè, ac pro-
priè contractus, ita etiam ipſius extinctio
fit per reemptionem, ſeu retrouenditio-
nem, & ſic per actum retroſimilem, atque
adeò per verũ, & propriũ cõtractũ emptio-
nis, ac vẽditionis vt latè de hac re egimus in
explicatione extrauag. Pij Papæ V. de
cenſib. §. 5. Dixi *emptionis titulo comparato*.
quoniam ſi cenſus conſtituatur teſtamen-
10 to, vel legato, cùm non dicatur contra-
ctus, ſed quaſi contractus, vt in d. §. hæres,
in Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contr.
naſc. pro tali cenſus conſtitutione non
deberetur gabella; & ſi hæredi remittatur
à legatario cenſus ſolutio, neque ſoluen-
11 da gabella eſt; quoniam illa cenſus re-
miſſio eſt donatio quædam, quæ non eſt
propriè contractus, ſed quaſi contractus:
nam licèt donans eo ipſo ex iuſtitia obli-
gatus remanſit ad id implendum, quod
ſola liberalitate ductus promiſit, atque
ideò oriatur obligatio ciuilis ex parte do-
nantis; ex parte tamen donatarij nulla
obligatio ciuilis oritur; ſed naturalis dũ-
taxat, ad antidora ex gratitudine; non au-
tem ex iuſtitia; ac contractus ſtrictè, &
propriè eſt vltro, citroque obligatio, vt ſu-
pra diximus ex tex. in l. Labeo, la 2. §. con-
tractum, ff. de verb. ſignif. & latè Rebel. lo-
co citato num. 10. cum plur. ſeq. Imò ſi
res ipſa rectè perpendatur, huiuſmodi
12 cenſus remiſſio dicitur diſtractus potius,
quàm contractus, cùm per eam fuerit ſu-
blata obligatio orta ex teſtamento, ſeu le-
gato, atque adeò ex quaſi contractu, vt ſu-
pra diximus de acceptilatione. Quę qui-
dem vera eſſe arbitror, etiam ſi illa cenſus
remiſſio fuerit acceptata, & ex præuia
13 promiſſione inceperit; ſiquidem quamuis
donatio acceptata, quæ ex promiſſione
cepit, ſit pactio quædam cùm concurrat
conſenſus tam donantis ad donandum,
dona-

Digitized by Google

donatarii ad acceptandum; quia tamen non oritur obligatio ciuilis ex parte donatarii, sed tantùm ex parte donantis, talis remiſsio non poteſt dici verè, & ſtrictè contractus, ſed largè dumtaxat, & lato ſumpto vocabulo, cum contractus ſtrictè ſumptus ſit vltro, citroque obligatio, vt diximus ex d. l. Labeo: atque ideo pro tali cenſus remiſſione per prius promiſſa, & acceptata non debetur gabella.

Secundò infertur, quòd ſi ſtatuto caueatur, vt mulier non poſsit contrahere, citra
14 propinquorum conſenſum, aut citra aliam ſolemnitatem, quamuis poſsit citra ſolemnitatem aliquam hæreditatem adire, cùm hæreditatem adeundo dicatur quaſi contrahere, vt in d. §. hæres, & cùm ſimus
15 in materia odioſa non valet argumentum à contractu ad quaſi contractum, vt habetur per Bald. Angel. Imol. Alex. & alios, in l. mutum, ff. de acquir. hæredit. Panor. in c. cùm Eccleſia, in 3. colum. de immun. Eccleſ. & in cap. qua fronte, in prin. de appellat. Late Euerard. loco, à contractu ad quaſi contractum, cum alijs, quos allegat, nihilominus mulier ipſa non poſſet ſocietatem contrahere, ſicut nec emere, nec vendere citra ſolemnitates prædictas, vt ſuo loco latius dicemus; quoniam Societas eſt verè, & propriè contractus, ſicut emptio, & venditio.

Eſt tamē verū, quòd Bald. in rubr. C. de
16 pact. docet, quòd ſi per ſtatutum mulier prohibeatur contrahere ſine cōſenſu propinquorum, intelligitur prohibita omnis conuentio, etiam ad liberandum, & hoc ideo fortè, quoniam hæc diſpoſitio eſt fauorabilis mulieri; atque ideo ſtatutum diſponens de contractu extenditur ad quaſi contractum. Etenim licèt in materia odioſa non valeat argumentum de contractu ad quaſi contractum, vt ſupra diximus; in materia tamen fauorabili argūmentum rectè procedit, vt in l. ſi pupilli,
17 §. ſi quis ita, ff. de negot. geſt. l. apud Iulianum, §. fin. cum l. ſeq. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. eaſ. Hinc Bart. Bald. Angel. Saly. Iaſ. & alij in auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit. volunt, quòd ſi contractus iuramento firmetur; ita quoque iuramento firmatur quaſi contractus; ſiquidem d. authentica eſt Religioni fauorabilis. Et
18 quemadmodum ratione contractus ſortitur quis forum in loco contractus, & poteſt ibi conueniri, ſi ibi reperiatur l. hæres. abſens, §. proinde, ff. de iudic. c. fin. de for. compet. ita quoque ratione quaſi contractus ſortitur quis forum in loco quaſi contractus, vt in l. qui certo loco, vbi Angel. & Paul. Caſtr. ff. de condit. & alij apud Euerardum loco citato. Et hoc ideo, quoniam omnino militat eadem ratio, l. illud, ff. ad leg. Aquil.

An ſocietatis contractus ſit nominatus, vel potius innominatus. Q. II.

S V M M A R I V M.

1 *Societatis contractus dicitur nominatus, non autem innominatus.*
2 *Contractus nominati qualiter differant ab innominatis.*
3 *Contractus antiquitus antequam pecuniæ uſus fuerit adinuentus, omnes commutatione efficiebantur.*
4 *Commutatio eſt nomen generale tam nominatos, quā innominatos cōprehendens.*
5 *Contractus nominati habent propriam, & ſpecificam actionem; non ſic innominati.*
6 *Contractus hodie pauci dantur, qui non ſint nominati.*
7 *Societas licèt ſit contractus nominatus, à quo non receditur, altero ex contrahentibus diſſentiente ante implementum; nihilominus hoc habet proprium, vt licitum ſit ab ea recedere ante tempus, ſi promiſſa non impleantur.*
8 *Socius poteſt à ſocietate officij recedere, ſi officialis debito tempore fructus non ſoluat, vel promiſſos fideiuſſores non dederit; etiam ſi nolle recedere dictum, ac iuratum fuerit.*

AD hanc difficultatem breuiter reſpondentes dicimus, Societatis contractum
1 dici nominatum; non autem innominatum. Etenim in eo differunt contractus nominati ab innominatis: quòd nomina-
2 ti contractus in generali pactionis, ſeu contractus nomine non ſtant, ſed trāſeunt in proprium, ac peculiare nomen contractus, vt eſt emptio, venditio, locatio, conductio, & alij ſimiles, vt in l. iuriſgentium, in princ. ff. de pact. & latè ſcribentes in l. naturalis, ff. præſcrip. verb. Innominati verò contractus illi appellantur, qui proprium, ac peculiare nomen non habent; ſed generale pactionis, ſeu conuentionis nomen ſibi retinuerunt: Vt do, vt des, do vt facias; facio vt des; facio, vt facias. Vt in d. l. iuriſgentium, §. 2. vbi Bart. & alij, & in

d. l.

d. l. naturalis. At contractus ſocietatis non ſiſtit in generali pactionis, ſeu commutationis nomine; ſed habet proprium, ſpecificum, ac determinatum nomen, vt in d. l. iuriſgentium, & §. ex hoc iure, in Inſtit. de iur. natur. gent. & ciu. ergo Societas eſt contractus nominatus, non autem innominatus. Antiquitus enim antequam pecuniæ vſus fuerit adinuentus, omnes contractus commutatione efficiebantur, qua vna res cum alia permutabatur, vt in l. 1. ff. de contrah. empt. itaque commu-
4 tatio, ſeu permutatio eſt nomen generale comprehendens contractus tam nominatos, quàm innominatos; atque adeò emptio dicitur commutatio rei cum pecunia: permutatio eſt commutatio rei cum re: & cambium commutatio pecuniæ cum pecunia. Societas igitur licèt ſit commutatio quædam pecuniæ cum induſtria, ſeu opera, nihilominus non ſiſtit, nec retinuit ſibi generale nomen commutationis, ſicut retinet cambium, quòd idem ſignificat, quod commutatio; ſed tranſiit in proprium, ac ſpecificum nomen cõtractus, atque adeò appellatur Societas, non autem commutatio. Confirmatur, quia
5 pro contractibus nominatis datur propria, ac ſpecifica actio, vt pro emptione datur actio ex empto: pro locatione, & conductione actio pro locato: pro mutuo, actio ex mutuo, & ſic de reliquis. Pro contractibus autem innominatis datur actio præſcriptis verbis, vt in d. l. naturalis, & ibi Doct. ff. præſcrip. verb. Sed pro contractu ſocietatis non datur actio præſcriptis verbis, ſed determinata, ac ſpecialis actio, quæ dicitur pro Socio, vt conſtat ex toto tit. ff. & C. pro Soc. ergo contractus ſocietatis eſt contractus nominatus; non autem innominatus. Denique licèt contractus ſocietatis poſsit celebrari citra ſcripturam aliquam, atque citra omnem ſtipulationem, vt infra ſuo loco dicemus; quia tamen hodie omnes contractus, vt plurimum celebrantur apud Notarium, aut penes acta Curiæ, atque adeò ſcriptura, ac ſtipulatione vallantur,
6 ab illis nomen ſpecificum recipiunt: & propterea pauci ſunt contractus, qui nominati non ſint, vt habetur ex Molfeſ. p. 2. ſuæ ſum. theol. tr. 12. cap. 4. ſub num. 54.

Eſt tamẽ verum, quòd licèt à contractibus nominatis non recedatur, altero ex
7 contrahentibus diſſentiente ante implementum; quia in contractibus nominatis non habet locum pœnitentia, vt habetur ex Rebel. p. 2. de obligat. iuſtit. lib. 16. q. 1. ſub num. 17. Felic. de Solis, de cenſib. in proœm. cap. 2. ſub num. 8. & nos latè probauimus in explicat. extrauag. Pij V. de cẽſib. in proœm. q. 8. num. 54. Nihilominus ideſt proprium contractus ſocietatis, quòd eſtò quòd ſit contractus nominatus, licitum eſt ab eo recedere ante tempus ſi promiſſa non adimpleantur, l. ſi cõuenerit, & ibi Gloſ. Bart. & Bald. ff. pro ſoc. Azor. in ſum. C. eod num. 12. Petr. de Vbald. de duob. fratr. p. 11. ſub. num. 1. verſ. Quartò diſſoluitur, Capic. deciſ. 135. num. 3. & deciſ. 174. num. 16. Corn. conſil. 310. num. 4. lib. 4. Menoch. conſ. 121. num. 49. Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 47. num. 16. dum ait, quod ſi officialis debito tempore
8 fructus non ſoluat, poteſt ſocius à ſocietate officij recedere; ſicut etiam ſi promiſſos fideiuſſores non dederit, vt per eundem Caſtrac. ibi capit. 69. & 70. & latè Zach. eod. tract. à num. 441. vſque ad num. 461. & Felic. in ſuo tractatu de ſociet. cap. 35. num. 28. vbi id ampliat verum eſſe, etiã ſi nolle recedere dictum, & iuratum fuerit; dummodo à iuramento abſolutio obtenta fuerit. Secundò infertur, quòd contractus ſocietatis eo ipſo quòd celebratur veſtitur; quoniam omnes contractus nominati ſunt veſtiti, ſi in ſuo genere ſint perfecti, vt per Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & in cap. 17. dub. 3. ſub num. 17. & nos latè declarauimus in d. noſtris. Cõment. in extrauag. Pij V. de cenſib. in proœm. q. 8. num. 56. & 57.

An ſocietatis contractus ſit bonæfidei, vel potius ſtricti iuris. Q. III.

S V M M A R I V M

1 *Contractus bonæfidei cur ita dicantur: & quinam ſint.*

2 *Contractus ſtricti iuris cur ſic appellentur.*

3 *Contractus omnes cum Principe celebrati, aut cum Rep. ſunt bonæ fidei.*

4 *Differentia inter contractus bonæfidei, & ſtricti iuris, non eſt ſublata de iure canonico.*

5 *Societatis contractus eſt bonæfidei, non ſtricti iuris.*

6 *Iuris apices non diſputantur inter Socios: nec locum habent in ſocietatibus; ſed me-*

ra ne-

Digitized by Google

ra veritas attenditur, & conſuetudo mercaturæ.

7 *Probationes minus ſufficientes inter ſocios admittuntur.*

8 *Dominium acquiritur citra traditionem inter ſocios.*

9 *Poſſeſſio licèt non acquiratur, niſi apprehendatur; id tamen locum non habet in ſocijs, & cohæredibus.*

10 *Socius alicuius rei, ſi vellet eam locare, altero ſocio reluctante, quid agendum.*

11 *Quilibet in re communi dicitur habere partem in qualibet parte, etiam minima, & in quolibet reſpite.*

12 *Iudex licèt regulariter non poſſit partes cogere ad concordiam, id tamen poteſt ex cauſa, in contractibus maximè bonæfidei.*

13 *Contractus bonæfidei dicuntur, qui connumerantur in §. actionum, in Inſt. de action.*

14 *Contractus bonæfidei qualiter differant à contractibus ſtricti iuris.*

15 *Dolus dans cauſam contractui reddit illum ipſo iure nullum quoad forum interius, ſiuè contractus bonæfidei ſit, ſiuè ſtricti iuris.*

16 *Dolus non dans cauſam contractui, licèt cauſa exiſtat, vt alter plus daret, vel minus acciperet, non reddit contractum nullum, ſiuè ſtricti iuris ſit, ſiue bonæfidei.*

AD euidentiam eorum, quæ in hac re dicenda erunt, eſt adnotandum,
1 quòd contractus bonæfidei non denominantur ex eo quòd à contractibus mala fide celebratis, differant; Sed tales ob id dicuntur, quòd in illis Iudicis officium, ſeu arbitrium, ac diſpoſitio iuxta id, quod æquitas, & rei natura expoſtulat, multum præualet, vt ſunt emptio, venditio, locatio, &c. in quibus magis exuberat bonafides, & æquitas locum habet, vt rectè poſt Maric. declarat Molfeſ. p. 2. ſum. Summ. Theolo tract. 12. cap. 4. ſub num. 60. & ex eis naſcuntur actiones, quæ bonæ fidei quoque appellantur, nempe ex empto, vendito, locato, conducto, & aliæ, de quibus in §. actionum, & ſeq. in Inſtit. de action. Con-
2 tractus verò ſtricti iuris ex eo dicuntur, quòd in illis parum præualet Iudicis arbitrium; ſed verbis ac contrahentium diſpoſitioni ſtatur, quantum iuſtitia patitur, vt ſunt mutuum, ſtipulatio, ſi in ea tantùm ſiſtitur, donatio, & omnes alij contractus, tam ſtrictè, quàm latè, ac latiſsimè ſumpti, & quaſi contractus, exceptis ijs, quos ſupra numerauimus, & alijs contentis in d. §. actionum, & ſeq. in Inſtit. de action. qui omnes, & ſi dumtaxat dicuntur bonæfidei, vt rectè declarant Doctor. in d. §. actionum, Molin. de contr. diſp. 259. num. 1. & 2. & Molf. poſt alios loco citato, num. 61. & 62. vbi etiam addit, quòd omnis con-
3 tractus cum Principe celebratus, aut cum Ciuitate habet naturam bonæfidei, cùm debeat ex bono, & æquo plenius interpretari.

Adde, quòd Iaſ. in d. §. actionum, & §.
4 quadruplum, in Inſtit. de action. Bald. in cap. 1. in fin. de plus petit. & quamplurimi alij arbitrantur, de iure canonico, omnes contractus eſſe bonæfidei, atque adeò eo iure ſublatam fuiſſe diſtinctionem inter contractus bonæfidei, & contractus ſtricti iuris; quorum ſententiam non immeritò reijcit Couar. in regula Poſſeſſor, 2. p. relect. § 6. num. 5. Etenim de iure canonico prædicta differentia non modò non fuit ſublata, ſed potius tacitè admiſſa in cap 1. de nou. oper. nunc. & ſæpe ſæpè probata in cap. venerabilis, de except. Contractuū autem, & actionum bonæfidei, ac ſtricti iuris diuerſitas vndè traxerit originem, & plura alia circa materiam hanc latius tractauimus in noſtris Comment. in extrauag. Pij V. de cenſib. in proœm. q. 8. His igitur prælibatis, ſit

Vnica Concluſio.

SOcietatis contractus eſt bonæfidei; nō autem ſtricti iuris. Probatur, quia in
5 ſocietatis contractu Iudicis arbitrium multum præualet iuxta id, quod æquitas, & rei natura expoſtulat: ergo contractus ſocietatis eſt bonæfidei, non autem ſtricti iuris. Conſequentia patet ex ijs, quæ ſupra diximus, Probatur antecedens: quoniam apices iuris non diſputantur in-
6 ter ſocios, neque locum ſibi vendicant in ſocietatibus, ſed mera veritas attenditur, & conſuetudo mercaturæ, vt per Bal. conſ. 249. col. 3. in fin. lib. 1. & conſ. 198. col. 2. in fin. eod. lib. 1. atque adeò rigor non attenditur, nec cauſæ inter ſocios rigorosè
7 tractantur, Soc. conſ. 49. col. 2. in fin. lib. 3. imò probationes minus ſufficientes inter ſocios admittuntur, Soc. conſ. 149. col. 4. in fin. lib. 1. & latè Tuſch. in verſ. ſocietas, concl. 903. num. 4. 5. & 6. vbi etiam num. 2. & 3. probat, quòd inter ſocios dominium
8 acquiritur ſine traditione, vt per Bart. & alios in l. 1. ff. pro ſoc. late Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 19. qui tractat de communi-

Digitized by Google

ni, & bene declarat Iaſ.in l. ſocius in prin.
ff.ſi cert.pet.Et poſſeſsio quamuis ſit quid
9 facti,& non acquiratur, niſi apprehenda-
tur, nihilominus id locum non habet in
ſocijs,& cohæredibus; quia vno poſsiden-
te,& fructus percipiente, etiam alij dicun-
tur poſsidere, ne inducatur delictum, ſi
per ſe totum poſsideret ſocius,vel cohęres,
vt in l.communis ſeruus ff. de acquir.poſ-
ſes.Alex in l.qui iure familiaritatis,ff.eod.
& Curt.ſen.conſ.76.col.6.Quæ omnia cla-
re indicant in ſocietatis contractu natu-
ralem æquitatem,& officium, ſeu arbitriũ
10 Iudicis multum præualere. Præterea ſi
duo ſocij haberent domum aliquam pro
communi,& indiuiſo, & vnus eam locare
vellet perſonæ honeſtæ: alter verò locare
eandem vellet alteri perſonę pariter hone-
ſtæ ac eodem pretio, licèt de iure quilibet
11 in re communi pro indiuiſo dicatur ha-
bere partem in qualibet parte; etiam mi-
nima,& in qualibet ceſpite, vt per Gloſ.
in l.ſi familiæ,in ver. Parte, C.famil.erciſc.
atque idcò quilibet dictæ domus eſſet mo-
derator,& arbiter,l.in re mandata,C.mã-
dat.nihilominus Iudex eo caſu poſſet ſuo
arbitrio ſocios ipſos ad concordiam redu-
cere illamque eiſdem imperare: ſiquidem
& ſi regulariter Iudex non poſsit concor-
12 diam imperare,ſed tantùm ſuadere,vt per
Iaſ.in auth.ſi verò contigerit, col.vltim.C.
de iudic.Felin.in rub.de treg. & pac. Dec.
in l.quidam æſtimauerunt,ſub num.4.ff. ſi
cert. pet. & id maximè ſi non tenderet in
præiudicium Tertij, nec eſſet timor ſcan-
dali,nec quęſtio iuris,ſed facti, iuxta ea,
quæ habentur ex Bart. in l. huiuſmodi,§.
vlt.vbi Iaſ. & alij,ff.de legat.1. & ex alijs
quos refert Felic. de ſociet. cap. 23. num.
45. nihilominus Iudex eo caſu vi ſui arbi-
trij, quod multum præualet in contracti-
bus bonæfidei, vt diximus, poſſet partes
cogere ad dirimendam controuerſiam ſa-
tem per ſortes, vt habetur ex eodem Felic.
loco citato,num. 48. & 49. Confirmatur
hęc eadem concluſio; quoniam illi dicun-
13 tur contractus bonæfidei,ſeu actiones bo-
næfidei, quæ connumerantur in §. actio-
num in. Inſtit.de action. Sed in d.§. actio-
num,connumeratur ſocietas; ergo ſocie-
tas eſt contractus bonæfidei.Addo, quòd
concluſio adeò vera eſt, quòd ſocietas
ſit contractus bonæfidei,vt inter naturalia
ſocietatis connumeretur à Felic. d. tract.
de ſociet.c.2.ſub num.16.
Ex hoc infertur, quòd ſocietas cùm ſit
contractus bonæfidei, ſi dolus det cauſam,
14 huic contractui, illum nullum efficit ipſo
iure.Etenim inter contractus bonæfidei,&
ſtricti iuris ea inter alias traditur differen-
tia,quòd in contractibus bonæfidei dolus
dans cauſam contractui, illum inualidum
ipſo iure reddit, vt in l.& eleganter, in
prin.ff.de dol.l.3.§.vlti.ff.pro ſoc.l.ſi frau-
de,C.de præſcript. & l.ſi dolo, C. de re-
ſcind.vendit. At in contractibus ſtricti iu-
ris ſi dolus dederit contractui cauſam,
contractus non eſt ipſo iure nullus, ſed
venit reſcindendus actione, ſeu exceptio-
ne dolo,vt in l.ſi quis cùm alter, ff. de ver-
bor. obligat.l. dolo. C. de inutil. ſtipular.
Bart.in d.l.& eleganter,num. 4. Iaſ. & alij
in d.§.actionum, Molina de contr. diſp.
359.num 5.Couar.in regul. poſſeſſor, p.2.
§.6.de regul.iur.in 6. Felic.de ſolis, de
cenſib.tom.1.cap.3.ſub num.6.& alij, qui
reijciunt aliquorum ſententiam, exiſtimã-
tium, etiam vbi dolus dat cauſam contra-
ctui, bonæfidei contractum non eſſe ipſo
iure nullum, ſed actione,ſeu exceptione
doli eſſe reſcindendum; ſicut contractus
ſtricti iuris.Eſt tamen verum, quòd in fo-
ro conſcientiæ in contractibus, ſiue ſint
15 bonæfidei, ſiue ſtricti iuris, dolus dans
cauſam contractui, reddit illum ipſo iure
nullum ex defectu conſenſus, cùm ratione
doli contractus non dicatur omnino vo-
luntarius,vt rectè docet Molina loco cita-
16 to. Quòd ſi dolus non fuiſſet cauſa con-
tractus, & alter contrahentium dolo fue-
rit inductus,vt plus daret,aut minus acci-
peret,quàm alioquin daturus, aut acce-
pturus fuiſſet, contractus validus dicere-
tur,ſiue bonæfidei ſit,ſiue ſtricti iuris. Po-
teſt tamen agi ad refectionem damni illa-
ti. ita Molina loco citato,& alij. Reliquas
differentias inter contractus bonæfidei, &
ſtricti iuris,tradimus in d.q.8. num. 36.
cum pluribus ſeq.

An ſocietatis contractus ſit onerosus, vel potius lucratius. Q.IIII.

SVMMARIVM.

1 *Societatis contractus dicitur oneroſus; non autem lucratius.*
2 *Societatis contractus eſt vltrò, citroque obligatorius.*
3 *Societatis contractus dicitur reſpectiuus.*

AD

1 AD hãc difficultatem reſpõdetur, Societatis contractum dici oneroſũ, non autem lucratiuum, vt per Bald. in l. coire, in prima lect. in fin. ff. pro ſoc. & Felicium in ſuo tract. de ſociet. cap. 9. ſub num. 42. & ſeq. vbi eam eſſe rationem ait, quòd in contractu ſocietatis hinc inde fit collatio, ita vt alter pecuniam; alter verò operam atque induſtriam conferat. Imò eadem ratione huiuſmodi contractus eſt
2 vltro, citroque obligatorius, vt habetur ex Bald. conſ. 126. num. 1. & conſ. 396. num. 5. Caſtrac. de ſociet. officior. cap. 4. num. 15. & Felicio loco citato, capit. 7. num. 1. Etenim quilibet ex ſociis tenetur ad aliquid conferendum, vt diximus; & ob id dicitur contractus lucrorum, ac damnorum communicatiuus. Et cùm ſocii vicißim
3 obligentur ad aliquid conferendum; hinc ſequitur ſocietatis contractum dici quoque reſpectiuum, iuxta ea, quæ habentur
4 à Molina de contr. diſp. 253. ſub num. 4. Ex hoc ſequitur, talem contractum non poſſe celebrari, niſi ſaltem inter duos pro diuerſis rebus, cùm vnus ita obligetur ad conferendam pecuniam, vt alter obligetur ad conferendam operam, vel induſtriam, aut etiam numero diuerſam pecuniam, vel etiam ſpecie, aut rem aliam.

An ſocietatis contractus ſolo conſenſu perficiatur. Q. V.

S V M M A R I V M.

1 *Societas ſolo conſenſu contrahitur, ſiue conſenſus tacitus ſit, ſiue expreſſus.*
2 *Conſenſus non ſolùm verbis, ſed etiam factis declaratur.*
3 *Collatio bonorum, vel operum in communi non eſt contractus ſocietatis, ſed effectus eius.*
4 *Societas ſi contracta ſit ad merces emendas, & pecunia, quæ conferri debeat pereat ante collationem, non dicitur perire ſocietati.*
5 *Societas extra veram ſcripturam coiri poteſt.*
6 *Differentia eſt inter inſtrumentum, & contractum & illa, quæ eſt inter continens, & contentum.*
7 *Scriptura non pertinet ad eſſentiam ſocietatis ſed fit ad eiuſdem probationem.*
8 *Scriptura non eſt de eſſentia ſocietatis etiã ſi inter partes conueniatur, vt ſcriptura ſocietas ipſa celebretur.*
9 *Scriptura licèt non ſit de eſſentia contractus ſocietatis, etiam ſi inter partes fuerit conuentum vt ſcriptura valletur, eſt tamen eo caſu neceſſaria ad probationem illius.*
10 *Socii ſi conueniant, vt ſocietas non intelligatur contracta ante ſcripturæ confectionem, ſtandum eſt conuentioni.*
11 *Obligatus ad inſtrumentum conficiendum, an tenetur ad illud conficiendum cum clauſula quarentigiæ, & obligat. Camer.*
12 *Inſtrumentis omnibus hodie apponi ſolet clauſula quarentigiæ, ſeu oblig. Camer.*
13 *Scriptura priuata an ex partium conuentione poſsit habere vim inſtrumenti publici: & an idem effici poſſit ſtatuto, aut conſuetudine.*
14 *Societas contrahi non poteſt, niſi cum iis, qui conſentire, & obligari poſſint.*

1 AD hanc quæſtionem affirmatiuè reſpondetur, vt eſt tex. & ibi Gloſ. in l. ſocietas contrahitur, ff. pro ſoc. l. conſenſu, ff. de action. & obligat. Riminal. iun. conſ. 636. num. 52. lib. 6. Felicius in ſuo tract. de ſociet. cap. 1. num. 6. & cap. 19. num. 78. Leſſ. lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 25. de ſociet. dub. 1. num. 2. & in terminis ſocietatis officiorum extant plures Rotæ deciſiones poſt Zach. tract. de ſociet. offic. impreſſæ, nempe deciſ. 1. num. 1. in vna Romana ſocietatis 20. Aprilis 1601. coram D. Iuſto. & deciſ. 11. num. 1. in alia Romana ſocietatis, 9. Maij 1588. coram Eminentiſsimo Cardin. Gypſio. Quæ quidem concluſio vera eſt de conſenſu non modo expreſſo; verum etiam tacito, vt de ſocietate officiorum probat Caſtrac. tract. de ſociet. offic. cap. 51. num. 1. cum plur. ſeq. & Felic. d. cap. 1. num. 7. ad quod allegat tex. in l. 4. ff. pro ſoc. in qua dum habetur, quòd ſocietas contrahi poteſt re, & verbis, declarat, re, ideſt tacito conſenſu: & verbis, nempe expreſſo conſenſu, vt per Petr. de Vbald. de duob. fratr. p. 8. num. 1. in fin. cum aliis quos allegat. Etenim
2 conſenſus non ſolùm verbis, ſed etiam factis declaratur, l. de quibus, ff. de legib. Anch. conſ. 302. & Soc. conſ. 87. num. 11. lib. 1. & nos latius dicemus, & ſeq.
Ex hac concluſione infertur primò,
3 quòd contractus ſocietatis cùm ſolo conſenſu perficiatur, collatio bonorum, vel operum in commune, non eſt contractus ſocietatis; ſed effectus eius: ſiquidem traditione non indiget, vt eorum transferatur dominium in ſocios, vt per Bart. & alios in l. 1. ff. pro ſoc. & Bal. in l. ſi ſocius, in prin.

Digitized by Google

ff. ſi cert. pet. Couar. lib. 3. variar. reſol. cap. 19. Tuſch. in ver. Societas, concl. 301. num. 2. Leſſ. lib. 2. de iuſtit. & iur. cap. 25. de ſoc. dub. 1. & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 1. q. 1. Eſt tamen verum, quod ſi ſocie-
4 tas ſit contracta ad merces emendas, & pecunia, quæ conferri debebat pereat ante collationem, nempe in itinere, non dicitur perire ſocietati, vt in l. ſi id quod, §. item Celſus, ff. pro ſoc. Petr. de Vbald. de duob. fratr. p. 8. ſub num. 1. & Felicius de ſociet. cap. 27. num. 3. & 4. vbi num. 2. idem dicendum eſſe ait de qualibet re deſtinata ſocietati contrahendæ, & pereat: ſiquidem ſocietati perire non dicitur.

Secundo infertur, quòd ſocietas tùm
5 ſolo conſenſu exterius expreſſo, perficiatur, citra omnem ſcripturam coiri poteſt, tam inter præſentes, quàm inter abſentes, per nuncium, aut per Epiſtolam; atque ideò poteſt ſocietas conſiſtere ſine vllo inſtrumento, vt de ſocietate officiorum probat Caſtr. di. ſoc. offic. c. 11. [illegible] latè hanc rem pertractat, & de Societate in communi, Filliuc. d. q. 1. & Felicius de ſociet. cap. 29. num. 78. vbi etiam ait, differentiam eſſe in-
6 ter inſtrumentum & contractum; Sicut inter continens, & contentum. Siquidem inſtrumentum eſt ſcriptura Notarii de conſenſu partium inita; & contractus eſt ipſa partium conuentio, Bart. in l. ſi quis legatum, col. 1. de legat. Alex. conſ. 128. col. 2. in prin. lib. 2. Rolan. conſ. 43. num. 13. lib. 3. Fit autem ſcriptura in ſocietate
7 non quia ſcriptura pertineat ad eiuſdem eſſentiam; ſed ad probationem, vt habetur ex Dacian. conſ. 64. lib. 3. Quod quidem verum eſt, etiam ſi per partes fuerit conuentum, vt in ipſo ſocietatis contractu fiat inſtrumentum; nam licet Paul. Caſtr. in l. cum res, col. 2. C. de probat. in l. quibus idem ff. de verb. obligat. & in l. contractus, C. de fid. inſtrum. & conſ. 451. lib. 2. ac Riminaldi conſ. 51. lib. 2. velint, contractum ſocietatis eo caſu ante inſtrumenti confectionem non eſſe perfectum, atque ideò tunc ſcripturam eſſe de illius eſſentia, quam opinionem magis communẽ eſſe teſtatur Honded. conſ. 52. num. 20. lib. 1. Nihilominus contrariam ſententiam
8 tenent Dec. conſ. 340. col. 2. lib. 2. quam opinionem communẽ eſſe teſtatur Brun. Arimin. conſ. 131. ſub num. 1. & eam vti communiorem, & veriorem ſequitur Burſat. conſ. 100. lib. 1. & magis communem eſſe inquit Dacian. loco citato, & Felicius d. cap. 29. num. 81. & ſeq. cum aliis, quos allegat. Volunt enim præfati Doctores, quod inſtrumentum in propoſito caſu nõ eſt de eſſentia contractus; ſed partium conuentionem de conficiendo inſtrumento eſſe intelligendam quoad probationẽ, non autem quoad ſubſtantiam contractus; atque adeo ante inſtrumenti confectionem, contractum ſocietatis eſſe perfectum, ita vt per teſtes probari poſſit; ad quod allegant tex. in l. contrahitur, ff. de pignor. Quibus adde ea, quæ de ſocietate officiorum infra dicemus d. lib. 3. capit. 8. q. 33.

Eſt tamen verum, quòd probabilis val-
9 dè nobis videtur ſententia eorum, qui volunt eo caſu, quod quamuis ſcriptura non ſit de eſſentia contractus ſocietatis, tamen ſit neceſſaria ad probationem, ita vt non poſſit aliter probari, quàm per ſcripturam, & partis confeſſionem, per ea, quæ habentur per Bald. in auth. ſed nouo iure, C. ſi cert. petat. Brun. in tract. de forma, in titulo, quomodo plex eſt forma, col. 9. verſ. Ad idem facit, Grat. conſ. 102. num. 4. lib. 1. & alios, quos refert, & ſequitur Felicius loco citato, num. 83. quibus adde, quæ nos adnotauimus in noſtris Commentariis in extrauag. Pij V. de cenſibus, q. 13. num. 22. & 23. vbi tractaui, quando ſecluſa diſpoſitione dictæ extrauag. ſcriptura ſit de eſſentia contractus cenſualis, [illegible] ex partium conuentione dentur arræ. In [illegible] tamen euentum vbi partes dixerunt, quòd contractus ſocietatis non cen-
10 ſeatur celebratus antequàm fuerit confecta ſcriptura, earum conuentioni ſtandum erit, l. contractus, & ibi Gloſſ. in verb. ſcriptis, C. de fid. inſtrum. Dacian. conſ. 64. ſub num. 19. Hond. conſ. 52. num. 19. lib. 1. & Felicius vbi ſupra, num. 79. [illegible] num. 1. [illegible] opinionem [illegible]
11 ex iſtis [illegible], quòd [illegible] in aliquo contractu ad conficiendum inſtrumentum, cogi etiam poteſt ad ponendum in eo clauſulam quarentigiæ, & obligationem Cameralem, vt per Bened. de Barr. in tract. de quarentig. q. 3. & alios, quos ipſe retuli in d. Commentar. in proœm. q. 1. num. [illegible] præſertim. Auendano de cenſib. Hiſpan. cap. [illegible] ſub num. [illegible] Nihilominus contraria ſententia ſibi videtur probabilior, quoniam ex tali obligatione debitoris conditio ſatis deterior efficeretur, vt per Angel. [illegible] vbi etiam Alex. [illegible] ff. de damn. infect. idem Angel. in l. [illegible] de nouat.

emit. & in l. in omnibus, in fin. ff. de iudic. cum alijs ab eodem allegatis. Nobis tamen prior opinio videtur verior, ea potiſſimum ratione, quòd hodie ex communi

12 conſuetudine in inſtrumentis ferè omnibus ſolet apponi clauſula quarentigiæ, ſeu obligatio Cameralis, iuxta ea, quæ habentur per Tiraq. in tract. Lignager. §. 1. gloſ. 5. ſeu 9. num. 3. Gabr. commun. concluſ. tit. de obligat. concl. 3. n. 10. 15. & 29. & alios quos cumulat idem Felicius d. cap. 29. in fin.

His etiam adde, quod idem Felicius ait

13 loco citato, num. 84. cum pluribus ſeq. quòd licèt non nulli velint, ex partium conuentione fieri non poſſe, vt ſcriptura priuata vim habeat inſtrumenti publici, vt habetur ex Innoc. in cap. cùm Tabellio, poſt med. de fid. inſtrum. & hoc ideò, quoniam partes Notarium creare non valent; nihilominus cum communi, ac veriori ſententia tenet contrarium: ſiquidem partes eorum pacto non efficiunt Notarium; ſed quòd ſcriptura priuata fidem faciat, vt per Alex. in l. 1. §. fin. ff. de verb. obligat. & conſ. 113. col. 2. lib. 4. Decian. conſ. 10. num. 138. lib. 1. conſ. 93. num. 12. lib. 3. Quod quidem etiam, ſtatuto fieri poſſe, docet Menoch. conſ. 787. lib. 8. & quòd priuatæ ſcripturæ fides adhibeatur, ſtatuto fieri poſſe, tenet Felin. in d. cap. cùm Tabellio, de fid. inſtr. Dec. capit. 4. col. 2. verſ. Circa primum, de probat. Alex. conſ. 53. col. 1. lib. 1. Et quòd idem fieri poſſit per conſuetudinem, probat Rocch. de Curt. de conſuetud. num. 158. Rota Genu. deciſ. 142. num. 1. Decian. conſ. 10. n. 141. & ſeq. lib. 1. vbi etiam addit, quòd ſtatutum loquens de ſcriptura publica, comprehendit etiam ſcripturam priuatam facientem fidem, vt ſupra. Et denique ſi partes aſſerant velle, ſcripturam priuatam habere vim obligationis Cameralis, ſcriptura illa executionem habebit, ſicut obligatio Cameralis, Galleſ. in tract. Cameralis obligat. tinde in ſtrum. q. 2. num. 41. & 92. Strac. in tract. de aſſecur. Gloſ. 37. Moron. in tract. de treg. & pac. q. 3. num. 6. & Felicius loco citato, n. 86.

3. Tertiò infertur, quòd ſocietas, cùm ſit

14 conuentio, ſeu contractus, qui conſenſu perficitur, cum iis tantùm contrahi poteſt, qui conſentire, & obligari poſſunt, vnde amentes, furioſi, & alij ſimiles, qui liberum conſenſum non habent, ſocietatem contrahere non valent. vt in l. 1. C. pro ſoc. l. 1. §. furioſum, ff. de action. & obligat.

Societatis contractus qualiter conſenſu perficiatur, tam tacito, quàm expreſſo. Q. VI.

S V M M A R I V M.

1 *Societatis contractus expreſſo conſenſu tripliciter celebrari contigit; nempe verbis, ſtipulatione, & pacto.*

2 *Societatis contractus qualiter tacitè, ſeu tacito conſenſu celebretur.*

3 *Societas omnium bonorum non tantùm datur expreſſa, ſed etiam tacita.*

4 *Filij ſociorum omnium bonorum an ſint dotandi de communi, ſi ſocietas tacitè ſit initia ſit contracta.*

5 *Societas particularis tacito quoque conſenſu contrahitur ex actibus ſocialibus, ſicut & expreſſa, & vniuerſalis omnium bonorum.*

6 *Societas non datur citra communionem aliquam; licèt communio dari poſſit citra ſocietatem.*

7 *Societas tacitè qualiter inter fratres cenſeatur contracta.*

8 *Fratribus poſsidentes pro communi, & indiuiſo hereditatem paternam, nō cenſentur contraxiſſe ſocietatem omnium bonorum, ſed ſocietatem tantum in paterna hereditate.*

9 *Emptores plures rem aliquam, an in ea reperiantur contraxiſſe ſocietatem.*

10 *Societas particularis tacita licèt differat ab expreſſa, non tamen huiuſmodi ſocietates differunt quoad effectum.*

11 *Vbi militat eadem ratio, ibi quoque militat eadem iuris diſpoſitio.*

12 *Sociorum alter ſi capiatur à Latronibus, an conſocius teneatur contribuere redēptioni.*

13 *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, vbi nō adeſt diſparitas rationis.*

14 *Donationes factæ ab vno ex ſocijs, non veniunt communicandæ in ſocietate particulari, ſiue tacita ſit, ſiue expreſſa.*

15 *Damna culpa vnius ex ſocijs ſocietati obuenientia non communicantur in ſocietate particulari, ſiue tacita ſit, ſiue expreſſa.*

16 *Societas ſicut tacito, & expreſſo conſenſu contrahitur, ita etiam, & eiſdem modis diſſoluitur.*

17 So-

Digitized by Google

17 *Societas quando dicatur renouata, non obſtante morte vnius ex ſocijs.*
18 *Societas diſſoluta per cohabitationem ſociorum, & communicationem lucrorum cenſetur renouata.*
19 *Societas renouata non cenſetur per ſolam pecuniam capitalem dimiſſam apud conſocium.*
20 *Societatis renouatio exigit vtriuſque ſocij conſenſum.*
21 *Societas officiorum cenſetur renouata per dimiſſionem ſortis apud conſocium, ſi fructus pro ſecundo ſemeſtri recipiat.*
22 *Societas contracta per ſex menſes, & deinde ad beneplacitum, ſemper durat, donec beneplacitum reuocetur.*
23 *Societas an cenſeatur renouata ex eo quòd ſocij ſoliti fuerant eam renouare.*
24 *Societas quibus caſibus non cenſeatur renouata.*

DIximus ſupra q. præcedenti, quòd ſocietatis contractus ſolo conſenſu perficitur, ſiue conſenſus expreſſus ſit, ſiue tacitus; reſtat modo videndum, qualiter ſocietas contrahatur expreſſo conſenſu, & qualiter tacito; & propterea ad huius rei explicationem ſit

Prima concluſio.

1 EXpreſſo conſenſu ſocietas tripliciter contrahi contingit; nempè verbis, ſtipulatione, & pacto, vt in l. ſocietatem coire, & ibi Gloſ. & Bald. & alij, ff. pro ſocio, l. nam cum tractatu habito, & l. duo ſocietatem, ff. eod. Soc. conſ. 4. lib. 4. Dec. conſ. 69. lib. 1. Rolan. conſil. 91. num. 24. lib. 1. Maſcard. de probat. concl. 1309. num. 5. & nos infra latius, Deo fauente, dicemus lib. 2. de Societatis diuiſione agentes. Vndè expreſsè dicitur contrahi ſocietas omniũ bonorum, ſi contrahentes expreſsis verbis dicant velle contrahere ſocietatem generalem, ſeu vniuerſalem omnium bonorum: aut quòd omnia vndecunque quæſita, vel qualitercunque obuenientia communicẽtur: vel quòd ſint ſocij ad lucrum, & quòd expenſæ omnes quomodocunque contingentes de communi erogari debeant, &c. vt colligitur ex tex. in l. 1. 3. l. ſed & ſi adijciatur, l. ſi fratres, §. idem Papinianus, & §. ſocium, & l. ſi ſocietatem vniuerſorum, ff. pro ſoc. §. 1. vbi Gloſ. & Aret. in Inſtit. de ſocier. Crot. conſ. 40 num. 6. Natt. conſ. 100 in princ. lib. 1. & alij apud Felicium de ſocietat. cap. 10. num. 6. cum plurib. ſeq. & nos infra latius dicemus lib. 2. cap. 1. q. 3. concl. 1. Sic etiam expreſsè contrahitur particularis ſocietas, quãdo expreſsis verbis initur ſuper vna, vel pluribus determinatis rebus, nempè ſuper aliqua ſpeciali negotiatione, vel ſuper pluribus determinatis: ſuper aliqua, vel pluribus determinatis artibus, ſuper animalibus, ſuper officijs, ſuper vectigalibus, & gabellis, & alijs eiuſmodi, de quibus Molin. de contr. diſput. 412. Azor. tom. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 1. & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 1. q. 7.

Secunda concluſio.

2 TAcito conſenſu ſocietas contrahi intelligitur ex actibus ſocialibus eam inferentibus. Vndè quando duo vel plures bona omnia communicant, tam præſentia, quàm futura vndecunque, & qualitercunque quæſita, & obuenta, ſiue prouenerint ex titulo oneroſo, nempe ex emptione, vẽditione, locatione, &c. ſiue ex titulo lucratiuo, ex teſtamento, ex donatione, ex his ſimilibus, viuendo de communi cum proprijs vxoribus, & filijs, ac tota familia, & ad inuicem non reddita ratione, hi proculdubio tacitè cenſentur contraxiſſe ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter, vt habetur ex Rom. conſ. 291. Soc. conſ. 160. lib. 2. Anch. conſ. 302. Dec. conſil. 66. & 68. & alijs apud Molin. de contractib. diſput. 421. num. 1. 2. & 3. & Felic. de ſociet. cap. 9. num. 68. & 29. Etenim ex huiuſmodi actibus non poteſt aliud inferri quàm ſocietas, & ſocietas omnium bonorum ſimpliciter, vt latius infra dicemus lib. 1. cap. 1. q. 3. concl. 2. Ex quo infertur minus probabilem eſſe opinionem Barbat. conſ. 22. col. pen. lib. 1. & conſ. 10. col. 5. lib. 4. Menoch. conſ. 12. num. 10. lib. 1. & conſ. 122. num. 1. lib. 3. Alex. conſ. 48. num. 4. lib. 2. conſ. 76. & 77. lib. 4. ac aliorum, exiſtimantium non dari ſocietatem omnium bonorum ſim-
3 pliciter tacitam, quæ tacito conſenſu contrahatur; ſed tantùm expreſſam: ſiquidem in contrarium eſt communis ſententia, vt habetur ex Ber. conſ. 190. col. 2. lib. 1. in Apoſtil. ad Roman. d. conſ. 291. num. 4. Bald. conſ. 452. lib. 3. & conſ. 284. in fin. lib. 5. Ruin. conſ. 114. col 8. lib. 1. Corn. conſil. 62. lib. 1. Soc. conſ. 291. lib. 2. num. 1. & ex alijs quamplurimis, quos refert, & ſequitur Felic. de ſociet. cap. 10. ſub num. 16. &

Tuſch.

Tuſch. in ver. Societas, concl. 282. num. 18. 19. & 20. vbi ait tex. qui pro contraria opinione affertur in l. 3. §. ſpecialiter, & ibi Gloſ. ff. pro ſoc. loqui de ſocietate omnium bonorum quoad bona acquirenda, quæ nõ poteſt dari tacita. Quæ quidem reſponſio nobis non probatur: quoniam in ſocietate omnium bonorum tacita veniunt tam bona acquiſita, quàm acquirenda; ſicut in expreſſa: & non tantùm veniunt bona, quæ acquiruntur ex actibus quæſtuarijs, nempe ex emptione, venditione, locatione, & ſimilibus; verum etiam, ex hæreditate, legato, donatione, &c. vt contra Azor. tom. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 17. q. 5. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 7. q. 2. Tuſch. loco citato, num. 2. & alios probabimus infra lib. 2. cap. 1. q. 3. concl. 3. & q. 4. vbi cum ſententia magis communi oſtendemus nullam eſſe differentiam inter ſocietatem omnium bonorum tacitam ex actibus ſocialibus inductam, & expreſſam, atque ideò in tacita ea omnia venire, quæ veniunt in ſocietate omnium bonorum expreſsè contracta. Vndè ad tex. in d. l. 3. cum alijs duabus ſeq. reſpondemus, quòd ſura illa loquuntur de ſocietate ſimpliciter contracta, non exprimendo, vt ſit omnium bonorum, vnius rei, vel plurium, quæ licèt tacitè cenſeatur contracta ad omnia, quæ acquiruntur ex actibus quæſtuarijs; nihilominus differt à ſocietate omniũ bonorũ tacitè contracta ex actibus ſocialibus, vt latius infra dicemus d. q. 4. c. 1. lib. 2. Quocirca improbabilis quoque nobis videtur opinio eorũ, qui volũt, quòd quamuis in

4 expreſſa omnium bonorum ſocietate ſociorum filiæ ſint de communi dotandæ; id tamen negant in ſocietate omnium bonorum tacita; quoniam putant, in ſocietate tacita omnium bonorum non venire, niſi ea, quæ acquiruntur ex actibus quæſtuarijs; & dotatio filiæ ſocij non eſt actus negotiationis quæſtuariæ, vt habetur per Bald. in auth. ex teſtamento, col. pen. verſ. ſecundò quæro, quid ſi docet ſororem, C. de collat. & alios apud Tuſch. in d. concl. 282. num. 1. quod ſupra diximus eſſe falſum, & infra latius dicemus lib. 2. capit. 1. q. 6.

Societas quoque particularis tacito cõſenſu contrahi poteſt ex actibus ſocialibus

5 eam inferentibus, vt in l. Paulus, ff. rem rat. haben. Et cùm non detur ſocietas citra communionem aliquam, vt in d. l. 1. in

6 fin. & l. ſi id quod, ff. pro ſoc. licèt communio abſque ſocietate conſiſtere valeat, vt in l. vt ſit, ff. eod. & nos infra cap. 4. latius dicemus; idcirco conſideranda eſt qualitas rerum communicatarum, vt cognoſci poſſit, de quibus tacitè fuerit contracta particularis ſocietas. Vndè ſi inter fratres, aut

7 alios fiat fructuum communicatio, & non proprietatum, in fructibus dumtaxat; non autem in proprietatibus cenſetur tacitè contracta ſocietas, vt per Saly. in l. ſi patruus, col. pen. C. commun. vtriuſ. iudic. Bald. conſ. 120. lib. 1. & conſil. 452. & 453. lib. 3. Alex. conſ. 34. in fin. & conſ. 49. num. 3. lib. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 36. ſub num. 30. Petr. de Vbald. in ſuo tract. de duob. fratr. p. 3. n. 31. & alios, quos refert, & ſequitur Felic. de ſocier. c. 11. num. 4. vbi num. 5. addit, quòd ſi fructus inter fratres, aut alios in communi poſiti fuerint conuiuendi cauſa dumtaxat; ſocietas conuiuendi ſolummodo cenſetur inter eos contracta, vt per Bald. in l. fin. C. de collat. & Petr. de Vbald. loco citato, num. 22. Præterea ſi duo fratres paternam

8 hæreditatem pro communi, & indiuiſo poſſideant, non cenſentur contraxiſſe ſocietatem omnium bonorum; ſed ſocietatem tantùm in paterna hæreditate, vt in l. ex parte, §. Filius, ff. famil. erciſc. l. ſi fratres, in prin. ff. pro ſoc. Petr. de Vbald. vbi ſupra, num. 24. Criminal. iun. conſ. 377. n. 28. lib. 4. & Felic. de ſociet. cap. 10. num.

9 25. & capit. 11. num. 6. Sic etiam ſi plures rem aliquam emant ex ſola ipſius rei emptione ab ipſis habita cenſetur tacitè contracta ſocietas, niſi aliter fuerit conuentum, vt per Alex. conſil. 36. in princ. lib. 5. Bart. & Bald. in l. cùm proponas, C. pro ſoc. & Tuſch. in verb. Societas, concl. 280. num. 14. Quod quidem ita demum verum eſſe dicimus, niſi aliquo modo conſtet, ementes communiter non habuiſſe intentionem contrahendi ſocietatem, vt per Gloſ. in l. vt conductionibus, ff. pro ſoc. Alex. conſ. 38. ſub num. 1. lib. 5. & Menoch. conſ. 46. num. 5. lib. 1. vbi ait, dictam intentionem ſufficienter comprehendi, quando poſt rem communiter emptam, eandem ſocij ſtatim inter ipſos ſibi diuiſerunt. Denique ſocietatem tacitè, ſeu tacito conſenſu fuiſſe initam, ſatis probatur ex proteſtatione facta contra ſocium, ne iret per tale iter propter latronum incurſus, aut alia huiuſmodi: ſiquidem talis proteſtatio infert neceſſariò ad ſocietatem, vt habetur per Alex. conſ. 49. num. 6. verſ. & licèt poſſit dici lib. 1. Quamplurima alia de tacita ſocietate vide apud Tuſch. verſ. ſocietas

taci-

tacita,concl. 286.& verſ.ſocij, concl. 288. Hæc ipſa particularis,ſeu ſpecialis ſocietas,tacito conſenſu contracta licèt differat
10 ab expreſſa ex eo quòd prior factis, poſterior vero verbis contrahitur, vt ſupra probauimus;quoad effectus tamen idem ius eſt ſocietatis particularis expreſſæ, ac tacitæ.Etenim ſicut particularis ſocietas expreſſa eius naturæ eſt, vt quicquid ſocius extra illud certum artificium, vel commercium,ſuper quo eſt contracta, ſibi non ſocietati lucratur,vt per Roman. cõſ. 168. num.3. & ad eum Addent. in verſ. Non debet,Corn.conſ.58. in princ. lib. 4. Anton.de Burt. conſ. 7. in princ. Caſtr. conſil.416.lib.1.& Tuſch. verſ. Societas, concl.184.num.1.cum plur.ſeq. vbi id extendit etiam ſi agatur de ſocietate certæ hæreditatis;ita etiam ſocietas particularis tacita eiuſdem naturæ eſt,cùm non poſsit aſsignari diuerſitatis ratio, cur ſocio in ſocietate particulari expreſſa tribuatur lucrum extra artificium, aut commerciũ adeptum, & non ſocio in ſocietate parti-
11 culari tacita:cùm igitur eadem ratio militet in vtroque caſu eadem quoque militat iuris diſpoſitio,art.tex.in l.illud, ff. ad leg.Aquil.& l.adigere,§.quamuis,ff.de iure patron. Et quemadmodum lucra, & damna,quæ proueniunt ex particulari, & expreſſa ſocietate communicantur inter
12 ſocios;quod in tantum eſt verum, vt ſi alter ſociorum capiatur à latronibus debeant alij contribuere redemptioni, quando ſocius caperetur proficiſcens,ſocietatis cauſa, & citra eius culpam, vt per Bald. conſ.471.in fin.lib.3. & conſ. 159. lib. 5. Anch.conſ.103. in princ.lib. 2. & Tuſch. ver.Socij,concl.287.à num.9. ad 13. ita etiam lucra, & damna, quæ proueniunt ex particulari ſocietate tacita inter ſocios veniunt pariter communicanda: ſiquidem vbi non adeſt diſparitas rationis taciti, & expreſsi eadem eſt virtus,l. cùm quid,ff.ſi
13 cert.petat,& de ratione ſocietatis in communi eſt, vt lucra damna in ea communicentur, ſiue ſocietas ſit omnium bonorum,ſiue certæ rei,ac particularis, & ſiue tacita aut expreſſa,vt per Bald. conſ. 200. num.2.& ſeq.& conſil.304.num. 5. lib. 1. Corn.conſ.27.num.12.& ſeq.lib.2. & latè Tuſch.loco citato.in princ.& per tot.con-
14 cl. Et denique cæteris prætermiſſis tam in particulari ſocietate expreſſa, quàm tacita non communicantur donationes, & expreſſè factæ ab altero ſocio extra ſocietatem, ſed qui eas fecit tenetur in partem ſuam computare, vt habetur ex Paul. Caſtr.conſ.304.num. 5. Item non communicantur damna ex culpa, niſi ſocius adhi-
15 beat illam diligentiam in rebus ſocietatis, quam adhiberet in rebus proprijs, Alex.conſ.209.num.2.& conſ.210.num.6. lib.7. ſicut nec communicantur damna ex dolo,ac delicto ſocii cauſata, vt latius, Deo duce,ſub loco dicemus.

Tertia Concluſio.

16 SOcietas ſicut tacito, & expreſſo conſenſu contrahitur, ita etiam tacito ac expreſſo conſenſu renouatur.Hæc concluſio eſt communis, & patet ex iis, quæ habentur per Tuſch.in ver.Societas, concl 286.num.21. & in ver.Socij,concl. 288. Latè Felic.de ſociet. cap.vlt.& Caſtrac.de ſociet.offic.cap. 51. Etenim ſicut ſocietas verbis,& factis conſtituitur, vt ſupra oſtẽdimus,ita quoque verbis,& factis renouatur, atque ideò tacitè,& expreſsè. Renouatus autem Societas verbis, cùm expreſſis verbis agitur inter partes, quòd ſocietas renouetur, vt in l.4.cum l. ſeq. ff. pro ſoc.Soc.conſ.87.num.9.in fin. lib. 1. Menoch.conſ.121.num.7.& de præſump. lib. 3.præſump.57.num.2.factis verò,& ſic tacito conſenſu renouatur ſocietas, quando ex actibus quibuſdam à ſocijs initis infertur ſocietatis renouatio, vt in l. planè. ff. pro ſoc.Panor.cõcl.87.num.2.lib. Caſtr. conſ.73.col.1.lib.1.Iaſ.conſ.13.ad fin. lib. 3.Pariſ.conſ.82.num.35.lib.1. Deci. conſ. 212.ſub num.7.Menoch. conſ. 121. num 72.Caſtrac. de ſociet.offic.cap. 51. & alii.
17 Hinc ſequitur, quòd quamuis morte vnius ex ſocijs extinguatur ſocietas, vt in l.verùm.§.fin.ff.pro ſoc. & §.ſoluitur, inſ. Inſtit.de ſociet.nihilominus ſi hæres ſocij præmortui vtatur eiſdem,quibus vtebatur defunctus,& eodem modo exerceatur, & gubernetur ſocietas prout exercebatur, & gubernabatur eo viuente, ſocietas ipſa proculdubio præſumitur renouata, vt habetur per Bald.in l.mandatum.in 3.oppoſ. verſ.Alij.dicunt,C.mandati,& in conſil. 485.in fin.lib.4.Alex.conſ. 132. num.13. lib.5.Soc.conſ.8.num 14.Decian.conſ.60. num.[illegible] conſ.85.num.04.lib.2. Petr. de Vbald.de duob.fratrib. 2.[illegible] num. 33. Maſcard.de probat.concl.1310.num.[illegible] & multo magis id verum eſt,ſi ſi lucrum in commune poſitum fuerit,vt habetur ex Panor.loco citato,& Menoch.d.conſ.121.
ſub

18 ſub num. 73. ſic etiam ſocij, ſi ſocietate
diſſoluta, apothecam cõmunem inabithẽt,
& lucra communicent, vt prius ante ſocie-
tatem diſſolutam, præſumitur profectò re-
nouata inter eos ſocietas, vt patet ex ijs
quæ tradita ſunt ex Felic. in ſuo tr. de ſo-
ciet. cap. vlt. ſub num. 6. vbi etiam num. 7.
idem dicendum putat ex Menoch. loco ſu-
pra relato, num. 89. & ex alijs, quando fini-
ta ſocietate, & rationibus ex pũctis, & tra-
dita cuique parte ſua capitalis, & lucri ite-
rum ſimul paulo poſt capitalia conferun-
tur in eadem negotiatione. Non tamen re-
19 nouata cenſetur ſocietas ex ſola capitalis
dimiſsione apud conſocium, vt colligitur
ex tex. in l. ſocium, qui in eo, ff. pro ſoc. ſe
habente, quòd ſocius retinens pecuniam,
ſocietate diſſoluta, non acquirit ſocietati,
ſed tantùm ad vſuras tenetur; atque ideò
ſocietas non cenſetur renouata: & eo ma-
xime, quia in renouatione ſocietatis, ſicut
in eiuſdem tacita cõſtitutione exigitur ſi-
multaneus ſociorum conſenſus, & mutua
rerum, ſed operarum collatio; quæ quidem
non concurrunt per ſolam capitalis dimiſ-
ſionem, & hanc ſententiam tenet Menoch.
d. conſ. 121. num. 86. & alij, quos refert, &
ſequitur Felic. d. cap. vlt. ſub num. 13.
Hinc ſequitur, quod qui pecuniam ad
ſocietatem officiorum dedit, ſi illam poſt
20 finitũ primum ſemeſtrem penes officialem
reliquerit, vel dimiſerit non ob id ſolum
cenſetur renouata, & continuata ſocietas;
quoniam licèt eo animo fortè pecuniam
ipſam penes officialem reliquerit, vt ſocie-
tas continuaretur; Officialis tamen eodem
animo forſan non retinuit, atque ideò in
renouatione non concurreret vtriuſque
conſenſus, qui omnino requiritur in ſocie-
tatis renouatione, ſicut in eiuſdem conſti-
tutione, vt ſupra diximus, & hanc opinio-
nem tenet Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 51.
21 num. 5 cum plurib. ſeq. qui tamen num. 9.
id limitat, niſi ille qui pecunias in ſocietate
dedit, fructus pro ſecundo ſemeſtri accipe-
ret; nam tunc cenſeretur tacitè renouata
cum eiſdem pactis, & conditionibus, vt
habetur per Corh. conſ. 54. num. 2. lib. 4. &
alios ab eodem Caſtrac. relatos. An autem
eo caſu fideiuſſores ſint liberati; maximè ſi
officialis fiat interim non ſoluẽdo, latè ex-
plicat idem Caſtrac. ibi à num. 14. vſque
ad fin. & cap. 52. per tot. Eſt tamen verum
quòd hæc quæ diximus vera ſunt quando
prima ſocietas eſt contracta ad ſex menſes
tantum: ſecus autem ſi eſſet inita ad ſex
menſes, & deinde ad beneplacitum partiũ
22 cum diſdicta quindecim dierum, vt de
communi conſuetudine hodie ſeruatur,
quoniam tunc ſocietas ſemper duraret;
donec beneplacitum reuocetur: ſiquidem
tunc tempus limitatum dici non poteſt, niſi
ſi vſque ad beneplaciti reuocationem, vt
in c. ſi gratioſè de reſcrip. l. 2. ff. de in diem
adiect. Decius conſ. 198. & alij apud Ca-
ſtrac. de ſociet. offic. cap. 54. num. 13. cũ ſeq.
Renouata tacitè quoque præſumitur
ſocietas, quando ea finita, ſocij renouare
23 ipſam ſoliti erant, nec apparet de contra-
ria eorum voluntate, vt patet ex Paulo
Caſtr. conſ. 73. num. 1. lib. 1. conſ. 160. n. 8.
& conſ. 162. num. 10. lib. 2. Menoch. conſ.
121. num. 106. lib. 2. & de præſumpt. lib. 3.
præſump. 57. num. 15. Idem dicendum eſt
ſi ſocietate diſſoluta, lucra iterum fuerint
cõmunicata, vt habetur ex Petr. de Vbald.
de duob. fratr. p. 3. num. 78. in fin. Menoch.
d. conſ. 121. num. 105. & ex alijs, quos re-
fert, & ſequitur Felic. de ſociet. cap. vlt. num.
10. & 11. vbi etiam à num. 14. vſque ad fi-
nem explicat non nullos caſus, in quibus
non cenſetur ſocietas tacitè renouata, nem-
24 pe cum perſonis quæ conſenſu carent, aut,
quæ contrahere prohibentur, quales ſunt
pupilli, furioſi, &c. ita vt nec renouata ta-
citè dici poſsit cum procuratore conſtitu-
to à defuncto poſt mortem duraturo, vt
contra Soc. conſ. 87. in fin. lib. 1. probat ide
Felic. ibidem. num. 16. Item non cenſetur
tacitè renouata ſocietas, ſi forma primæ
ſocietatis mutata fuit; nec præſumitur re-
nouata nomine illius, qui non fuit expreſ-
ſus in intitulatione librorum, quamuis eſ-
ſet comprehenſus in prima ſocietate; ſed
tantum cenſetur renouata quoad nomina-
tos, Ruin. conſ. 25. num. 6. lib. 1. Dec. conſ.
21. num. 6. lib. 1. Menoch. d. conſ. 121. num.
96. ſic etiam ſocietas officiorum non cen-
ſetur renouata, ſi fructus non fuerint exa-
cti in principio ſubſequentis ſemeſtris iux-
ta ea, qua habentur ex Caſtrac. de ſociet.
offic. cap. 51. ſub num. 8. eſt tamen verum
quòd ſi deinde poſt principium ſemeſtris
recipiantur fructus, ſocietas cenſetur re-
nouata etiam poſt expreſſam illius reuo-
cationem: ſiquidem ſocius fructus reci-
piendo cenſetur recedere à reuocatione,
& velle ſocietatem continuare, vt per Fe-
lic. d. c. vltim. ſub num. 21. qui id tamen li-
mitat non procedere quando reuocatio
eſſet facta cum officiali, vel alio modo
diſſoluta: nam per talem fructuum ſolu-
tionem factam ab eo, qui recognouit bo-
nam fidem, non poteſt præſumi ſocieta-

tis renouatio; quoniam pecunia, ſocietate diſſoluta, non ſtat amplius ſub periculo: & ad ſocietatem renouandam exigitur quoque officialis conſenſus, iuxta ea, quæ habentur ex Boccac. de ſociet. offic. num. var. Reliqua ad tacitam ſocietatis renouationem ſpectantia vide apud Felic. d. c. vlt. qui tem hanc latè pertractat: hæc ſatis de hoc capite.

In Definitione, ibi *Duorum, pluriumue*. Cap. III.

OStendimus ſupra cap. 2. q. 5. ſocietatis contractum eſſe vltro, citroque obligatorium, nec non reſpectiuum, cum ſocij vicißim obligentur ad aliquid conferendum; & propterea contractum huiuſmodi non poſſe conſiſtere niſi ſaltem inter duos pro diuerſis rebus; vnde meritò illum definiuimus, quòd ſit conuentio duorum, pluriumue. Et quoniam dubitari poteſt de pluribus perſonarum generibus, an ſocietatem contrahere poſsint, nempe de pupillis, minoribus, furioſis, prodigis, mulieribus, filijs familias, Religioſis, clericis, Militibus, Officialibus, Aduocatis, tutoribus, curatoribus, excommunicatis, infidelibus, hæreticis, hoſtibus ſaracenis, Iudeis, & carceratis, an ipſi ſocietatem contrahere valeant, & cum eiſdem ſocietas contrahi, meritò de his omnibus per ſuas quæſtiones hoc loco duximus diſcutiendum, & primò videndum eſt.

An pupilli, & impuberes ſocietatem contrahere valeant, & cum eiſdem ſocietas contrahi. Q. I.

S V M M A R I V M.

1 *Impuberes quinam dicantur ſiuè maſculi ſint, ſiuè fœminæ.*

2 *Pupillus quiſnam ſit, & quomodo differat ab Orphano.*

3 *Impuberes ſocietatem nulliter contrahunt.*

4 *Impuberes in ea ætate ſunt, vt quicquid vident, ignorent.*

5 *Impuberes pubertati proximi adhuc nulliter ſocietatem contrahunt.*

6 *Infans, & infantiæ proximus non multum à furioſo diſtat.*

7 *Impubes, & pubertati proximus non habet perfectum iudicium.*

8 *Impuberes nec eorum quidem patre auctorizante poſſunt ſocietatem contrahere.*

9 *Impubes in poteſtate patris conſtitutus, nec patre ſibi auctorizante, poteſt ſe obligare.*

10 *Impubes non haberet obligatum Patrem ſi malè ſibi auctorizaret.*

11 *Impubes cur mediante patris auctoritate non poſſit ſe obligare; & tamen impubes pupillus valeat cum tutoris auctoritate.*

12 *Impubes non ſolùm ex ſocietatis contractu non obligatur, ſed nec ex quocunque alio.*

13 *Impuberes proximi infantiæ, ac pubertati, licet in eorum damnum nulliter ſocietatẽ contrahant; validè tamen contrahunt in eorum vtilitatem; quamuis in contrarium ſit ſententia magis communis.*

14 *Impuberes, & infantiæ proximi à iure habent, vt alios ſibi obligent; alijs verò non obligentur.*

15 *Claudicatio in contractibus regulariter non admittitur.*

16 *Contractus bonæ fidei dolo initus eſt validus reſpectu dolum paſſi; inualidus verò contra doloſum.*

17 *Contractus initus cum Eccleſia, non adhibitis ſolemnitatibus eſt validus ad eius fauorem; inualidus verò reſpectu alterius.*

18 *Contractus metu celebratus valet in fauorem eius, qui metum fuit paſſus, ſed eſt inualidus in odium inferentis.*

19 *Claudicatio in contractibus aliquando admittitur ex indulgentia Principis, aut facto ſuperioris.*

20 *Impubes præſumitur circumuentus in contractu inito cum maiore.*

21 *Impuberes pubertati proximi ſi iurent contractus nõ cõtrauenire, ratione iuramẽti, ab eo nõ poſſunt recedere, ac ſi maiores eſſent.*

22 *Impuberes pubertati proximi contrahentes citra iuramentum, obligantur naturaliter; at cũ iuramẽto obligãtur quoque ciuiliter.*

23 *Pupilli citra tutoris auctoritatem ſocietatẽ nulliter contrahunt, ſiuè tacitè contrahant, ſiuè expreſſe.*

24 *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus.*

25 *Pupilli citra tutoris auctoritatem nulliter contrahunt, etiam ſi iurent non contrauenire, & pubertati ſint proximi; niſi doli capaces iurauerint ſe eſſe maiores.*

26 *Pupilli validè cõtrahunt ad eorũ vtilitatẽ.*

27 *Pupilli ſocietatẽ cõtrahentes cũ auctoritatẽ tutoris, ex ea remanent obligati.*

28 *Pupillus auctore tutore, contrahens, validè contrahit.*

29 *Pupillus, mediante tutoris auctoritate, contrahit*

trahit validè ſocietatem, non modò expreſſè; ſed etiam tacitè.

6 *Societas cum pupillo citra Tutoris conſenſum tacitum, vel expreſſum contrahi non poteſt, etiam ſi teſtator pupilli pater mandauerit, vt fratres maiores; ſeu patruus communi nomine cum pupillo viuant, & in communi omnia conferant.*

1 *Fratres maiores, aut patruus ſi communi nomine etiam pupilli negotia geſſerint citra tutoris auctoritatem, quæſita ex eis, cui nam acquirantur.*

2 *Pupillus mediante tutoris auctoritate, poteſt ſocietatem contrahere, non ſolùm, vt ſocij ſibi obligentur; ſed etiam vt ipſe ſocijs obligetur.*

3 *Tutor non conficiens inuentarium, quamuis poſſit vt ſuſpectus remoueri; geſta tamen per ipſum ſunt valida.*

4 *Pupillus, mediante tutoris auctoritate poteſt obligari ex quocunque contractu.*

5 *Pupillus ita demum obligatur cum auctoritate tutoris, ſi eſt pubertati proximus: ſecus ſi ſit infans, aut infantiæ proximus.*

6 *Pupillus cum auctoritate tutoris rectè ſocietatem contrahit ſuper rebus, quæ ſeruari non poſſunt: ſecus ſi ſocietas contrahatur ſuper rebus immobilibus, vel quæ inter immobilia connumerantur; vel ſuper rebus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt.*

Dominium in ſocietate transfertur.

Pecunia connumeratur inter res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.

Pecunia pupillaris destinata prædiorum emptioni, inter immobilia connumeratur, ſecus ſi pupillaris non ſit. Idem dicendum eſt de pecunia expoſita mercaturæ, erogata in emptionem cenſus, aut locum montium, vel in officiorum ſocietates.

Pupillus cum tutoris auctoritate poteſt ſocietatem contrahere cum alio à tutore: ſecus autem cum ipſo tutore.

Tutor in facto proprio auctoritatem impendere non poteſt.

Tutor contrahens cũ pupillo pluribus caſibus validè auctoritatem impendit.

Tutor ex teſtatoris iuſſu citra ſolemnitatem aliquam poteſt res minoris diſtrahere.

Tutor acquirens aliquid cum pecunia communi cum pupillo, cui acquirit.

AD huius rei explicationem eſt adnotandum, quòd maſculi impuberes dicuntur, qui minores ſunt 14. annis; fœminæ verò, quæ minores ſunt 12. Diuidũtur autem impuberes in infantes vſque ad ſeptennium, in proximos infantiæ, nempe qui egreſſi ſunt infantiam vſque ad decimum annum cum dimidio, ſi ſint maſculi: ſi verò fœminæ, vſque ad nonum cum dimidio: & in proximos pubertati, quales ſunt maſculi à decennio cum dimidio vſque ad 14. annum, & fœminæ à nouennio cum dimidio vſque ad 12. vt per Gloſ. in §. pupillus, in inſtit. de inutil. ſtipulat. l. 1. ff. de nouat. Latè Dec. in l. pupillum, ff. de regul. iur. Eſt quidem pupil-
2 lus, qui in patris poteſtate eſſe deſijt eiuſdem patris morte, vel emancipatione, vt in l. pupillus, ff. de verb. ſignific. Differt autem pupillus ab orphano ex eo quòd pupillus dicitur, qui non habet patrem; orphanus vero, qui nec patrem habet, nec matrem. vndè valet argumẽtũ de pupillo ad impuberem affirmatiuè, non autem negatiuè; quia omnis pupillus eſt impubes; ſed nõ è cõuerſo omnis impubes eſt pupillus; quoniã filius minor 14. annis ſub patria poteſtate cõſtitutus eſt impubes, & tamẽ non eſt pupillus. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima concluſio.

IMpuberes ſocietatem nulliter contra-
3 hunt. Hæc concluſio eſt communis, & patet ex tex. in l. vt in concluſionibus, ff. pro ſoc. Bart. & Bald. in l. ſi patruus, C. commun. vtr. iud. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 56. num. 6. Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 12. Zach. eod. tract. n. 177. cum plur. ſeq. Felic. de ſociet. cap. 3. num. 10. cum alijs, quos allegat. Rationem autẽ hanc eſſe volunt, quia ſocietas ſolo conſenſu perficitur, vt in l. ſocietatem, ff. pro ſoc. Rota Rom. poſt Zach. deciſ. 31. in vna Romana ſocietatis, 9. Maij, 1588. Coram b. m. Card. Gypſio. & deciſ. 40. in alia Romana ſocietatis, 14. Nouembris, 1583. coram b. m. Cardin. Blanchetto. At impu-
4 beres perfectum conſenſum non habent, cùm in ea ætate ſint, vt quicquid vident, ignorẽt, vt in l. fin. C. de falſ. monet. Non ergo impuberes ſocietatem contrahere poſſunt, & ſi contrahant, nulliter cõtrahãt.
Ampliatur hæc cõcluſio, vt impuberes
5 ſocietatẽ cõtrahere nequeant, nõ modo ſi ſint infantes; verum etiã ſi ſint infantiæ & pubertati proximi, ſiquidẽ ſocietas cũ ſit contractus vltro citroque obligatorius, & ſimultaneũ exigat cõſenſũ, iuxta ea, quæ habentur ex Alex. conſil. 49. ſub num. 1. lib. 1. huiuſmodi cõſenſus in infante, & infantiæ proximo, conſiderari non poteſt,

quoniam infans, & infantiæ proximus nõ
6 multum à furioſo diſtant, cum nullum habeant intellectum; eo quòd infans non intelligit quid loquatur, & proximus infantiæ, qui egreſſus eſt infantiam, non intelligit, quid agat, vt in §. pupillus, & ibi Gloſ. in verſ. qui infantiæ, in inſtit. de
7 inutil. ſtipulat. & impubes licèt ſit pubertati proximus; non tamen habet perfectũ intellectum, ſed adhuc dicitur ignorans, vt in d. l. fin. §. fin. in fin. C. de ſuit. mon. at ignorantia excludit conſenſum, l. ſi fratres, ff. de pact.

Secundò ampliatur eadem concluſio,
8 vt impuberes nec auctore quidem eorum patre, poſſint ſocietatem contrahere; quoniam ſocietatis contractus eſt vltro, citroque obligatorius; at impubes; qui in
9 poteſtate parentis eſt nec auctore quidem patre obligatur, vt in d. §. pupillus, in fin. & ibi Gloſ. in ver. patre, de inutil. ſtipulat. ſiquidem pater [illegible] auctorizaret [illegible] cum impubes non haberet obligatum [illegible]
10 in l. cùm oportet §. ſub hac tamen, verſ. Non autem [illegible] C. de bon. quæ lib & infra latius dicemus, q. ſeq. lim. 1 & hanc eſſe rationem, ait Gloſ. ibi, cur im-
11 pubes etiam cum auctoritate patris non poſſit ſe obligare & impubes pupillus poſſit cum auctoritate Tutoris, vt infra dicemus, eo quòd tutor [illegible] auctoritatem facere pupillo, [illegible] tutelæ adminiſtrationem [illegible] quæ diximus in commentar. [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] ampliatur eadem concluſio, vt
12 impuberes non ſolum ex ſocietatis contractu [illegible] quæcunque alia obligari poſſint [illegible] defectus perfecti conſenſus [illegible] ſed quod [illegible] inutili ſtipulat. [illegible] adimus in noſtris commentar. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] beres perfectum conſenſum non habeant.

Sic amplicata limitatur eadem concluſio, vt quando impuberes proximi infantiæ,
13 aut pubertati [illegible] ſocietatem contrahant; nihilominus concluſio ipſa intelligenda eſt quoad [illegible] damnum [illegible] ſocius autem quoad commodum [illegible] vt in d. [illegible] ſed quod diximus [illegible] in illis verbis; *Sed in proximis infantia [illegible] benignior [illegible] facile [illegible] [illegible] habeant [illegible]* [illegible] nempe ſubdit Gloſ. ibi, [illegible] generaliter vero non obligentur. Et hanc ſententiam in ſpecie tenet Roman. conſ.

453. qui id ampliat verum eſſe, etiam ſi ſtatuto caueatur, vt minor contrahere nequeat citra certam, ac præſcriptam ab eo ſolemnitatem. Soc. conſ. 160. ſub num. 12. lib. 2. Corn. conſ. 167. num. 5. lib. 3. Rip. reſp. [illegible] ſub num. 6. tit. de confeſ. Lamber. in tract. de ſolenni. adhib. in contr. mulier. Gloſ. 1. in [illegible] oblig. ſub num. 24. dicens hanc opinionem eſſe veriorem, & probant ex d. §. ſeu quod diximus, de inutili ſtipulat. §. 1. in Inſtit. de auctor. tutor. l. Iulia, §. ſi quis à pupillo, ff. de action. empt. l. non eo minus, C. de procurat. [illegible] ff. de nouat. & Gloſ. in l. cum cauſa [illegible] verſ. Nec inter minores ff. de minor. Eſt tamen verum quòd ſententia magis communis docet contrarium, quam tenent Bald. in l. cum oportet, in princ. num. 9. [illegible] de bon. quæ liber. Iaſ. in l. 1. ſub num. 6. verſ. ampliatur, C. qui teſtam. facer. poſſ. Alex. conſ. 49. ſub num. [illegible] lib. [illegible] Parri. conſ. 86. ſub num. [illegible] lib. 1. Bertrand. conſ. 62. num. [illegible] lib. 1. p. 2. Menoch. conſ. [illegible] num. 35. lib. [illegible] & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. [illegible] num. 11. Imò idem Soc. d. conſ. 160. num. [illegible] hanc ſententiam inquit eſſe de mente Doctorum, & veram, ac communem teſtatur eam eſſe Felic. de societ. cap. [illegible] ſub num. 16. & 17. & pro ea [illegible] alios Doctores allegat, & probat [illegible] ex tex. in l. [illegible] in conductionibus, ff. pro ſoc. tum ex ſolutione iurium ſupra relatorum, tum denique rationibus: nam ſocietas huiuſmodi diceretur Leonina; cùm impuberes in ea poſſent lucrari, & non perdere, contra tex. in l. ſi non fuerint, §. Ariſto, ff. eod. tit. & eadem ratione cenſeretur vſuraria, atque ideo cùm vſura ſit [illegible] mala, nec pro redemptione quidem captiuorum permitti poteſt, vt in cap. ſuper eo, de vſur. [illegible] vnde cùm hæc ſententia ſit communis, [illegible] fatentur magis communis, in iudicando non videtur ab ipſa eſſe de facili recedendum, [illegible] quamuis prior ſententia nobis videatur de iure verior, [illegible] iura pro dicta priori ſententia loquantur generaliter de omni contractu celebrato ab infantiæ, & pubertati proximis, vt valeant ad eorum vtilitatem, non autem ad damnum, quoniam iura eiſdem
14 conceſſerunt, vt alios ſibi obligent, ipſi verò non obligentur, vt ſupra probauimus, & cum non diſtinguant de contractu, nec nos diſtinguere debemus, l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſt. [illegible] de pretio, [illegible] publ. [illegible] Nec ex eo quòd in contractu ſocietatis debet ſeruari æqualitas, [illegible] contractus ſocietatis

tatis eſt validus reſpectu dictorum impuberum, ſit etiam validus reſpectu ſociorum, & è conuerſo ſi inualidus ſit reſpectu ſociorum, inualidus quoque debeat eſſe ex parte impuberum; quoniam non ſolùm in contractu ſocietatis, ſed etiam in omnibus alijs contractibus æqualitas eſt ſeruãda, ita vt non magis vnus contrahentium, quàm alter grauetur, nam in contractibus regulariter non admittitur claudicatio, quia vbi eſt claudicatio non
15 eſt iuſtitia, cum iuſtum æqualem obligationem exigat, vt per Bald. conſ. 18. num. 2. lib. 2. latè Tuſch. in ver. claudicatio, concl. 287. num. 3. & ver. contractus, concl. 980. num. 1. Et nihilominus in multis caſibus contractus reſpectu vnius ex cõtrahentibus, ac ad eius vtilitatem eſt validus, & inualidus reſpectu alterius. Hinc
16 contractus bonæ fidei dolo initus eſt validus reſpectu dolum paſsi: inualidus cõtra doloſum, vt per Anton. de Butr. conſ. 22. num. 2. & Tuſch. d. concl. 287. num. 10. & 18. ſic etiam contractus initus cum
17 Eccleſia non adhibitis ſolennitatibus eſt validus ad eius fauorem, inualidus reſpectu alterius contrahentis, vt poſt alios Tuſch. loco citato, num. 17. & nos latè de hac re egimus in noſtris commentar. in
18 extrauag. Pij V. de cenſib. §. 1. q. 22. & denique contractus metu celebratus valet in fauorem eius qui metum fuit paſſus, ſed eſt inualidus in odium inferentis. Vnde is, cui metus fuit illatus petit data, ſi non reſtituit habita, Angel. Areti. conſ. 96.
19 num. 3. Admittitur ergo aliquando claudicatio in contractibus, quia fortè datur aliquis contractus, in quo non ſeruari poſsit æqualitas; ſed claudicatio admittitur ex indulgentia Principis, vt in d. § pupillus, in Inſtit. de inutil. ſtipulat. ſiquidem claudicatio admittitur facto ſuperioris, & Principis vt per Ioan. de Anan. conſ. 43. num. 2. & Tuſch. d. concl. 287. num. [illegible] Neque ex eo quòd ſocietas eſſet valida ad fauorem impuberum, & inualida in damnum ſociorum, diceretur vſuraria; quoniam lucrum ex ea conſequuntur impuberes tanquam ex iuſto titulo; cum ex indulgentia Principis ſocietatis contractus ſit validus ad vtilitatem impuberum & quamuis ſit inualidus in odium ſociorum, id rationabiliter fuit de iure ſtatu-
20 tum, ne impuberes in contrahendo adeo facili deciperentur: imò ſemper impuberes præſumuntur circumuenti in contractu ſi inito cum maioribus [illegible]

quicquid videat ignoret, l. fin. §. fin. C. de falſ. monet. non igitur eſt mirum ſi ei per Principis indulgentiam fauor impartitur. Patet igitur ex dictis, quod prior ſententia videtur de iure verior, quamuis poſterior communior.

Secundò limitatur eadem concluſio,
21 vt quamuis impuberes nulliter ſocietatem contrahant, nihilominus ſi proximi ſint pubertati, & iurent ſeruare contractum, & non contrauenire: ab ipſo contractu non poſſunt recedere perinde, ac ſi
22 maiores eſſent: ſiquidem pubertati proximi licet abſque iuramento naturaliter tantùm obligentur, nihilominus ſi iurent obligantur etiam ciuiliter: & id verum eſſe in omnibus contractibus probat Dec. & Cagnol. in l. pupillum, ff. de regul. iur. dicentes hanc ſententiam eſſe communem, Corn. conſ. 18[illegible]. num. 7. lib. 3. Gabriel. de minor. concl. [illegible] num. 29. & Sera. de priu. iur. priu. 83. ſub num. 34. Vnde proximus pubertati in hoc differt à proximo infantiæ, quoniam prior iuramento ligatur, cùm naturaliter citra iuramentum obligetur, poſterior vero, quia citra iuramentum nec naturaliter quidem tenetur, ſi iuret non obligatur, neque ciuiliter. Vt infra concl. ſeq. ampl. 2. latius patebit.

Secunda concluſio.

23 PVpilli citra tutoris conſenſum, ac auctoritatem nulliter ſocietatem contrahunt. Hæc concluſio patet ex iis, quæ ſupra diximus in not. ſiquidem quamuis non omnes impuberes ſint pupilli, nihilominus omnes pupilli ſunt impuberes: & impuberes ſocietatem contrahere non poſſe ſuperiori concluſione ſatis oſtendimus. Vnde, quæ diximus de impuberi extendimus ad pupillos, exceptis iis, quæ infra dicemus.

24 Ampliatur vt pupilli citra tutoris auctoritatem non poſsint ſocietatem contrahere nec tacitè, nec expreſsè, quoniam taciti, & expreſsi eadem eſt virtus, l. cum quid, ff. ſi certum petatur, Felic. de ſoc. cap. 3. num. 29. & infra [illegible] Quod dicendum [illegible] concl. 3. ampl. 1. verſ. [illegible]

25 Secundò ampliatur, vt pupilli ſocietatem nulliter contrahant citra tutoris aſſenſum non modò ſi ſint infantes, & infantiæ proximi, & proximi pubertati [illegible] etiam ſi pubertati proximi de iure [illegible]

ſe

Digitized by Google

ſe obligauerint ſtare contractui: quoniam pupillus quantumuis ſit pubertati proximus, nunquam tamen ciuiliter obligari poteſt, niſi tutoris interueniat auctoritas, etto quòd iuramento contractum armauerit, vt per Gloſ. in auth. Sacramenta puberum, & ibi Petr. de Bellaper. Cyn. Iacob. Butric. Bald. Angel. & alij, C. ſi aduerſ. Vendit. Exiſtimantes, d. auth. non habere locum in impubere doli capace, atque adeò pubertati proximo. Hanc eandem ſententiam tenet Fulgoſ. ibidem, & conſ. 137. col. 2. circa medium, & idem, Bald. conſ. 96. num. 2. lib. 5. & Caſtr. conſ. 105. in princ. lib. 2. ac alij relati ab Afflicto deciſ. 322. ſub num. 2. qui tamen id limitant, niſi pupillus doli capax iurauerit, ſe eſſe maiorem; quoniam tunc in pœnam doli iuramento aſtringitur; niſi contrahens cum pupillo huiuſmodi, eſſet perſona illi coniuncta; quoniam tunc nō eſt veriſimile, eū ignoraſſe pupilli ætatem, & propterea cōtractus non firmaretur iuramento, iuxta ea quæ tradita fuerunt per Alex. in l. qui iuraſſe, ff. de iur. cur. Sed reuera licèt Legiſtæ opinionem iſtam ferè communiter ſequantur exiſtimantes veram eſſe de iure ciuili; nihilominus Canoniſtæ oppoſitam ſententiam putant eſſe veram, vt habetur ex Hoſtien. & Io. Andr. in c. cum contingat, de iureiur. Arch. in cap. quamuis, de pact. in 6. Panor. conſ. 108. lib. 2. & alijs. imò hanc eandem ſententiam firmat Bart. in d. auth. Sacramenta puberum, verſ. Quæro quid, ſi iurauerit pupillus, C. ſi aduerſ. vendit. Ludouic. Rom. in l. is cui bonis ff. de verb. ſignif. & Alex. in d. l. qui iuraſſe, inquit eam eſſe veriorem. Et ita fuiſſe votatum in Sacro Conſ. Neapol. teſtatur Afflict. deciſ. 322. ſub num. 5. Vndè ab ea non eſt recedendum in iudicando, tum propter fauorem animarum, ne committatur periurium; tum etiam quia opinio ipſa fundatur in cap. ex litteris, de ſponſ. atque ideo in iure canonico, cui ſtandum eſt in materia iuramenti, vt in cap. de iureiur. in 6. & Affl. loco ſupra relato.

Sic ampliata limitatur dicta concluſio,
26 vt quamuis pupillus ſocietatem nulliter contrahat; id tamen intelligendum reſpectu ſocij, ac ad damnum illius: ſecus autem reſpectu pupilli, ac ad eiuſdem vtilitatem: iuxta ea quæ ſupra adnotauimus concl. 1. limitat.

Secundò limitatur eadem concluſio,
27 vbi pupillus ſocietatem contrahat cum auctoritate tutoris; quoniam tunc valida erit ſocietas, & ex ea remanet obligatus, vt concl. ſeq. latius dicemus.

Tertia concluſio.

28 PVpillus, auctore tutore ſocietatem contrahens: validè contrahit, atque adeo ex tali contractu remanet obligatus. Hæc concluſio eſt communis, quam tenent Bald. in l. ſi patruus ſub num. 15. C. com. vtr. iud. Iaſ. in l. 1. num. 6. C. qui teſtam. fac. poſ. Petr. de Vbal. de duob. fratr. p. 3. ſub num. 3. Panor. conſ. 87. in fin. lib. 2. Barb. conſil. 10. ſub num. 18. lib. 4. Corn. conſ. 1. in fin. lib. 1. Ceph. conſ. 247. num. 1. lib. 2. Menoch. de præſumpt lib. 3. præſump. 56. num. 12. Maſcard. de probat. concl. 31. num. 16. & concl. 1309. num. 41. & alij. Probatur hæc concluſio ex tex. in l. vt in conductionibus à contrario ſenſu, in illis verbis, *ſocietate ſine tutoris auctoritate coita, pupillus non tenetur*, ff. pro ſoc. Confirmatur ex §. pupillus, in inſt. de inutil. ſtipul. vbi pupillus in omni contractu obligatur, tutoris interueniente auctoritate. His verbis, *Pupillus omne negotium rectè gerit, ita tamen, vt vbi tutoris auctoritas neceſſaria, & adhibeatur tutor: velut ſi ipſe obligetur; nam alium ſibi obligare etiam ſine tutoris auctoritate poteſt.*

Ampliatur hæc concluſio, vt pupillus
29 cum tutoris conſenſu ſaltem tacito ſocietatem coire poſsit non ſolùm expreſſè, vt ſupra diximus; verùm etiam tacitè. Vndè ſi finita ſociete per mortem patris pupillus hæres in eadem ſocietate ſteterit, ſicut defunctus, tunc cenſetur pupillus tacitè ſocietatem contraxiſſe, ſi tutor tamen tacitè conſentiat, vt per Bald. in l. ſi Patruus, C. com. vtr. iud. & alios refert, & Panor. conſ. 87. in fin. lib. 2. Etenim, quamuis pupillus citra tutoris auctoritatem nec expreſſè, nec tacitè ſocietatem contrahere poſsit; atque adeò ſi plures fratres, ſeu patrui, & nepotes inſimul viuant ponendo omnia in commune; ſi vnus ex eis ſit infans, aut infantiæ vel pubertati proximus non cenſeatur tacitè contracta inter eos ſocietas, vt per Bart. in l. Titium, & Meuium, §. alterum, ſub num. 5. ff. de admin. tutor. & in d. l. ſi patruus, num. 9. C. commo. vtr. ind. Petr. de Vbal. de dub. fratr. p. 3. num. 3. Iaſ. in l. 1. num. 6. cap. qui teſtam. facere poſſ. Maſcard. de probat. concl. 1309. n. 4. & alios quamplurimos relatos à Fe-

à Felici. de ſociet. cap. 3. ſub num. 29. nihilominus, ſi in huiuſmodi ſocietatibus tacitus concurrat tutoris conſenſus, proculdubio cenſetur tacita cum pupillo contracta ſocietas; ſiquidem taciti, & expreſsi eadem eſt virtus; atque ideo ſicut pupillus ex expreſſa tutoris auctoritate, ac conſenſu poteſt ſocietatem expreſsè coire; ità etiam ex tacito tutoris conſenſu poteſt ſocietatem tacitè contrahere, iuxta ea, quæ habentur ex Panor. poſt alios d. conſ. 87. in fin. lib. 2. & Felici, de ſocietat. cap. 3. num. 35.

Cæterum citra tutoris conſenſum taci-
30 tum, vel expreſſum non poteſt tacitè contrahi ſocietas cum pupillo, etiam ſi teſtator pupilli pater mandauerit, vt fratres maiores, ſeu patruus communi nomine cum pupillo viuant, & in communi omnia conferant, quoniam pupillus cum conſenſu careat, eſt obligationis incapax, nec poteſt præſtare ſimultaneum conſenſum, quē ſocietatis contractus exigit, vt per Alex. conſ. 132. num. 20. lib. 5. Et licèt hæres adeundo hæreditatem, cenſeatur obligari ad omnia ordinata in teſtamento, atque ideo pupillus vti hæres tenetur bona vt ſupra, cum fratribus communicare iuxta teſtatoris mandatum, per ea, quæ habētur ex Soc. conſ. 4. num. 3. lib. 4. nihilominus id verum eſt, quando iura non reſiſtunt, vt in caſu de quo agitur: ſiquidem ius reſiſtit pupillorū obligationi citra tutoris auctoritatem ex defectu conſenſus propter ætatis imbecillitatem: nec tanta in teſtatore adeſt auctoritas, vt poſsit eius iuſſu in pupillo conſēſum inducere, vt rectè declarat Felici. loco citato, ſub num. 31. cum plurib. ſeq. contra Bald. in l. cum oportet, ſub num. 9. C. de bon. quæ liber. & alios, & num. 36. inquit ipſius Bald. opinionem ſuſtineri poſſe, vt teſtatoris mandatum ſit ſeruandum in eo ſcilicet, vt dicti maiores patrui, ſiue fratres poſſint, & debeant teſtatori obedire, vt pupillus non poſsit contrauenire: quæ quidem fieri debeant non iure ſocietatis, ſed quia ita iuſsit teſtator, cui ab hæredibus neceſſariò eſt parendum, hæreditate per eos adita.

Eſt tamen verum, quòd deficiente teſta-
31 toris iuſſu, & tutoris auctoritate, vt ſupra; atque adeò ſocietate non contracta cum pupillo, nec tacitè, nec expreſsè ex dicta bonorum communione, & cohabitatione fratrum, ſeu patrui cum ipſo pupillo; ſi maiores fratres, & patruus communi nomine, etiam pupilli negotia egerint cum propria pecunia ipſius pupilli, vel communi, tunc res quæſitæ erunt communes, pupillo ratum habēte, vt in l. ſi ego. ff. de negot. geſt. & eo ratum non habente, erunt acquirentium, l. fundus ille, ff. de contrah. empt. Bart. Bald. & alij in d. l. ſi patruus, C. commun. vtr. iud. idem Bart. in l. Titium, & Meuium §. altero, ff. de admin. tut. Dixi *communi nomine, etiam pupilli negotia egerint*; quia dicti maiores fratres, & patruus ſi proprijs nominibus negotia geſſerint cum proprijs, vel etiam pupilli pecunijs, tunc acquiſita erunt propria acquirentium, vt per Gloſ. & Doct. in d. l. ſi patruus, Iaſ. in l. 1. col. 3. C. de furt. Alex. conſ. 49. nu. 11. lib. 2. & Riminal. conſ. 130. num. 6. lib. 1. & conſ. 332. num. 25. lib. 2. Idem dicendum eſt ſi eſſemus in dubio quorum nomine negotia geſta fuerint; ſiquidem in dubio præſumuntur geſta nomine proprio, niſi extent coniecturæ, & præſumptiones, ex quibus argui poſsit, negotia communi nomine eſſe habita, vt per Bald. in d. l. ſi patruus, ſub num. 5. & latè Felic. loco ſupra citato, num. 43. cum plurib. ſeq.

Secundò ampliatur dicta concluſio, vt
32 pupillus, mediante auctoritate tutoris, poſsit non ſolùm ſocietatem contrahere, vt ſocij ſibi obligati remaneant; verum etiam, vt ipſe ſocijs obligetur: ſiquidem tutor poteſt pupillum obligare in ſocietate, etiam ſi agatur de ſocietate officiorum, ac etiam non interueniente iudicis decreto, quando pecuniæ verſæ ſunt in vtilitatem pupilli, vt habetur ex Grat. diſcept. foren. cap. 360. num. 29. Zach. de ſocier. offic. num. 181. & extat deciſ. Rotæ Rom. 6. poſt d. Zach. tract. in vna Romana ſocietatis officiorum, 12. Nouemb. 1601. coram B. M. Ludouiſio, poſtea Gregor. XV. P. O. M. vbi quoque fuit reſolutum, validam eſſe huiuſmodi ſocietatem contractam à pupillo cū
33 tutoris auctoritate, etiam ſi tutor inuentarium non confecerit, quoniam tutor nō conficiens inuentarium, quamuis poſsit vt ſuſpectus remoueri; geſta tamen per ipſum ſunt valida, vt per Bart. in l. tutor, ſub num. 9. verſ. Contrarium puto, ff. de admin. tutor. Saly. in l. tutores, ſub num. 7. verſ. Aut interim, C. eod. tit. Alex. conſ. 86. num. 8. lib. 1. Puteus deciſ. 287. lib. 1. quod maximè verum eſt, quando tutor ipſe publicè adminiſtrat, & pro tutore ſe gerit, vt habetur ex Soc. conſ. 153. num. 3. lib. 2. cum alijs in d. deciſ. 6. relatis. Eſt tamen verum, quòd cùm magis interſit pecuniam pupillarem poni ad ſocietatem ſuper vita pupilli

pilli potius, quam alterius; ideireo tutor
ſtudeat in contrahenda ſocietate officiorũ
pro pupillo, vt pupillaris pecunia ponatur
ſuper vita ipſius pupilli, & vt contractus
ſit validus, & non nullus, aut vſurarius;
alias ipſe tutor tenebitur, vt habetur ex
Zach. in tract. de ſociet. offic. num. 186. &
ſeq. & Caſtracan. de ſoc. cap. 12. num. 50.

Tertiò ampliatur ipſa concluſio, vt pu-
34 pillus mediante tutoris auctoritate non
ſolùm obligetur contractu ſocietatis, verùm
etiam quocunque alio contractu, vt in d.
§. pupillus in Inſt. de inutil. ſtipulat.

Sic ampliata, limitatur eadem conclu-
35 ſio, vt ita demum à pupillo, mediante tu-
toris auctoritate ſocietas contrahi poſsit,
quando pupillus eſt pubertati proximus;
ſecus autem ſi ſit infans, aut infantiæ pro-
ximus: quoniam is regulariter non habet
intellectum, cum paulò à furioſo diſtet, vt
in d. § pupillus, verſ. Sed quod diximus, ſeu
§. Sed quod diximus, de inutil. ſtipul. &
proptereà eo caſu debet ſocietas à ſolo tu-
tore contrahi, non autem à pupillo infan-
te cum auctoritate tutoris; aliàs ſocietas
nulla eſſet, vt conſuluit Soc. conſ. 24. num.
45. lib. 1. & Gomeſ. lib. 2. var. reſol. cap. 14.
ſub num. 1.

Secundò limitatur, vt concluſio ipſa lo-
36 cum habeat in pupillo cum tutoris aucto
ritate contrahente ſocietatem ſuper rebus,
quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt ſi ſu-
per fructibus dumtaxat contrahatur, qui
ſeruando ſeruari nequeant, aut ſuper lucris
prouenientibus ex aliqua negotiatione,
vel aliunde, quæ in dies conſumuntur; vt
per Alex. conſ. 49. num. 4. lib. 1. Iaſ. in l. 1.
num. 6. vbi etiam Alex. C. qui teſtam. fac.
poſſ. & Menoch. de præſump. lib. 3. præſum.
56. num. 18. Secus autem ſi ſocietas con-
trahatur ſuper rebus immobilibus, vel quæ
inter immobilia connumerantur, vel ſuper
rebus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt; quo-
niam ſi ſuper huiuſmodi rebus à pupillo
contrahatur ſocietas, contractus erit in-
ualidus, etiam ſi tutoris interueniat aucto-
ritas; ſed præter tutoris interuentum, opor-
tet vt ad eiuſdem firmitatem iudicis inter
ponatur decretum, ſicut in prædictorum
bonorum alienatione, vt habetur per Ro-
lan. conſ. 54. lib. 2. & conſ. 7. lib. 3. & Me-
noch. de arbitr. iudic. caſu 171. & alios
37 apud Felic. de ſociet. cap. 4. num. 21. vbi
hanc eſſe rationem ait; quia in ſocietate
dominium transfertur, l. 1. in fin. ff. pro
ſoc.

Quæ diximus de rebus, quæ ſeruando
38 ſeruari non poſſunt, extendimus ad pecu-
niam pupillarem: nam pupillus ſuper hu-
iuſmodi pecunia poteſt ſocietatem coire,
mediante tutoris auctoritate, & tutor no-
mine pupilli vt ſupra ſi pupillus ſit infans:
ſiquidem pecunia connumeratur inter ea,
quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & à tu-
tore citra iudicis decretum diſtrahi poteſt
vt latè tractat Simoncel. in ſuo tract. de de-
cret. minor. lib. 3. tit. 8. inſpect. 16. num. 1. 2.
Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 11. ſub num. 9.
& 10. & Felic. d. cap. 4. num. 29. & 30. Et
tamen verum, quod pecunia pupillaris, ſi
deſtinata ſit prædiorum emptioni, ſuper ea
39 ſocietas nulliter contrahitur citra iudicis
decretum, etiam ſi tutoris concurrat au-
ctoritas: etenim licèt iuxta communem
ſententiam pecunia maiorum in prædiorũ
emptionem deſtinata non computetur in-
ter immobilia, vt habetur ex Boer. deciſ.
299. & Simoncel. loco citato; pecunia ta-
men pupillaris emptioni rerum immobi-
lium deſtinata, fauore minoris ætatis inter
immobilia connumeratur, vt habetur per
Doctores ſupra relatos, quos refert, & ſe-
quitur Felic. d. cap. 4. num. 32. vbi etiam
num. 34. cum pluribus ſequidem idem
eſſe ait, ſi pecunia erogata eſſet in emptio-
nem cenſuum, & non ſit extinctus à debi-
toribus, vel pecunia expoſita eſſet merca-
turæ, vel erogata in emptionem locorum
montium, aut in officiorum ſocietates; quia
pecunia huiuſmodi inter immobilia con-
numeratur, atque ideò citra iudicis decre-
tum alienari non poteſt, vt habetur etiam
ex Zach. de ſociet. offic. num. 188.

Tertiò limitatur ipſa concluſio; vt pu-
40 pillus cum tutoris auctoritate ſocietatem
contrahere poſsit cum alio à tutore; ſecus
autem cum ipſo tutore; quoniam inter tu-
torem, & pupillum non poteſt coiri ſocie-
tas, vt per Bald. conſ. 109. ſub num. 1. lib. 2.
Siquidem tutor in facto proprio auctori-
41 tatem impendere non poteſt, l. 1. ff. de auc
tor. tut. Rom. conſ. 427. num. 15. Decian.
conſ. 21. ſub num. 1. lib. 1. Petr. de Vbald.
de duob. fratr. p. 3. ſub num. 9. Menoch. de
præſump. lib. 3. præſump. 36. num. 14. & Fe-
lic. d. cap. 4. num. 2. vbi ex Petr. de Vbald.
tres alias rationes affert, & num. 3. cum
plur. ſeq. quadrupliciter id ſublimitat, Pri-
42 mò vbi tutor ſocietatem contrahit cum
pupillo, ac bona fide, vt habetur ex Soc.
conſ. 80. num. 15. lib. 1. Corn. conſ. 1. num. 8
& conſ. 308. ſub num. 1. lib. 1. Dec. conſ. 44.
num. 6. Etenim tutor pupillum contrahendo
ſecundum ſententiam magis receptam
ſibi

ſibi ipſi auctorizare poteſt, vt per Soc. loco citato, Iaſ. in l. 1. §. fuit quæſitum, ff. ad Trebel. Borgn. Caualc. in ſuo tract. de tut. & cur. ſub num. 179. & Cephal. conſ. 248. num. 3. lib. 2. ſecundo hoc idem ſublimitat, vt locum non habeat, vbi teſtatoris concurrat ordinatio; vt ſi teſtator ipſe iuſſerit, ſocietatem cum filijs continuari: tunc enim tutor poterit cum eis in pupillari ætate conſtitutis ſocietatem inire, iuxta ea, quæ conſuluit Decian. conſ. 441. lib. 2. & Ruminal. iun. conſ. 636. n. 6. lib. 6. ſicut etiam poteſt tutor præcepto teſtatoris iuſſu citra ſolemnitatem aliquã res minoris diſtrahere, vt per Menoch. de arbitr. iudic. caſu 171. num. 67.
43 Rolan. conſ. 99. lib. 2. & Simócel. in tract. de decr. minor. lib. 2. inſpect. 7. num. 109. qui id amplíat verum eſſe, etiam ſi teſtamentum irritum factum fuerit; dummodò quatuor concurrant conditiones, de quibus idem Felic. d. cap. 4. num. 11. & 12. Tertiò id ipsũ ſublimitar, quando pupillus duos tutores habet, quorum quilibet inſolidum adminiſtrandi facultatem habeat; nam tunc pupillus poſſet cum vno ex tutoribus contrahere, altero auctorizante, per ea, quæ habentur ex Bald. in l. cùm ipſe, ſub num. 2. C. de cõtrah. empt. Soc. d. conſ. 160. lib. 2. num. 24. Perr. de Vbald. loco citato, ſub num. 6. & 8. & Ceph. d. conſ. 248. num. 32. Dixi, *quorum quilibet inſolidũ adminiſtrandi, &c.* quoniam ſi vnus ſine alio adminiſtrare nõ poſſet, pupillus cum altero tutore nulliter contraheret: ſiquidem de his duobus tutoribus eſt idem iudiciũ quod de vno, vt per Petr. de Vbal. loco citato, num. 6. Denique
44 id ſublimitat, quando tutor citra ſocietatem cum pupillo, eiuſdem bona adminiſtrans aliquid acquirit ex pecunia communi cum ipſo pupillo; id enim erit cum eo commune, tàm ſi acquirat nomine communi, quàm nomine proprio: & ſi quid fuerit adeptus propria pupilli pecunia, id totum erit pupilli, vt per Bart. in l. Titium, & Meuium, § altero, ff. de admin. tut. & in l. ſi patruus, & ibi Bald. C. com. vtr. iud. vnde in his differe tutor à fratre, ſeu patruo adminiſtrante bona fratris, ſeu nepotis, de quibus ſupra egimus hac ipſa concl. verſ. eſt tamen verum: vt declarat Felic. d. cap. 4. ſub num. 40. vbi num. 41. & 42. iſtud limitat, niſi acquiſitio facta fuerit a tutore non de pecunia pupilli, neque de re communi; ſed de pecunia redacta, ſeù ex re communi: nam tunc res acquiſita non erit pupilli, nec communis, ſed tutoris: ſi quidem pecunia, quam ipſe tutor fuit adeptus ex re communi, vel ex re pupilli eſt ipſius tutoris; & propterea non eſt mirum, ſi res quoque cum ea comparata ſit eiuſdem, vt per Doctor. ſupra relatos in d. l. Titium, & Meuium, & in d. l. ſi patruus. Cætera verò ad hanc rem pertinentia declara iuxta ea quæ ſupra adnotauimus, d. verſ. eſt tamen verum.

An puberes, minores tamen, validè ſocietatem contrahant? Q. II.

S V M M A R I V M.

1 *Minor quiſnam dicatur de iure ciuili, aut de iure municipali.*
2 *Curator datur volentibus; tutor autem inuitis; ſicut & curator ad lites.*
3 *Minore adoleſcentes, qui curatorem non habent, ſocietatem validè contrahunt.*
4 *Minor adoleſcens, qui curatorem non habet, obligatur ex omni contractu.*
5 *Minor adoleſcens curatorem non habet poteſt contrahere ſocietatem, non ſolùm expreſsè; ſed etiam tacitè.*
6 *Minor adoleſcens curatorem non habens non tantùm poteſt coire ſocietatem cum alio minori; ſed etiam cum maiori.*
7 *Minor adoleſcens qui curatorem non habet, obligatur ex omni contractu ſiuè maſculus ſit, ſiuè fœmina.*
8 *Minor adoleſcens curatorem non habens ſuper illis tantùm bonis ſocietatem contrahere poteſt, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: ſecus ſuper immobilibus, & quæ inter immobilia connumerantur.*
9 *Societatem contrahentes dicuntur alienare.*
10 *Minor adoleſcens, & qui curatorem non habet, non poteſt contrahere ſocietatem ſuper bonis, quæ ſine decreto, & certis ſolemnitatibus alienari non poſſunt; etiam ſi eius patris concurrat conſenſus, & auctoritas.*
11 *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
12 *Impubes nec auctore quidem patre obligatur.*
13 *Patris præſentia an, & quando ſuppleat ſolemnitates ſtatutarias: & iudicis decretũ.*
14 *Pater non poteſt ad ſui commodum filij perſonam auctorizare.*
15 *Nullus melius conſilium accipit pro filio, quàm ipſe pater.*

16 *Decretum iudicis an ſuppleant ſolemnitates ſtatutarias.*

17 *Minor adoleſcens curatorem non habens in albo Mercatorum deſcriptus, an ſocietatem, & alios contractus poſsit ſimpliciter celebrare citra ſolemnitates ſtatutarias ſuper bonis quibuſcunque, etiam iudicis decretum exigentibus.*

18 *Minor adoleſcens curatorem non habens an mediante iuramento, poſsit validè contrahere ſocietatem ſuper rebus iudicis decretum, & alias ſolemnitates exigentibus.*

19 *Minor adoleſcens curatorem non habens licèt ſocietatem, & alios contractus celebrare poſsit in quibus non exigitur iudicis decretum, aut aliqua iuris, vel ſtatutariæ ſolemnitates; læſus tamen reſtituitur.*

20 *Minor læſus reſtituitur etiam aduerſus minorem.*

21 *Priuilegiati eodem modo ſi concurrant in aliquo contractu, potior eſt conditio eius, qui læſus apparet.*

22 *Minor læſus reſtituitur etiam poſtea quàm eſt effectus maior, intra tamen quatuor annos numerandos à die, quo cœpit eſſe maior.*

23 *Minor læſus, qui cum iuramento aſſeruit eſſe maior, an & quando reſtituatur.*

24 *Minor, qui veniam ætatis impetrauit, an & quando læſus reſtituatur.*

25 *Minor in Albo Mercatorum deſcriptus in omnibus habetur tanquam maior, & ideò non reſtituitur.*

26 *Minor nõ reſtituitur ſi damnum fortuitò in ſocietate, aut in alio cõtractu fuerit paſſus.*

27 *Minor non indiget reſtitutione in ſocietate dolo contracta.*

28 *Minori læſo ex contractu ſocietatis non datur reſtitutio ad reſcindendum contractum: & qualiter ei ſubueniatur.*

29 *Minor adoleſcens curatorem habens nulliter contrahit ſocietatem citra curatoris auctoritatem, ac conſenſum.*

30 *Minor adoleſcens curatorem habens, nec expreſsè, nec tacitè ſocietatem contrahere poteſt citra illius auctoritatem.*

31 *Minor adoleſcẽs, qui curatorẽ habet, ſi citra curatoris conſenſũ ſocietatẽ cõtrahat, & læ datur, cur non reſtituatur ratio redditur.*

32 *Reſtitutionis in integrum beneficium eſt extra ordinarium.*

33 *Remedium extraordinarium non competit ei, qui ordinario remedio vti poteſt.*

34 *Minor adoleſcens ſi citra ſui Curatoris auctoritatem contraxerit, & iurauerit non contrauenire, ſi lædatur, reſtituitur & ratio aſsignatur.*

35 *Minor adoleſcens nulliter contrahat citra ſui curatoris auctoritatem; de nullitate tamen non poteſt dicere tertius; ſed iſ ſe minor, aut eius curator.*

36 *Minor adoleſcens ſi citra ſui curatoris auctoritatẽ contrahat, quamuis contractus ſit nullus, ſi infra quinquennium poſtquàm effectus eſt maior in ipſo contractu perſeuerauerit, & non reclamauerit, non auditur amplius.*

37 *Minoris contractus nulliter initus per lapſum quinquẽnij poſt minorẽ ætatẽ ratificatur; niſi dolus interueniat.*

38 *Dolus etiam præſumptus dans cauſam contractui illum irritat.*

39 *Læſo enormiſsima præſumitur dolo facta.*

40 *Minor ſi nulliter ſocietatem contrahat, ſi maior factus ſocietatẽ proſequatur, ſocietatẽ ipsã cẽſetur ratificaſſe, etiã ante lapſum quinquennij à die, quo fuit effectus maior.*

AD huius controuerſiæ intelligẽtiam eſt adnot. quòd pubes minor de iure
1 ciuili is propriè dicitur, qui cõpleuit quartũ decimum annum ſi eſt maſculus, & fœmina viri potens quæ compleuit duodecimum, ſed non exceſſerunt annum vigeſimum quintum, vt in l. cùm pater, §. Curatoris, ff. de legat. 2. De iure autem Regni noſtri Neapol. dicũtur minores tã maſculi, quàm fœminæ, qui non compleuerũt 18. annos; poſt vero hanc ætatem completã appellãtur maiores, vt in cõſtit. Regni, quæ incipit, Maiorum iura. Minores huiuſmodi ſunt in duplici differentia: nam quidã curatorẽ habent; quidã vero non habent curatorẽ. Datur autem curator his volẽtibus, ad differenciã impuberũ, quibus datur tu-
2 tor inuitis, vt in §. 1. in Inſt. de curator. vndè curator in teſtamento non datur; datus tamen cõfirmatur decreto Prætoris, vt ibidem habetur; vbi etiam decernitur, quòd licèt prædicti Adoleſcentes minores inuiti curatorem non accipiant; ad litem tamen curator datur eis etiam inuitis. Si quidem licèt maſculi puberes ſint, & fœminæ viripotentes; adhuc tamen eius ætatis ſunt, vt ſua negotia tueri nõ poſsint, vt in d. §. 1. de curator. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima concluſio.

MInores adoleſcẽtes, qui curatorẽ nõ habent, ſocietatem contrahere non
3 prohibentur: atque ideò ſi eam contrahãt, validè

validè coeunt. Hæc concluſio eſt Alex.
conſ. 45. ſub num. 4. lib. 1. Rom. conſ.
453. prope fin. Menoch. conſ. 656. num. 6.
lib. 7. & aliorum. Probatur; quoniam pubes, ſeu adoleſcens minor curatorem non
habens obligatur ex omni contractu, vt
habetur per Doctores communiter in l. ſi
curatorem habens, C. de in integr. reſt. latè
Gomeſ. lib. 2. var. reſol. cap. 24. ſub num. 1.
ergo obligatur ex contractu ſocietatis, qui
dicitur verè, & propriè contractus, vt ſupra probauimus, cap. 2. q. 1.

Ampliatur hæc concluſio, vt Minores
curatorem non habentes non ſolùm ex-
5 preſsè, ſed etiam tacitè poſsint ſocietatem
contrahere; ſiquidem qui expreſsè poſſunt
contrahere, poſſunt, & tacitè, quoniam taciti, & expreſsi eadem eſt virtus, vt in l. cũ
quid, ff. ſi cert. petat vndè Minores huiuſmodi non ſolùm expreſsè poſſunt coire
ſocietatem officiorum per ſex tantum mẽſes: verum etiam tacitè, ſi finitis ſex menſibus, recipiunt fructus ſequentis ſemeſtris,
iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, cap. 2.
q. vlt. circa fin.

Secundò ampliatur hæc eadem concluſio, vt Minores adoleſcentes ſocietatem
6 contrahere poſsint non tantùm cum alijs
minoribus, verum etiam cum maioribus,
cùm non poſsit aſſignari diuerſitatis ratio: eſt tamen verum, quòd quando minor
ſocietatem contrahit cum maiori, minoris
opera, minus eſtimantur, vt habetur per
Corn. conſ. 27. num. 14. lib. 2. & Felic. de
ſociet. cap. 5. ſub num. 2.

Tertiò ampliatur, vt Minores puberes,
ſeù adoleſcentes obligari poſsint ex omni
7 alio contractu, ſi curatores non habeant, vt
ſupra, ſiue Minores maſculi puberes ſint,
ſiue fœminæ viri potentes, vt habetur per
Doctores in d. l. ſi curatorem habens, C.
de in integr. reſtit. & infra latius dicemus
in propria quæſtione, de ſocietate contracta per mulieres agentes.

Sic ampliata limitatur ipſa concluſio, vt
locum habeat in Minoribus ſocietatem
8 contrahentibus ſuper mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, aut ſuper pecunia: ſiquidem Minores curatorem non
habentes ſuper huiuſmodi tantum rebus
ſocietatem coire poſſunt; ſecus autem ſuper bonis immobilibus, vel quæ inter immobilia connumerantur: nam ſuper his
rebus citra iudicis decretum, & ſolemnitates ſtatutarias ſocietas contrahi non poteſt, cùm alienari citra iudicis decretum
nequeunt, vt per Rolan. conſ. 54. num. 34.
& ſeq. lib. 2. Simoncel. tract. de decr. minor.
lib. 3. tit. 8. inſpec. 2. num. 6. cũ plur. ſeq. quã
opinionem communem eſſe teſtatur ipſe
Simoncel. quem refert, & ſequitur quoque
Felic. de ſociet. cap. 5. num. 5. & ſocieta-
9 tem contrahentes dicuntur alienare, cùm
in ſocietate dominium transferatur, vt in l.
1. in fin. ff. pro ſoc. & latius ſuper q. precedenti, concl. 3. limit. 2. adnotauimus, de
pupillorum ſocietate tractantes. Quod
10 quidem verum eſſe arbitror non tantum
in minore carente patre, auo, vel emancipato; verum etiam in minore ſub patria
poteſtate conſtituto: quoniam ſi de bonis,
quæ ſine decreto, & certis ſolemnitatibus
alienari non poſſunt, ſocietatem contrahat, nulliter agit, etiam ſi patris concurrat
conſenſus, atque auctoritas, vt patet ex ijs
quæ habentur ex Simoncel. loco ſupra citato, inſpec. 1. num. 1. & ſeq. quod maximè
verum eſt ſi minor ipſe cum patre ſocietatem contrahat: etenim l. lex quæ tutores,
C. de admin. tutor. l. fin. §. vlt. ff. eod. & l. fin.
C. quando decr. opus non ſit, ſimpliciter,
ac generaliter loquuntur de minoribus curatorem non habentibus, vt alienare non
poſsint citra iudicis decretum immobilia,
aut mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt,
ſed tantùm res mobiles, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt; ergo indiſtinctè, ac generaliter dicta iura intelligenda ſunt, ſiue
11 minores in patris poteſtate ſint, ſiue ſui
iuris: quoniam lex generaliter loquens,
generaliter eſt intelligenda, & quando non
diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus,
l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. & l. de
pretio, ff. de publ. in rem act. Confirmatur
ex §. pupillus, in fin. & ibi Gloſ. in Inſt. de
inutil. ſtipul. vbi impubes nec auctore qui-
12 dem patre obligatur, quia ſi pater malè
authorizaretur nõ haberet eum filius obligatum, vt ſupra oſtendimus q. preced.
concl. 1. ampl. 2. ergo idem dicendum eſt
de minoribus patrem habentibus, vt non
poſsint etiam patre auctore immobilia
bona, & mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt alienare citra iudicis decretum, cùm
in vtroque caſu militet eadem ratio, l.
adigere, §. quamuis, ff. de iur. patron. & l.
illud, ff. ad leg. Aquil. quæ quidem vera
ſunt etiam, ſi minores veniam ætatis impetrauerint, cùm nec iſti poſsint eorum
bona immobilia citra iudicis decretum
alienare, vt in l. 1. & l. eos, C. de his, qui
ven. ætat. impetr. Gom. lib. 2. var. reſol.
cap. 12. num. 12. & Felic. de ſociet. cap. 5.
num. 15.

Digitized by Google

Nec obſtat ſi dicatur, quòd patris præ-
13 ſentia ſupplet iudicis decretum, & alias ſo-
lemnitates ſtatutarias, cùm filij perſona per
patris conſenſum fiat habilis, iuxta ea, quę
tradita ſunt per Tiraq. de leg. cõnub. Gloſ.
6. num. 5. & alios; quoniam reſpondetur,
quòd præſentia patris ſupplet ſolemnita-
tes ſtatutarias in obligationibus ſimplici-
bus; non autem in alienationibus factis à
filioſfamilias: ſiquidem in ijs non eſt ſatis
patris conſenſus; ſed exiguntur inſuper ſo-
lemnitates debitæ; & id maximè, ſi ſocie-
tas cedat quoque in patris emolumentum
cum pater non valeat ad ſui commodum
filij perſonam auctorizare, præſertim vbi
14 filius ex contractu euidenter læderetur, vt
poſt quamplurimos Doctores probat Cẽc.
de cenſib. p. 1. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 13. &
extant deciſ. Rotæ Rom. 18. & 20. poſt d.
Cenc. tract. & noſtra Comment. in Extra-
uag. Pij Papæ V. de cenſib. & latè de hac re
egimus in dictis Comment. §. 1. q. 19. num.
21. cum plurib. ſeq. Vndè in ſocietate rerũ
ſtabilium cùm interueniat alienatio, vt ſu-
pra oſtendimus, dicendum videtur patris
præſentiam eo caſu non ſufficere: niſi ve-
limus dicere, præſentiam patris conualida-
re huiuſmodi contractum, ſi fiat inter filiũ
minorem, & extraneum; & non inter pa-
trem, & filium: quia nonnulli volunt, ſo-
lemnitates requiſitas in contractu mino-
ris, poſſe ſuppleri per præſentiam patris,
15 cùm nullus melius conſilium accipiat pro
filio, quam ipſe pater, l. nec in ea, ff. de
adult. l. fin. in prin. C. de iureiur. Paulus de
Caſtr. conſ. 4 .. & alij: niſi euidenter con-
ſtet de damno filij, iuxta ea, quæ tradita
fuerunt in dictis deciſ. R. 20. Non tamen
arbitror eſſe recedendum à priori ſenten-
tia, per tex. in d. §. pupillus, de inutil. ſtipul.
quoniam ratio ibi allata à Gloſ. compræ-
hendit etiam ſi ſocietas non fiat à filio mi-
nore cum patre, ſed cum extraneo.

Eſt tamen verum, quòd in omnem euen-
16 tum, ſi interueniat iudicis decretum in
caſu, de quo agitur, licèt minor, non præ-
miſsis alijs ſolemnitatibus ſtatutarijs, aut
ſi iure requiſitis non poſsit ſocietatem cõ-
trahere; valet tamen contractus: ſiquidem
interuentus ſolius decreti competentis iu-
dicis facit præſumere non ſolùm ſolemni-
tates requiſitas pro initu contractus; ſed
etiam pro validitate decreti, vt habetur ex
Surdo deciſ. 3 ... num. 5. verſ. hæc & ſi ve-
ra ſint, Cenc. de cenſib. ... citat. & extat
deciſ. Rotæ Rom. ... num. 1. poſt eiuſdem
Cenc. tract. & dicta noſtra commentmim-
preſſa. Imò ſi minor curatorem non ha-
bens eſſet in albo mercatorum deſcriptus,
17 & ſocietatem contraheret ſuper rebus iu-
dicis decretum, & iuris, ac ſtatutarias ſolẽ-
nitates exigentibus in earum alienatione,
tunc validè contraheret, atque ideò firma
eſſet ſocietas citra decretum, & ſolemnita-
tes prædictas; ſi Conſules maximè, qui mi-
norem in albo deſcripſerunt, facultatem
habeant cum eo diſpenſandi, vt poſsit im-
mobilia obligare, ac diſtrahere citra decre-
tum aliquod, iuxta ea, quæ habentur per
Strach. de mercat. p. 3. num. 29. & 30. quem
refert, & ſequitur Felin. de ſocietat. cap. 5.
num. 6. & 7. contra Simoncel. in ſuo tract.
de decr. minor. lib. 2. tit. 6. inſpec. 4. num.
46.

Idem dicendum eſt de minore, qui me-
18 diante iuramento citra iudicis decretum,
& ſolemnitates prædictas ſocietatem con-
traxit ſuper prædictis bonis, decretum, &
ſolẽnitates huiuſmodi requirẽtibus, vt in-
fra latius dicemus, concl. 3. lim. 1. Quæ qui-
dem vera ſunt, etiam ſi cum alio minore
contraxerit: nam ſicut contractus initus à
minore cum minore eſſet inualidus, vt d.
concluſione 3. dicemus, ità quoque iura-
mento firmatur.

Secunda concluſio.

19 QVamuis minor curatorem non habẽs
regulariter ſocietatem, & alios con-
tractus, in quibus non exigitur
iudicis decretum, aut aliquæ iuris, ac ſtatu-
tariæ ſolemnitates, validè contrahat, vt ſu-
pra concluſione præcedenti oſtendimus,
læſus tamen in integrum reſtituitur, vt eſt
tex. in l. air Prætor, ff. de minor. in illis ver-
bis, *proinde ſi emit aliquid, ſi vendidit, ſi ſo-
cietatem coit, ſi mutuam pecuniam accepit,
& captus eſt, ei ſuccurritur.* Gomeſ. lib. 2.
variar reſol. cap. 14. ſub num. . Corn. conſ.
308. ſub num. 3. verſ. & qui poterant lib. 1.
Odd. in ſuo tract. de reſtit. in integr. q. 56.
ar. 4. num. 26. & ar. 6. num. 50.
Ampliatur hæc concluſio, vt locum ſibi
20 vendicet, etiam ſi minor læſus contraxerit
cum alio minore; quoniam adhuc læſus
minor reſtituitur aduerſus minorem: ſiqui
dem in contractu inter duos priuilegiatos
celebrato potior eſt conditio eius, qui in
21 contractu ſimul inito læſus apparet, arg.
tex. in c. audiris, de reſtit. in integr. l. fin. ff.
ex quib. cauſ. maior. l. 1. C. ſi aduer. Fiſc.
Lambert. de contr. mulier. in fin. num. 125.
& ſeq.

& ſeq.& Cenc.de cenſib.p.1.cap.2.q.1.ar.2.num.8.& ſeq. qui pro hac re allegat deciſ. Rotæ Romanæ 18. num.6. & deciſ.19. num.1.& 2. poſt eius tract. & dicta noſtra comment.impreſſas.

Secundò ampliatur, vt minori læſo de-
22 tur reſtitutio in integrum pro eo in quo fuit læſus minor exiſtens, etiam poſtquam eſt effectus maior; intra tamen quatuor annos numerandos à die, quo cæpit maior eſſe, vt in l.fin. C. de tempor.in integr. reſtit.pet.Panor. & alij in c.ex litteris, num. 11.& 12.de in integr.reſtit.imò ex iuſta, & rationabili cauſa talis reſtitutio conceditur Eccleſiæ etiam poſt quatriennium à die læſionis, vt in c.1.eod.tit.in 6. Eſt tamē verum, quòd quamuis minori læſo detur reſtitutio in integrum de iure ciuili intra quatriennium, numerandum à die, quo peruenit ad vigeſimum quintum annum; nihilominus vbi ſtatuto aliquo municipali ſtatutum fuerit, vt maior quis habeatur, cum compleuerit 18.annum, vel aliud determinatum tempus, vt extat conſtitutio in noſtro Neapolitano Regno, quæ incipit Minorum iura; tunc ab eo tempore quadriennium eſt numerandum, in quo competit reſtitutio; non autem à 25.anno cōpleto; quoniam ab eo tempore per ſtatutū præſcripto minor efficitur maior, ita vt poſsit contractus celebrare citra decretū, & ſolemnitates ſtatutarias, perinde ac ſi 25. annum compleuerit, vt habetur per Caſtr.in l.omnes, num. 9. C.de his, qui ven. ætat.impetr. Bart. in l.magis puro, §.ſi pupillus, ff.de reb.eor. Corn.conſ.108. lib.3. & latè Felic.de ſociet.cap.5. num. 18. vbi contraria ſoluit.

Sic ampliata limitatur prædicta conclu-
23 ſio, vt locum non habeat in minore, qui cū iuramento aſſeruit eſſe maiorem: nam tunc licèt in contractu ſocietatis læſus appareat; nihilominus non reſtituitur. Etenim quamuis iuramentum in contractibus per minorem adhibitum, non impediat reſtitutionis in integrū, vt habetur ex Barb. conſ.53.col.1.& 2.lib.2. & conſ.8. num. 5. lib.4.Curt.iun. conſ. 119.num.8. & ſeq. & latè Odd.in ſuo tract.de reſtit.in integr. q. 24.ar.5. num.13. nihilominus quando, adhibito iuramento, aſſeruit ſe eſſe maiorem non reſtituitur, vt eſt tex. in l.ſi aduerſus, C.ſi min.ſe maior.dixer. Quod tamen ſublimitat ibidem Odd.num.39.niſi euidenter conſtaret de minori ætate, & de iuramento bona fide præſtito ab ipſo minore, exiſtimante ſe eſſe maiorem, quoniam tunc reſtitutio ſibi concederetur, vt rectè declarat Felic.d.cap.5.num.51.cum plurib.ſeq. vbi multo magis id ait verum eſſe quando minor dolo fuerit inductus ad ſic iurandum, aut alter contrahens eodem modo dolo iurauerit, cùm minor eſſet: quoniam eo caſu dolus cum dolo compenſatur: & ſibi imputare debet ſocius, qui id ſciens contraxerit.

Secundò limitatur eadem concluſio in
24 minore, qui veniam ætatis impetrauit: ſiquidem ſi ſocietatem contraxit ſuper bonis non exigentibus in eorum alienatione iudicis decretum, & ſtatutarias, ac legales ſolemnitates, læſus non reſtituitur in integrum, ne is, qui cum eo contrahit Imperiali auctoritate circumſcriptus videatur, l.1. & ibi Bart.& Bald.C.de his, qui ven. ætat. impetr.Gomeſ.lib.2.var.reſol.cap.14.num. 11.Odd.de reſtit.in integr.q.23.ar.9.num. 27.& Felic.d.cap.5. num.43. vbi etiam ait, quòd ſi minor contrahit ſuper rebus, in quibus exigitur decretum, ſi citra decretū, ſocietatem contrahat, cùm ſocietas ſit inualida, eo quòd minor curatore carens, etiam ſi veniam ætatis impetrauit, bona immobilia, & mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, citra iudicis decretum alienare non poteſt, vt in l.eos, C.de his, qui ven. ætat.impetr.& Gomeſ.loco citato, num.12 tunc, & eo caſu in integrum reſtitutione, non indiget; quoniam in integrum reſtitutio præſupponit validitatem contractus, l.in cauſæ, in 2.ff.de minor. Non tamen ita dicendum eſt, ſi qui veniam ætatis impetrauit ſuper rebus immobilibus, aut mobilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, mediāte iudicis decreto ſocietatem contraxit; quoniā tunc læſus reſtitueretur, vt habetur ex Gomeſ.loco citato, & Odd.in d.ſuo tr. de reſt.in integr.q.23.ar.9.num.4.

Tertiò limitatur dicta concluſio, vt non
25 procedat in minore in Albo mercatorum deſcripto: ſiquidem is habetur in omnibus tanquam maior; maximè ſi conſules, qui minorem ipſum in albo deſcripſerunt, facultatem habeant cum eo diſpenſandi, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, concl. præced.verſ.Eſt tamen verum, ibi, Imò ſi minor, vnde huiuſmodi minor meritò non reſtituitur per ea, quæ habentur ex Cyn.& Bart. in l.1. C. qui, & aduerſus quos, Roman. in l. ſi verò, §. de viro, num.3.ff. ſol. matr. Aretin. in l.minoribus, in fin. C. de reſtit.in integr.& in ſpecie, Stracch.de merc. p.3.num.26.& Odd. d.q.23. ar.6.num.31. qui licèt num.22.id limitet, vbi minor ſemel,

mel,aut bis tantùm mercaturam exercuit;
nihilominus hanc limitationem rectè non
recipit Felic. de ſociet. cap. 5. num. 45.
Etenim, quòd minor deſcriptus in albo
mercatorum non reſtituatur in eo funda-
tur, quia pro idoneo publicè approbatus
eſt,& talis præſumitur præſumptione iuris
& de iure; & ideo parum refert,an ſemel,
bis,aut pluries mercaturam exercuerit.

Quartò limitatur, vt minor non reſti-
26 tuatur ſi damnum fortuitò ex ſocietis cō-
tractu ſibi obuenerit: quoniam beneficium
reſtitutionis in integrum non competit
pro damno, quod non inconſultè euenit;
ſed fato; atque ideo ſi minor equum eme-
rit,qui caſu interierit,non reſtituitur,vt eſt
tex.in l.verum,§.item non reſtituetur,ff.de
minor.Sic etiam ſi minor ſocietatem con-
trahat,ex qua communiter ſocij lucrum
conſequi conſueuerunt; ſi deinde ex ali-
quo inopinatu euentu non modo lucrum
non aſſequatur,ſed potius damnum paſſus
fuerit,non reſtituitur. Idem dicendum eſt,
ſi ſocietatem minor contrahat aut alium
contractum, ex quo veriſimiliter dubitari
poſsit, an lucrum,vel damnum ſit allatu-
rus,vt in ſpecie in contractu ſocietatis pro
bat Odd.in tract.de reſtit.in integr.q.4.ar.
6.num.40.& q.56.ar.4.num.26.& ar.6.nu.
50.& Felic.de ſociet cap.5. num.40. & 41.
vbi loquentes de ſociet.offic.dicunt, quòd
ſi minor ſocietatem officiorum contrahat
ſuper periculo vitæ alicuius, & ille moria-
tur,minor ipſe non reſtituitur, quoniam
pecuniam perdidit non tantùm ex eius ne
gligentia ob diſdictam non habitam per
15.dies ante mortem prædicti, ſuper cuius
vitæ periculo fuit tradita; ſed ex acciden-
ti,euenientē eiuſdem morte; læſus fuit.Nō
tamen ita dicendum eſt, vbi eques minor
contrahit ſocietatis ſuper eius officio, &
læditur diſsipando pecuniam acceptam:
aut accommodat officium ſuum ad vtili-
tatem alterius, qui non ſoluit fructus, vel
ſuo tempore, facta diſdicta,non reddit ſor-
tem: aut contrahitur ſocietas fauore mi-
noris,ſuper officio maioris, & ipſe minor
receptas pecunias diſsipet, & non fiat lo-
cupletior: his enim caſibus reſtituitur mi-
nor; quoniam læſio ſibi non peruenit ex
fato.vt rectè declarant Doctor. ſupra rela-
ti. Idem dicendum eſt,quando minor con-
tractum aliquem celebrat, ex quo nullum
lucrum ſperat, ſed exponit ſe periculo,
quod poteſt,vel non poteſt euenire, vt pa-
tet in exemplo poſito à Felic. loco citato,
ſub num.42.

Quintò limitatur, vt minor non reſti-
27 tuatur aduerſus ſocietatem dolo contra-
ctam: quoniam dolus incidens in contra-
ctu bonæfidei,qualis eſt ſocietas, reddit il-
lum nullum ipſo iure,vt ſupra oſtendimus
cap. 1.q.4.concl.vnica,in prin.& in verſ.ex
hoc infertur. Vndè cùm ſocietas dolo con-
tracta ipſo iure ſit inualida,reſtitutione nō
indiget;eo quòd poteſt minor vti remedio
ordinario annullando contractum; & cui
competit remedium ordinarium, non de-
bet vti remedio extra ordinario, qualis eſt
in integrum reſtitutio,vt in l.in cauſæ,la
2. ff. de minor. Quod quidem verum eſt,
etiam ſi ex parte minoris fuerit iuratum,
vt per Bald.conſ.113.lib.1.& Felic. d.cap.
5.num. 29.

Sextò limitatur ipſa concluſio,vt mino-
28 ri læſo ex contractu ſocietatis non detur
reſtitutio ad reſcindendum contractum;
quoniam hoc remedium eſt ordinarium,&
competit etiam maioribus,ſi in ſocietate
fuerint decepti & in ea non fuerit ſeruata
æqualitas,vt in l.ſi non fuerit,ff.pro ſoc.at-
que ideo.vt ad æqualitatem reducatur,re-
ſtitutione non eſt opus,cùm ſocietas ipſa
ſit inualida,vt in d.l.ſi non fuerint.Sed in
huiuſmodi contractu reſtituitur ipſe mi-
nor quoad pacta perperam in eo per ipſum
appoſita; quorum vigore in lucris diuidē-
dis,vel in damnis reparandis læſus fuit, ita
vt ſingula bona fide diuidantur. Etenim
reſtitutio ſupponit validitatem contractus,
atque adeò tunc reſtitutio locum habet,
quando pacta, & ſocietas ſuſtinentur, &
ceſſat remedium ordinarium: nam ſi ſocie-
tas,& pacta eſſent nulla; tunc reſtitutione
non eſt opus,ſed ordinario remedio proce-
ditur ad contractus irritationem,vt in l.in
cauſæ,la 2.ff.de minor.latè Felic. d. cap.5.
num.39.cum plur.ſeq.Quod verum eſt,niſi
minor ex tali contractu effectus ſit locu-
pletior; quoniam tunc ei non ſuccurritur,
iuxta ea, quæ nos cumulauimus in com-
ment.ad Extrauag.Pij V.de cenſib.5.q.19
num.41.

Tertia concluſio.

Minores adoloſcentes, qui curatorem
29 habent,ſi ſocietatem contrahant ci-
tra curatoris auctoritatem, atque conſen-
ſum,nulliter contrahunt. Hæc concluſiò
eſt communis; quam tenet Iaſ. in l.1. ſub
num.6.C.qui teſtam.fac.poſſ.Cephal.conſ.
146.num.32. lib.1. Menoch. de præſumpt.
lib.3.

lib.3.præſump.56. num.9. & alij commu-
niter. Probatur ex tex. in l. ſi curatorem
habens, C. de in integr. reſtit. vbi habetur,
quòd ſi curatorem habens rem aliquam
diſtrahat citra ſui curatoris auctoritatem,
illius rei venditio non eſt ſeruanda. Et ra-
tionem hanc eſſe ait ille tex. quia minori
curatorem habenti bonis interdictum eſt;
atque adeò quamuis bonorum ſuorum
dominium habeat; eorundem tamen non
habet adminiſtrationem: ergo idem dicē-
dum eſt de minore curatorem habente, &
abſque illius auctoritate ſocietatem con-
trahente. cùm militet eadem ratio; eo quòd
non minus rerum in ſocietate collatarum
dominium transfertur, quàm in venditio-
ne, vt ſupra adnotauimus, concl. 1. limit.
vnica, per tex. in l. 1. in fin. ff. pro ſoc. vbi id
maximè verum eſſe, ait tex. ille, in ſocieta-
te omnium bonorum, in qua bonorum
omnium dominium communicatur.

Ampliatur hæc concluſio, vt minores
30 curatorem habentes citra eius auctorita-
tem contrahere non valeant, non modo
expreſsè, verbis ſcilicet expreſsis; ſed nec
etiam tacitè per actus ſociales: quoniam
qui ſocietatem expreſsè contrahere non
valet; nec eam poteſt & tacitè: ſiquidem,
taciti & expreſsi, eadem eſt virtus, l. cum
quid, ff. ſi cert. petat. & in ſpecie habetur ex
Iaſ. ac Doctor. ſupra citatis, & ex Felic. de
ſociet. cap. 5. ſub num. 1. Eſt tamen verum,
quòd quòd ſupradicti minores ex tacito
curatoris conſenſu ſi ſocietatem contra-
hant, ſocietas ipſa ſuſtinetur; ſicut diximus
ſupra, q. 1. concl. 3. amp. 1. de pupillo ſocie-
tatem contrahente cum tacito ſaltem tu-
toris conſenſu.

Secundò ampliatur, vt minores curato-
31 rem habentes ſi ſocietatem contrahant, &
lædantur non poſsint petere beneficium
reſtitutionis in integrum; quoniam huiuſ-
modi beneficium eſt extraordinarium, &
non competit quando minor poteſt vti re-
32 medio ordinario: ſed minor eo caſu po-
teſt agere, vt contractus declaretur irritus,
atque adeo remedio ordinario vti, cùm cō-
tractus cum minore tutorem habente, &
citra illius actoritatem initus ſit nullus, vt
ſupra diximus ex tex. in l. ſi curatorem ha-
bens, C. de integr. reſtit. ergo non poteſt vti
remedio extraordinario, & ſic beneficio re-
33 ſtitutionis in integrum, vt patet ex l. in
cauſæ, la 2. ff. de minor. his verbis, *In cauſæ
cognitione etiam hoc verſabitur, num fortè
alia actio poſſit competere citra in integrum
reſtitutionem. Nam ſi communi auxilio, &
mero iure munitus ſit, non debet ei tribui ex-
traordinarium auxilium. Vtputà cum pupil-
lo contractum eſt ſine tutoris auctoritate, nec
locupletior factus eſt.* quibus adde, quæ ſu-
pra adnotauimus, concl. 2, lim. vlt.

Sic ampliata limitatur prædicta conclu-
34 ſio, vt locum non habeat in minore, qui ci-
tra ſui curatoris auctoritatem ſocietatem
contraxit, & mediante ſuo iuramento, con-
tractum confirmauit, & promiſit non con-
trauenire. Etenim quamuis contractus ini-
tus cum minore abſque ſui curatoris au-
ctoritate, & ſtatutarijs, & iuris ſolemnita-
tibus ſit inualidus in alienatione maximè
rerum immobilium, & quæ ſeruando ſer-
uari poſſunt; nihilominus ſi in contractu
iuramentum interceſſerit, per iuramentum
firmatur, vt in auth. Sacramenta puberum,
& ibi Bart. & alij, C. ſi aduerſ. vendit. Latè
Ludou. de Auend. de cenſib. Hiſpan. cap. 81
num. 5. & Felic. de Solis, eod. tr. lib. 1. cap. 2.
ſub num. 11. verſ. Tertiò infero. Eſt tamen
verum, quòd huiuſmodi minori, quamuis
curatorem habeat, & citra illius auctorita-
tem contraxerit, ſi tamen fuerit læſus da-
tur remedium reſtitutionis in integrum,
cùm ratione iuramenti ſit validus contra-
ctus, atque ideo non poſsit vti remedio or-
dinario ad irritationem illius, vt patet ex
ijs, quæ ſupra adnotauimus, ampl. 2. per
tex. in l. in cauſæ, la 2. ff. de minor.

Secundò limitatur ipſa concluſio, vt
35 quamuis minor curatorem habens ſocie-
tatem nulliter contrahat, ſi curatoris au-
ctoritas non concurrat, nec iuris, & ſtatu-
tariæ ſolemnitates adhibeantur in caſibus
eas exigentibus; nihilominus de contra-
ctus nullitate non poteſt dicere. Tertius;
ſed ipſe minor, aut ſaltem eiuſdem cura-
tor: ſiquidem nullitas licèt ſit excluſiua
iuris tertij; pendet tamen à voluntate mi-
noris: nam ſi ipſe velit, poterit ſaltem, me-
diante ſui curatoris auctoritate, ipſum cō-
tractum nullum approbare, vt patet ex ijs,
quæ conſuluit Surd. conſ. 9. Menoch. conſ.
79. num. 29. lib. 1. & alij apud Anton. de
Ball. ſuper Prag. Regis Alph. de cenſib. q.
30. num. 35.

Tertiò limitatur prædicta concluſio, vt
36 licèt minor curatorem habens citra cura-
toris actoritatem, iuris, ac ſtatutarias ſo-
lemnitates ſocietatem nulliter contrahat,
ſi tamen maior factus per quinquennium
in ipſa ſocietate ſteterit, & non reclamaue-
rit, ex huiuſmodi taciturnitate reſultat con-
tractus ratificatio, ar. tex. in l. 1. & 2. C. ſi
maior fact. & l. final. C. de temp. in integr.
reſt.

reſt. pet. & patet ex ijs, quæ habentur ex
Crau.conſ.102.num.7.lib.1. Menoch. de
recuper.poſſeſ.remed.15.num.148.& conſ.
439.num.48.vol.5.Mant.de tacit.&ambig.
conuent. lib.4. tit.6. num.65. & alijs. Eſt
tamen verum quod Mar. Anton.lib.1.var.
reſolut.num.20.ad fin.iuxta ſententiam
magis receptam putat,iura illa locum ſibi
vendicare,vbi in alienatione facta à mino-
re deeſſet tantùm iudicis decretum; ſecus
autem ſi deeſſent alia ſolemnia. Sed reuera
probabilius nobis videtur, quòd lapſus
quinquennij poſt maiorem ætatem ratifi-
cet contractum à minore celebratum; etiã
37 ſi nullus fuerit ex defectu cuiuſcunque ſo-
lemnitatis cum generaliter loquantur iu-
ra,vt habetur ex Soc. Sen. conſ.147. vol.1.
Pariſ.conſ.49.& 58.num.1.lib.1. Ruin.cõſ.
146.num.6.lib.4.Menoch.loc. citato,num.
144.Berò.q.43.num.4. & ſeq. cum alijs re-
latis à Cenc.de cenſib.p.1.cap.2.q.1.art.2.
num.4.& ſeq. Qui id limitat quoque ibidẽ,
niſi in contractus celebratione dolus inter-
ueniat,nam ratione doli excluditur ratifi-
catio reſultans ex taciturnitate quinquen-
nij,vt in d.l.1. C. ſi maior fact. in illis ver-
bis, *vel ex ſcriptura facta ſine dolo,&c.* Ro-
lan.à Valle,conſ.80.num.5.vol.4 Curt.iun.
conſ.50.& 51.Pariſ.conſ.100.num.69.vol.
1. Crau.conſ.889.& alij: ſiquidem dolus
38 dans cauſam contractui illum irritat,vt in
l.& eleganter,ff.de dol. Quiquidem dolus
ſatis eſt ſi ſit præſumptus, vt contra non-
nullos Mar. Ant.loco citato,num.20.verſ.
Articulus igitur erit,Surd.d.conſ.49.num.
43.lib.1.& Cenc.vbi ſupra. Vndè ſi minor
in ſocietatis contractu appareat enormiſſi-
39 mè læſus,cum in eiuſmodi læſione præſu-
matur dolus verax per ea.quæ habentur in
l.2.& ibi Bart.& alij, C.de reſcind. vendit.
talis læſio; atque ideò dolus præſumptus
excludit ratificationem,ex quinquennij ta-
citurnitate reſultantem, vt patet ex tradi-
tis per Feder.ſen.conſ.199. Cald. conſ.8.
Butr.conſ.45.Anch.conſ.38.Dec.conſ.180
num.7.Corn.conſ.11.vol.3.Cran.conſ.142
num.25.& Oſaſc.deciſ.41.num.3. Et licèt
hæc ſententia quamplurimos Doctores ha-
beat contra ſe; nempè Pariſ.conſ.49.num.
42.vol.1.Menoch.de recuper poſſeſ.remed.
15.num.137.Cephal.conſ.51. num.33. &
conſ.316.num.81.& alios; nihilominus in
eo conueniunt omnes, vbi ſcilicet agitur
de enormiſſima læſione,non ſolũ in duplo,
ſed etiam in triplo,aut vltra: ſiquidem hu-
iuſmodi dolus præſumptus ex enormiſſi-
ma læſione reſultans æquiparatur dolo ex
propoſito,vt rectè probat Sol.in comment.
ad Decr.Sereniſs.Ducis Sabaudiæ, ſub tit.
de alienat.ver.Minor,Gloſ.1.à num.31. ad
37.

Imò licèt minor nulliter ſocietatem cõ-
40 trahat ſuper bonis immobilibus, & quæ
ſeruando ſeruari poſſunt citra decretum
Iudicis, ac iuris, & ſtatutarias ſolemnita-
tes; nihilominus,ſi maior factus ſocietatem
proſequatur,lucra, & damna cum ſocijs
diuidens,ſocietatem ipſam cenſetur ratifi-
caſſe,etiam ante completum quinquenniũ,
& iuramento non interueniente, vt patet
ex ijs,quæ habentur in l.ſi præteritus, ff.de
bonor. poſſeſ.contra tabul.l.ſi propoſitas,§.
1.ff.de inoffic.teſtam.Confirmatur quoniã
idem locum ſibi vendicat in minore nulli-
ter cenſum conſtituente ſuper bonis ſuis
immobilibus abſque iudicis decreto, &
abſque iuris, & ſtatuarijs ſolemnitatibus:
quoniam ſi maior factus penſiones ſoluat,
cenſualem contractum cenſetur ratificaſſe,
itaut valida reddatur præcedens cenſus
impoſitio iam inualida,vt habetur ex Natt.
conſ.45.num.10.vol.1.Menoch.conſ.561.
num.12.& ſeq.vol.6.& ex alijs à nobis re-
latis in noſtris Commentar. in Extrauag.
Pij V. de cenſib. §.1. q.19.limit.3. & 4.vbi
de hac re fuſius egimus.

An Ebrij,irati,letitia perciti,prodigi,amore capti,lunatici,frenetici,mente capti, amentes, fatui,ſtulti,ac furioſi aliquando ſocietatem validè contrahant. Q III.

S V M M A R I V M.

1 *Stultus qualiter differat à furioſo.*
2 *Stultitiæ proprium eſt,aliorum vitia cernere,obliuiſci ſuorum.*
3 *Fatuus appellatur in verbis.*
4 *Fatuus, & ſtultus an differant inter ſe.*
5 *Stultorum corda in ore ipſorum ſunt.*
6 *Stultus ſtatim vltionem expetit,nec deliberat.*
7 *Stultus datur non ſolùm in factis,ſed etiam in verbis;ſicut & fatuus, & ſtultitia,ac fatuitas qualiter differant.*
8 *Stultis ſicut infantibus vtcunque leuis occaſio ſatis eſt ad luctum.*
9 *Stulti ſapientiam, atque doctrinam deſpiciunt:*

eiunt: & multa ſtultorum proprietates enumerantur.

10 *Furioſus quis dicatur, & qualiter differat ab inſano.*

11 *Lunatici qui nam dicantur.*

12 *Frenetici qui propriè ſint.*

13 *Prodigus quid, & quotuplex.*

14 *Ebrius quiſnam dicatur.*

15 *Ebrius qualiter differat ab Ebrioſo.*

16 *Ebrius non debet eſſe propenſus ad gignendos filios, & ebrij multa mala recenſentur.*

17 *Ebrietatem tumultuoſam appellat ſapiens: & einſdem proprietates enarrantur, ac detrimenta.*

18 *Iræ definitio traditur, & qualiter ab iracundia differat, & de proprietatibus earum.*

19 *Iracundus annexa habet ſtultitiam.*

20 *Iratus vehementer immaniter clamat, trepidat, &c.*

21 *Ira emolliri poteſt, eradicari non poteſt, vbi etiam plura notantur de hac paſſione.*

22 *Amore capti, & lætitia valdè perciti ſimiles ſunt Ebrijs, furioſis, Mentecaptis, & Inſanibus.*

23 *Vino vt quis capitur, & baccatur, ita & amore, et amoris feruore, vbi plura de amore captis etiam recenſentur.*

24 *Vinum, et mulieres apoſtatare faciunt homines.*

25 *Lætitia vehementer perciti damna recenſentur.*

26 *Stulti, mentecapti, amentes, fatui, ac furioſi ſocietatem contrahere non poſſunt.*

27 *Stulti, mentecapti, etc. quod agunt non intelligunt: et liberi non ſunt ad conſenſum præſtandum.*

28 *Stulti, mentecapti, etc. ſunt omnium contractuum incapaces.*

29 *Stultum, ac furioſum quem eſſe, eſt difficilis probationis: & qualiter probetur.*

30 *Furioſus in dubio nemo præſumitur; ſed quilibet debet haberi ſanæ mentis.*

31 *Societas per ſuperuenientem furorem vni ex ſocijs qualiter diſſoluatur.*

32 *Societas officiorum per ſuperuenientem furorem vni ex ſocijs an, & qualiter diſſoluatur.*

33 *Lunatici, ebrij, & alij ſimiles, durante morbo, nulliter ſocietatem contrahunt.*

34 *Lunatici, phrenetici, vehementer irati excluduntur à celebratione contractuum.*

35 *Amore captus, qui amoris furore mente alienatur efficitur inhabilis ad contrahendum.*

36 *Furioſi, inſani, ſtulti, &c. ſi dilucida habent interualla poſſunt ſocietatem, & alios contractus inire tempore, quo ſunt ſanæ mentis.*

37 *Dilucida habentes interualla, ſi contrahant, in dubio præſumuntur contraxiſſe tempore ſanæ mentis.*

38 *Ebrij, amore capti, & lætitia vehementer perciti ſunt inhabiles ad contrahendum ſunt actu tales; ſecus autem ſi fuerint in habitu tantùm.*

39 *Prodigus, cui per decretum interdicta eſt bonorum adminiſtratio, eidemque datus curator non poteſt citra ſui curatoris ſocietatem, & alios contractus celebrare.*

40 *Prodigus qualiter poſſit poſt reſipiſcentiam citra curatoris ſibi dati auctoritatem contrahere.*

41 *Prodigus, cui per Iudicis decretum non eſt interdicta bonorum adminiſtratio, non prohibetur ſocietatem, & alios contractus celebrare.*

42 *Prodigus, cui non eſt interdicta bonorum adminiſtratio, ſi maior contrahat, & læſus remaneat, non reſtituitur in integrum.*

PRo huius rei explicatione eſt adnotandum, quòd ſtultus differt à fatuo
1 mentecapto, ſeù amente, ac furioſo. Etenim ſtultus ſecundum aliquos talis propriè dicitur factis, fatuus verò verbis. vnde ſtultus ſecundum gloſ. in c. de conſtantinopolitana, verſ. ſtultus, 22. d. dicitur, qui per ſtuporem non mouetur iniuria, vel dicitur ſtultus, quaſi extultus ab extollo, quia ſe extollit: nam ob id ait tex. in d. c. de conſtantinopolitana, quòd ſtultus eſt, qui in eo ſe primum exiſtimat, vt bona, quæ viderit diſcere contemnat. & Cic. 3. Tuſch. eſt
2 proprium ſtultitiæ aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum. Fatuus autem appellatur in verbis, iuxta illud Iſa. 32. Fatuus fa-
3 tua loquar. & denique furioſus à furore deriuatur, qui nihil aliud eſt, quàm ira accenſa, ab ira re non differens, niſi ſecundũ magis, & minus: vt per D. Thom. in pſal. 36. col. 6. Sed hæc diſtinctio inter ſtultum,
4 & fatuum, quàm affert Felic. de ſociet. cap. 7. ſub num. 17. nobis re vera non probatur. Etenim ſtultus quoque dicitur non modò factis, verum etiam, & dictis. Hinc

Apoſt.ad Rom.1.cap.30.& ad Epheſ.cap.
5.ſtultiloquium damnat, quod nihil aliud
eſt ex D.Thom.2.2.q.153.ar.5.niſi peruer-
ſa verborum ſententia, per quæ quis præ-
fert delectationes luxuriæ alijs bonis. &
Cic.3.de Or.Sic ait,Malo indeſertam pru-
dentiam,quàm loquacem ſtultitiam,& Ec-
cleſ.c.21.Stultorum corda in ore eorum
ſunt. Vndè Lact.lib.3. Diuin.inſtit. ſtulti-
5 tiam definiens inquit, Et ſtultitia in factis
dictiſque per ignorantiam recti, ac boni,
erratio. Imò ſtultus non ſemper videtur
dici talis,eo quòd per ſtuporem non mo-
ueatur iniuria; cùm ad iram proni ſint: nã
vt dicit Gloſ.in d. c.de Conſtantinopolita-
na, ver.ſtultus,22. d. ſtultus dicitur, quaſi
ſtatim vltus ab vlciſcor,eris: quia ſtultus
6 ſtatim vltionem expetit: nec deliberat.Da-
tur igitur ſtultus non ſolùm in factis, ve-
rùm etiam in verbis,ſicut & fatuus: ſiqui-
dem ſtultitia ex D.Tho.2.2.q.8.ar.6.impor-
7 tat hebetudinem ſenſus ſpiritualis:fatuitas
autem totalem priuationem eius; atque
ideò prior opponitur contrariè ſapientiæ;
poſterior verò priuatiuè: ſiquidem leuius
eſt ſtultum eſſe,quàm fatuum:ſtultus enim
obtuſum habet intellectum,& propterea
eſt parui ingenij,imprudens,improuidens,
incautus,ineptus: fatuus verò dicitur, qui
omninò deſipit. Hinc Afric. ait,ego ſtul-
tum me exiſtimo; fatuum eſſe non opinor.
Maximus Monach.ſer.60.teſtatur,Cratem
tenebris ſtultos ſimiles eſſe dixiſſe, quòd
nihil eorum,quæ recta ſunt, ſine vinculo,
ac neceſsitate facere velint: & Socrat.ſtul-
tis ſicut infantibus,vtcunque leuis occaſio
8 ſatis eſt ad luctum. Item Democr.inquit,
ſtulti cùm vitam oderint, tamen viuere
volunt mortis metu. Viuunt non dele-
ctati vita. Deſiderant iuuentutem,
cum nullo iuuentutis commodo fru-
antur. Deſiderant abſentia: præſentia
vero & ſi meliora præteritis, negligunt.
Nihil approbant per totam vitam,mortem
timentes,ſeneſcere cupiunt. Stulti ſapien-
tiam,atque doctrinam deſpiciunt,vt habe-
9 tur Prouerb.cap.1. Stulti ſapientes ſibi vi-
dentur,ibidem cap.26. Vnde Greg.in mo-
ral. Stulti tantò intenſius de alieno iudi-
cant,quantò ſua profundius ignorant: &
alibi,Tantò quiſque intus amplius ſtultior
ſit quantò conatur exterius ſapiẽs videri.
Ex dictis igitur patet, quòd ex quatuor
ſtultus quis eſſe dignoſcitur.Primò quan-
do illi non venit in mentem,quod oportet.
Secundò cùm venerit non retinet. Tertiò
bonum conſilium non admittit, quin po-
tius malum. Quartò putat,& dicit bonum
malum: & malum bonum,& vt Luna mu-
tatur. Fatuus verò omninò inſipiens, &
inſulſus inepta loquens:& dicitur à fando,
ſicut puer,qui primò fatur,ideſt,qui inep-
ta loquitur. Vndè fatuus eſt qui verbis,
ac dictis ſtultus eſt. Stultus autem dicitur
talis non ſolum factis,ſed etiam verbis, &
cùm fatuus ſit omninò inſipiens, idem de-
notat,quod amens, & mente captus, ſicut
omninò cæcus appellatur oculis captus.
10 Furioſum poſtremò à furore deriuari re-
ctè diximus,& cùm furor ſit ira accenſa,
quæ impedit,& occæcat animum, Furio-
ſus poteſt etiam dici mentecaptus,qui ab-
iecta ratione cum furore,& impetu omnia
facit.Vndè Cic.3.Tuſc.diſcernens à furore
inſaniam,ſic ait. Inſaniam eſſe cenſuerunt
inconſtantiam ſanitate vacantem, quæ ta-
men poſset tueri officium,& vitæ commu-
nem cultum:furorem autem rati ſunt mẽ-
tis ad omnia cæcitatem: & Virg. 2.Aen.
Inſtamus tamen immemores, cæcique fu-
rore. Eſt tamen verum, quòd inſania ali-
quando ſumitur pro ſtultitia,ac dementia
cum irrationabili furore,& propterea, in-
quit Varro, quod inſani omnia vehemen-
ter, faciunt, neque rei alicuius ſeruant
modum.vndè inſanus propriè appellatur,
qui abiecta ratione cum furore, & impetu
omnia facit, iuxta illud Teren. in Eunuc.
Hic homines ex ſtultis inſanos facit; at-
que adeo inſani furioſi quoque appellan-
tur. Horum autem quidam ſunt perpetuò
tali morbo laborantes,quidam verò habet
dilucida interualla. De his igitur omni-
bus videndum eſt, an valeant ſocietatem
contrahere.

Secundò eſt adnot. quòd Lunatici nun-
cupantur, qui Lunatico morbo labo-
11 rantes in illo actu quo morbo corripiun-
tur, non intelligunt, atque ideo eorum
mens ſuas non habet operationes. Hi quã-
doque furore laborant. non illo quidem
perpetuo, ſed pro tempore, quo modo
detinentur. Appellantur autem Lunatici
ex eo, quòd ijs, ipſo interlunio nati ſunt
huiuſmodi morbus familiaris eſſe con-
ſueuerit. ſeù quòd ſtatutis Lunæ interual-
lis, ſoleat reuerti. Hinc Iulius firm. 4.
Mathe. ſic ait,Et ſi luna fuerit malè col-
locata, aut ſpaſticos, aut lunaticos, aut
caducos facit. Phrænetici appellantur,
qui phreneſis infirmitate ſunt elabo-
rantes. Hi mentes pariter læſione affi-
ciun-

Digitized by Google

ciuntur, itavt ad inſaniam, furoremque
deueniant, ſicut, & furioſi. Fit autem
huiuſmodi morbus ex inflammatione
membranullarum, quas meningas vo-
cant, vt habetur ex Galen. lib. 3. de locis
affectis. Prodigi demum licet furioſis æqui-
13 perentur in eorum bonis irrationabiliter
elargiendis, vt in §. furioſi, in Inſt. de curat.
& l. 1. ff. eod. nihilominus quoad alia poſsũt
eſſe ſanæ mentis, vnde Prodigi quidã ſunt,
quibus per Iudicis decretum eſt interdicta
bonorum adminiſtratio, eiſdemque datus
eſt curator: & quidam, quibus adhuc eo-
rum bonorum adminiſtratio per iudicis
ſententiam prohibita non eſt, nec curato-
rem habent. vt in l. is cui bonis, & ibi Do-
ctor. ff. de verb. obligat.

Tertiò eſt adnor. quòd ebrius dicitur,
14 qui nimio vini potu alienatus eſt mente.
Hinc Plato, ebrietatem voluntariam inſa-
niam appellat. eo quòd mentis inducit exi-
liũ, vt in c. à crapula, de vit. & honeſt. cler.
15 & c. vinolentum, 35. d. Differt autem e-
brius ab ebrioſo in hoc, quòd ebrius actũ
præſentem denotat. ebrioſus vero habi-
16 tum, ac propenſitatem. Ebrium, inquit
Vitr. in lib. de modo ſtud. & docen. de legib.
ad gingendos filios non debere eſſe propẽ-
ſum: ſiquidem qui vino repletus exiſtit,
tam animæ, quàm corporis rabiæ concita-
tus, quouis, & trahit, & trahitur: atque ideò
de facili fœtus inæquales, inſtabiles, obli-
quos tam membris, quam moribus poſſet
procreare. Ebrium rectè deſcripſit ſapiens
prouerb. c. 23. dicens *Ne intuearis vinum
quando flaueſcit: cum ſplenduerit, in vitro
color eius, ingreditur blandè, & in nouiſsi-
mo mordebit, vt coluber, & ſicut regulus ve-
nena diffundet. Oculi tui videbunt extranea,
& cor tuum loquetur peruerſa, & eris ſicut
dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gu-
bernator amiſſo clauo, & dices: verberauerũt
me, ſed non dolui: traxerunt me, & ego non
ſenſi. Quando euigilabo, & rurſus vina repe-
tam.* Ebrietatem tumultuoſam appellat
17 idẽ Sap. prouerb. 20. & eccl. 31. inquit pari-
ter, quod vinum multum potatum irrita-
tionẽ, & iram, ac ruinas multas facit. Hinc
d. cap. 23. ſic legitur. *Cui va, cuius patri va,
cui rixæ, cui ſine cauſa vulnera, cui ſuffoſsio
oculorum? Non ne his, qui commorantur in
vino, & ſtudent calicibus epotandis?* Eſt etiã
ebrietas Luxurioſa, iuxta illud Apoſt. 5. *No-
lite ebriari vino, in quo eſt luxuria.* Eſt fœda:
nam ob id ait Iſai. 28. *Præ vino neſcierunt,
præ ebrietate errauerunt: omnes menſæ re-
pletæ ſunt vomitu ſordiumque, ita vt non eſ-
ſet locus vltra.* & Ierem. 25. *Bibite, & ine-
briamini, & vomite, & cadite, neque ſurgatis
à facie gladij.* Ebrietas, inquit Chryſ. ſuper
Matth. ante omnia vitetur à clericis, quæ
omnium peccatorum radix, ac nutrix eſt,
& D. Auguſt. in epiſt. ad ſacr. Virg. eſt fla-
gitiorum omnium mater, culparumque
materia, radix criminum, origo vitiorum,
turbatio capitis, ſubuerſio ſenſus, tempe-
ſtas linguæ, procella corporis, naufragium
caſtitatis, amiſsio temporis, inſania volun-
taria, ignominioſus languor, turpitudo
morum, dedecus vitæ, honeſtatis infamia,
animæ corruptella: in vtroque ſexu cuncta
mala apperit, nefanda committit, & vrait
Apoſtolus, Regna cæleſtia appetentibus de-
negat. & Perr. Rau. in quodam ſerm. Ebrie-
tas, eſt mater litium, furoris generatrix,
petulantiæ magiſtra, hanc qui habet homo
non eſt: hanc qui habet, non peccatum fa-
cit, ſed ipſe eſt peccatum: hæc enim eſt ra-
bies voluntaria, inuitatus hoſtis, illecebra
honeſtatis, & pudoris iniuria.

Tertiò eſt adnot. quòd iratus ab ira de-
18 riuatur, quæ ſecundum Ariſt. lib. 1. de ani-
ma, nihil aliud eſt, quam accenſio ſanguinis
circa cor. & differt ab iracundia: ſiquidem
ira eſt ex cauſa: iracundia vero ex vitio
multum iraſcentis. Vndè iracundia eſt ex-
ceſſus iræ; atque ideo eſt vitium oppoſitum
manſuetudini, vt habetur ex D. Thom. 2. 2.
q. 152. art. 1. ſiquidem iracundus ex qua-
cunque etiam minima cauſa ſemper mo-
uetur ad iram: iratus verò propriè dicitur
qui ex cauſa iraſcitur. Sed quoniam ira, &
iracundia aliquando confunduntur. & ira-
tus differt ab iracundo; quia prior actum
præſentem ſignificat; poſterior vero habi-
tum, ac propenſionem; hoc loco agendum
duximus tam de irato, quam de iracundo.
De iracundo ſic ait Sapiens proueb. cap. 18.
*Spiritus viri ſuſtentat imbecillitatem ſuam;
ſpiritum verò ad iraſcendum facilem quis
poterit ſuſtinere.* Et cap. 22. *Noli eſſe amicus
homini iracundo, neque ambules cum viro
19 furioſo, ne fortè diſcas ſemitas eius, & ſu-
mas ſcandalum animæ tuæ.* Iracundus an-
nexam habet ſtultitiam. Hinc legitur eccl.
cap. 7. *Ne ſis velox ad iraſcendum; quia ira
in ſinu ſtulti requieſcit.* Et prouer. cap. 12. *fa-
tuus ſtatim indicat iram ſuam*, ſic etiam
Iob. capit. 5. *Virum ſtultum interficit ira.*
Hæc de iracundo: De Irato autem
inquit Sap. prouerb. capit. 19. *ſicut fre-
mitus Leonis, ſic, & Regis ira.* Vnde
vehementer iratus immaniter clamat, tre-
pidat, truces habet oculos, os turbidum,

ac ſpumans, pudenda dicit, ac pœnitenda,
auocatam habet mentem, ita vt à furioſo
non ſit diſsimilis, & ex homine in brutum
ferè conuertitur: ſiquidem iræ furore agi-
tatus, vt Leo rugit, in obuios irruit, deſpicit
& alios cedit, viſus eius corrumpitur, atque
ideo aliquando vnum videns, duo propter
motum ſpirituum iudicat vidiſſe, agitatur,
inflammatur, & ſuccenditur, & tanquam
demens quandoque redditur, vt colligitur
ex ijs, quæ habentur ex Plutarco apud Gel
lium lib. 1. cap vlt. & Ioſeph Mainar. in
rub. C. pub. læt. vel conſul. lib 12. p. 2. num.
2. Iratus eò magis inflammatur, quò vult
iram ſuam probare iuſtam, vt rectè ait. D.
Ambroſ. lib. 1. de officijs. Iræ paſsio, ait
idem D. Ambr. de Iacob. & vita beata, lib. 1.
grauiſsima culpa conſcientia eſt, quam ra-
tio emollit, & comprimit. Emolliri enim
poteſt eradicari non poteſt; quoniam qui
21 eſt rationis capax, non eſt ſuarum paſsio-
num dominus; ſed reprehenſor. Neque
enim fieri poteſt, vt facilis ad iracundiam
non iraſcatur, ſed vt ratione ſe temperet, in-
dignationem cohibeat, à puniendo ſe re-
uocet: ſicut & Propheta docet nos dicens:
Iraſcimini, & nolite peccare. Conceſsit
quod naturæ eſt, negauit quod eſt cul-
pæ.

Quæ diximus de Ebrio, & vehementer
22 irato nempe quod mente alienentur, itaut
furioſis, ac inſanis ſimiles fiant, extendimus
etiam ad amore captum; & ad lætitia vehe-
menter percitum: hi nanque mente quo-
que alienantur. Etenim de fortiter amante
ait Gloſ. in §. tit. in Inſt. de ſucceſ. ſubl.
23 quod vt vino quis capitur, & baccatur; ità
& amore, ac amoris feruore; & puellarum
amorem peruertere ſenſum, ac mentem te-
ſtatur Eſdr. lib. 3. c. 4. vbi ſic legitur, *& multi
dementes facti ſunt propter vxores ſuas, &
ſerui facti ſunt propter illas: & multi perie-
runt, & ingalati ſunt, & peccauerunt propter
mulieres*, & paulò infra, *videbam tamen
Apamen filiam Beziacis mirifici concubinã
Regis, ſedentem iuxta Regem ad dexteram,
& auferentem Diadema de capite eius, &
imponentẽ ſibi, & palmis cedebat Regem de
ſiniſtra manu, & ſuper hæc aperto ore intue-
batur eam; & ſi arriſerit ei, ridet: nam ſi indi-
gnata ei fuerit blanditur donec reconciliatur
in gratiam*. Salomon omnium ſapientiſ-
ſimus alienigenarum mulierum amore de-
uictus Idolis templa conſtruxit, vt habetur
lib. 3. Reg. cap. 11. Vnde ſcriptum deinde
reliquit, *quod vinum, & mulieres apoſtatare
24 faciunt homines*; & Ariſtoteles lib. 3.
Ethic. cap. 3. inquit etiam, *Iram, & cupidi-
tates venereas, aliaque ſimilia corpus ma-
nifeſtè permutaſſe, & nonnullos in furorem,
& inſaniam adegiſſe*. Et amorem eſſe furo-
ris ſpeciem, probat Tiraq. in tract. de pœn.
leg. cauſa 4. & ſtultitiam, ſeu mentis aliena-
tionem inducere, tradit Leo Hebræus Me-
dicus in ſuis Dialogis de amore, dialogo
3. in prin. De vehementi quoque lætitia
percito plura habentur per Alex. Aphroſid.
in ſuis problematib. Ioſeph Mainar. in rub.
25 C. pub. læt. vel conſul. lib. 12. in 2. p. & Va-
ler. Max. lib. 12. Is enim non ſolum huiuſ-
modi mentis perturbatione irrationabili-
ter eleuatur, & rationis efficitur expers, ſed
aliquando velit ebrius ſenſibus quoque
priuatur: imò vehemens, repentinumque
gaudium quoſdam exanimauit. Siquidem
apud Valer. Max. loco citato de duabus
mulieribus legitur, quarum altera redeunti
filio exclade apud Lacum Perusinum, ob-
uia facta, eo quòd mortuum exiſtimabat,
eius complexu expirauit: altera verò au-
dito falſo nuncio de filij interitu, domum
rediens, & filium viuum conſpiciens exani-
mata remanſit: & quam dolor non extin-
xerat, lætitia conſumpſit. His breuiter ſic
adnotatis ſit

Prima Concluſio.

STulti, mentecapti, amentes, fatui, ac fu-
rioſi ſocietatem contrahere non poſ-
26 ſunt. Hæc concluſio eſt communis, & citra
omnem controuerſiam, vt habetur ex Per.
de Vbald. in ſuo tract. de duob. fratr. par. 6.
ſub num. 16. Felic. de ſociet. cap. 7. ſub num.
4. 15. 16. & 17. cum alijs, quos allegant. Ete-
nim ſocietas ſimultaneum exigit conſen-
ſum, vt ſæpè diximus, Furioſi autem, & alij
27 ſupra relati, quod agunt non intelligunt,
& liberi non ſunt ad conſenſum præſtan-
dum, cum non res ipſas, ſed paſsionum
ſuarum phantaſias videant, vt in c. ſicut ij.
47. d. l. furioſi, ff. de regul. iur. & §. furioſus,
in Inſtit. de inutil. ſtipulat. Sunt etiam fu-
rioſi, ſtulti, & alij eiuſmodi ex defectu con-
28 ſenſus omnium contractuum, & negotio-
rum incapaces, vt in l. in negotijs, ff. de re-
gul. iur. & §. furioſum, ff. de action. & obli-
gat. & l. qui ad certum, ff. locar. ergo non
poſſunt ſocietatem contrahere: ſiquidem
ſocietas eſt verè, ac propriè contractus, vt
ſupra oſtendimus, cap. 2. q. 1. Furioſum au-
29 tem, ſeu ſtultum quem eſſe, eſt difficilis pro
bationis; cum furor, ac ſtultitia in intelli-
gen-

gentia conſiſtant, nec ſenſu percipi queant, vt habetur per Bald. in l. furioſum, num. 3. verſ. Eſt autem difficile, C. qui teſtam. facer. poſſ. Dec. conſ. 448. ſub num. 11. cum alijs apud Maſcard. in ſuo tract. de probat. concl. 824. num. 1. vol. 2. qui ob id num. 2. & latius concl. 826. ex Bart. in l. quotiens, num. 2. ff. de acquir. hæred. Dec. loco citato, & ex alijs quamplurimis Doctoribus, ait, furioſũ non poſſe probari, niſi ex coniecturis, ac præſumptionibus, nempe ex geſtis, & ſermonibus ſtultorum more prolatis. Imò quamuis ex verbis ſapiens quis videatur; ſi tamen facta inſipientem eum oſtendunt, inſipiens ac ſtultus eſt iudicandus, vt in l. is qui, §. Diuus. ff. de tutor. & curat. Caſtr. in d. l. furioſum. poſt num. 3. Angel. Aret. §. furioſi, num. 1. verſ. quæro quis dicatur, in Inſt. de curat. Parii. conſ. 88. num. 4. vol. 3. & alij, quos refert, & ſequitur Maſcard. d. concl. 824. num. 3. & 4. vbi etiam, num. 5. & 6. ait, id tamen verum eſſe, ſi ſigna huiuſmodi talia ſint, vt furioſo tantùm conueniant,
30 nec hominem ſanæ mentis attingant: ſiquidem in dubio nemo præſumitur furioſus; ſed quilibet debet haberi ſanæ mentis.

Ampliatur hæc concluſio, vt non modo
31 furioſi, & alij eiuſmodi non poſſint ſocietatem contrahere; verum etiam & contracta à ſanis mente, per ſuper venientem furorem, aut ſtultitiam valeat ab eorum curatore diſſolui, ſicut quoque diſſolui poſſet à ſocijs, vt ait tex. in l. fin. C. pro ſoc. cuius verba ſunt, quæ ſequuntur. *Sancimus veterum dubitatione remota, licentiam habere furioſi curatorem diſſoluere ſi maluerit ſocietatem furioſi, & ſocijs licere ei renunciare: & quemadmodum in omnibus contractibus alijs legitimam auctoritatem ei dedimus; ita & in hac parte eum permittimus competenter commodis furioſi prouidere.* Eſt tamen verum, quòd diſpoſitio huius legis dupliciter videtur limitanda: primò vbi ſocietatis diſſolutio per curatorem faciendam tenderet in detrimentum ſociorum, iuxta ea, quæ habentur per Gloſ. in l. tam diu, C. eod. tit. Secundò in ſocietate officiorum, quæ communiter contrahi ſolet ad ſemeſtre, & deinde ad beneplacitum ambarum partium, cum diſdicta, & intimatione quindecim dierum præcedente, & anticipata ſolutione fructuum primi ſemeſtris, vt ſuo loco latius, Deo duce, dicemus de officiorum ſocietate tractantes: nam ſtante anticipata ſolutione fructuum primi ſemeſtris, per diſſenſum vnius ſocietas diſſolui non poſſe videtur, per ea quæ habentur ex Caſtracan. de ſociet. offic. cap. 54. ſub num. 14. & Zach. eod. tract. num. 204. Sed re vera hæc limitatio inanis eſt; quia quòd ſocietas officiorum per primum ſemeſtre diſſolui nequeat per diſſenſum vnius, id non prouenit propter ſolutionem fructuum anticipatam, ſed quoniam ſocietatis contractus eſt perfectus: quod quidem non eſt ſpeciale ſocietatis officiorum, ſed commune eſt omnibus ſocietatibus perfectis, vt diſſolui nequeant per alterius tantùm ſocij diſſenſũ. Vndè ſatis eſt, quòd curator furioſi fructus primi ſemeſtris reſtituat, vt infra ſemeſtre poſſit ſocietatem diſſoluere, & pecuniam collatam à furioſo repetere, iuxta tex. in d. l. fin. C. pro ſoc.

Arbitror tamen, quòd ſi per curatorem
32 non reuocetur beneplacitum ſocietatem ſemper durare durante vita furioſi; quia beneplacitum regulariter durat vſque ad mortem, niſi prius à partibus reuocatum fuerit, vt per Canoniſt. in c. ſi gratioſè, de reſcrip. in 6. & Doctor. in l. centeſimis, §. fin. ff. de verb. oblig. Menoch. de arbitr. iud. q. 69. lib. 1. & alij apud Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 55. num. 9. cum plurib. ſeq. Imò idem Caſtrac. ibi ſub num. 13. probat, quòd vbi in contractu apponantur verba illa, *cum diſdicta quindecim dierum*, beneplacitum durat etiam poſt mortem: quia licet per mortem extinguatur voluntas, vt in l. 4. ff. locati, non tamen inducitur reuocatio beneplaciti, niſi expreſsè reuocetur; ſiquidem reuocatio contrariam voluntatem expoſtulat: aliud enim eſt voluntatem ceſſare, cum tunc ſupponatur voluntatem non eſſe; & aliud eſt voluntatem reuocare, nam tunc contraria voluntas requiritur. Vndè cum in ſocietate officiorum expoſtuletur diſdicta, atque ideò voluntas reuocatoria non ceſſat per ceſſationem voluntatis ex morte prouenientem, iuxta ea, quæ habentur per Soc. conſ. 77. lib. 3. col. 1. & 2. Quæ quidem licet vera eſſe dicantur quoad beneplacitũ in alijs contractibus; ſocietas tamen etiam ſi eſſet inita per mille annos, & vltra per mortem vnius ex ſocijs ſtatim extinguitur, vt in l. verum, §. fin. ff. pro ſoc. & tunc cenſetur extincta non ſolum voluntas, ſed etiam beneplacitum, vt rectè declarat idem Caſtrac. ibidem, num. 15. cum plurib. ſeq. Quò circa durante vita furioſi, ſi furor per diſdictam beneplacitum non reuocauerit, tacitè ſaltem conſentire videtur, ſocietatẽ perdurare velle, vt per eundem Caſtrac. loco citato, num. 17. maximè ſi fructus exigat,

gat,

gat,quia id expreſsè ipſe curator poterat,
vt in d.l.fin.circa fin.C.pro ſoc.Ergo etiam
& tacitè; ſiquidem taciti, & expreſsi eadẽ
eſt virtus vulgata l.cùm quid, ff.ſi cert.pe-
tat.Imò probabiliter puto,quòd ſi quis ſa-
næ mentis ſocietatem officiorum vt ſupra
contraxerit per ſex menſes, & deinde ad
beneplacitum ambarum partium,cum diſ-
dicta,&c. Si poſtea intra primum ſemeſtre
ſuper veniat ei furor,quo perpetuò efficia-
tur inſanus,nec datus ſit ipſi curator ſuo-
rum conſanguineorum negligentia, tunc
ſocietas ſemper durabit vſque ad eiuſdem,
vel officialis mortem,maximè ſi ſocietatis
fructus de ſemeſtre in ſemeſtre ſoluti fue-
rint ijs,quibus de iure competit furioſi hæ-
reditas ab inteſtato: quoniam licèt per fu-
rorem ſuperuenientem ſit extincta furioſi
voluntas; non tamen eſt extinctum bene-
placitum,niſi expreſsè reuocetur per per-
ſonam legitimam, iuxta ea, quæ ſupra ad-
notauimus ex Caſtrac.d.cap.55. num.13.
& ſeq.Quod ſi ſocietas coita eſſet inter ali-
quos donec voluerint, & vni ex ſocijs ſu-
peruenerit dementia,ſeu furor,tunc per ſu-
peruenientem dementiam ceſſat ſocietas;
quia ceſſat illius ſocij voluntas,vt patet ex
ijs,quæ habentur ex eodem Caſtracan.loc.
citato,ſub num 10.

Secundò ampliatur eadem concluſio, vt
33 locum habeat non ſolùm in furioſis, ſtul-
tis,dementibus,& alijs eiuſmodi; verùm
etiam in lunaticis, ebrijs, vehementer ira-
tis,ac in freneticis. Lunatici enim duran-
te eorum morbo cùm alienentur mente ex
defectu conſenſus non valent contrahere,
vt per Strach.in tract.de mercat.p.3. num.
23.ergo nec poſſunt ſocietatem contrahe-
re, cum ſocietas ſit verè contractus, vt ſu-
pra oſtendimus cap.2.q.1.eadem ratione
Phrænetici durante eorum infirmitate
34 cùm non valeant contrahere, vt habetur
per Bald.in l.2.num.33.C.de reſcind.vend.
Dec.in l.humanitatis,num.6.C.de impub.
& alijs ſubſt.& Strach.loco citato,num.24
non poſſunt ſocietatem coire. Ebrij quo-
que durante ebrietate, cum ratione non
vtantur,vt ſupra not.3. probauimus, con-
trahere non valent,vt per Gloſ. in c. vnuſ-
quiſque,22.q.4.& Dec.conſ.112.lib.1.& id
verum eſt, etiam ſi iurent, vt per Rip. in l.
fin.ſub num.76.C.de reuoc.donat. atque
ideò ſocietatem nulliter contrahunt, vt in
ſpecie Felic.de ſociet cap.7. num.8. & 22.
vbi idem ait de phræneticis, ac lunaticis,&
num. 20. excludit hac ipſa ratione vehe-
menter iratos à celebratione ſocietatis, &
aliorum contractuum,vt in l.quicquid ca-
lore,& ibi Bart.ff.de regul.iur.Dec.in l.di-
uortium,ff.de diuort. Iaſ.in l.ſi filiam tuã,
num.4.C.de inoffic.teſtam.& Gloſ.in c.ſi
quis iratus, 2.q.3. Idem dicendum eſt de
35 amore capto, qui amoris furore mente
alienatur,iuxta ea,quę ſupra diximus,not.
3.verſ.Quæ diximus de ebrio: is enim ea-
dem ratione efficitur inhabilis ad contra-
hendum defectu perfecti conſenſus, atque
ideò ad ſocietatem coeundam. Vehemen-
ti denique lætitia percitus cùm ex defectu
ſanæ mentis contrahere non valeat, vt per
Gloſ.in §.ſerui in ver.Balneum,in Inſtit.de
libert.per conſequens,nec potens eſt ad ſo-
cietatem contrahendam,vt habetur ex Fe-
lic.d.cap.7.ſub num.18.

Sic ampliata limitatur prædicta conclu-
36 ſio,vt quamuis furioſi, inſani,ſtulti,mente-
capti,& alij eiuſmodi non valeant ſocieta-
tem contrahere, nihilominus intelligenda
eſt concluſio ipſa de furioſis ſtultis: & mẽ-
tecaptis,qui actu tales ſunt tempore cele-
brationis contractus: ſecus ſi dilucida ha-
beant interualla, & ſocietatem contraxe-
rint tempore quo erant ſanæ mentis; quo-
niam tunc contractus eſſet validus: ſiqui-
dem huiuſmodi furioſi dilucida habentes
interualla,eo tempore,quo ſunt ſanæ men-
tis poſſunt non ſolùm teſtamentum con-
dere,verum etiam, & omnes alios contra-
ctus celebrare,vt in l.furioſum, & ibi Doct.
C.qui teſtam.facer.poſſ. Menoch. conſ.822.
num.210.lib.1.Ceph.conſ.753.lib.5.& Ma-
ſcard.de probat.p.2.concl.824.& ſeq. Imò
ſi dubium ſit,an habens dilucida interual-
37 la ſocietatem contraxerit furoris tempo-
re,an verò dum eſſet ſanæ mentis,in dubio
præſumendum eſt, eum contraxiſſe dum
eſſet ſanæ mentis; non autem furoris tem-
pore,arg.tex.in l.inaduerſa, C.de teſtam.l.
furioſum,& ibi Alex. C.qui teſtam. facer.
poſſ.Caſtr.in l.qui teſtamenta,§.nec furio-
ſus,de teſtam.milit. latè Maſcard.d.concl.
824.num.17.& ſeq.& concl.825. num. 13.
& ita fuiſſe deciſum in S.Neapolitano Cõ-
ſilio teſtatur Gramm.deciſ.37.num.36. &
Afflict. deciſ. 143. num 5. & id dummodò
actus ſapienter,ac rationabiliter fuerit ab
eo geſtus;vt per eundem Maſcar. d. concl.
825.num.16. Cæterum ſi dubitetur de fu-
rioſo,qui per aliquod tempus permanſit in
furore,an in ipſo furore contraxerit, vel
dum eſſet ſanæ mentis,nec dilucida habue-
rit interualla,præſumendũ eſt contraxiſſe
in furore permanentem: quod quomodò
procedat,latè declarat Maſcar.d.cõcl.825.

Se-

Secundò limitatur ipſa concluſio quoad
38 ebrios, amore captos, lætitia percitos, &
& iratos, vt locum habeat, quando in actu
tales ſunt: vndè ebrioſi, qui in habitu ebrij
ſunt, non prohibentur ſocietatem, & alios
contractus celebrare, quoniam hi non ſunt
mente alienati, ſicut nec illi, qui propter
vinum gaudentes ſunt, & exultantes, atque
ideò ſunt ſanæ mentis, vt per Felic. de ſo-
ciet. d. cap. 7. ſub num. 9. Iracundi quoque
non excluduntur à ſocietate, & alijs con-
tractibus celebrandis; quoniam iſti ſunt ira-
ti tantùm in habitu, atque ideò mentem
ſanam habent. Idem dicendum eſt de amo-
re captis, & vehementi lætitia percitis: ſi-
quidem concluſio intelligenda eſt dum
ſunt actu tales, vt ſupra diximus.

Secunda concluſio.

PRodigi, quibus per decretum Iudicis
39 interdicta eſt bonorum adminiſtra-
tio, eiſdemque datus eſt curator, non poſ-
ſunt ſocietatem contrahere. Hæc concluſio
eſt communis, vt patet ex Petr. de Vbald.
tract. de duob. fratr. p. 6. ſub num. 16. & Fe-
lic. de ſociet. cap. 7. num. 24. Etenim prodi-
gis quibus interdicta eſt bonorum admi-
niſtratio prohibitum eſt contrahere, vt in
l. is cui bonis, & ibi Doctores communi-
ter, ff. de verb. obligat. Strach. tract. de mer-
cat. p. 3. ſub num. 20. ergo eis prohibitum
cenſetur ſocietatem coire: ſiquidem ſocie-
tas eſt verè, ac propriè contractus, vt ſupra
probauimus, c. 2. q. 1.

Ampliatur hæc concluſio, vt prodigi,
40 quibus per Iudicis decretum interdicta
eſt bonorum adminiſtratio, non poſſint ſo-
cietatem contrahere, etiamſi poſtea reſi-
puerint, niſi ad bonorum frugalitatem re-
dijſſe per aliam iudicis ſententiam fuerint
declarati. Siquidem prodigus cui, mediã-
te Iudicis ſententia, eſt interdicta bonorum
adminiſtratio, adhoc vt ad bonorum ſuo-
rum adminiſtrationem reſtituatur, ſatis
non eſt, quòd reſipuerit, ſed omninò re-
quiritur Iudicis ſententia, vt habetur per
Iaſon. Ripam, & alios in d. l. 25. cui bonis,
ff. de verb. obligat. Quod tamen verum eſt,
niſi notoriè conſtet, aut per legitimas pro-
bationes pateat eum reſipuiſſe, vt per Do-
ctor. ſupra citatos, & nos latius oſtendimus
in noſtris Commentar. in extrauag. Pij V.
de cenſib. §. 1. q. 18. num. 19. 20. 21. & 22.
vbi etiam declarauimus, quis propriè dica-
tur prodigus.

Tertia concluſio.

PRodigi, quibus per Iudicis decretum
41 non eſt interdicta bonorum admini-
ſtratio, nec datus eſt eiſdem Curator, non
prohibentur contrahere ſocietatem, atque
ideò ſi eam contrahant, valet contractus.
Hæc concluſio patet ex ijs, quæ habentur
ex Felic. de ſolis, tom. 1. de cenſib. lib. 2. cap.
2. num. 18. & Cenc. eodem tract. p. 1. cap. 2.
q. 1. ar. 3. ſub num. 7. Etenim prodigus, cui
per iudicis ſententiam non eſt interdicta
bonorum adminiſtratio, nec datus ei cu-
rator, habet liberam eorum adminiſtratio-
nem, itaut ad ſui libitum poſſit ea diſtra-
here, & contractus celebrare, vt in d. l. is cui
bonis, & ibi Ripa, & alij Doctor. ff. de verb.
obligat. Gomeſ. tom. 2. var. reſol. cap. 14.
num. 31. Vinc. de Franch. deciſ. 672. num. 2.
& 4. & nos diximus in ſupra relatis noſtris
commentar. in extrauag. Pij V. de cenſib. §.
1. q. 18. num. 17. vbi etiam, num. 18. id am-
42 pliauimus, vt ſi prodigus ſit maior non
reſtituatur, licèt læſus appareat in contra-
ctu: quoniam antequam per iudicis decre-
tum interdicta illi ſit bonorum adminiſtra
tio non gaudet priuilegio minoris læſi, vt
in l. certi conditio, §. quoniam in fine, ff. ſi
cert. petat. Odd. in ſuo tract. de reſtit. in in-
tegr. p. 1. q. 11. ar. 4. num. 9. cum alij allega-
tis per Cenc. loco citato.

An mutus, & ſurdus poſſint ſocietatem contrahere. Q. IV.

SVMMARIVM.

1 *Mutus, et ſurdus quidam dicitur à natura, et quidam ex accidenti.*

2 *Surdus à natura non poteſt dari quin etiam ſit mutus.*

3 *Mutus ex accidenti datur, retento auditu: ſicut ſurdus ex accidenti, retenta loquela.*

4 *Muti, et ſurdi à natura cur ſint infantibus, ac furioſis ſimiles.*

5 *Mutus, et ſurdus à natura non poteſt ſocietatem, nec teſtari, aut alium contractum celebrare.*

6 *Mutus, et ſurdus à natura non poteſt in teſtem adhiberi.*

7 *Mu-*

7 *Mutus et ſurdus à natura licèt intelligat, quod agit; non tamen perfectè percipit, quod ab alijs agitur.*

8 *Mutus et ſurdus à natura, qui rationis, ac intellectus defectum non habet, et adeò acutiſsimum intellectum ſibi vendicet, vt aliquando ad motum labiorum alios intelligat, quamuis non poſſit celebrare contractum ſtipulationis; poteſt tamen omnes alios contractus inire, qui conſenſu perficiuntur ſm̃ probabilem Doct. ſententiam.*

9 *Mutus, et ſurdus ſi ſit ſanæ mentis vt ſupra ex principis indulto tantùm poſſe ſocietatem, et omnes alios contractus, vel quaſi celebrare, qui conſenſu perficiuntur, probabilius videtur.*

10 *Mutus, et ſurdus ex accidenti poteſt ſocietatem, et alios contractus celebrare, qui ſolo conſenſu, et non verbis perficiuntur.*

11 *Mutus, & ſurdus ex accidenti ſiuè maſculus ſit, ſiuè fœmina poteſt omnes contractus celebrare, qui ſolo conſenſu perficiuntur.*

12 *Mutus, et ſurdus prohibetur inire contractus, in quibus interuenit ſtipulatio.*

13 *Mutus, et ſurdus ex accidenti, qui ſcit ſcribere poteſt eſſe teſtis.*

14 *Mutus, et ſurdus ex accidenti ſi neſciat explicare ſuum conſenſum, non valet contrahere; ſed dandus eſt illi curator.*

15 *Mutus, et ſurdus ſi eſſet quoque cæcus, quãuis ex accidenti talis eſſet, non poteſt contrahere ſocietatem, nec alios contractus celebrare.*

16 *Mutus tantùm poteſt ſocietatem, & alios contractus celebrare.*

17 *Mutus tantùm, etiam à natura poteſt contrahere.*

18 *Surdus à natura licèt non detur quin ſit etiã mutus; mutus tamen à natura poteſt dari, quamuis non ſit ſurdus.*

19 *Mutus tantùm ſiuè ex accidenti, ſiuè à natura poteſt teſtamentum condere, codicillos facere, et cauſa mortis donare, ſi ſciat ſcribere: teſtis eſſe, et multò magis matrimonium contrahere.*

20 *Muta tantùm fœmina, ſi ſciat ſcribere poteſt teſtari, codicillari, mortis cauſa donare, & reliqua, quæ poteſt maſculus mutus tantùm.*

21 *Mutus tantùm poteſt contrahere, etiam ſi cæcus ſit; non tamen poteſt teſtamentum condere, cùm non valeat ſcribere.*

22 *Mutus tantùm non poteſt illos contractus celebrare, qui perficiuntur verbis.*

23 *Mutus tantùm ſi eſſet adeò rudis, vt ſuum conſenſum explicare nequeat, contrahere non poteſt.*

24 *Surdus tantùm ex accidenti poteſt ſocietatẽ & alios contractus celebrare, qui non modò conſenſu; ſed etiam verbis perficiuntur.*

25 *Surdus tantùm poteſt teſtamentum condere & cauſa mortis donare, etiam ſi neſciat ſcribere.*

26 *Surdus tantùm à natura non datur, quin ſit etiam mutus.*

AD huius rei determinationem eſt ad-
1 not: quòd muti, & ſurdi ſunt in du-
plici differentia. Quidam enim muti ſunt,
& ſurdi à natura: Et quidam ex acciden-
ti. Dantur etiam muti tantùm, & ſurdi
tantùm: & iſti quoque alij ſunt à natura;
& alij ex accidenti. Muti & ſurdi à natura
dicuntur, qui tales naſcuntur: ex accidenti
verò dicuntur muti, & ſurdi, ex ſuperue-
nienti aliqua infirmitate, vel ex facto ho-
minis, aut ex alio accidenti. Mutus tantùm
à natura dicitur is qui naſcitur talis, reten-
to tamen auditu. Surdus à natura non
2 poteſt abſolutè dari quin etiam ſit mutus:
nam ex eo quod ſurdus eſt abortu naturæ
eſt etiam mutus, cùm non poſsit audire
verba, & per conſequens nec ediſcere locu-
tionem, vt habetur ex Ariſt. lib. 4. de hiſtor.
anim. cad. Ex accidenti denique datur non
3 ſolùm mutus tantùm, retento auditu; ve-
rùm etiam datur ſurdus dumtaxat, re-
tenta loquela. Sunt autem muti, ac ſurdi à
natura ſimiles infantibus, ac furioſis: non
4 quia careant intellectu, ac non ſint ratio-
nis compotes, cùm vt plurimum acutiſsi-
mum habeant intellectum; & ad labiorum,
aut digitorum nutum mox intelligant; ſed
quoniam in huiuſmodi perſonis adeſt de-
fectus rationis, & intellectus ad inſtar in-
fantium, & furioſorum ex parte eorum,
quæ agũtur. Etenim muti, & ſurdi quamuis
intelligant, quod ipſi agunt; non tamen
perfectè percipiunt; quod ab alijs agitur;
& propterea neceſſariò ſequitur, quòd de-
ficiat in eis operatio intellectus, vt rectè
declarat Maſcard. de probat. vol. 1. concl.
179. ſub num. 1. Ex accidenti vero muti ac
ſurdi: aut muti tantùm, vel ſolùm ſurdi
poſſunt eſſe rationis compotes, & intelle-
ctu ſufficienter pollere: & non tantùm
dantur ſcientes ſcribere, vt legitur de Za-
charia patre S. Ioannis Baptiſtę, Luc. cap.
1. His breuiter adnotatis, ſit.

Pri-

Prima Concluſio.

MVtus, & ſurdus à natura non poteſt contrahere ſocietatem. Hæc concluſio eſt Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 7. ſub num. 2. & aliorum. Probatur ex tex. in l. diſcretis, C. qui teſtam. facer. poſſ. vbi decernitur, vt ſurdus, & mutus à natura teſtari non poſsit, his verbis; *Sancimus ſi quis vtroque morbo ſimul laboret, ideſt, vt neque audire, neque loqui poſsit, & hoc ex ipſa natura habeat, neque teſtamentum facere, neque codicillos, neque fideicommiſſum relinquere, neque mortis cauſa donationem celebrare concedatur; nec libertatem ſiue vindicta, ſiue alio modo imponere: eidem legi tam maſculos, quàm fœminas obedire imperantes.* Ergo non poteſt ſurdus, & mutus à natura ſocietatem contrahere, cùm non poſsit aſsignari diuerſitatis ratio cur non valeat teſtari, & ſocietatem contrahendi facultatem habeat: vndè cum in vtroque caſu militet eadem ratio, eadem quoque militat iuris diſpoſitio, l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patr. & l. illud, ff. ad l. Aquil. Confirmatur quoniam ſurdus, & mutus à natura ad inſtar infantium, furioſorum patitur defectum rationis, ac intellectus, vt ſupra oſtẽdimus in not. ergo non poteſt ſocietatem contrahere ex defectu perfecti conſenſus, ſicut ſupra diximus q. præced. de furioſis, ſtultis, & alijs, qui non ſunt ſanæ mentis. Denique probatur ex gloſ. in l. qui id quod, §. mutus, ff. de donat. Gomeſ. tom. 2. var. reſol. cap. 14. num. 29. & Sanch. lib. 1. de matr. diſp. 8. ſub num. 12. & 14. exiſtimantibus mutis, & ſurdis à natura eſſe prohibitum omnem contractum celebrare: ergo prohibiti cenſentur quoque ſocietatem coire: ſiquidem ſocietas eſt verè, & propriè contractus, vt ſupra oſtendimus cap. 2. q. 1.

Ampliatur hæc concluſio, vt mutus, &
6 ſurdus non ſolùm non valeat ſocietatem, & alios contractus celebrare, qui ſtipulatione maximè perficiuntur, vt in l. 1. §. fin. ff. de act. & oblig. & latè Iaſ. in l. 1. num. 9. & 25. ff. de verb. obligat. ſed nec quidem in teſtem adhiberi; & id non modo ex defectu rationis, verum etiam, quia
7 dato, quòd ipſe intelligat, quod agit; non tamen perfectè percipit, quod ab alijs agitur, vt habetur ex Maſcar. de probat. concl. 1079. per totam: quod ampliat Anton. de Butr. in c. cùm apud, etiam ſi mutus & ſurdus talis ſit, qui ad motum labiorum intelligat; quoniam ſtipulatio non poteſt alio modo fieri, quam verbis, vt in d. l. 1. ff. de verb. oblig.

Sic ampliata probabiliter limitatur eadem
8 concluſio, vt de illis mutis, & ſurdis à natura ſit intelligenda, qui defectum patiuntur rationis, ac intellectus, & de quibus loquitur Maſcard. loco ſupra citato: ſecus autem de mutis, & ſurdis à natura qui rationis, ac intellectus defectum non habent, & adeò acutiſsimum habeant intellectum, vt aliquando ad motum labiorum alios intelligant, & ſignis ac nutibus adeò congruentibus eorum conceptum explicent, vt ab alijs citra difficultatem aliquã percipiantur, quorum plurimos refert Ant. de Butr. loc. citato, in fin. nam hi quamuis non poſsint celebrare cõtractum qui certa verba requirat, qualis eſt ſtipulatio, vt in d. l. 1. §. fin. ff. de action. & oblig. l. 1. & ibi Iaſ. & alij, ff. de verb. obligat. & §. mutus, in Inſtit. de inutil. ſtipulat. nihilominus poſſunt omnes alios contractus, vel quaſi cõtractus coire, qui conſenſu non verbis efficiuntur, vt per Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 6. de ijs, qui contrahere prohibentur, cap. 14. verſ. Secundo is qui mutus, vbi in ſpecie ait, quòd mutus, & ſurdus à natura poteſt ſocietatem contrahere, ita inquiens, *vndè poteſt inire contractum emptionis, locationis, ſocietatis, mandati, mutui, commodati, depoſiti, pignoris: poteſt adire hæreditatem ſibi delatam, negotia alterius gerere, & matrimonium contrahere.* Etenim, ait, ſatis eſſe in his contractibus, ſi ſigno, vel aliquo motu corporis conſenſum oſtenderit: atque ideò ſi tabellio, cui nota eſt perſonæ conditio, teſtetur ſe per ſigna, & motus cognouiſſe, & percepiſſe eius conſenſum, vtique tabellionis aſſertioni eſt ſtandum. Idẽ dicendum eſſe inquit, ſi Tabellio aſſerat, ſe audiuiſſe à cõſanguineis, vicinis, vel alijs, quibus cognita eſſet perſonæ conditio, eũ per ſigna, & motus ſuum cõſenſum declaraſſe. Et ſi in iudicio probaretur, talẽ mutum digito, vel manu, vel capite, vel humeris annuendo ſignificaſſe ſuum cõſenſum, eiuſdem conſenſus erit ſufficienter probatus iuxta ea quę habẽtur ex Bart. in l. mutum, ff. de acquir. hæred. Et reuera hæc ſententia videtur nobis valdè probabilis: nã de iure mutus, & ſurdus à natura non reperitur prohibitus contractus celebrare, qui ſolo conſenſu perficiuntur; ſed illos tãtùm, qui efficiuntur verbis, nempè ſtipulatione, quos celebrare non valet, etiam qui mutus eſt tantùm ex accidenti, vt in l.

reſt. pet. & patet ex ijs, quæ habentur ex
Crau.conſ.102.num.7.lib.1. Menoch. de
recuper.poſſeſ. remed.15.num.148.& conſ.
439.num.48.vol.5.Mant.de tacit.&ambig.
conuent. lib.4. tit.6. num.65. & alijs. Eſt
tamen verùm quod Mar. Anton.lib.1.var.
reſolut.num.10.ad fin. iuxta ſententiam
magis receptam putat, iura illa locum ſibi
vendicare, vbi in alienatione facta à mino-
re deeſſet tantùm iudicis decretum; ſecus
autem ſi deeſſent alia ſolemnia. Sed reuera
probabilius nobis videtur, quòd lapſus
quinquennij poſt maiorem ætatem ratifi-
cet contractum à minore celebratum; etiã
37 ſi nullus fuerit ex defectu cuiuſcunque ſo-
lemnitatis cum generaliter loquantur iu-
ra, vt habetur ex Soc. Sen. conſ.147. vol.1.
Pariſ.conſ.49.& 58.num.1.lib.1. Ruin.cõſ.
146.num.6.lib.4.Menoch.loc. citato, num.
144.Berb.q.43.num.4. & ſeq. cum alijs re-
latis à Cenc.de cenſib.p.1.cap.2.q.1.art.2.
num.4.& ſeq. Qui id limitat quoque ibidẽ,
niſi in contractus celebratione dolus inter-
ueniat, nam ratione doli excluditur ratifi-
catio reſultans ex taciturnitate quinquen-
nij, vt in d.l.1. C. ſi maior fact. in illis ver-
bis, *vel ex ſcriptura facta ſine dolo,&c.* Ro-
lan. à Valle, conſ.80.num.5.vol.4 Curt.iun.
conſ.50.& 51.Pariſ.conſ.100.num.69.vol.
1. Crau.conſ.889. & alij: ſiquidem dolus
38 dans cauſam contractui illum irritat, vt in
l.& eleganter, ff. de dol. Quinquidem dolus
ſatis eſt ſi ſit præſumptus, vt contra non-
nullos Mar. Ant. loco citato, num.20.verſ.
Articulus igitur erit, Surd.d.conſ.49.num.
41.lib.1.& Cenc. vbi ſupra. Vndè ſi minor
in ſocietatis contractu appareat enormiſſi-
39 mè læſus, cum in eiuſmodi læſione præſu-
matur dolus verax per ea quæ habentur in
l.2.& ibi Bart.& alij, C.de reſcind. vendit.
talis læſio; atque ideò dolus præſumptus
excludit ratificationem, ex quinquennij ta-
citurnitate reſultantem, vt patet ex tradi-
tis per Feder.ſen. conſ.199. Cald. conſ. 8.
Butr.conſ.45.Anch.conſ.38.Dec.conſ.180
num.7.Corn.conſ.11.vol.3.Crau.conſ.142
num.25.& Oſaſc.deciſ.41.num.3. Et licèt
hæc ſententia quamplurimos Doctores ha-
beat contra ſe; nempe Pariſ.conſ.49.num.
42.vol.1.Menoch.de recuper poſſeſ.remed.
15.num.137.Cephal.conſ.51. num.33. &
conſ.316.num.81.& alios; nihilominus in
eo conueniunt omnes, vbi ſcilicet agitur
de enormiſſima læſione, non ſolũ in duplo,
ſed etiam in triplo, aut vltra: ſiquidem hu-
iuſmodi dolus præſumptus ex enormiſſi-
ma læſione reſultans æquiparatur dolo ex
propoſito, vt rectè probat Sol.in comment.
ad Decr.Sereniſs.Ducis Sabaudiæ, ſub tit.
de alienat.ver.Minor, Gloſ.1.à num.31. ad
37.
Imò licèt minor nulliter ſocietatem cõ-
40 trahat ſuper bonis immobilibus, & quæ
ſeruando ſeruari poſſunt citra decretum
Iudicis, ac iuris, & ſtatutarias ſolemnita-
tes; nihilominus, ſi maior factus ſocietatem
proſequatur, lucra, & damna cum ſocijs
diuidens, ſocietatem ipſam cenſetur ratifi-
caſſe, etiam ante completum quinquennium,
& iuramento non interueniente, vt patet
ex ijs, quæ habentur in l.ſi præteritus, ff.de
bonor. poſſeſ.contra tabul.l.ſi propoſitas, §.
1.ff.de inoffic.teſtam. Confirmatur quoniã
idem locum ſibi vendicat in minore nulli-
ter cenſum conſtituente ſuper bonis ſuis
immobilibus abſque iudicis decreto, &
abſque iuris, & ſtatuarijs ſolemnitatibus:
quoniam ſi maior factus penſiones ſoluat,
cenſualem contractum cenſetur ratificaſſe,
itàut valida reddatur præcedens cenſus
impoſitio iam inualida, vt habetur ex Natt.
conſ.45.num.10.vol.1.Menoch.conſ. 561.
num.12.& ſeq.vol.6.& ex alijs à nobis re-
latis in noſtris Commentar. in Extrauag.
Pij V. de cenſib. §.1. q.19.limit.3. & 4.vbi
de hac re fuſius egimus.

An Ebrij, irati, letitia perciti, prodigi, amore capti, lunatici, frenetici, mente capti, amentes, fatui, ſtulti, ac furioſi aliquando ſocietatem validè contrahant. Q. III.

S V M M A R I V M.

1 *Stultus qualiter differat à furioſo.*
2 *Stultitiæ proprium eſt, aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum.*
3 *Fatuus appellatur in verbis.*
4 *Fatuus, & ſtultus an differant inter ſe.*
5 *Stultorum corda in ore ipſorum ſunt.*
6 *Stultus ſtatim vltionem expetit, nec delibe-rat.*
7 *Stultus datur non ſolùm in factis, ſed etiam in verbis; ſicut & fatuus, & ſtultitia, ac fatuitas qualiter differant.*
8 *Stultis ſicut infantibus vtcunque leuis occaſio ſatis eſt ad luctum.*
9 *Stulti ſapientiam, atque doctrinam deſpi-ciunt:*

ciunt: & multa ſtultorum proprietates enumerantur.

10 *Furioſus quis dicatur, & qualiter differat ab inſano.*

11 *Lunatici qui nam dicantur.*

12 *Frenetici qui propriè ſint.*

13 *Prodigus quid, & quotuplex.*

14 *Ebrius quiſnam dicatur.*

15 *Ebrius qualiter differat ab Ebrioſo.*

16 *Ebrius non debet eſſe propenſus ad gignendos filios, & ebrij multa mala recenſentur.*

17 *Ebrietatem tumultuoſam appellat ſapiens: & eiuſdem proprietates enarrantur, ac detrimenta.*

18 *Iræ definitio traditur, & qualiter ab iracundia differat, & de proprietatibus earum.*

19 *Iracundus annexa habet ſtultitiam.*

20 *Iratus vehementer immaniter clamat, trepidat, &c.*

21 *Ira emolliri poteſt, eradicari non poteſt, vbi etiam plura notantur de hac paſſione.*

22 *Amore capti, & lætitia valdè perciti ſimiles ſunt Ebrijs, furioſis, Mentecaptis, & Inſanibus.*

23 *Vino vt quis capitur, & baccatur, ita & amore, et amoris feruore, vbi plura de amore captis etiam recenſentur.*

24 *Vinum, et mulieres apoſtatare faciunt homines.*

25 *Lætitia vehementer perciti damna recenſentur.*

26 *Stulti, mentecapti, amentes, fatui, ac furioſi ſocietatem contrahere non poſſunt.*

27 *Stulti, mentecapti, etc. quod agunt non intelligunt: et liberi non ſunt ad conſenſum præſtandum.*

28 *Stulti, mentecapti, etc. ſunt omnium contractuum incapaces.*

29 *Stultum, ac furioſum quem eſſe, eſt difficilis probationis: & qualiter probetur.*

30 *Furioſus in dubio nemo præſumitur; ſed quilibet debet haberi ſanæ mentis.*

31 *Societas per ſuperuenientem furorem vni ex ſocijs qualiter diſſoluatur.*

32 *Societas officiorum per ſuperuenientem furorem vni ex ſocijs an, & qualiter diſſoluatur.*

33 *Lunatici, ebrij, & alij ſimiles, durante morbo, nulliter ſocietatem contrahunt.*

34 *Lunatici, phrenetici, vehementer irati excluduntur à celebratione contractuum.*

35 *Amore captus, qui amoris furore mente alienatur efficitur inhabilis ad contrahendum.*

36 *Furioſi, inſani, ſtulti, &c. ſi dilucida habent interualla, poſſunt ſocietatem, & alios contractus inire tempore, quo ſunt ſanæ mentis.*

37 *Dilucida habentes interualla, ſi contrahant, in dubio præſumuntur contraxiſſe tempore ſanæ mentis.*

38 *Ebrij, amore capti, & lætitia vehementer perciti ſunt inhabiles ad contrahendum ſunt actu tales; ſecus autem ſi fuerint in habitu tantùm.*

39 *Prodigus, cui per decretum interdicta eſt bonorum adminiſtratio, eidemque datus curator non poteſt citra ſui curatoris ſocietatem, & alios contractus celebrare.*

40 *Prodigus qualiter poſſit poſt reſipiſcentiam citrà curatoris ſibi dati auctoritatem contrahere.*

41 *Prodigus, cui per Iudicis decretum non eſt interdicta bonorum adminiſtratio, non prohibetur ſocietatem, & alios contractus celebrare.*

42 *Prodigus, cui non eſt interdicta bonorum adminiſtratio, ſi maior contrahat, & læſus remaneat, non reſtituitur in integrum.*

PRo huius rei explicatione eſt adnotandum, quòd ſtultus differt à fatuo
1 mentecapto, ſeù amente, ac furioſo. Etenim
ſtultus ſecundum aliquos talis propriè dicitur factis, fatuus verò verbis. vnde ſtultus ſecundum gloſ. in c. de conſtantinopolitana, verſ. ſtultus, 22. d. dicitur, qui per ſtuporem non mouetur iniuria, vel dicitur ſtultus, quaſi extultus ab extollo, quia ſe extollit: nam ob id ait tex. in d. c. de conſtantinopolitana, quòd ſtultus eſt, qui in eo ſe primum exiſtimat, vt bona, quæ viderit diſcere contemnat. & Cic. 3. Tuſch. eſt
2 proprium ſtultitiæ aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum. Fatuus autem appellatur in verbis, iuxta illud Iſa. 32. Fatuus fa-
3 tua loquar. & denique furioſus à furore derivatur, qui nihil aliud eſt, quàm ira accenſa, ab ira re non differens, niſi ſecundū magis, & minus: vt per D. Thom. in pſal. 36. col. 6. Sed hæc diſtinctio inter ſtultum
4 & fatuum, quàm affert Felic. de ſociet. cap. 7. ſub num. 17. nobis re vera non probatur. Etenim ſtultus quoque dicitur non modò factis, verum etiam, & dictis. Hinc

Apoſt.ad Rom.1.cap.30.& ad Epheſ.cap.
5.ſtultiloquium damnat, quod nihil aliud
eſt ex D.Thom.2.2.q.153.ar.5.niſi peruer-
ſa verborum ſententia, per quæ quis præ-
fert delectationes luxuriæ alijs bonis. &
Cic.3.de Or.Sic ait,Malo indeſertam pru-
dentiam,quàm loquacem ſtultitiam,& Ec-
cleſ.c.21.Stultorum corda in ore eorum
ſunt. Vndè Lact.lib.3. Diuin.inſtit. ſtulti-
5 tiam definiens inquit, Et ſtultitia in factis
dictiſque per ignorantiam recti, ac boni;
erratio. Imò ſtultus non ſemper videtur
dici talis,eo quòd per ſtuporem non mo-
ueatur iniuria; cùm ad iram proni ſint: nã
vt dicit Gloſ.in d. c.de Conſtantinopolita-
na, ver.ſtultus,22. d. ſtultus dicitur, quaſi
ſtatim vltus ab vlciſcor,eris: quia ſtultus
6 ſtatim vltionem expetit: nec deliberat. Da-
tur igitur ſtultus non ſolùm in factis, ve-
rùm etiam in verbis, ſicut & fatuus: ſiqui-
dem ſtultitia ex D.Th.2.2.q.8.ar.6.impor-
7 tat hebetudinem ſenſus ſpiritualis: fatuitas
autem totalem priuationem eius; atque
ideò prior opponitur contrariè ſapientiæ;
poſterior verò priuatiuè: ſiquidem leuius
eſt ſtultum eſſe,quàm fatuum: ſtultus enim
obtuſum habet intellectum,& propterea
eſt parui ingenij,imprudens,improuidens,
incautus,ineptus: fatuus verò dicitur, qui
omninò deſipit. Hinc Afric. ait,ego ſtul-
tum me exiſtimo; fatuum eſſe non opinor.
Maximus Monach.ſer.60.teſtatur,Cratem
tenebris ſtultos ſimiles eſſe dixiſſe, quòd
nihil eorum,quæ recta ſunt, ſine vinculo,
ac neceſsitate facere velint: & Socrat.ſtul-
tis ſicut infantibus,vtcunque leuis occaſio
8 ſatis eſt ad luctum. Item Democr.inquit,
ſtulti cùm vitam oderint, tamen viuere
volunt mortis metu. Viuunt non dele-
ctati vita. Deſiderant iuuentutem,
cum nullo iuuentutis commodo fru-
antur. Deſiderant abſentia: præſentia
vero & ſi meliora præteritis, negligunt.
Nihil approbant per totam vitam,mortem
timentes,ſeneſcere cupiunt. Stulti ſapien-
tiam,atque doctrinam deſpiciunt,vt habe-
9 tur Prouerb.cap.1. Stulti ſapientes ſibi vi-
dentur,ibidem cap.26. Vndè Greg.in mo-
ral. Stulti tantò intenſius de alieno iudi-
cant,quantò ſua profundius ignorant: &
alibi,Tantò quiſque intus amplius ſtultior
ſit quantò conatur exterius ſapiẽs videri.
Ex dictis igitur patet, quòd ex quattuor
ſtultus quis eſſe dignoſcitur. Primò quan-
do illi non venit in mentem,quod oportet.
Secundò cùm venerit non retinet. Tertiò
bonum conſilium non admittit, quin po-
tius malum. Quartò putat,& dicit bonum
malum: & malum bonum,& vt Luna mu-
tatur. Fatuus verò omninò inſipiens, &
inſulſus inepta loquens:& dicitur à fando,
ſicut puer,qui primò fatur,ideſt,qui inep-
ta loquitur. Vndè fatuus eſt qui verbis,
ac dictis ſtultus eſt. Stultus autem dicitur
talis non ſolum factis,ſed etiam verbis, &
cum fatuus ſit omninò inſipiens, idem de-
notat,quod amens, & mente captus, ſicut
omninò cæcus appellatur oculis captus.
10 Furioſum poſtremò à furore deriuari re-
ctè diximus,& cùm furor ſit ira accenſa,
quæ impedit,& occæcat animum, Furio-
ſus poteſt etiam dici mentecaptus,qui ab-
iecta ratione cum furore,& impetu omnia
facit. Vndè Cic.3.Tuſc.diſcernens à furore
inſaniam,ſic ait. Inſaniam eſſe cenſuerunt
inconſtantiam ſanitate vacantem, quæ ta-
men poſset tueri officium,& vitæ commu-
nem cultum: furorem autem rati ſunt mẽ-
tis ad omnia cæcitatem: & Virg. 2.Aen.
Inſtamus tamen immemores, cæcique fu-
rore. Eſt tamen verum, quòd inſania ali-
quando ſumitur pro ſtultitia,ac dementia
cum irrationabili furore: & propterea, in-
quit Varro, quod inſani omnia vehemen-
ter, faciunt, neque rei alicuius ſeruant
modum. vndè inſanus propriè appellatur,
qui abiecta ratione cum furore, & impetu
omnia facit, iuxta illud Teren. in Eunuc.
Hic homines ex ſtultis inſanos facit; at-
que adeo inſani furioſi quoque appellan-
tur. Horum autem quidam ſunt perpetuò
tali morbo laborantes: quidam verò habet
dilucida interualla. De his igitur omni-
bus videndum eſt, an valeant ſocietatem
contrahere.

Secundò eſt adnot. quòd Lunatici nun-
cupantur, qui Lunatico morbo labo-
11 rantes in illo actu quo morbo corripiun-
tur, non intelligunt, atque ideo eorum
mens ſuas non habet operationes. Hi quã-
doque furore laborant, non illo quidem
perpetuo, ſed pro tempore, quo modo
detinentur. Appellantur autem Lunatici
ex eo, quòd ijs, ipſo interlunio nati ſunt
huiuſmodi morbus familiaris eſſe con-
ſueuerit. ſeù quòd ſtatutis Lunæ interual-
lis, ſoleat reuerti. Hinc Iulius firm. 4.
Mathe. ſic ait, Et ſi luna fuerit malè col-
locata, aut ſpaſticos, aut lunaticos, aut
caducos facit. Phrænetici appellantur,
qui phrenesis infirmitate ſunt elabo-
rantes. Hi mentes pariter læſione affi-
ciun-

ciuntur, itavt ad inſaniam, furoremque
deueniant, ſicut, & furioſi. Fit autem
huiuſmodi morbus ex inflammatione
membranullarum, quas meningas vo-
cant, vt habetur ex Galen. lib. 3. de locis
affectis. Prodigi demum licèt furioſis æqui-
13 perentur in eorum bonis irrationabiliter
elargiendis, vt in §. furioſi, in Inſt. de curat.
& l. 1. ff. eod. nihilominus quoad alia poſsũt
eſſe ſanæ mentis, vnde Prodigi quidã ſunt,
quibus per Iudicis decretum eſt interdicta
bonorum adminiſtratio, eiſdemque datus
eſt curator: & quidam, quibus adhuc eo-
rum bonorum adminiſtratio per iudicis
ſententiam prohibita non eſt, nec curato-
rem habent. vt in l. is cui bonis, & ibi Do-
ctor. ff. de verb. obligat.

Tertiò eſt adnot. quòd ebrius dicitur,
14 qui nimio vini potu alienatus eſt mente.
Hinc Plato, ebrietatem voluntariam inſa-
niam appellat. eo quòd mentis inducit exi-
liũ, vt in c. à crapula, de vit. & honeſt. cler.
15 & c. vinolentum, 35. d. Differt autem e-
brius ab ebrioſo in hoc, quòd ebrius actũ
præſentem denotat. ebrioſus vero habi-
16 tum, ac propenſitatem. Ebrium, inquit
Vitr. in lib. de modo ſtud. & docen. de legib.
ad gingendos filios non debere eſſe propẽ-
ſum: ſiquidem qui vino repletus exiſtit,
tam animæ, quàm corporis rabiæ concita-
tus, quouis, & trahit, & trahitur: atque ideò
de facili fœtus inæquales, inſtabiles, obli-
quos tam membris, quam moribus poſſet
procreare. Ebrium rectè deſcripſit ſapiens
prouerb. c. 23. dicens *Ne intuearis vinum
quando flaueſcit: cum ſplenduerit, in vitro
color eius, ingreditur blandè, & in nouiſsi-
mo mordebit, vt coluber, & ſicut regulus ve-
nena diffundet. Oculi tui videbunt extranea,
& cor tuum loquetur peruerſa, & eris ſicut
dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gu-
bernator amiſſo clauo, & dices: verberauerũt
me, ſed non dolui: traxerunt me, & ego non
ſenſi. Quando euigilabo, & rurſus vina repe-
tam*. Ebrietatem tumultuoſam appellat
17 idẽ Sap. prouerb. 20. & eccl. 31. inquit pari-
ter, quòd vinum multum potatum irrita-
tionẽ, & iram, ac ruinas multas facit. Hinc
d. cap. 23. ſic legitur. *Cui væ, cuius patri væ,
cui rixa, cui ſine cauſa vulnera, cui ſuffoſsio
oculorum? Non ne his, qui commorantur in
vino, & ſtudent calicibus epotandis?* Eſt etiã
ebrietas Luxurioſa, iuxta illud Apoſt. 5. *No-
lite ebriari vino, in quo eſt luxuria*. Eſt feda:
nam ob id ait Iſai. 28. *Præ vino neſcierunt,
præ ebrietate errauerunt; omnes menſæ re-
pletæ ſunt vomitu ſordiumque, ita vt non eſ-
ſet locus vltra*. & Ierem. 25. *Bibite, & ine-
briamini, & vomite, & cadite, neque ſurgatis
à facie gladÿ*. Ebrietas, inquit Chryſ. ſuper
Matth. ante omnia vitetur à clericis, quæ
omnium peccatorum radix, ac nutrix eſt,
& D. Auguſt. in epiſt. ad ſacr. Virg. eſt fla-
gitiorum omnium mater, culparumque
materia, radix criminum, origo vitiorum
turbatio capitis, ſubuerſio ſenſus, tempe-
ſtas linguæ, procella corporis, naufragium
caſtitatis, amiſsio temporis, inſania volun-
taria, ignominioſus languor, turpitudo
morum, dedecus vitæ, honeſtatis infamia
animæ corruptella: in vtroque ſexu cuncta
mala apperit, nefanda committit, & vt ait
Apoſtolus, Regna cęleſtia appetentibus de-
negat. & Petr. Rau. in quodam ſerm. Ebrie-
tas, eſt mater litium, furoris genetatrix,
petulantiæ magiſtra, hanc qui habet homo
non eſt: hanc qui habet, non peccatum fa-
cit, ſed ipſe eſt peccatum: hæc enim eſt ra-
bies voluntaria, inuitatus hoſtis, illecebra
honeſtatis, & pudoris iniuria.

Tertiò eſt adnot. quòd iratus ab ira de-
18 riuatur, quæ ſecundum Ariſt. lib. 1. de ani-
ma, nihil aliud eſt, quam accenſio ſanguinis
circa cor. & differt ab iracundia: ſiquidem
ira eſt ex cauſa: iracundia vero ex vitio
multum iraſcentis. Vndè iracundia eſt ex-
ceſſus iræ; atque ideo eſt vitium oppoſitum
manſuetudini, vt habetur ex D. Thom. 2. 2.
q. 152. art. 1. ſiquidem iracundus ex qua-
cunque etiam minima cauſa ſemper mo-
uetur ad iram: iratus verò propriè dicitur
qui ex cauſa iraſcitur. Sed quoniam ira, &
iracundia aliquando confunduntur. & ira-
tus differt ab iracundo; quia prior actum
præſentem ſignificat, poſterior vero habi-
tum, ac propenſionem; hoc loco agendum
duximus tam de irato, quam de iracundo.
De iracundo ſic ait Sapiens proueb. cap. 18.
*Spiritus viri ſuſtentat imbecillitatem ſuam;
ſpiritum verò ad iraſcendum facilem quis
poterit ſuſtinere*. Et cap. 22. *Noli eſſe amicus
homini iracundo, neque ambules cum viro
19 furioſo, ne fortè diſcas ſemitas eius, & ſu-
mas ſcandalum animæ tuæ*. Iracundus an-
nexam habet ſtultitiam. Hinc legitur eccl.
cap. 7. *Ne ſis velox ad iraſcendum; quia ira
in ſinu ſtulti requieſcit*. Et prouet. cap. 12. *ſtu-
tus ſtatim indicat iram ſuam*, ſic etiam
Iob. capit. 5. *Virum ſtultum interficit ira*.
Hæc de iracundo: De Irato autem
inquit Sap. prouerb. capit. 19. *ſicut fre-
mitus Leonis, ſic, & Regis ira*. Vnde
vehementer iratus immaniter clamat, tre-
pidat, truces habet oculos, os turbidum,

ac ſpumans, pudenda dicit, ac pœnitenda,
alienatam habet mentem, ita vt à furioſo
non ſit diſsimilis, & ex homine in brutum
ferè conuertitur; ſiquidem iræ furore agi-
tatus, vt Leo rugit, in obuios irruit, ſeipſum
& alios cedit, viſus eius corrumpitur, atque
ideo aliquando vnum videns, duo propter
motum ſpirituum iudicat vidiſſe, agitatur,
inflammatur, & ſuccenditur, & tanquam
demens quandoque redditur, vt colligitur
ex ijs, quæ habentur ex Plutarco apud Gel
lium lib. 1. cap vlt. & Ioſeph Mainar. in
rub. C. pub. læt. vel conſul. lib. 12. p. a num.
2. Iratus eò magis inflammatur, quò vult
iram ſuam probare iuſtam, vt rectè ait. D.
Ambroſ. lib. 1. de officijs. Iræ paſsio, ait
idem D. Ambr. de Iacob. & vita beata, lib. 1.
grauiſsima culpa conſcientia eſt, quam ra-
tio emollit, & comprimit. Emolliri enim
poteſt eradicari non poteſt; quoniam qui
21 eſt rationis capax, non eſt ſuarum paſsio-
num dominus; ſed reprehenſor. Neque
enim fieri poteſt, vt facilis ad iracundiam
non iraſcatur, ſed vt ratione ſe temperet, in-
dignationem cohibeat, à puniendo ſe re-
uocet: ſicut & Propheta docet nos dicens:
Iraſcimini, & nolite peccare. Conceſsit
quod naturæ eſt, negauit quod eſt cul-
pæ.

Quæ diximus de Ebrio, & vehementer
22 irato nempe quòd mente alienentur, itaut
furioſis, ac inſanis ſimiles fiant, extendimus
etiam ad amore captum; & ad lætitia vehe-
menter percitum: hi nanque mente quo-
que alienantur. Etenim de fortiter amante
ait Gloſ. in §. fin. in Inſt. de ſucceſ. ſubl.
23 quòd vt vino quis capitur, & baccatur; ità
& amore, ac amoris feruore: & puellarum
amorem peruertere ſenſum, ac mentem te-
ſtatur Eſdr. lib. 3. c. 4. vbi ſic legitur, *& multi
dementes facti ſunt propter vxores ſuas, &
ſerui facti ſunt propter illas: & multi perie-
runt, & ingalati ſunt, & peccauerunt propter
mulieres*, & paulò infra, *videbam tamen
Apamen filiam Beziacis mirifici concubinã
Regis, ſedentem iuxta Regem ad dexteram;
& auferentem Diadema de capite eius, &
imponentẽ ſibi, & palmis cedebat Regem de
ſiniſtra manu, & ſuper hæc aperto ore intue-
batur eam; & ſi arriſerit ei, ridet: nam ſi indi-
gnata ei fuerit blanditur donec reconcilietur
in gratiam*. Salomon omnium ſapientiſ-
ſimus alienigenarum mulierum amore de-
uictus Idolis templa conſtruxit, vt habetur
lib. 3. Reg. cap. 11. Vnde ſcriptum deinde
reliquit, *quod vinum, & mulieres apoſtatare
24 faciunt homines*; & Ariſtotelis. lib. 3.
Ethic. cap. 3. inquit etiam, *Iram, & cupidi-
tates venereas, & eiuſque ſimilia corpus ma-
nifeſtè permutaſſe, & nonnullos in furorem,
& inſaniam adegiſſe*. Et amorem eſſe furo-
ris ſpeciem, probat Tiraq. in tract. de pœn.
leg. cauſa 4. & æſtuum, ſeu mentis aliena-
tionem inducere, tradit Leo Hebræus Me-
dicus in ſuis Dialogis de amore, dialogo
3. in prin. De vehementi quoque lætitia
percito plura habentur per Alex. Aphroſid.
in ſuis problematib. Ioſeph Mainar. in rub.
25 C. pub. læt. vel conſul. lib. 12. in 2. p. & Va-
ler. Max. lib. 12. Is enim non ſolum huiuſ-
modi mentis perturbatione irrationabili-
ter eleuatur, & rationis efficitur expers, ſed
aliquando velit ebrius ſenſibus quoque
priuatur: imò vehemens, repentinumque
gaudium quoſdam exanimauit. Siquidem
apud Valer. Max. loco citato de duabus
mulieribus legitur, quarum altera redeunti
filio ex clade apud Lacum Peruſinum, ob-
uia facta, eo quòd mortuum exiſtimabat,
eius complexu expirauit: altera verò au-
dito falſo nuncio de filij interitu, domum
rediens, & filium viuum conſpiciens exani-
mata remanſit: & quam dolor non extin-
xerat, lætitia conſumpſit. His breuitur ſic
adnotatis ſit

Prima Concluſio.

STulti, mentecapti, amentes, fatui, ac fu-
rioſi ſocietatem contrahere non poſ-
26 ſunt. Hæc concluſio eſt communis, & citra
omnem controuerſiam, vt habetur ex Pet.
de Vbald. in ſuo tract. de duob. fratr. par. 6.
ſub num. 16. Felic. de ſociet. cap. 7. ſub num.
4. 15. 16. & 17. cum alijs, quos allegant. Ete-
nim ſocietas ſimultaneum exigit conſen-
ſum, vt ſæpè diximus, Furioſi autem, & alij
27 ſupra relati, quod agunt non intelligunt,
& liberi non ſunt ad conſenſum præſtan-
dum, cum non res ipſas, ſed paſsionum
ſuarum phantaſias videant, vt in c. ſicut ij.
47. di. l. furioſi ff. de regul. iur. & §. furioſus,
in Inſtit. de inutil. ſtipulat. Sunt etiam fu-
rioſi, ſtulti, & alij eiuſmodi ex defectu con-
28 ſenſus omnium contractuum, & negotio-
rum incapaces, vt in l. in negotijs, ff. de re-
gul. iur. l. 1. §. furioſum, ff. de action. & obli-
gat. & l. qui ad certum, ff. locat. ergo non
poſſunt ſocietatem contrahere: ſiquidem
ſocietas eſt verè, ac propriè contractus, vt
ſupra oſtendimus, cap. 2. q. 1. Furioſum au-
29 tem, ſeu ſtultum quem eſſe, eſt difficilis pro
bationis; cum furor, ac ſtultitia in intelli-
gen-

gentia conſiſtant, nec ſenſu percipi queant, vt habetur per Bald. in l. furioſum, num. 3. verſ. Eſt autem difficile, C. qui teſtam. facer. poſſ. Dec. conſ. 448. ſub num. 11. cum alijs apud Maſcard. in ſuo tract. de probat. concl. 824. num. 1. vol. 2. qui ob id num. 2. & latius concl. 826. ex Bart. in l. quicumque, num. 2. ff. de acquir. hæred. Dec. loco citato, & ex alijs quamplurimis Doctoribus, ait, furioſũ non poſſe probari, niſi ex coniecturis, ac præſumptionibus, nempe ex geſtis, & ſermonibus ſtultorum more prolatis. Imò quamuis ex verbis ſapiens quis videatur; ſi tamen facta inſipientem eum oſtendunt, inſipiens ac ſtultus eſt iudicandus, vt in l. is qui, §. Diuus. ff. de tutor. & curat. Caſtr. in d. l. furioſum. poſt num. 3. Angel. Aret. §. furioſi, num. 1. verſ. quæro quis dicatur, in Inſt. de curat. Parij. conſ. 88. num. 4. vol. 3. & alij, quos refert, & ſequitur Maſcard. d. concl. 824. num. 3. & 4. vbi etiam, num. 5. & 6. ait, id tamen verum eſſe, ſi ſigna huiuſmodi talia ſint, vt furioſo tantùm conueniant,
30 nec hominem ſanæ mentis attingant: ſiquidem in dubio nemo præſumitur furioſus; ſed quilibet debet haberi ſanæ mentis.

Ampliatur hæc concluſio, vt non modo
31 furioſi, & alij eiuſmodi non poſſint ſocietatem contrahere; verum etiam & contractam à ſanis mente, per ſuper venientem furorem, aut ſtultitiam valeat ab eorum curatore diſſolui, ſicut quoque diſſolui poſſet à ſocijs, vt ait tex. in l. fin. C. pro ſoc. cuius verba ſunt, quæ ſequuntur. *Sancimus veterum dubitatione remota, licentiam habere furioſi curatorem diſſoluere ſi maluerit ſocietatem furioſi, & ſocijs licere ei renunciare: & quemadmodum in omnibus contractibus alijs legitimam auctoritatem ei dedimus; ita & in hac parte eum permittimus competenter commodis furioſi prouidere.* Eſt tamen verum, quòd diſpoſitio huius legis dupliciter videtur limitanda; primò vbi ſocietatis diſſolutio per curatorem faciendam tenderet in detrimentum ſociorum, iuxta ea, quæ habentur per Gloſ. in l. tam diu, C. eod. tit. Secundò in ſocietate officiorum, quæ communiter contrahi ſolet ad ſemeſtre, & deinde ad beneplacitum ambarum partium, cum diſdicta, & intimatione quindecim dierum præcedente, & anticipata ſolutione fructuum primi ſemeſtris, vt ſuo loco latius, Deo duce, dicemus de officiorum ſocietate tractantes: nam ſtante anticipata ſolutione fructuum primi ſemeſtris, per diſſenſum vnius ſocietas diſſolui non poſſe videtur, per ea quæ habentur ex Caſtracan. de ſociet. offic. cap. 54. ſub num. 14. & Zach. eod. tract. num. 104. Sed re vera hæc limitatio inanis eſt; quia quod ſocietas officiorum per primum ſemeſtre diſſolui nequeat per diſſenſum vnius, id non prouenit propter ſolutionem fructuum anticipatam, ſed quoniam ſocietatis contractus eſt perfectus: quod quidem non eſt ſpeciale ſocietatis officiorum, ſed commune eſt omnibus ſocietatibus perfectis, vt diſſolui nequeant per alterius tantùm ſocij diſſenſũ. Vnde ſatis eſt, quòd curator furioſi fructus primi ſemeſtris reſtituat, vt infra ſemeſtre poſſit ſocietatem diſſoluere, & pecuniam collatam à furioſo repetere, iuxta tex. in d. l. fin. C. pro ſoc.

Arbitror tamen, quòd ſi per curatorem
32 non reuocetur beneplacitum ſocietatem ſemper durare durante vita furioſi; quia beneplacitum regulariter durat vſque ad mortem, niſi prius à partibus reuocatum fuerit, vt per Canoniſt. in c. ſi gratioſè, de reſcrip. in 6. & Doctor. in l. centeſimis, §. fin. ff. de verb. oblig. Menoch. de arbitr. iud. q. 69. lib. 1. & alij apud Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 55. num. 9. cum plurib. ſeq. Imò idem Caſtrac. ibi ſub num. 13. probat, quòd vbi in contractu apponantur verba illa, *cum diſdicta dierum*, beneplacitum durat etiam poſt mortem: quia licet per mortem extinguatur voluntas, vt in l. 4. ff. locati, non tamen inducitur reuocatio beneplaciti, niſi expreſsè reuocetur; ſiquidem reuocatio contrariam voluntatem expoſtulat: aliud enim eſt voluntatem ceſſare, cùm tunc ſupponatur voluntatem non eſſe; & aliud eſt voluntatem reuocare, nam tunc contraria voluntas requiritur. Vnde cum in ſocietate officiorum expoſtuletur diſdicta, atque ideò voluntas reuocatoria non ceſſat per ceſſationem voluntatis ex morte prouenientem, iuxta ea, quæ habentur per Soc. conſ. 77. lib. 3. col. 1. & 2. Quæ quidem licet vera eſſe dicantur quoad beneplacitũ in alijs contractibus; ſocietas tamen etiam ſi eſſet inita per mille annos, & vltra per mortem vnius ex ſocijs ſtatim extinguitur, vt in l. verum, §. fin. ff. pro ſoc. & tunc cenſetur extincta non ſolum voluntas, ſed etiam beneplacitum, vt rectè declarat idem Caſtrac. ibidem, num. 15. cum plurib. ſeq. Quo circa durante vita furioſi, ſi tutor per diſdictam beneplacitum non reuocauerit, tacitè ſaltem conſentire videtur, ſocietatẽ perdurare velle, vt per eundem Caſtrac. loco citato, num. 17. maximè ſi fructus exigat,

gat,quia id expreſsè ipſe curator poterat,
vt in d.l.fin.circa fin.C.pro ſoc.Ergo etiam
& tacitè; ſiquidem taciti, & expreſsi eadē
eſt virtus vulgata l.cùm quid, ff.ſi cert.pe-
tat.Imò probabiliter puto,quòd ſi quis ſa-
næ mentis ſocietatem officiorum vt ſupra
contraxerit per ſex menſes , & deinde ad
beneplacitum ambarum partium,cum diſ-
dicta,&c. Si poſtea intra primum ſemeſtrè
ſuper veniat ei furor,quo perpetuò efficia-
tur inſanus,nec datus ſit ipſi curator ſuo-
rum conſanguineorum negligentia , tunc
ſocietas ſemper durabit vſque ad einſdem,
vel officialis mortem,maximè ſi ſocietatis
fructus de ſemeſtre in ſemeſtre ſoluti fue-
rint ijs,quibus de iure competit furioſi hæ
reditas ab inteſtato: quoniam licèt per fu-
rorem ſuperuenientem ſit extincta furioſi
voluntas; non tamen eſt extinctum bene-
placitum,niſi expreſsè reuocetur per per-
ſonam legitimam, iuxta ea, quæ ſupra ad-
notauimus ex Caſtrac.d.cap.55. num.13.
& ſeq.Quod ſi ſocietas coita eſſet inter ali-
quos donec voluerint, & vni ex ſocijs ſu-
peruenerit dementia,ſeu furor,tunc per ſu-
peruenientem dementiam ceſſat ſocietas;
quia ceſſat illius ſocij voluntas,vt patet ex
ijs,quæ habentur ex eodem Caſtracan.loc.
citato,ſub num 10.

Secundò ampliatur eadem concluſio, vt
33 locum habeat non ſolùm in furioſis, ſtul-
tis,dementibus,& alijs eiuſmodi ; verùm
etiam in lunaticis, ebrijs, vehementer ira-
tis,ac in freneticis . Lunatici enim duran-
te eorum morbo cùm alienentur mente ex
defectu conſenſus non valent contrahere,
vt per Strach.in tract.de mercat.p.3. num.
33.ergo nec poſſunt ſocietatem contrahe-
re, cum ſocietas ſit verè contractus , vt ſu-
pra oſtendimus cap.2.q.1.eadem ratione
Phrænetici durante eorum infirmitate
34 cùm non valeant contrahere , vt habetur
per Bald.in l.2.num.33.C.de reſcind.vend.
Dec.in l.humanitatis,num.6.C.de impub.
& alijs ſubſt.& Strach.loco citato,num.24
non poſſunt ſocietatem coire . Ebrij quo-
que durante ebrietate , cum ratione non
vtantur,vt ſupra not.3. probauimus, con-
trahere non valent.vt per Gloſ. in c. vnuſ-
quiſque,22.q.4.& Dec.conſ.112.lib.1.& id
verum eſt, etiam ſi iurent, vt per Rip. in l.
fin.ſub num.76.C.de reuoc.donat. atque
ideò ſocietem nulliter contrahunt , vt in
ſpecie Felic.de ſociet cap.7. num.8. & 12.
vbi idem ait de phræneticis, ac lunaticis,&
num. 20. excludit hac ipſa ratione vehe-
menter iratos à celebratione ſocietatis, &
aliorum contractuum,vt in l.quicquid ca-
lore,& ibi Bart.ff.de regul.iur.Dec.in l.di-
uortium,ff.de diuort. Iaſ.in l.ſi filiam tuā,
num.4.C.de inoffic.teſtam.& Gloſ.in c. ſi
quis iratus, 2.q.3. Idem dicendum eſt de
35 amore capto , qui amoris furore mente
alienatur,iuxta ea,quę ſupra diximus,not.
3.verſ.Quæ diximus de ebrio : is enim ea-
dem ratione efficitur inhabilis ad contra-
hendum defectu perfecti conſenſus , atque
ideò ad ſocietatem coeundam . Vehemen-
ti denique lætitia percitus cùm ex defectu
ſanæ mentis contrahere non valeat, vt per
Gloſ.in §.ſerui in ver.Balneum,in Inſtit.de
libert.per conſequens,nec potens eſt ad ſo-
cietatem contrahendam,vt habetur ex Fe-
lic.d.cap.7.ſub num.18.

Sic ampliata limitatur prædicta conclu-
36 ſio,vt quamuis furioſi, inſani,ſtulti,mente-
capti,& alij eiuſmodi non valeant ſocieta-
tem contrahere; nihilominus intelligenda
eſt concluſio ipſa de furioſis ſtultis: & mē-
tecaptis,qui actu tales ſunt tempore cele-
brationis contractus: ſecus ſi dilucida ha-
beant internalla , & ſocietatem contraxe-
rint tempore quo erant ſanæ mentis; quo-
niam tunc contractus eſſet validus: ſiqui-
dem huiuſmodi furioſi dilucida habentes
interualla,eo tempore,quo ſunt ſanæ men-
tis poſſunt non ſolùm teſtamentum con-
dere,verum etiam , & omnes alios contra-
ctus celebrare,vt in l.furioſum, & ibi Doct.
C.qui teſtam.facer.poſſ. Menoch. conſ.82.
num.210.lib.1.Ceph.conſ.753.lib.5.& Ma-
ſcard.de probat.p.2.concl.824.& ſeq.Imò
ſi dubium ſit,an habens dilucida internal-
37 la ſocietatem contraxerit furoris tempo-
re,an verò dum eſſet ſanæ mentis,in dubio
præſumendum eſt, eum contraxiſſe dum
eſſet ſanæ mentis; non autem furoris tem-
pore,arg tex.in l.inaduerſa, C.de teſtam.l.
furioſum,& ibi Alex. C. qui teſtam. facer.
poſſ.Caſtr.in l.qui teſtamenta,§.nec furio-
ſus,de teſtam. milit. late Maſcard.d.concl.
824.num.17.& ſeq.& concl.825. num. 13.
& ita fuiſſe decitum in S.Neapolitano Cō-
ſilio teſtatur Gramm.deciſ.37.num.36. &
Afflict. deciſ. 143. num 3. & id dummodò
actus ſapienter,ac rationabiliter fuerit ab
eo geſtus,vt per eundem Maſcar. d. concl.
825,num.16. Cæterum ſi dubitetur de fu-
rioſo,qui per aliquod tempus permanſit in
furore,an in ipſo furore contraxerit , vel
dum eſſet ſanæ mentis,nec dilucida habue
rit interualla,præſumendū eſt contraxiſſe
in furore permanentem : quod quomodò
procedat,late declarat Maſcar.d.cōcl.825.

Se-

Secundò limitatur ipſa concluſio quoad
38 ebrios, amore captos, lætitia percitos, &
& iratos, vt locum habeat, quando in actu
tales ſunt: vnde ebrioſi, qui in habitu ebrij
ſunt, non prohibentur ſocietatem, & alios
contractus celebrare, quoniam hi non ſunt
mente alienati, ſicut nec illi, qui propter
vinum gaudentes ſunt, & exultantes, atque
ideò ſunt ſanæ mentis, vt per Felic. de ſo-
ciet. d. cap. 7. ſub num. 9. Iracundi quoque
non excluduntur à ſocietate, & alijs con-
tractibus celebrandis: quoniam iſti ſunt ira-
ti tantùm in habitu, atque ideò mentem
ſanam habent. Idem dicendum eſt de amo-
re captis, & vehementi lætitia percitis: ſi-
quidem concluſio intelligenda eſt dum
ſunt actu tales, vt ſupra diximus.

Secunda concluſio.

PRodigi, quibus per decretum Iudicis
39 interdicta eſt bonorum adminiſtra-
tio, eiſdemque datus eſt curator, non poſ-
ſint ſocietatem contrahere. Hæc concluſio
eſt communis, vt patet ex Petr. de Vbald.
tract. de duob. fratr. p. 6. ſub num. 6. & Fe-
lic. de ſociet. cap. 7. num. 24. Etenim prodi-
gis quibus interdicta eſt bonorum admi-
niſtratio prohibitum eſt contrahere, vt in
l. is cui bonis, & ibi Doctores communi-
ter, ff. de verb. obligat. Strach. tract. de mer-
cat. p. 3. ſub num. 20. ergo eis prohibitum
cenſetur ſocietatem coire: ſiquidem ſocie-
tas eſt verè, ac propriè contractus, vt ſupra
probauimus, c. 2. q. 1.

Ampliatur hæc concluſio, vt prodigi,
40 quibus per Iudicis decretum interdicta
eſt bonorum adminiſtratio, non poſſint ſo-
cietatem contrahere, etiamſi poſtea reſi-
puerint, niſi ad bonorum frugalitatem re-
dijſſe per aliam iudicis ſententiam fuerint
declarati. Siquidem prodigus cui, mediā-
te Iudicis ſententia, eſt interdicta bonorum
adminiſtratio, adhoc vt ad bonorum ſuo-
rum adminiſtrationem reſtituatur, ſatis
non eſt, quòd reſipuerit, ſed omninò re-
quiritur Iudicis ſententia, vt habetur per
Iaſon. Ripam, & alios in d. l. 25. cui bonis,
ff. de verb. obligat. Quod tamen verum eſt,
niſi notoriè conſtet, aut per legitimas pro-
bationes pateat eum reſipuiſſe, vt per Do-
ctor. ſupra citatos, & nos latius oſtendimus
in noſtris Commentar. in extrauag. Pij V.
de cenſib. §. 1. q. 18. num. 19. 20. 21. & 22.
vbi etiam declarauimus, quis propriè dica-
tur prodigus.

Tertia concluſio.

PRodigi, quibus per Iudicis decretum
41 non eſt interdicta bonorum admini-
ſtratio, nec datus eſt eiſdem Curator, non
prohibentur contrahere ſocietatem, atque
ideò ſi eam contrahant, valet contractus.
Hæc concluſio patet ex ijs, quæ habentur
ex Felic. de ſolis, tom. 1. de cenſib. lib. 2. cap.
2. num. 18. & Cenc. eodem tract. p. 1. cap. 2.
q. 1. ar. 3. ſub num. 7. Etenim prodigus, cui
per iudicis ſententiam non eſt interdicta
bonorum adminiſtratio, nec datus ei cu-
rator, habet liberam eorum adminiſtratio-
nem, itaut ad ſui libitum poſſit ea diſtra-
here, & contractus celebrare, vt in d. l. is cui
bonis, & ibi Ripa, & alij Doctor. ff. de verb.
obligat. Gomeſ. tom. 2. var. reſol. cap. 14.
num. 31. Vinc. de Franch. deciſ. 672. num. 2.
& 4. & nos diximus in ſupra relatis noſtris
commentar. in extrauag. Pij V. de cenſib. §.
1. q. 18. num. 17. vbi etiam, num. 18. id am-
42 pliauimus, vt ſi prodigus ſit maior non
reſtituatur, licèt læſus appareat in contra-
ctu: quoniam antequam per iudicis decre-
tum interdicta illi ſit bonorum adminiſtra
tio non gaudet priuilegio minoris læſi, vt
in l. certi conditio, §. quoniam in fine, ff. ſi
cert. petat. Odd. in ſuo tract. de reſtit. in in-
tegr. p. 1. q. 11. ar. 4. num. 9. cum alij allega-
tis per Cenc. loco citato.

An mutus, & ſurdus poſſint ſocietatem contrahere. Q. IV.

SVMMARIVM.

1 *Mutus, et ſurdus quidam dicitur à natura, et quidam ex accidenti.*

2 *Surdus à natura non poteſt dari quin etiam ſit mutus.*

3 *Mutus ex accidenti datur, retenta auditu: ſicut ſurdus ex accidenti, retenta loquela.*

4 *Muti, et ſurdi à natura cur ſint infantibus, ac furioſis ſimiles.*

5 *Mutus, et ſurdus à natura non poteſt ſocietatem, nec teſtari, aut alium contractum celebrare.*

6 *Mutus, et ſurdus à natura non poteſt in teſtem adhiberi.*

7 *Mu-*

7 *Mutus et ſurdus à natura licèt intelligat, quod agit; non tamen perfectè percipit, quod ab alijs agitur.*

8 *Mutus et ſurdus à natura, qui rationis, ac intellectus defectum non habet, et adeò acutiſsimum intellectum ſibi vendicet, vt aliquando ad motum labiorum alios intelligat, quamuis non poſſit celebrare contractum ſtipulationis; poteſt tamen omnes alios contractus inire, qui conſenſu perficiuntur ſm̃ probabilem Doct. ſententiam.*

9 *Mutus, et ſurdus ſi ſit ſanæ mentis vt ſupra ex principis indulto tantùm poſſe ſocietatem, et omnes alios contractus, vel quaſi celebrare, qui conſenſu perficiuntur, probabilius videtur.*

10 *Mutus, et ſurdus ex accidenti poteſt ſocietatem, et alios contractus celebrare, qui ſolo conſenſu, et non verbis perficiuntur.*

11 *Mutus, & ſurdus ex accidenti ſiuè maſculus ſit, ſiuè fœmina poteſt omnes contractus celebrare, qui ſolo conſenſu perficiuntur.*

12 *Mutus, et ſurdus prohibetur inire contractus, in quibus interuenit ſtipulatio.*

13 *Mutus, et ſurdus ex accidenti, qui ſcit ſcribere poteſt eſſe teſtis.*

14 *Mutus, et ſurdus ex accidenti ſi neſciat explicare ſuum conſenſum, non valet contrahere; ſed dandus eſt illi curator.*

15 *Mutus, et ſurdus ſi eſſet quoque cæcus, quãuis ex accidenti talis eſſet, non poteſt contrahere ſocietatem, nec alios contractus celebrare.*

16 *Mutus tantùm poteſt ſocietatem, & alios contractus celebrare.*

17 *Mutus tantùm, etiam à natura poteſt contrahere.*

18 *Surdus à natura licèt non detur quin ſit etiã mutus; mutus tamen à natura poteſt dari, quamuis non ſit ſurdus.*

19 *Mutus tantùm ſiuè ex accidenti, ſiuè à natura poteſt teſtamentum condere, codicillos facere, et cauſa mortis donare, ſi ſciat ſcribere: teſtis eſſe, et multò magis matrimonium contrahere.*

20 *Muta tantùm fœmina, ſi ſciat ſcribere poteſt teſtari, codicillari, mortis cauſa donare, & reliqua, quæ poteſt maſculus mutus tantùm.*

21 *Mutus tantùm poteſt contrahere, etiam ſi cæcus ſit; non tamen poteſt teſtamentum condere, cùm non valeat ſcribere.*

22 *Mutus tantùm non poteſt illos contractus celebrare, qui perficiuntur verbis.*

23 *Mutus tantùm ſi eſſet adeò rudis, vt ſuum conſenſum explicare nequeat, contrahere non poteſt.*

24 *Surdus tantùm ex accidenti poteſt ſocietatẽ & alios contractus celebrare, qui non modò conſenſu; ſed etiam verbis perficiuntur.*

25 *Surdus tantùm poteſt teſtamentum condere & cauſa mortis donare, etiam ſi neſciat ſcribere.*

26 *Surdus tantùm à natura non datur, quin ſit etiam mutus.*

AD huius rei determinationem eſt ad-
1 noc. quòd muti, & ſurdi ſunt in du-
plici differentia. Quidam enim muti ſunt,
& ſurdi à natura. Et quidam ex acciden-
ti. Dantur etiam muti tantùm, & ſurdi
tantùm: & iſti quoque alij ſunt à natura,
& alij ex accidenti. Muti & ſurdi à natura
dicuntur, qui tales naſcuntur: ex accidenti
verò dicuntur muti, & ſurdi, ex ſuperue-
nienti aliqua infirmitate, vel ex facto ho-
minis, aut ex alio accidenti. Mutus tantùm
à natura dicitur is qui naſcitur talis, reten-
to tamen auditu. Surdus à natura non
2 poteſt abſolutè dari quin etiam ſit mutus:
nam ex eo quod ſurdus eſt abortu naturæ
eſt etiam mutus, cùm non poſsit audire
verba, & per conſequens nec ediſcere locu-
tionem, vt habetur ex Ariſt. lib. 4. de hiſtori
anim. cad. Ex accidenti denique datur non
3 ſolùm mutus tantùm, retento auditu; ve-
rum etiam datur ſurdus dumtaxat, re-
tenta loquela. Sunt autem muti, ac ſurdi à
natura ſimiles infantibus, ac furioſis: non
4 quia careant intellectu, ac non ſint ratio-
nis compotes, cùm vt plurimum acutiſsi-
mum habeant intellectum; & ad labiorum,
aut digitorum nutum mox intelligant; ſed
quoniam in huiuſmodi perſonis adeſt de-
fectus rationis, & intellectus ad inſtar in-
fantium, & furioſorum ex parte eorum,
quæ agũtur. Etenim muti, & ſurdi quamuis
intelligant, quod ipſi agunt; non tamen
perfectè percipiunt, quod ab alijs agitur:
& propterea neceſſariò ſequitur, quòd de-
ficiat in eis operatio intellectus, vt rectè
declarat Maſcard. de probat. vol. 2. concl.
179. ſub num. 1. Ex accidenti vero muti ac
ſurdi: aut muti tantùm, vel ſolùm ſurdi
poſſunt eſſe rationis compotes, & intelle-
ctu ſufficienter pollere: & non tantùm
dantur ſcientes ſcribere, vt legitur de Za-
charia patre S. Ioannis Baptiſtę, Luc. cap.
1. His breuiter adnotatis, ſit.

Prima Concluſio.

MVtus,& ſurdus à natura non poteſt contrahere ſocietatem. Hæc con-
5 cluſio eſt Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 7. ſub num. 2. & aliorum. Probatur ex tex. in l. diſcretis, C. qui teſtam. facer. poſſ. vbi decernitur, vt ſurdus, & mutus à natura teſtari non poſſit, his verbis; *Sancimus ſi quis vtroque morbo ſimul laboret, ideſt, vt neque audire, neque loqui poſſit, & hoc ex ipſa natura habeat, neque teſtamentum facere, neque codicillos, neque fideicommiſſum relinquere, neque mortis cauſa donationem celebrare concedatur; nec libertatem ſiue vendicta, ſiue alio modo imponere: eidem legi tam maſculos, quàm fœminas obedire imperantes.* Ergo non poteſt ſurdus, & mutus à natura ſotietatem contrahere, cùm non poſſit aſsignari diuerſitatis ratio cur non valeat teſtari, & ſocietatem contrahendi facultatem habeat: vndè cum in vtroque caſu militet eadem ratio, eadem quoque militat iuris diſpoſitio, l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patr. & l. illud, ff. ad l. Aquil. Confirmatur quoniam ſurdus, & mutus à natura ad inſtar infantium, furioſorum patitur defectum rationis, ac intellectus, vt ſupra oſtēdimus in not. ergo non poteſt ſocietatem contrahere ex defectu perfecti conſenſus, ſicut ſupra diximus q. præced. de furioſis, ſtultis, & alijs, qui non ſunt ſanæ mentis. Denique probatur ex gloſ. in l. qui id quod, §. mutus, ff. de donat. Gomeſ. tom. 2. var. reſol. cap. 14. num. 29. & Sanch. lib. 1. de matr. diſp. 8. ſub num. 12. & 14. exiſtimantibus mutis, & ſurdis à natura eſſe prohibitum omnem contractum celebrare: ergo prohibiti cenſentur quoque ſocietatem coire: ſiquidem ſocietas eſt verè, & propriè contractus, vt ſupra oſtendimus cap. 2. q. 1.

Ampliatur hæc concluſio, vt mutus, &
6 ſurdus non ſolùm non valeat ſocietatem, & alios contractus celebrare, qui ſtipulatione maximè perficiuntur, vt in l. 1. §. fin. ff. de act. & oblig. & latè Iaſ. in l. 1. num. 9. & 25. ff. de verb. obligat. ſed nec quidem in teſtem adhiberi: & id non modo ex defectu rationis, verum etiam, quia
7 dato, quòd ipſe intelligat, quod agit; non tamen perfectè percipit, quod ab alijs agitur, vt habetur ex Maſcar. de probat. concl. 1079. per totam: quod ampliat Anton. de Butr. in c. cùm apud, etiam ſi mutus & ſurdus talis ſit, qui ad motum labiorum intelligat, quoniam ſtipulatio non poteſt alio modo fieri, quam verbis, vt in d. l. 1. ff. de verb. oblig.

Sic ampliata probabiliter limitatur ea-
8 dem concluſio, vt de illis mutis, & ſurdis à natura ſit intelligenda, qui defectum patiūtur rationis, ac intellectus, & de quibus loquitur Maſcard. loco ſupra citato: ſecus autem de mutis, & ſurdis à natura qui rationis, ac intellectus defectum non habent, & adeò acutiſsimum habeant intellectum, vt aliquando ad motum labiorum alios intelligant, & ſignis ac nutibus adeò congruentibus eorum conceptum explicent, vt ab alijs citra difficultatem aliqua percipiantur, quorum plurimos refert Ant. de Butr. loc. citato, in fin. nam hi quamuis non poſsint celebrare cōtractum qui certa verba requirat, qualis eſt ſtipulatio, vt in d. l. 1. §. fin. ff. de action. & oblig. l. 1. & ibi Iaſ. & alij, ff. de verb. obligat. & §. mutus, in Inſtit. de inutil. ſtipulac. nihilominus poſſunt omnes alios contractus, vel quaſi cōtractus coire, qui conſenſu, non verbis efficiuntur, vt per Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 6. de ijs, qui contrahere prohibentur, cap. 14. verſ. Secundo is qui mutus, vbi in ſpecie ait, quòd mutus, & ſurdus à natura poteſt ſocietatem contrahere, ita inquiens, *vndè poteſt inire contractum emptionis, locationis, ſocietatis, mandati, mutui, commodati, depoſiti, pignoris: poteſt adire hæreditatem ſibi delatam, negotia alterius gerere, & matrimonium contrahere.* Etenim, ait, ſatis eſſe in his contractibus, ſi ſigno, vel aliquo motu corporis conſenſum oſtenderit: atque ideò ſi tabellio, cui nota eſt perſonæ conditio, teſtetur ſe per ſigna & motus cognouiſſe, & percepiſſe eius conſenſum, vtique tabellionis aſſertioni eſt ſtandum. Idē dicendum eſſe inquit, ſi Tabellio aſſerat, ſe audiuiſſe à cōſanguineis, vicinis, vel alijs, quibus cognita eſſet perſonæ conditio, eū per ſigna & motus ſuum cōſenſum declaraſſe. Et ſi in iudicio probaretur, talē mutum digito, vel manu, vel capite, vel humeris annuendo ſignificaſſe ſuum cōſenſum, eiuſdem conſenſus erit ſufficienter probatus iuxta ea quę habētur ex Bart. in l. mutum, ff. de acquir. hæred. Et reuera hæc ſententia videtur nobis valdè probabilis: nā de iure mutus, & ſurdus à natura non reperitur prohibitus contractus celebrare, qui ſolo conſenſu perficiuntur; ſed illos tātùm, qui efficiuntur verbis, nempè ſtipulatione, quos celebrare non valet, etiam qui mutus eſt tantùm ex accidenti, vt in l.

1.& ibi Doctores,ff.de verb. obligat. ergo
cenſetur ei permiſſum, vt patet ex iis
quem habētur ex Panor. Ant. de Butr. &
alijs in d.c.cum apud,de ſponſ. vbi etiam
ait ipſe Panor. quod mutus, & ſurdus
poteſt explicare per nutus omnes contra-
ctus,qui perficiuntur conſenſu.

Dixi, *probabiliter limitatur.* quia quòd
ſurdi,& muti à natura nullo modo cōtra-
9 here poſsint, nobis videtur probabilius:
nā vltra Doctores in ſupradicta concluſio-
ne citatos, eſt Gloſ. quam ſequitur Angel.
Paul.Caſtr.Rom.& Alex.in l.qui id quod,
§.mutus,ff.de donat. vbi ait,quòd mutus,
& ſurdus à natura nō poteſt donare inter
viuos,ſicut nec paciſci, pro qua re allegat
tex.in d.l.diſcretis,C.qui teſtam. fac. poſ.
quæ licèt prohibeat mutis, & ſurdis à na-
tura teſtamentum condere, ac codicillos,
fideicommiſſum relinquere,& donare cau-
ſa mortis, vt ſupra diximus, nihilominus
gloſ.prædicta, à præfatis Doctoribus ap-
probata,extendit diſpoſitionem eiuſdem,
l. diſcretis, ad diſpoſitionem inter viuos.
Arbitror tamen mutum,& ſurdum à natu-
ra ſi ſit ſanæ mentis. poſſe contractus qui
conſenſu perficiuntur, atque ideò ſocieta-
tem coire ex Principis priuilegio,ſicut ex
Principis indulto poſſet teſtamentū con-
dere,ſi tantùm eſſet mutus, aut ſurdus, vt
in l.ſi mutus,aut ſurdus,ff.de teſtam.& mu-
tus,ac ſurdus ſimul, ſi ſit miles de iure te-
ſtandi facultatem habet,vt in l.iure milita-
ri,ff.de teſtam. milit. Etenim ſi mutus, &
ſurdus ſit acutiſsimi intellectus, vt non
modò intelligat,quod ipſe agit; ſed etiam,
quod ab alijs agatur, vt de quibuſdā mu-
tis, & ſurdis, qui ad motum labiorum in-
telligebant, teſtatur Anton. de Butr. in d.
c.cùm apud, in fin. de ſponſ. proculdubio
ſicut poteſt matrimonium contrahere, vt
in d.c.cùm apud,& latè Sanch. lib. 1. de
matr.diſp.8.ſub num. 12. quod perfectum
exigit contrahentium conſenſum; ita etiā
ex Principis ſaltem indulgētia non video
cur non poſsit ſocietatem,& alios contra-
ctus qui non verbis, ſed conſenſu tantùm
perficiuntur,celebrare;cùm id non ſit nec
naturali, nec Diuino iuri contrarium. Et
quamuis demus de iure huiuſmodi per-
ſonis prohiberi contractus celebrare,id ta-
men ſtatutum fuiſſe inquit Sanch.loco ci-
tat.num.14. quia de facili poſſent decipi:
ſiquidē muti, & ſurdi à natura regulariter
ſunt ſimiles infantibus,ac furioſis,vt ſupra
oſtendimus in not.& lex adaptatur ad ea,
quæ frequentius accidunt, vt in l. nam ad
ea, ff.de legib. Cæterū ſi aliqui reperiantur
adeò perſpicaces,vt intelligant quid agāt,
& quid ab alijs agatur,non video cur cum
eis diſpenſari non poſsit ad præfatos con-
tractus celebrandos.

Secunda concluſio.

SVrdi,ac muti ſimul non à natura, ſed
ex accidēti poſſunt ſocietatem cōtra-
10 here. Hæc concluſio eſt Felic.in ſuo tract.
de ſociet. cap.7. num. 3. nec eam negaret
Azor.p.3. Inſtit.moral.lib.6. cap. 14. dum
concedit mutum, & ſurdū ſimul à natura
poſſe conttaherc omnes cōtractus, qui ſo-
lo conſenſu,& nō verbis perficiuntur. Pro-
batur eadem concluſio ex eo qnòd mutus,
& ſurdus ex accidenti poteſt donare, &
alios contractus celebrare, vt probat gloſ.
in l. qui id quòd, §. mutus, & ibi Angel.
Caſtr.Rom.& Alex. ff. de donat. ad quod
ipſa gloſ. allegat tex. in l. item quia con-
uētiones,§.1.ibi, *& mutus paciſci poteſt*,ff.
de pact.& latè Tuſch.in ver. Mutus cōcl.440
in fin.vbi ex eo quòd mutus, & ſurdus ex
accidenti poteſt teſtari, vt in l.diſcretis, C.
qui teſtam.fac. poſ. multò magis ait poſſe
donare, & alios contractus celebrare, vt
per Alex.conſ.12.num.3. lib.1.

Ampliatur hæc concluſio, vt adeò mu-
11 tus,& ſurdus ex accidenti ſocietatem con-
trahere poſsit, & alios ſimiles contractus,
vt non diſtinguatur an fęmina ſit, vel ma-
ſculus: quoniam mutus,& ſurdus ex acci-
denti ſiuè maſculus ſit ſiue fęmina, poteſt
teſtamentū condere,ſi ſciat ſcribere, vt in
d.l.diſcretis,C.qui teſtam.facere poſſ.ergo
multo magis poteſt ſocietatem,& alios ſi-
miles contractus coire, arg. tex in auth.
multò magis,C.de epiſc.& cler. etenim in
mutis, & ſurdis ex accidenti ceſſat ratio
defectus rationis, & intellectus: nam cùm
aliquando fuerint audientes, & loquentes
perfectè intelligunt quod agunt, & quod
ab alijs agitur.

Sic ampliata limitatur eadē cōcluſio, vt
locū ſibi vēdicet in ſocietate,& in alijs cō-
12 tractibus,in quibus nō interuenit ſtipula-
tio,& qui nō verbis,ſed ſolo cōſenſu perfi-
ciūtur: ſecus autē ſi ſocietas eſſet ſtipula-
tione vallāda; quoniā ſtipulatio cùm non
poſsit fieri aliter quā verbis,talis cōtractus
à muto,ac ſurdo, etiā ſi ex accidenti talis
eſſet celebrari nequit,vt in l. 1. ff. de verb.
oblig.l.1.§.fin.ff.de action.& obligat.& §.
mutū,in inſtit.de inut.ſtipul. Latè Maſc.de
probat.cōcl.1079.vbi num.6.inquit etiam
quòd mutus cùm nō poſsit verba profer-

Digitized by Google

re non poteſt eſſe teſtis, vt in §. teſtes, in Inſtit. de teſtam. §. item ſurdus, in Inſtit. quib. non eſt permiſ. fac. teſtam. ſpec. tit. de teſtib. §. nunc tractandum, verſ. quid de muto, Rom. ſingul. 752. & Steph. Aufr. in ſuo tract. de teſt. verſ. mutus. Quod tamen limitat idem Maſc. poſt alios. num. 7. non procedere in muto ex accidenti, qui ſciat
13 ſcribere, quoniam poteſt eſſe teſtis, arg. tex. in l. diſcretis, C. qui teſtam. fac. poſſ. & Specul. loco citato.

Secundò limitatur ipſa concluſio in
14 muto, & ſurdo ex accidenti, qui modo aliquo explicare neſciat ſuum conſenſum; nã is nec ſocietatem, nec alios contractus celebrare poteſt; atque adeò eſſet ei prouidendum de curatore, vt habetur ex Rip. in d. l. 1. num. 71. ff. de verb. obligat. Iaſon. in l. mutum, ff. de acquir. hæred. & Felic. d. cap. 7. ſub num. 3.

Tertiò limitatur dicta concluſio, vt quã-
15 uis mutus, & ſurdus ex accidenti valeat ſocietatem contrahere, & alios contractus qui ſolo conſenſu perficiuntur; nihilominus ſi mutus, & ſurdus eſſet etiam cæcus non poſſet ſocietatem, nec alios contractus celebrare. Is enim quamuis intelligat, quod agit; non tamen poteſt percipere, quod ab alijs agitur, cùm mutus, & ſigna videre nequeat, vt patet ex ijs, quæ habentur ex Panor. Anton. de Butr. & alijs in c. cum apud, de ſponſalib. & Sanch. lib. 1. de matr. diſp. 8. num. 13.

Tertia Concluſio.

Mutus tantùm poteſt ſocietatem, & alios contractus celebrare. Hæc cõ-
16 cluſio eſt Felic. d. cap. 7. ſub num. 2. & aliorum. Probatur quia mutus tantùm non ſolùm intelligit, quod agit; verum etiam percipit, quod ab alijs agitur, & ſignis, ac nutibus poteſt explicare omnes contractus, qui ſolo conſenſu perficiuntur, vt in potioribus terminis docet Panor. in c. cum apud, de ſponſal. & facit tex. in l. item quia conuentiones, §. 1. ibi, *mutus paciſci poteſt*, ff. de pact.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum ha-
17 beat non ſolùm in muto ex accidenti, verùm etiam in muto tantùm à natura. Etenim quamuis non poſsit dari ſurdus à natura, quin etiam ſit mutus, vt ſupra oſtendimus; nihilominus poteſt dari mutus tantùm à natura, qui tamen non ſit ſurdus, vt
18 habetur in l. diſcretis in fin. C. qui teſtam. fac. poſſ. qua propter is non ſolùm poteſt intelligere quod agit, verùm etiam; & percipere, quod ab alijs agitur. Hinc legitur apud Herodotum, lib. 1. & Gellium lib. 5. cap. 6. de Cræſi filio, qui cùm mutus à puero fuiſſet, articulatè ad hoſtis impetum exclamauit. Et quidam Sannius Athleta, cùm antea non loqueretur, ob ſimilem cauſam loqui cæpit, qui id nunquam potuiſſet, niſi auditu prius ſermonem accepiſſet, ac didiciſſet.

Secundò ampliatur, vt mutus tantùm ſi-
19 ue ex accidenti, ſiue à natura non ſolùm poſsit ſocietatem, & alios contractus celebrare, qui conſenſu perficiuntur, verum etiam teſtamentum condere, codicillos conficere, ac mortis cauſa donare, vt in d. l. diſcretis, C. qui teſtam. fac. poſſ. quod tamẽ verum eſt ſi talis mutus ſciat ſcribere, vt in d. l. diſcretis. Siquidem intelligit quod ipſe agit, & quod ab alijs agitur, vt ſupra diximus. Et eadem ratione poteſt eſſe teſtis, vt diximus concluſ. præced. limit. 1. in fin. & multò magis poteſt matrimonium contrahere, iuxta ea, quæ habentur in c. cũ apud, & ibi Doctor. de ſponſ.

Tertiò ampliatur, vt quæ diximus de
20 muto maſculo, extendantur ad fœminam: ſiquidem mutus tantum ex accidenti, vel à natura, ſiue maſculus ſit, ſiue fœmina, ſi ſtatuto aliquo non impediatur, poteſt contractus omnes, atque ideò ſocietatem contrahere, matrimonium coire, teſtamentum condere, ſi ſciat ſcribere, & teſtis eſſe, iuxta, quæ ſupra adnotauimus: quoniam mutus tantùm ſiue maſculus ſit, ſiue fœmina non ſolùm intelligit, quòd agit; verum etiam & percipit, quod ab alijs agitur.

Quartò ampliatur, vt muti tantùm poſ-
21 ſint ſocietatem contrahere ſi auditum habeant, etiam ſi cæci ſint: ſiquidem hi quoque intelligunt quod agunt; & poſſunt percipere per auditum, quod ab alijs agitur: qua ratione poſſunt matrimonium quoque contrahere, & omnes alios contractus, qui conſenſu perficiuntur, vt patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus. Non tamen muti, & cæci poſſunt teſtamentum condere, eo quòd non valent ſcribere, vt colligitur ex tex. in d. l. diſcretis, C. qui teſtam. facer. poſſ. nec ſeruare requiſita ad cæci teſtamentum, de quibus in l. hac cõſultiſſima, C. eod. tit.

Sic ampliata limitatur eadem conclu-
22 ſio, vt mutus tantùm licèt poſsit contrahere ſocietatem, & omnes alios contractus qui ſolo conſenſu perficiuntur; nihi-

lominus non poteſt eos contractus celebrare, qui conficiuntur verbis, qualis eſt ſtipulatio, ſiquidem mutus non poteſt articulare verba proferre, quamuis audiat, vt in l. 1. ff. de verb. obligat. nec etiam teſtis eſſe poteſt, nec teſtamentum condere, niſi ſciat ſcribere, vt ſupra diximus, ampl. 2.

Secundò limitatur concluſio, vt locum habeat in illo tantùm muto, qui ſuum
23 conſenſum aliquo modo explicare valeat, ſuamque voluntatem manifeſtare: aliàs ſi eſſet adeò rudis, contrahere non poſſet; ſed potius curatore prouidendum eſſet, iuxta ea, quæ habentur ex Rip. in l. 1. num. 7. ff. de verb. obligat. & in ſpecie Felic. de ſociet. cap. 7. num. 3.

Quarta Concluſio.

Surdus ex accidenti, cui morbus poſtea ſuperueniens auditum tantùm
24 abſtulit, poteſt ſocietatem, & omnes alios contractus celebrare, qui non modò conſenſu; verum etiam; & verbis perficiuntur: ſiquidem is intelligit, quod agit, & nutibus ac ſignis poteſt percipere, quod ab alijs agitur, quæ ſatis ſunt ad celebrandos contractus, qui conſenſu perficiuntur: & cùm loquelam habeat, poterit quoque illos contractus coire, qui ad eorum conſtitutionem verba expoſtulant, qualis eſt ſtipulatio, vt in l. 1. ff. de verb. obligat. Confirmatur, quoniam ſurdus tantùm ex
25 accidenti poteſt teſtamentum condere, quod eſt difficilius, & id etiam ſi neſciat ſcribere, vt in d. l. diſcretis, C. qui teſtam. fac. poſſ. ergo multò magis poteſt contrahere, quod eſt minus, vt habetur per Tuſch. in ver. Mutus, concl. 440. in fin.

Dixi *Surdus ex accidenti*: quoniam aliter dicendum eſt de ſurdo à natura; quo-
26 niam non datur ſurdus à natura, qui non ſit etiam mutus, vt ſupra oſtendimus, & ideò de huiuſmodi ſurdo eadem dicuntur, quæ ſupra diximus de muto, & ſurdo à natura, vt in concl. 1. per totam. Imò ſi ſurdus tantùm ex accidenti fit etiam cæcus, illum arbitror non poſſe ſocietatem, & alios contractus celebrare, quoniam is licèt intelligat, quod agit; non tamen intelligit, quod ab alijs agitur, cùm nutus, & ſigna præ cæcitate percipere non poſſit. Sicut de ſurdo, & cæco à natiuitate loquens Sanch. lib. 1. de matr. diſp. 8. ſub num. 13. in fin. negat eum poſſe matrimonium contrahere: quoniam is nec ſigna, nec verba percipere poteſt.

An mulier ſocietatis contractum celebrare poſſit, Q. V.

SVMMARIVM.

1 *Mulier maior de iure ſocietatis contractum coire poteſt; ſicut & alios contractus celebrare.*

2 *Mulier poteſt ſocietatem coire etiam cum proprio viro, & ipſius conſanguineis.*

3 *Vxor quamuis teneatur operari viro quoad obſequia matrimonialia; nihilominus quæſita per eam in mercatura, aut in arte aliqua, ſua ſibi facit.*

4 *Vxor non ſolùm expreſſè, ſed etiam tacitè poteſt ſocietatem contrahere.*

5 *Mulier maior 25. de iure poteſt contrahere omnes, & quaſtunque ſocietates, etiam Officiorum Rom. C. & citra ſolemnitates aliquas.*

6 *Mulier, attento iure Municipali, non poteſt ſocietatem, & alios contractus celebrare vltra ſolemnitates ſtatutarias.*

7 *Mulier non poteſt officia Rom. C. emere, & ſuper illis ſocietatem contrahere.*

8 *Mulier Calfurnia fuit in cauſa, vt fœminæ ab officijs publicis arceantur.*

9 *Mulier maior quamuis de iure ſocietatem contrahere poſſit; non illam cum patre coire poteſt, etiam ſi ſit nupta.*

10 *Mulier nupta adhuc remanet in poteſtate patris.*

11 *Obligatio ciuilis non datur inter patrem, & filium ſub patria poteſtate conſtitutum.*

12 *Mulier maior, quamuis de iure communi non prohibeatur contrahere; de iure tamen municipali in multis locis prohibetur, niſi certæ concurrant ſolemnitates.*

13 *Mulier in Vrbe non poteſt contrahere citra cauſæ cognitionem, Iudicis decretum, & duorum conſanguineorum interuentum.*

14 *Mulieris contractus citra ſolemnitates ſtatutarias eſt validus, ſi ſit ſibi vtilis, vel ex cauſa neceſſaria initus.*

15 *Mulier ſi per contractum ab ea initum remanet indotata in totum, vel pro dimidia parte dotis, nullus erit contractus; etiam ſi in eo interueniant municipales ſolemnitates.*

16 *Mulieres in Regno Neap. nulliter contrahunt citra conſenſum mundualdi; etiam ſi illi renunciauerint.*

17 *Lex*

17 *Lex prohibens contractum citra conſenſum alicuius, extenditur ad teſtamentum.*
18 *Mulier dans pecunias ſuas ad ſocietatem officiorum, mediante perſona viri, validè contraxit citra alias ſolemnitates.*
19 *Mulier in Hiſpania lege Regia non poteſt contrahere citra licentiam viri, ſicut apud Burgundos, Bituricenſes, & Pictonen atque adeò in dictis locis mulier nupta citra viri licentiam nulliter contraheret ſocietatem.*
20 *Cenſus conſtitutio eſt alienatio.*
21 *Mulier ſi contrahat, non adhibitis ſtatutarijs ſolemnitatibus, cum altera muliere, ſi altera earum læſa appareat, reſtituitur.*
22 *Priuilegiati pariter ſi concurrant, potior eſt conditio eius, qui in contractu læſus apparet.*
23 *Contractus nullitatem licèt non poſſit obijcere tertius, obijcere poteſt tamen hæres.*
24 *Hæres repræſentat perſonam Defuncti.*
25 *Mulier læſa reſtituitur aduerſus minorem, & è conuerſo.*

AD tituli huius quæſtionis explicationem eſt adnot. quòd hoc loco nos non loquimur de muliere minori 25. annis, quæ de iure dicuntur ſimpliciter minor; ſicut & maſculi quoque non habentes 25. annos de iure dicuntur ſimpliciter minores, de quibus latè ſupra egimus q. 1. Sed controuerſia noſtra eſt de mulieri maiori 25. annis, quæ de iure appellatur maior: aut de maiori 18. annis, quæ in multis locis municipali iure conſtituitur maior; ſicut & maſculi eandem ætatem habentes decernuntur maiores.

Secundò eſt adnot. quòd hæc controuerſia poteſt dupliciter diſputari. Primò ſecundùm iuris ciuilis, & canonici diſpoſitionem. Secundò iuxta municipalia ſtatuta. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima concluſio.

MVlier de iure ſocietatis contractum coire poteſt. Hæc concluſio eſt
1 communis, vt habetur ex Petr. de Vbald. in ſuo tract. de duob. fratribus q. 1. num. 5. circa fin. & ex alijs apud Felic. de ſociet. cap. 3. num. 4. Probatur apertè ex tex. in l. alimenta, §. fin. ff. de alim. & cib. legat. & in l. ex diuerſo, §. 2. ff. ſol. matr. Confirmatur, quoniam mulieres maiores 25. annis de iure poſſunt emere, vendere, locare, & alios contractus celebrare, nec vlla requiritur forma, ſeu ſolemnitas in earum contractibus celebrandis, vt in l. ſi velles, C. de reuoc. donat. Bero. conſ. 176. num. 45. vol. 1. Surd. conſ. 567. num. 9. vol. 3. Pariſ. conſ. 33. num. 16. & ſeq. conſ. 98. num. 61. & conſ. 91. num. 51. vol. 1. imò & mercaturam exercere poſſunt, vt habetur ex Petr. de Vbald. loco citato, circa med. & Strach. de mercator. q. 3. num. 38. Quod etiam ſatis quoque colligitur ex ijs, quæ reſoluta fuerunt per Rot. Genuenſ. deciſ. 28. num. 3. in fin. per quam fuit deciſum, vt mulieri negotianti debeatur intereſſe: ſi ergo mulieres poſſunt contrahere, & mercaturam de iure exercere; conſequenter fit, vt poſſint quoque ſocietatem coire: ſiquidem ſocietas eſt verè, ac propriè contractus, vt ſupra oſtendimus, cap. 2. q. 1. & vt plurimū in ſocietate mercatura exercetur, vt ſuo loco latius dicemus, de ſocietate negotiationis agentes, lib. 2. cap.

Ampliatur hæc concluſio, vt de iure
2 mulier maior 25. non ſolùm cum extraneis contrahere valeat; verum etiam cum eiuſdem conſanguineis, & affinibus, ac etiam cum eius viro, vt habetur per Doctores ſupra citatos cum alijs, quos allegant: ſiquidem cum eiuſmodi perſonis de iure prohibita non reperitur ſocietas; ergo cenſetur permiſſa, arg. eorum quæ habentur in c. cum apud, & ibi Anton. de Butr. & alii, de ſponſalib. imò quòd poſsit mulier cum eius viro ſocietatem coire, eſt tex. in d. l. alimenta, §. fin. ff. de alim. & cib. legat. vxor enim quamuis teneatur ope-
3 rari viro quoad obſequia matrimonialia, vt in l. ſicut, ff. de operib. libert. nihilominus quæſita per eam in negotiatione, aut in arte aliqua cuius peritiam habeat, ſua ſibi facit; atque ideò ſuper his ſocietatē contrahere poteſt, vt habetur per Petr. de Vbald. loco ſupra relato, Menoch. conſ. 154. num. 15. lib. 2. & alios apud Felic. de ſociet. cap. 3. ſub num. 5. Imò vxor non tantùm expreſsè poteſt cum eius viro ſocietatem contrahere, vt in d. l. alimenta, §. fin.
4 & l. actione, §. fin. ff. pro ſoc. ſed etiam tacitè. Etenim vxor licèt de iure ex ſola cohabitatione viri, & vxoris non cenſeatur tacitè contracta inter eos ſocietas ſuper bonis acquirendis, vt ex communi Doctorum ſententia docet Couar. in epit. de matr. p. 2. c. 7. §. 1. num. 5. Molin. de contr. diſp. 413. ſub num. 6. Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 18. q. 1. & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 7. q. 4. num. 140.

Si

Si tamen vxor exerceat artem aliquam, aut negotiationem, tunc ex cohabitatione censetur contracta tacita ſocietas inter virum, & vxorem ſuper bonis acquirendis, vt habetur ex Felic. loco citato, ſub num. 6. ad quod allegat tex. in d. l. ex diuerſo, §. item ſi mulier, ff. ſolut. matr. Quiquidem textus re vera nullam mentionem facit de arte, ſeu negotiatione vxoris, & tamen vir appellat eam ſociam. Vndè contra Felic. dicamus, quòd & ſi tacitè contrahi poſſit ſocietas inter virum, & vxorem, ſi vir, & vxor omnia ipſis obuenientia communicent ambo negotiantes, aut artem aliquam exercentes, & cætera huiuſmodi, accedente ſimultanea cohabitatione, vt patet ex ijs, quæ docet Molin. de contr. diſp. 421. num. 2. & 3. & Tuſch. ver. Societas, concl. 306. num. 57. & 60. nihilominus de iure ex habitatione viri, & vxoris non cēſeri tacitè coitam ſocietatem, etiā ſi vxor artem aliquam, aut negotiationem exerceret, niſi actus etiam concurrant ſociales iuxta ea, quæ ſupra diximus: ſiquidem d. §. item ſi mulier, loquitur de ſocietate expreſsè contracta inter coniuges, vt ſuo loco latius, Deo duce, dicemus lib. 2. cap. 3. de ſocietate omnium bonorum iure municipali contracta inter eos.

Secundò ampliatur eadem concluſio, vt de iure poſsit mulier maior 25. annis con-
5 trahere omnes, & quaſcunque ſocietates, etiam officiorum Rom. Curiæ, nullis adhibitis ſolemnitatibus: quoniam de iure cōmuni talis mulier non prohibetur contrahere, nec vlla expoſtulatur forma, ſeù ſolemnitas in eius contractibus ineundis, etiam ſi virum non habeat, vt eſt tex. in l. velles, C. de reuocand. donat. Surd. conſ. 367. num. 9. vol. 3. cum alijs, quos ſupra retulimus ad probandam concluſionem; ergo poteſt de iure contrahere omnes, & quaſcunque ſocietates, etiam officiorum Rom. Curiæ citra ſolemnitatem aliquam; ſiquidem omnis ſocietas eſt contractus, vt ſæpè diximus. Imò attento iure communi, mulier non ſolùm contrahere poſſet ſocietatem officiorum citra ſolemnitates aliquas dando ſuas pecunias officiali, verum etiam recipiendo illas ad ſocietatem officij, nam, licèt Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 12. num. 10. & Zach. eod. tract. num. 194. prædictis caſibus exigant ſo-
6 lemnitates, non loquantur, attento iure communi; ſed attento municipali iure, de quo infra dicemus, concl. ſeq. Non tamen poſſet mulier officia Rom. Curiæ emere, & ſuper eis ſocietatem cum alijs coire: quo-
7 niam de iure mulieres prohibentur officia emere; illa maximè, quæ adminiſtrationem habent annexam, l. cùm prætor, §. fin. ff. de iudic. Et id non quia fœminæ non habeant animi iudicium, ſed quia moribus introductum eſt, vt fœminæ ab
8 omnibus officijs ciuilibus, vel publicis arceantur, vt in l. 1. ff. ad Velleian. l. fœminæ, & §. impubes vbi Dec. ff. de regul. iur. Propter honeſtatem enim fuit ſtatutum, ne mulieres virilibus officijs implicentur, vt in l. 1. §. ſexū, ff. de poſtul. vbi ſe habēt, quòd cauſam huiuſmodi edicto dedit Carfunia improbiſsima fœmina, quæ inuerecundè poſtulans Magiſtratum inquietabat.

Sic ampliata limitatur hæc ipſa concluſio, vt quamuis mulier maior 25. annis
9 de iure ſocietatem contrahere poſsit; non tamen huiuſmodi contractum inire poteſt cum eius patre, etiam quod virum habeat, ſiquidem mulieres nuptæ remanent in
10 poteſtate patris, at filius in poteſtate conſtitutus non poteſt cum patre contrahere, vt per Bart. in l. ſi quis pro eo, §. 1. in fin. ff. de fideiuſ. & alios apud Felic. de ſociet. cap. 6. num. 5. Etenim inter patrem, & fi-
11 lium ſub patria poteſtate conſtitutum, non datur ciuilis obligatio, vt in l. frater à fratre, §. quantum, ff. de condic. indeb. atque adeò non datur actio, d. actiones, ff. de action. & obligat. nec lis conſiſtere poteſt, l. lis nulla, ff. de iudic. Quod tamen quomodo procedat, infra, Deo duce, latius dicemus, q. ſeq.

Secunda concluſio.

MVlier maior 25. annis quamuis de iure communi nō prohibeatur ſo-
12 cietatem contrahere; de iure tamen municipali in multis locis prohibetur, niſi certæ concurrant ſolemnitates. Hæc concluſio eſt Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 12. num. 10. Zachleo. tract. num. 190. cum plurib. ſeq. & aliorum. Etenim in multis Ciuitatibus, & Prouincijs municipali iure prohibetur mulieribus contrahere ſimpliciter, non adhibitis municipalibus, ac ſtatutarijs ſolemnitatibus, vt infra dicemus; ergo eiſdem prohibitum quoque cenſetur ſocietatem contrahere: ſiquidem ſocietas eſt verè, ac propriè cōtractus, vt ſæpè diximus.

Ex hoc infertur primò, quòd Romæ
13 cùm ſtatuto caueatur cap. 25. lib. 2. vt

nul-

nullius momenti ſit contractus à muliere
celebratus citrà cauſæ cognitionem, Iudi-
cis decretum, & duorum conſanguineorũ
interuentum, ſi mulier ſocietatem contra-
hat citra ſupradictas ſolemnitates, ſocieta-
tis contractus erit nullius momenti; vndè
ex defectu dictarum ſolemnitatum fuit de-
claratus nullus cenſus conſtitutus à qua-
dam muliere in Vrbe per Rotam Rom. de-
ciſ. 31. num. 3. quæ eſt ſub dicto num. 31.
impreſſa poſt noſtra Commentaria in Ex-
trauag. Pij Papæ V. in illis verbis, *Apparet
enim impoſitionem cenſus fuiſſe nullam vti
factam à Domina Dianora muliere abſque
duorum coniunctis, ſine decreto iudicis, &
cauſæ cognitione, prout ſtatutum Vrbis, c. 151
lib. 1. mandat obſeruari ſub pæna nullitatis.*
In terminis autem ſocietatis extat alia Ro-
tæ deciſ. 3. num. 17. poſt Zach. tract. de ſo-
ciet. offic. impreſſa; per quam fuit declara-
ta inualida ſocietas inita cum quadam mu
liere, quæ recepit pecunias ad ſocietatem
officij, non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatu-
tarijs Vrbis, & præſertim recognoſcendo
bonam fidem.
Eſt tamen verum quod quando ſocietas
14 eſt vtilis mulieri, vel facta ex cauſa neceſſa
ria, tunc ſi ſocietatem contrahat citra ſo-
lemnitates ſtatutarias erit valida. Vndè
mulier ſi ex pecunijs acceptis ad ſocietatẽ
extinſit debitum maioris intereſſe, aut alio
modo fuerit effecta locupletior, tunc ſocie-
tas huiuſmodi ſubſiſteret, etiam ſi adhibi-
tæ non fuerint ſtatutariæ ſolemnitates, vt
habetur ex ijs, quæ tradita fuerunt per
Lamber. in ſuo tract. de contract. mulier.
num. 165. & ſeq. Soc. conſ. 80. num. 12. vol.
4. Tiraq. de legib. conub. gloſ. 8. num. 62. &
facit tex. in l. cùm hi, §. eam tranſactionem
ff. de tranſact. Confirmatur, quia licèt con-
tractus cenſualis à muliere celebratus ci-
trà ſolemnitates ſtatutarias ſit nullus; erit
tamen validus ſi cenſus conſtitutio appa-
reat illi euidenter vtilis, vt ſi cenſus conſti-
tuatur ad rationem quinque pro centena-
rio, pro extinguendo alio cenſu ad rationẽ
ſex, aut vltrà pro ſingulis centum quolibet
anno: aut cenſus fuerit à muliere conſti-
tutus ſuper eius fundo, etiam dotali pro
neceſſaria eiuſdem reparatione, aut ob aliã
cauſam, quæ perpetuam ipſius reſpiciat
vtilitatem, vt fuit reſolutum per Rot. Ro-
manam deciſ. 34. num. 5. poſt noſtra Com-
mentar. in Extrauag. Pij V. de cenſib. in
vna Maceratenſis cenſus, 14. Maij 1614. co-
ram R. P. D. Dunazet. & nos adnotauimus
in dictis commentarijs, §. 1. q. 20. in fine.

Sic etiam mulier ſi pecunias acceptas ad
ſocietatem officij, non ſeruatis ſolemnita-
tibus ſtatuti Vrbis, recognoſcendo bonam
fidem, expenderit ad ſuccurrendum neceſ-
ſitatibus proprijs, ac viri ſui, valida procul
dubio erit ſocietas, licèt ſtatutariæ ſolem-
nitates non fuerint ſeruatæ, vt in ſpecie fuit
reſolutum per Rotam ipſam deciſ. 67. poſt
Zach. tract. de ſociet. offic. in vna Romana
nullitatis contractus, 28. Febr. 1601. coram
R. P. D. Atrebaten. Quod tamen verùm eſt,
niſi mulier remaneret penitus indotata,
& ſine aliquibus bonis; vt habetur ex d.
decit. 67. num. 11. & Zach. in d. tract. de ſo-
ciet. ſub num. 195.
Imò ſi contractus ſocietatis celebratus
15 fuerit à muliere concurrentibus omnibus
ſupra relatis ſolemnitatibus municipali iu
re expoſtulatis, ſi per talem contractum
remaneat indotata in totum, vel pro dimi-
dia parte dotis, proculdubio erit inuali-
dus; Sicut inualidus eſt fideiuſſionis con-
tractus à muliere initus, quandò remanet
omninò indotata, vel medietas dotis non
remanet ſibi ſalua, etiam quòd interuene-
rint omnes ſtatutariæ ſolemnitates, iuxtà
deciſ. Theſaur. 223. num. 9. & 13. ità etiam
eo caſu nullus erit contractus ſocietatis:
ſiquidem eadem ratione contractus cenſua
lis irritus fuit declaratus, vt per Rotam
Rom. deciſ. 33. num. 5. poſt d. noſtra Com-
ment. impreſſa, & nos latè declarauimus
ibidem, §. 1. q. 20. num. 7. & 8.
Secundò infertur, quòd in noſtro Re-
16 gno Neapolitano mulieres, quæ dicunt vi-
uere Longobardorum iure, ſi nuptæ ſint,
cùm non poſsint tes proprias alienare ci-
tra couſenſum Mundualdi, & niſi præſen-
tes ſint duo conſanguinei ſaltem mulieris
alienantis, contractui: & ſi virum non ha-
beant, niſi accedat Mundualdi, ideſt proxi-
mioris conſanguinei conſenſus, vt habetur
ex Afflict. deciſ. 260. Si mulier ſocietatem
contrahat citra ſolemnitates prædictas, ſo-
cietatis contractus eſt nullius momenti;
ſiquidem in ſocietatis contractu interue-
nit bonorum alienatio, cum fiat eorum
commuuio, vt in l. 1. in fin ff. pro ſoc. & ſu-
pra diximus, q. 2. concl. 1. limit. vnica. Imò
mulier cùm de iure Longobardorum alie-
nare nequeat abſque prædictis ſolemnita-
tibus, citra illas nec taſtari quidem poteſt:
17 nam Lex prohibens contractum ſine con-
ſenſu alicuius extenditur ad teſtamentum,
ac ad diſpoſitionem in vltima voluntate,
vt in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Fe-
der. & habetur ex Afflict. in d. deciſ. 260.

Quæ

Quæ quidem vera ſunt, etiam ſi mulier
huiuſmodi fauori renunciauerit: quia cum
Lex Longobardorum prohibeat, & verer
verbis prohibitiuis, huic fauori introducto
per dictam legem non poteſt renunciari
per mulierem, in cuius fauorem hoc fuit
introductum: nec talis renunciatio iura-
menro firmatur, vt per Gloſ. in l. 1. C. de
fideiuſ. dot. & Afflict. loco citato, num. 9.
quamuis regulariter quilibet poſsit ſuo
fauori renunciare, vt in l. ſi quis in conſcri-
bendo, C. de pact. Quis autem dicatur mũ-
dualdus mulieris, an mulieris Pater, vel
fratrer, vel maritus, rectè declarat Luc. de
Pen. in l. quicunque in 1. Gloſ. C. de mi-
lit. lib. 12. quem referr Afflict. d. deciſ. 260.
in fine, vbi legitimum Mundualdum vxo-
ris, probat eſſe maritum. Hinc ait Zach.
tract. de ſociet. offic. nnm. 190. quòd quã-
uis mulier non poſsit dare ſuas pecunias
ad ſocietatem officiorum niſi præuijs ſo-
18 lẽnitatibus vrbis; nihilominus citra om-
nem difficultatem talem ſocietatem con-
traheret, ſi pecunias daret mediante per-
ſona viri, qui aſſerat pecunias eſſe vxoris,
& nomine illius contrahere: ſiquidem ſo-
cietates contractæ per virum nomine, &
de pecunia vxoris, dicuntur ad illam ſpe-
ctare, maximè quando fuit illi tradita poſ-
ſeſsio, vt extat deciſ. Rotæ Rom. 69. num.
2. & per totam, poſt eiuſdem Zach. tract. de
ſociet. in vna Romana pecuniaria, 14. De-
cembr. 1612. coram Emenentiſſ. Card.
Pomphilio. ad quod facit tex. in l. multum
intereſt, & ibi Caſtr. num. 4. verſ. Non ſe-
quatur poſſeſsio, &c. C. ſi quis alter. vel
ſibi.

Tertiò infertur, quòd lege Regia in Hi-
19 ſpania cùm ſit ſtaturum pariter, vr mulier
coniugata citra viri licentiam non poſsit
contrahere, vt teſtatur Felician. de Sol. to-
mo. 1. de cenſib. lib. 2. capit. 2. num. 23. vbi
idem quoque ſtatutum refert poſt alios
extare apud Burgundos, Bituricen, & Pi-
ctones, itat vt contractus aliter celebratus
ſit nullus, etiam ſi iuramentum interceſſe-
rit; ſi mulier nupta cnm aliquo ſocietatem
contrahat, nihil agit, quia vt ſæpè diximns
ſocietas eſt verè, & propriè conrractus. Hac
eadem ratione mulieres in Terris, in qui-
bus non poſſunt citra ſtatutarias ſolemni-
tates earum bona diſtrahere; non ſolùm
non poſſunt abſque illis ſocietatem coi-
20 re, quæ eſt alienationis ſpecies, vt ſupra
diximus; ſed nec etiam valent ſuper dictis
bonis cenſum conſtitnere: ſiquidem cen-
ſus conſtitutio dicitur etiã alienatio, vt nos
latè probauimus in noſtris cõmẽt. in Extra
uag. Pij V. de cẽſib. § 1. q. 20. num. 5. vbi pro
hac re adduximus deciſ. 31. num. 11. poſt
eadem comment. impreſſam: & id amplia-
uimus etiam ſi mulier pluries annuum re-
ditum ſoluerit, & contractum ratificaue-
rit; quia ſemper militat ratio imbecillita-
tis.

Adde, quòd contractus ſocietatis à mu-
21 liere celebratus, non adhibitis ſtatutarijs
ſolemnitatibus, eſt irritus, etiam ſi mulier
cum alia muliere ſocieratem contraxerit:
ſiquidem ſi altera appareat ex contractu
læſa, reſtituitur: ſiquidem inter duos æquè
priuilegiatos contrahentes, porior eſt cau-
22 ſa eius, qui in contractu inſimul iniro eſt
læſus, vt eſt tex. in c. auditis, de reſtit. in in-
tegr. l. fin. ff. ex quib. cauſ. maior. l. 1. C. ſi ad
uerſus Fiſc. Lambert. de contr. mulier. in
fin. num. 125. & ſeq. Confirmatur, quoniã
idem dicendum eſt, ſi mulier cnm muliere
citra huiuſmodi ſolemnitates cenſum con-
rrahat, vt extat deciſ. Rotæ Rom. deciſ. 18.
num. 6. poſt eadem noſtra commentar. im-
preſſa, & nos latè diximus ibidem, § 1. q.
19. num. 16. cum plur. ſeq. & q. 20. num. 10.
vbi etiam probauimus, num. 9. quòd de nul-
litate contractus his caſibus non tantùm
poteſt dicere mulier, verum etiam eius hæ-
23 res: licèt non poſsit tertius, ſeu ſingularis
ſucceſſor: ſiquidem nullitas conrractus,
quamuis non poſsit opponi, niſi ab ipſa
muliere contrahente, non autem à rertio,
per ea, quæ habentur per Oſaſc. deciſ. 94.
num. 3. nihilominus ſecus dicendum eſt de
hærede: ſiquidem hæres repreſentat perſo-
24 nam Defuncti, l. hæredes, C. ad Velleian. &
Saly. in l. ſciens, in vlt. not. eod. tit. Gabr.
conſ. 125. num. 6. lib. 1. & Lambert. de con-
tractib. mulier. in fin. num. 277. Quæ dixi-
25 mus de muliere contrahenre cum altera
muliere, vt læſa reſtituatur in integrum,
extendimus ad mulierem contrahente cũ
minore; quoniam ſi lædatur reſtituitur ad-
uerſus minorem; licèt minor ſit æquè pri-
uilegiatus: & è contra minor ſi eſt læſus à
muliere reſtiruitur aduerſus mulierem:
quoniam inter duos priuilegiatos potior
eſt conditio eius, qui apparet læſus, vt ſupra
diximus, & patet etiam ex ijs, quæ ſupra
adnotauimus, q. 2. concl. 2. ampl. 1.

An

An filius familias poſſit ſocietatem contrahere. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum peculium quatruplex, nempe caſtrenſe, quaſi caſtrenſe, aduentitium, & profectitium.*
2 *Peculium caſtrenſe quod nam ſit.*
3 *Peculium quaſi caſtrenſe quid.*
4 *Peculium aduentitium quid ſit.*
5 *Peculium profectitium in quibus bonis conſiſtat.*
6 *Filiusfamilias ſi maior ſit, poteſt ſocietatem contrahere.*
7 *Filiusfamilias quamuis ſit ſub patria poteſtate; de iure tamen obligatur ex omni contractu praterquam ex mutuo.*
8 *Filius familias maior poteſt contrahere ſocietatem tam cum conſenſu, quàm ſine conſenſu patris.*
9 *Filius familias ſi ſocietatem contrahat cum conſenſu patris, non ſolùm ipſe, ſed etiam pater remanet obligatus.*
10 *Filius familias poteſt ſocietatem contrahere cum fratre, qui non ſit ſub eadem poteſtate*
11 *Filius familias poteſt contrahere ſocietatem cum fratre etiam ſub eadem poteſtate conſtituto ſuper bonis caſtrenſibus, vel quaſi.*
12 *Filius familias quoad bona caſtrenſia, vel quaſi, ſe habet tanquam paterfamilias.*
13 *Fratres ſub patria poteſtate conſtituti poſſunt ſocietatem contrahere ſuper bonis aduentitijs.*
14 *Filius familias poteſt ſocietatem contrahere cum Matre, ſeruatis tamen ſolemnitatibus ſtatutarijs.*
15 *Mater non habet filios in poteſtate.*
16 *Filius poteſt ad libitum diſponere de bonis caſtrenſibus, vel quaſi.*
17 *Pater non tenetur pro contractu celebrato per filium.*
18 *Legitima debetur filio poſt mortem patris; niſi eam pater in vita illi aſſignauerit.*
19 *Pater obligatur ex contractu filij, cui peculium conceſſit, iuxta peculij quantitatem.*
20 *Pater in multis caſibus obligatur ex contractu filij.*
21 *Filius familias non habens in bonis an, & quando conueniatur de perſona.*
22 *Filiorum obligationes iure municipali in multis locis ſunt inualidæ.*
23 *Filius familias ex contractu ſocietatis non tenetur vltra vires.*
24 *Filius familias ita demum poteſt cum alijs ſocietatem coire, ſi illis de iure non ſit prohibitum.*
25 *Filius familias ſub patria poteſtate conſtitutus non poteſt cum patre ſocietatem contrahere.*
26 *Obligatio ciuilis inter patrem, & filium ſub patria poteſtate conſtitutum non datur.*
27 *Pater, & filius vna, & eadem perſona cenſentur.*
28 *Filius non poteſt contrahere ſocietatem cum Matre ſuper bonis dotalibus.*
29 *Filius ex legitima cauſa ſeorſim à patre habitans, poteſt ſocietatem coire tam cum patre, quàm cum fratribus.*
30 *Filius fam. ſuper bonis caſtrenſibus, vel quaſi poteſt ſocietatem coire non ſolùm cum fratribus, ſed etiam cum patre.*
31 *Filius poteſt cum patre contrahere ſuper bonis caſtrenſibus, vel quaſi, etiam ſi filius ſit prodigus, & talis mediante iudicis ſententia declaratus.*
32 *Pater eſt legitimus adminiſtrator bonorum filij.*
33 *Nullus melius conſilium accipit pro filio, quàm eius pater.*
34 *Filij perſona integratur per conſenſum patris.*
35 *Filius licèt vigore alicuius ſtatuti non poſſit citra certas ſolemnitates contrahere; abſque illis tamen poteſt cum patre contrahere.*
36 *Contractus inter patrem, & filium non ſubſiſtit, ſi euidenter conſtet eſſe in damnum filij.*
37 *Filius poteſt cum patre, & fratribus ſocietatem coire non ſolùm ſuper bonis caſtrenſibus, ſeu quaſi; ſed etiam ſuper bonis emptis ex eis.*
38 *Bona acquiſita ex bonis caſtrenſibus, vel quaſi, dicuntur etiam bona caſtrenſia, ſeu quaſi caſtrenſia.*
39 *Filius poteſt cum patre, & fratribus contrahere ſuper bonis aduentitijs, quorum fructus non acquiritur patri.*
40 *Bonorum aduentitiorum Clerici, patri fructus non debentur.*
41 *Obligatio non tantùm naturalis, ſed etiam ciuilis oritur inter patrem, & filium ex contractu ſuper bonis caſtrenſibus, ſeu quaſi, vel aduentitijs, quorum fructus non acquiruntur patri.*
42 *Filius fam. an coire poſſit ſocietatem cum patre ſuper bonis aduentitijs, quorum fructus ipſi patri non acquiruntur.*

43 *Pater ex iuſta cauſa poteſt; bona aduentitia alienare, etiam contradicente filio, & citra omne iudicis decretum.*

44 *Pater eſt legitimus adminiſtrator bonorum filij: non tamen adminiſtrationis ſuæ tenetur rationem reddere.*

45 *Alienatio fit in ſocietatem, cùm in ea fiat bonorum communicatio.*

46 *Societas ſi contrahatur inter patrem, & filium cum pecunia ipſius patris communi periculo, quæſita ex ea veniunt diuidenda communiter pro æquali portione, vel ad arbitrium boni viri.*

47 *Bona quæſita per filium ex pecunia patris ex propria induſtria ipſius filij, cui nam acquirantur.*

48 *Obligatio ciuilis inter patrem, & filium licèt non detur de iure Ciuili: datur tamen de iure canonico: & conceſſo quod eo iure non daretur, poteſt tamen implorari manus Regia.*

49 *Societas inter patrem, & filium an contrahi poſſit ſuper bonis profectitijs.*

50 *Bona quæſita per filium ex pecunia patris, an & quando querantur filio, vel patri.*

AD euidentiam eorum, quæ in hac re dicenda erunt, eſt adnot. quòd in hac controuerſia non agimus de filijs emancipatis, vel de ijs, qui propter dignitatem aliquam, aut ex alia cauſa facti ſunt ſui iuris: certum eſt enim, eoſcùm eorum bonorum liberam adminiſtrationem habeāt, ſi maiores ſint, poſſe ſimpliciter ſocietatem, & quoſcunque alios contractus celebrare; ſed loquimur de filijs familias, qui ſub patris poteſtate ſunt. Nec quæſtio noſtra eſt de filijs familias ſub patria poteſtate exiſtentibus, minoribus, ſiue impuberes ſint, ſiue puberes, qui non excedentes 25. annum, de iure ciuili, aut 18. de iure municipali minores appellantur: ſiquidem de ijs ſufficienter ſupra egimus, q. 1. & 2. ſed controuerſia nobis eſt de filijs familias maioribus, qui tales dicuntur de iure ciuili quando excedunt 25. annum: vel de iure municipali cum ad 18. peruenerint, aut vltra, vel citra iuxta vniuſcuiuſque Regionis municipales leges; de quibus ſupra quoque agimus d. q. 2. De his igitur ſermo nobis eſt, & de huiuſmodi filijs familias hic queritur an poſsint ſocietatem contrahere.

Secundò eſt adnot, quòd hęc quæſtio poteſt diſputari tripliciter. primò an filius familias ſub patria poteſtate conſtitutus poſſit cum extraneis ſocietatem contrahere: ſecundò an cum fratribus, & tertiò an cum eius Parentibus.

Tertiò eſt adnot. quòd filij familias ma-
1 iores, qui ſub patris poteſtate ſunt conſtituti, quidam peculium habēt: quidam, verò peculio carent. Eſt autem filiorum peculiū quatruplex, nempè caſtrenſe quaſi caſtrēſe, aduētitium, & profectitiū. Caſtrēſe peculiū ſunt bona caſtrenſia, quæ à filio acquirun-
2 tur in Bello, aut quocunque alio modo ratione militiæ donata, vel quæſita fuerint; ſiue ipſi filio data ſint à Patre, ſiue à Matre, aut à quocūque alio, vt in l. mulier, §. miles, & l. caſtrēſe, ff. de caſtr. pecul. vndè inter caſtrēſia bona nō ſolùm cōnumerantur equi, arma, pecuniæ, & aliæ res militiæ ſūptibus deſeruiētes; verū etiā, & hæreditas, ac legata contēplatione militię filijs familias relicta, vt rectè declarat Molin. tom. 1. de Iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 230. & ſeq. & Say. lib. 9. Clau. Reg. cap. 16. num. 15. cum plur. ſeq. & alij. Non tamen bona immobilia elargita à Patre filio ad bellum eunti inter caſtrenſia connumerantur, vt in l. 1. C. de caſtr. pecul. Sicut nec mobilia quidē donata ab ipſo Patre filio à bello reuerſo, l. pater militi, ff. eod.
3 Peculeū verò quaſi caſtrēſe ſunt bona quę à filio acquiruntur ex aduocatione, l. aduocatos, C. de aduocat. diuerſ. iudic. Itē quæſita à Iuriſc. Iudicibus, Theologis, Medicis, Notarijs, & ab alijs profeſſoribus alicuius ex ſeptē artibus liberalibus eorum munerū contēplatione; ſiue à parētibus fuerint elargita; ſiuè à quocunque alio, vt habetur ex Molin. & Say. quos ſupra retulimus, & latè Molſ. par. 2. ſuæ ſum. tract. 12. cap. 2. à num. 25. ad 39. Itē bona quaſi caſtrenſia dicūtur quæ filiofamilias à Rege, aut à Regina donātur, & in Palatio, ac in Regis ſeruitio acquiruntur, l. cū multa, C. de bon. quæ liber. Inter bona quaſi caſtrenſia quoque annumerātur, quæ à clericis clericalis muneris, ac beneficij etiā curati contemplatione acquirūtur, vt cōtra nō nullos relatos à Say. loco citato ſub nu. 16. docet Nauar. in Man. cap. 17. num. 142. vbi etiā docet omnia alia bona clerico poſt clericatum quæſita, eſſe quaſi caſtrenſia, vt in auth. presbiteros, C. de epiſc. & cler. Hoſtien. Panor. & alij in c. quia nos, de teſtib. & in c. conſtitutus, de reſtit. in integr. ſunt denique non nulla alia bona inter quaſi caſtrenſia connumerata, de quibus Ludouic. de Auend. in ſuo tract. de cenſib. Hiſpan. cap. 80. num. 8. Pecu-
4 lium autem aduentitium ſunt bona aduentitia, quæ filiofamilias adueniunt, vel ex proſpera fortuna, & aliunde quàm ex bonis paternis, & ob gratiam

illius

illius principaliter, vt ſunt bona filio quæ-
ſita hæreditario iure à Matre, Auia mater-
na, cognatis, amicis, & à quocunque alio
extraneo: vel bona, quæ filio obueniunt ex
propria eius induſtria, labore, vel quocun-
que alio modo, vt in l. cùm oportet, C. de
bon. quæ liber. & §. igitur, in Inſtit. per quas
perſon. nob. acquir. Profectitium denique
peculium ſunt quæſita per filium ex bonis
5 paternis, aut eorum occaſione, & omne
quod acquiritur filio contemplatione Pa-
tris, vt cauſæ proximæ, vt rectè declarat
Lud. de Auend. loco citato, ſub num. 1.
His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima Concluſio:

Filius familias ſub patria poteſtate con-
6 ſtitutus ſi maior ſit iuxta iuris com-
munis, aut Municipalium legum diſpoſi-
tionem, poteſt cum extraneis ſocietatem
contrahere. Hæc concluſio eſt commu-
nis, & eam tenet Felic. in ſuo tract. de ſo-
ciet. cap. 6. num. 28. & alij. Probatur, quo-
7 niam filiusfamilias quamuis ſit ſub patris
poteſtate; nihilominus de iure poteſt ſe
obligare ex omni contractu, præterquam
ex mutuo, vt in l. tam ex contractibus, ff. de
iud. l. filiusfamilias, la 2. ff. de action. & ob-
lig. l. quoties, ff. de noxal. action. Decian.
conſ. 11. num. 2. lib. 1. Pariſ. conſ. 94. num. 2.
lib. 2. Molin. de contr. diſp. 261. ſub num. 5.
ergo filius familias ſub patris poteſtate
conſtitutus poteſt ex ſocietatis contractu
ſe obligare, atque adeò ſocietatem contra-
here: ſiquidem ſocietas eſt verè, ac propriè
contractus, vt oſtendimus ſupra cap. 2. q. 1.
Confirmatur hæc eadem concluſio ex tex.
in l. ſi id quod, §. ſi filiusfamilias, ff. pro ſoc.
vbi in ſpecie habetur, quòd pro contractu
ſocietatis celebrato per filiumfamilias ſub
patria poteſtate conſtitutum, datur actio
contra ipſum filium: poteſt ergo filiusfam.
ſub patris poteſtate exiſtens ſocietatem
contrahere.

Ampliatur hæc concluſio, vt vera ſit, ſi-
8 ue filius cum patris conſenſu, ſiue citra
patris beneplacitum ſocietatem contraxe-
rit; quoniam talis contractus ſubſiſteret,
vt per Molin. loco citato, dicentem, filium
familias ſub poteſtate poſſe quemcunque
contractum celebrare, & ex eo obligari,
præterquam ex mutuo, etiam citra patris
conſenſum.

Secundò ampliatur, vt filius ſub poteſta-
9 te patris conſtitutus adeò ſocietatem cum
extraneo contrahere valeat, vt ſi accedat
Patris conſenſus expreſſus, vel tacitus, non
ſolùm ipſe filius, verùm etiam & pater ex
tali contractu remaneat obligatus: deobli-
gatur tamen pater in futurum, ſi filium
emancipet in ſocietate perſeuerantem, vt
in d. l. ſi id quod, §. ſi filiusfamilias, ff. pro
ſoc.

Tertiò ampliatur, vt filiusfamilias ſub
10 poteſtate vt ſupra, poſsit etiam ſocietatem
contrahere cum fratre, qui non ſit ſub ea-
dem poteſtate: nam is ſe habet ac ſi eſſet
extraneus, l. fin. C. de in ius vocan. Imò
11 quamuis vterquæ frater eſſet ſub eadem
poteſtate; nihilominus ſocietas inter eos
contracta ſuper bonis caſtrenſibus, aut
quaſi caſtrenſibus eſt valida: ſiquidem
quoad huiuſmodi bona filijfamilias ſe ha-
12 bent tanquam patresfamilias, & de eis poſ-
ſunt ad libitum diſponere, vt in l. 2. & ibi
Doct. ff. ad ſenatuſc. Macedon. & infra la-
tius dicemus. Idem dicendum eſt, ſi fratres
ſub poteſtate patria exiſtentes ſocietatem
13 contrahant ſuper bonis aduentitijs: ſiqui-
dem fratres quoad proprietates acquiren-
das, & augendas poſſunt inſimul conueni-
re, qualiter inter eos ſint diuidenda, ſalua
acquiſitione Patri facienda de vſufr. vt pa-
tet ex traditis per Cephal. conſil. 775. vbi
conſuluit, acquiſitionem proprietatis eſſe
inter filios operantes diuidendam in capi-
ta, licèt vſusfructus pertineat ad patrem,
à quo ſit communicandus cum eius fratre,
vt rectè in terminis noſtris declarat Feli-
cius. de ſociet. cap 6. ſub n. 26. & ſeq.

Quartò ampliatur dicta concluſio, vt fi-
14 lius ſub patria poteſtate conſtitutus poſsit
ſocietatem contrahere etiam cum Matre,
ſeruatis tamen ſolénitatibus, ſtatutarijs, de
quibus ſupra egimus, q. præcedenti. Ete-
15 nim Mater non habet filios in poteſtate,
vt in §. fœmina, in Inſtit. de adopt. Nec de
iure prohibitum reperitur filijs cum ma-
tre contractus celebrare: ergo & poteſt fi-
liusfamilias ſub poteſtate patris exiſtens
cum matre ſocietatem contrahere, ſuper
bonis maximè caſtrenſibus, vel quaſi ca-
ſtrenſibus, & ſuper bonis præſertim, quæ
mater habet ſupra dotem: ſiquidem filius
16 de bonis caſtrenſibus, vel quaſi, poteſt ad
libitum diſponere, ac ſi paterfamilias eſſet,
vt ſupra diximus: & vxor de bonis ſupra
dotem poteſt quoque ad ſui libitum diſpo-
nere, nec maritus ſuper illis ius aliquod
habet.

Sic ampliata limitatur eadem conclu-
17 ſio, vt licèt filiusfamilias ſub patria pote-

ſtate conſtitutus poſsit cum fratribus,ma-
tre, aq. cum extraneis ſocietatem contra-
here,vtſupra; nihilominus ſi non habeat in
bonis pro implemento contractus, pater
non tenetur; ſiquidem regulariter pater
non tenetur pro contractu filij, vt extat tit.
C.ne fil.pro patr.quod verum eſſe ait Bart.
in l.ſticho,ff.de pœn. etiam reſpectu legiti-
mæ; quoniam legitima debetur filio poſt
18 mortem patris; niſi eam pater filio in vita
aſsignauerit: tunc enim ſuper eadem poſ-
ſet cum quocunque contrahere,cùm in ea
hoc caſu plenum ius habeat,& perinde eſt,
ac ſi eſſet paterfamilias,vt per Bald.in l. cũ
oportet,§.non autem,in fin.C.de bon.quę
lib. Iaſon. in l.frater à fratre,num.23. ff.de
cond.indeb.Idem dicendum eſt,ſi filio ſub
19 patria poteſtate conſtituto pater peculium
conceſſerit: quoniam eo caſu ex filij con-
tractu obligatur pater iuxtà peculij quan-
titatem,§.actiones in Inſt.de action.l.1. &
ſeq.vbi Bart.ff.de pecul. Iaſon.in d.frater à
fratre,num.9.vbi etiam Cagn. ff. de cond.
indeb. Quod tamen quomodò procedat,
rectè declarat Felic. loco citato, ſub num.
35.cum plur.ſeq.vbi idem probat dicendũ
eſſe ſi ex contractu ſilij aliquid ſit verſum
20 in vtilitatem patris, l. Macedoniani, C. ad
Maced.vel ſi pater poſt filij mortem bona
eiuſdem ſilij ſibi vendicauit, non iure pa-
triæ poteſtatis,prout erat olim,ſed iure hæ
reditario,vt hodie ſeruatur, Bart. in d.l.1.
ff.de pecul. & Soc.in d. l. frater à fratre,
num.22.ff.de condit.indeb.

Cæterum extra hos caſus filius familias
21 non habens in bonis pro implemento cõ-
tractus conuenitur de perſona, niſi bonis
ceſſerit,l.pen. C.qui bon.ced.poſſ.Bart.in
l.filiusfamilias,ff.de fideiuſ. Eſt tamen ve-
rum, quòd executio in perſona filij fieri
tantùm poteſt durante patria poteſtate:nã
ea diſſoluta per emancipationem, aut per
mortem patris,non tenetur filius, niſi in
quantum facere poteſt,vt in l.2.ff.quod cũ
eo.Brun.in tract.de ceſſ.bonor.q.4.in prin.
num.7. & 8. & in nonnullis Regionibus,
22 municipali iure filiorumfamilias obliga-
tiones ſunt nullius monti,certis præſertim
caſibus, vt in Regno Caſtellæ teſtatur Mo-
lin.de contr.diſp.261.num.6. & in Regno
noſtro Neapolitano extat pragmatica.
Imò ex obligatione proueniente ex ſocie-
tate,etiam durante patria poteſtate, de iu-
23 re communi filiusfamilias non tenetur vl-
tra vires.quod prouenit ex natura ſocie-
tatis, quæ ſe habet ad inſtar fraternitatis,l.
ſunt qui,ff.de re iud.§. ſed & ſi quis, & ibi
Gloſ.in Inſtit.de action.

Secundò limitatur ipſa concluſio, vt
24 quamuis filius familias ſub patris poteſta-
te conſtitutus poſsit cum extraneo,ac etiã
cum fratre ſocietatem contrahere; id tamẽ
intelligendum eſt,ſi ipſe, & ij cum quibus
contrahit, non ſint aliàs de iure prohibiti
ſocietatem coire,vt ſi ſint clerici ad Sacros
ordines promoti: ſiquidem clericis in ſa-
cris conſtitutis eſt interdicta negotiatio,ſi-
cut & clericis beneficiatis, etiam ſi non
ſint in ſacris,vt in c.1.& c.ſed nec, ne cler.
vel mon.c.vlt.de vit.& honeſt.cler.& clem.
1.eod.tit.& nos latiùs infra in propria q.
Deo duce,dicemus.

Secunda concluſio.

25 FIliusfamilias ſub patria poteſtate cõn-
ſtitutus non poteſt cum patre ſocie-
tatem contrahere. Hæc concluſio eſt Bar.
in l.ſi quis pro eo, §.1.in fin. ff.de fideiuſſ.
Bald.in auth.ex teſtamento,ſub num.5. C.
de collat.& in l.cùm oportet,in prin.num.
9.C.de bon.quæ liber.Iaſon in l. illud,ſub
num.8.C.de collat.Angel.conſ.85. & cõſ.
112.Soc.conſ.162.ſub num.3.lib.2. Corn.
conſ.272.lib.1.Felic.de ſociet.cap.6. num.
4.& alij communiter. Rationem autem
26 hanc eſſe volunt præfati Doctores; quia
inter patrem, & filium ſub patria poteſta-
te conſtitutum non datur obligatio ciuilis
l.frater à fratre,§.quantum,ff.de cond. in-
deb.atque ideò non datur actio,l.actiones,
ff.de actionib.& obligat. nec lis aliqua in-
ter eos conſiſtere poteſt,l.lis nulla,ff.de iu-
dic.

Ampliatur hæc concluſio, vt filiusfami-
27 lias ſub patris poteſtate non poſsit nec cũ
fratre quidem ſub eadem poteſtate ſocie-
tatem contrahere: etenim quidquid acqui
rit filius in poteſtate Patris exiſtens,acqui
rit Patri,& vox talis filij eſt vox patris, &
è conuerſo,& vna & eadem perſona cenſea
tur Pater,& filius,vt in §.ei vero, in Inſtit.
de inutil. ſtipul. & l.fin. C. de impuber. &
alijs ſubſtit. Quæ tamen ampliatio vera eſt,
quando ſocietas contrahitur ſuper rebus,
quæ ſunt ipſius patris, vt in d. §. ei verò:
alias ſecus,vt aduocauimus ſupra concluſ.
præced.ampl.3.& infra latius dicemus.

Secundo ampliatur, vt filius ſub Patris
28 poteſtate nec cum Matre quidem poſsit
ſocietatem contrahere ſuper bonis eius
dotalibus:quoniam viro viuente, eſt do-
minus dotis,vt in l.dote ancillam,C.de rei
ven-

vendic. & propterea de ea non poteſt vxor
diſponere,nec eam alienare; ſiquidem res,
quæ in ſocietate conferuntur, cùm com-
municentur, dicuntur alienari, vt ſæpè di-
ximus.

Sic ampliata limitatur eadem conclu-
29 ſio,vt non habeat locũ in filio ex legitima
cauſa ſeorſum à patre habitante:nam is po-
terit ſocietatem contrahere non ſolùm
cum fratribus,ſed etiam cum ipſo patre,vt
per Bald.in addit.ad tract.Bart.de dub.fra-
tr.num.25.Petr.de Vbald.eod.tr.p.3.num.
2.in fin.quod verum maximè puto, quan-
do filius per decennium ſeorſum à patre
habitauerit: quoniam tunc præſumitur à
patre emancipatus, vt habetur ex Gabr.
commun. concl. de præſumpt. concl. 1.
num.31.Ceph.conſ. 687.num. 5. & Felic.
de ſociet.cap.6.num. 42.

Secundò limitatur ipſa concluſio, vt
30 quamuis filius ſub patria poteſtate conſti-
tutus non poſsit cum patre, eiuſdem-
que fratre ſub eadem poteſtate ſocietatem
contrahere, nihilominus licitè ſocietatem
cum illis contrahit ſuper bonis caſtrenſi-
bus,vel quaſi caſtrenſibus,vt per Felic.loco
cit. ſub num.2.qui eã rationẽ eſſe ait,quòd
in his bonis filius familias pro patre fami-
lias reputatur,vt in l.2.ff. ad Macedon.& l.
fin.C.de inoffic. teſtam.Quod adeo verũ eſt,
31 vt ſuper huiuſmodi bonis validus ſit con-
tractus inter patrem, & filiũ, etiam ſi filius
ſit prodigus, tam ſi per Iudicis ſententiam
fuerit talis declaratus, quàm ſi declaratus
32 non fuerit: ſiquidem pater eſt legitimus
adminiſtrator bonorum filij, & nullus me-
33 lius conſilium accipit pro filio, quam ipſe
pater,l. nec in ea,ff. ad l.Iul. de adulter. &
exiſtente patre, prodigus curatoris depu-
tatione non indiget; cùm præſentia patris
ſuppleat decretum Iudicis, & omnes ſo-
lemnitates iuris,& ſtatutarias expoſtulatas
in alienatione, & contractibus minorum
prodigorum,& aliarum ſimilium perſona-
34 rum, cum per conſenſum patris integre-
tur perſona filij, vt habetur ex Tiraq. de
legib.connub. Gloſ.6.num. 5.& ex alijs,
quos refert,& ſequitur Boccac. ad conſtit.
March.Gloſ.3.num.8.verſ.Imò per conſen
ſum.Confirmatur, quia ſtante ſtatuto, vt
35 minor citra certam ſolemnitatem contra-
here non valeat; filius tamen abſque tali
ſolemnitate poteſt cum patre còntrahere;
illique donare,atque adeò pater poteſt ſibi
auctorizare,vt ex magis communi opinio-
ne teſtatur Gabr.concl.2.de ſtatut.num. 1.
& 5. cum præſumptio iuris ſit, vt nullus
melius conſilium accipiat pro filio, quàm
ipſius pater,vt in d.l. nec in ea. & habetur
ex Rota Rom.deciſ.18.num.8.9.10. & 11.
poſt noſtra commentaria in Extrauag.Pij
V.de cenſib.impreſſa. Eſt tamen verum,
37 quòd contractus inter patrem, & filium
non ſubſiſteret,ſi euidenter conſtaret eſſe
in damnum filij,vt in d. deciſ.18. & deciſ.
20.poſt eadem commentaria. & eò magis
quando pater vellet ſibi auctorizare ad pro
prium commodum,vt in d.deciſ.20.refer-
tur fuiſſe réſolutum in vna Romana cen-
ſus 27.Martij coram R.P.D. *M*atcoman-
tio,& latè Cenc.de cenſib. p.1. cap.2. q.1.
ar.2.num.13.Quibus adde quoque,quæ ſu
pra adnotauimus,q.2.concl.1.limit.1.de
minoribus patrem habentibus agentes,
vbi rem hanc fuſius explicauimus.

Quæ diximus de bonis caſtrenſibus, ſeu
37 quaſi, extendimus ad bona empta de bo-
nis caſtrenſibus, vel quaſi, aut ex eis quo-
cunque modo acquiſita: ſiquidem ſuper
huiuſmodi quoque bonis *filius* ſub patria
poteſtate conſtitutus poteſt cum *P*atre ſo-
cietatem coire: quoniam huiuſmodi bona
38 acquiſita ex bonis caſtrenſibus, vel quaſi
connumerantur etiam inter caſtrenſia, vel
quaſi caſtrenſia.Idem dicendum eſt de bo-
39 nis aduentitijs, quorum fructus non ac-
quiruntur Patri,ſed circa ea filius liberam
habet diſponendi facultatem, vt ſunt bo-
na,quæ legantur filio ſub ea lege,ne ad pa-
trem eorum perueniat vſusfructus, & in
alijs caſibus,de quibus in auth. excipiun-
tur,auth.Item hæréditas,& in auth.idem
eſt,C.de bon.quæ liber.eiuſmodi etiam ſũt
bona,quæ aduenium Clericis: ſiquidem
bonorum aduentitiorum licèt Patri regu-
lariter quærantur fructus,vt in l.cùm opor
tet,C.de bon.quæ liber. id tamen locum
non habet in filijs clericis,ſiue bona acqui
40 ſita ſint ante,ſiue poſt clericatum, quoniã
Eccleſiaſtici non ligantur ciuilibus legi-
bus,vt in c.quia nos,& ibi Gloſ.& alij,de
teſtam.Mart.de Iuriſd.p.4.caſu 26. vbi cõ-
traria ſoluit,& nos adnotauimus in com-
mentar.Bullæ cœnæ, lib.2. can.15. q.17.
num.3.& 4.Etenim in huiuſmodi bonis ci
41 tra omnem dubitationem oritur inter pa-
trem,& filium,non tantùm naturalis,verũ
etiam & ciuilis obligatio, vt habetur per
Cagn.in l.frater à fratre, num.247. ff. de
condict.indeb.non igitur eſt mirum ſi filius
ſub patris poteſtate cõſtitutus,poteſt cum
Patre ipſo ſuper huiuſmodi quoque bonis
ſocietatem contrahere. & hanc ſententiam
in ſpecie tenet Felicius d. cap.6. num. 15.
vbi

vbi ait dari exemplum in pecunia acquiſita ex maleficijs, l. quod ſeruus, in fin. ff. de acquir. poſſeſ.

Imò Bart. Bald. Angel. & Corn. quos re-
42 fert, & ſequitur Felic. loco citato ſub num. 22. licèt velint filium ſub patria poteſtate conſtitutum non poſſe cum Patre ſocietatem contrahere ſuper bonis aduentitijs, quorum fructus quæruntur ipſi Patri: quã opinionem, inquit ipſe Felic. ibi, eſſe cenſendam magis communem, cùm eam doceant Bart. & alij ſupra relati viri magni ponderis; nihilominus Martin. de Laud. in d. l. fratrer à fratre, Eugen. conſ. 78. num. 40. & alij oppoſitum ſentiunt, quorum ſẽtentia exiſtimatur ab ipſo Eugenio verior, & magis communis; ſicut & ipſe arbitror quoque eam eſſe valdè probabilem; ſi filius maximè expreſsè ſocietatem contrahat cum Patre ſuper fructibus bonorum aduentitiorum, obligando ſe non tantùm ad lucrum; ſed etiam ad damnum, quod ex tali ſocietate prouenire poſsit: & multò magis, ſi ſocietas contrahatur non tantùm ſuper fructibus bonorum aduentitiorum; ſed etiam ſuper ipſis bonis aduentitijs: nã quamuis filius non valeat bona huiuſmodi alienare, vt in l. fin. §. filijs autem, C. de bon. quæ liber. cum Patris tamen licentia rectè poteſt, vt in d. §. filijs autem, & ibi Gloſ. in ver. voluntatem; ſicut & Pater ex
43 iuxta cauſa tanquam legitimus adminiſtrator filij poteſt bona aduentitia vendere, ac alienare etiam filio reluctante, vt in d. l. fin §. ſed Pater. & id quoque citrà omne Iudicis decretum, vt habetur ex Bald. Paulo Caſtr. & Alex. in l. Præſes, C. de trãſact. Couar. lib. 1. var. reſolut. cap. 8. num. 1. & ex alijs quos refert, & ſequitur Lud. de Auend. de cenſib. Hiſpan. cap. 80. num. 4. & 5. Nec adminiſtrationis ſuæ tenetur fi-
44 lio rationem reddere, vt in d. l. cùm oportet, §. non autem, C. de bon. quæ liber. vndè ſi prædictis caſibus poteſt filius bona aduentitia alienare, non video cur non poſsit ſuper eiſdem bonis cum Patre ſocietatem
45 inire, cùm in ſocietate fiat bonorum communicatio; atque adeò alienatio. Confirmatur, quia ſi filiusfamilias ſocietatem contraxerit ſuper pecunia Patris communi nomine, & communi periculo cum patre, quæſita à filio negotiante cum pecu-
46 nia patris, & ſuo, ac patris nomine veniũt diuidenda communiter pro æquali portione ſecundum Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe, col. 3. ff. de collat. bonor. Bald. conſ. 159. lib. 3. & Roman. conſ. 469. vel ad arbitrium boni viri, qui conſideret, an magis ab induſtria, & operibus filij, quàm à pecunia Patris, vel è contra lucra prouenerint, iuxta ea, quæ habentur ex Crauet cõſ. 165. num. 1. & 2. & idem Felic. non negat d. cap. 6. num. 22. Ergo dicendum eſt valere ſocietatem in caſu, de quo agitur inter Patrem, & filium: ſiquidem fructus peculij aduentitij cùm pertineant ad patrem, acquiſita ex eis lucra per filium per propriam induſtriam, & laborem non dicuntur peculium profectitium, ſed conuertuntur in peculiũ aduentitium, vt rectè declarat Nauar. in Manual. cap. 17. num. 144. & Say. lib. 9. Clau. Reg. cap. 16. num. 18. cum plurib. ſeq.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd quæſita per
47 filium ex pecunia patris, mediante propria ipſius filij induſtria, licèt veniant cõmunicanda, vt ſupra diximus, nihilominus id non prouenit iure ſocietatis, ſed ex iuris diſpoſitione; quia dicta communicatio locum ſibi vendicaret, etiam ſi nulla ſocietas fuiſſet inita inter patrem, & filium, vt per Doctor. in l. cùm oportet, C. de bon. quæ liber. Corn. conſ. 272. in fin. lib. 1. & Angel. conſ. 112. propè fin. Quoniam reſpõdetur, quòd non pugnat, vt partem lucri filius, quod ſua induſtria ac labore acquiſiuit ex pecunia patris, aut ex fructibus bonorum aduentitiorum duplici titulo vendicare ſibi poſsit: ex iuris ſcilicet diſpoſitione, & contractu ſocietatis.

Neque rurſus dici poteſt, quòd inter
48 Patrem, & filium non datur obligatio ciuilis, vt in d. l. frater à fratre, §. quantum, ff. de condit. indeb. quoniã ſuper bonis aduẽtitijs datur obligatio non modo naturalis; verùm etiam, & ciuilis ſecundum Gloſ. ſententiam ibidem: & eſtò, quòd de iure ciuili inter Patrem, & filium non detur obligatio ciuilis; de iure tamen canonico rectè datur, vt probat Mart. de Laud. in d. l. frater à fratre, & ſequitur Eugen. d. conſ. 78. num. 40. Imò dato, quod neutro iure detur ciuilis obligatio inter Patrem, & filium; ſed tantùm naturalis; poteſt nihilominus implorari manus Regia, petita prius venia vocandi patrem, vt habetur per Iaſ. in l. iuriſgentium, §. ſed cum nuda, col. 3. ff. de pact. Crot. in d. l. frater à fratre, col. 5. & ibi Cagn. num. 41. & 42. de cond. indeb. & ſi fuerit adhibitum iuramentum, eidem erit omninò ſtandum, vt rectè docet Alex. conſ. 8. lib. 2.

Quod ſi hæc quæ diximus vera ſunt de
49 quæſitis à filio negotiante cum pecunia patris,

Digitized by Google

patris,ſuo & patris nomine, ac periculo, vel cum fructibus bonorum aduentiorum, vt ſocietatis iure veniant communicanda, ſi ſuper dictis pecunijs, & fructibus ſocietas ſit contracta; idem proculdubio videtur dicendum de bonis profectitijs, vt ſuper eis poſsit conſiſtere ſocietas inter patrem,& filium,ita vt negotientur communi nomine ac communi periculo : ſiquidē bona profectitia pleno iure pertinent ad patrem,vt ſupra diximus in vlt.not.in fin. cùm proueniant filio,vel contemplatione patris,vel ex eiuſdem bonis Ex dictis igitur ſequitur

Tertia Concluſio.

50 Filiusfamilias ſub patria poteſtate conſtitutus poteſt cum patre ſocietatem contrahere tam ſuper bonis caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus,quàm ſuper bonis aduentitijs,eiuſdemque fructibus, ſuper pecunia eiuſdem patris,ac ſuper peculio profectitio; dummodò regulæ ſeruentur,quas exigit iuſta,ac licita ſocietas. Eſt tamen verum,quòd ſi filius negotietur nomine patris cum pecunia patris, aut cum peculio profectitio;tunc quæſita per filium in totum pertinent ad patrem; quoniam à patre tanquam inſtitutor cenſetur ad negotiandum conſtitutus, vt habetur ex Roman.d.conſ.469.ſub num.5.Idem dicendū eſt,ſi filius negotietur ſimpliciter,non expreſſo nomine patris: ſiquidem hoc etiam caſu quæſita per filium in totum pertinēt ad patrem: quia in dubio cenſetur negotia geſsiſſe nomine patris,arg.tex.in l.poſt mortem,§.1.& in l.fin.ff.quando ex fact.tutor. Quòd ſi filiusfamilias proprio periculo,ac nomine negotietur cum pecunia patris,ſeù cum peculio, quæſita in totum pertinent ad filium,vt patet ex ijs, quæ habentur in l.idemque ſi mandauero,ff.mād. l.ſi vnus ex ſocijs,§.ſi quod vnus,ff.pro ſoc. & latè Felic.d.cap.6.num.18. cum plurib. ſeq.vbi etiam num.22.probat, quæſita per filium ex pecunia patris communi nomine,ac periculo eſſe communiter diuidenda inter patrem,& filium,iuxta ea,quæ ſupra diximus,concl.præcedenti, verſ.Imò Bart. ibi,Confirmatur.

An ſeruus ſocietatem contrahere poſſit. Q. VII.

SVMMARIVM.

1 *Serui quidam impropriè dicuntur tales:quidam verò propriè.*

2 *Serui adſcriptitij licèt ordinari nequeant, citra Domini voluntatem; ſunt tamen liberi,atque ideo poſſunt contrahere.*

3 *Serui propriè dicti ſunt in multiplici differentia.*

4 *Chriſtiani capti in bello quantumuis iuſto à Chriſtianis ſerui non fiunt.*

5 *Serui captiui facti in bello, non dicuntur à ſeruiendo,ſed à ſeruando.*

6 *Chriſtiani capti in bello iuſto ſi aufugiant, licèt non peccent;alij tamen fugiendo peccant.*

7 *Serui efficiuntur de iure ciu. qui patiuntur venundari ad pretium participandum.*

8 *Serui efficiuntur iure ciu.liberti patronis ingrati:& fingentes ſe eſſe inualidos,vt mendicent*

9 *Seruus de iure canonico mulieris raptæ, an & quando efficiatur raptor.*

10 *Seruus de iure canonico efficitur deferēs arma,et alia prohibita ad Saracenos,Chriſtiani nominis inimicos. aut in eorū galeis, & piraticis regimen,& gubernationem exercens.*

11 *Serua de iure canonico efficitur mulier ſcienter contrahens matrimonium cum exiſtente in Sacris:& nati ex ea efficiuntur ſerui Eccleſiæ.*

12 *Serui quoque ſunt,qui naſcuntur ex ancillis noſtris.*

13 *Filius quoad conditionem ſequitur matrem; quoad dignitatem verò patrem.*

14 *Serui propriè dicti, non poſſunt contrahere ſocietatem.*

15 *Obligatio naturalis tantùm,non autem ciuilis oritur ex ſeruorum contractibus.*

16 *Seruus ſi ſit Præpoſitus,inſtitutor,aut peculium habeat,& contrahat, an & quando dentur actiones contra Dominum.*

AD euidentiam eorum,quæ in hac re
1 dicenda erunt eſt adnot.quòd in hac controuerſia non agimus de ſeruis impropriè ſumptis,quales ſunt vaſſalli, alicuius Principis iuriſdictioni ſubiecti, feudatarij, famuli, & adſcriptitij terris colendis perpetuò adſcripti: ſiquidem omnes hi ſunt ſui iuris. imò & ipſi ſerui adſcriptitij non

a mi-

2 minus liberi ſunt, quam alij ſupra relati,
quamuis ordinari nequeant citra domini
voluntatem, vt eſt tex.in c.multorum, &
ibi Gloſ.in ver.ſunt liberi, de Iud. vndè
cùm huiuſmodi ſerui non repellantur à le-
gitimis actionibus,clarum eſt eos poſſe nõ
ſolùm ſocietatem contrahere; ſed etiam
& alios contractus celebrare,& ex illis ob-
ligari tum naturaliter, tum etiam ciuili-
ter. Sola igitur controuerſia nobis eſt de
ſeruis propriè dictis,qui ſeruilis ſunt con-
ditionis,non ſunt ſui iuris; ſed dominorũ
ſubijciuntur poteſtati. De his enim quæ-
rimus, an poſsint ſocietatem contrahe-
re.

Secundò eſt adnot. quòd ſerui propriè
3 dicti, ſunt in multiplici differentia: nam
quidam fiunt ſerui iure gentium, vt ſunt
illi,qui captiui efficiuntur in bello iuſto,vt
habetur per Gloſ.in c.ius gentium, d.1. &
facit tex.in c.dicat,23.q.5.& §. in poteſta-
te,in Inſtit.de his,qui ſui,vel alien.iur.ſunt.
& toto tit. ff. de capt. atque adeò eo iure
omnes capti in bello, etiam ſi ſint fideles
4 efficiuntur ſerui; & ſi hodie de vniuerſali
conſuetudine Chriſtiani capti in bello,
quantumuis iuſto à Chriſtianis ſerui non
fiant,vt habetur ex Panor.in c.1.ſub num.
1.de cõuerſ.Infid.poſt Bar.in l.hoſtes,ff.de
capt. & poſtl. reuerſ. Hi autem ſerui non
dicuntur à ſeruiendo; ſed à ſeruando, eò
5 quòd Imperatores captiuos non occidere,
ſed vendere, ac ſeruare conſueuerunt: qui
etiam mancipia dicti ſunt ex eo, quòd ab
hoſtibus manu capiuntur, vt in §. ſeruus
autem in Inſtit.de iur. perſon. & quamuis
Chriſtiani capti in bello iuſto ſi aufugiant
6 non peccent, alij tamen fugiendo peccabunt,
vt habetur ex Syl.in ſum. in ver. Seruitus,
q.3. verſ. Secundò ex iure. Quidam verò
7 ſerui efficiuntur tales de iure ciuili, cùm
patiuntur venundari ad pretium partici-
pandum,vt in §.ſerui autem,in Inſt.de iur.
perſon. & ad efficiendum hoc iure aliquẽ
ſeruum ſex copulatiuè requiruntur, itaue
ſi vnum deficiat, ſeruus non fiat. Primò
enim requiritur,vt ſit maior 20. annis, vt
in d.§.ſerui autem,& l.ſi miniſterium,C.de
liber.cau. Secundò, vt ſciat conditionem
ſuam,atque adeò ſe eſſe liberum, vt in l. 4.
ff.quib.ad liber.procl.non lic. Tertiò quòd
intendet pretium participare, vt in l. non
ideò,C.eod. tit. de lib. cau. Quartò, quòd
actu participet,l.1.C.quib.ad lib. procl.nõ
lic. Quintò,quòd emptor credat eſſe ſeruũ,
l.liberis,§.ſi quis ſciens, ff.tit.citato, de lib.
cau.& vltimo,quòd venditor ſimiliter ſciat
venditum eſſe liberum,vt in d.l. 4. ff.quib.
ad liber.procl.non lic.Item de iure ciuili li-
bertus patrono ingratus efficitur ſeruus,
8 non ipſo facto,ſed per ſententiam Iudicis,
l.ſi manumiſſus,C.de libert.& eod.lib.1.ef-
ficitur quoque de iure ciuili ſeruus,fingẽs
ſe inualidum,vt mendicet, l.vnica, C.de
mendic. valid. De iure Canonico pariter
fit ſeruus mulieris raptæ,ipſe raptor, niſi
9 velit ſe redimere: & ſi mulier voluntariè
rapta eſt,obligatur raptor ſeruire patri,aut
ſe redimere,vt in c. de raptoribus,36. q.1.
Præterea ſeruus efficitur de iure canonico
deferens arma,& alia prohibita ad Saracę-
10 nos Chriſtiani nominis inimicos, aut in
eorum galeis,& piraticis regimen, & curã
gubernationis exercens: is enim ſi capia-
tur,efficitur ſeruus capientis, vt in c.ita
quorumdam, de Ind. Et denique de iure
canonico mulier libera ſcienter contrahẽs
11 cum exiſtente in ſacris redigenda eſt in
ſeruitutem,vt in c.eos qui,d.32.imò & filij
ex ea nati ſunt efficiendi ſerui Eccleſiæ, c.
cùm multæ,15.q 8. Dantur quoque ſerui
propriè,ac verè tales non tantùm ſupradi-
cti,qui ex liberis fiunt ſerui; ſed etiam,qui
naſcuntur ex ancillis;etenim partus ſequi-
tur matrem quoad conditionem, nempè
12 in libertate,& ſeruitute,vt per Gloſ. com-
muniter receptam in c.1. de coniugio ſer-
uorum,& in l.ſeruorum,ff.de ſtat.homin.l.
partum, C. de rei vend. & §.fin. in Inſt.de
13 iur.perſon.quoad verò ad dignitatem ſequi-
tur patrem,vt per Gloſ.loco citato, & D.
Thom.in 4.d.36. Eſt tamen verum, quòd
Panor.in c.licèt de coniug. ſer. id limitat
niſi ſtatuto, aut conſuetudine aliud habea-
tur. Vndè hodie natus ex ancilla non eſt
ſeruus ſi pater eſt liber. De his omnibus
igitur ſeruis qui propriè ſerui appellantur
quæritur, an ſocietatem contrahere va-
leant.

Ad hanc difficultatem reſpondetur bre-
14 uiter negatiuè; quoniam omnes ſuprare-
lati ſunt propriè,& formaliter ſerui,& in
ſeruorum conditione nulla eſt differentia.
vt in §.fin.in inſtit.de iure perſon.eo quòd
omnes eodem modo conſtituuntur ſub po
teſtate eorum dominorum; atque adeò ex
eorum contractu naturalis tantùm oritur
15 obligatio,non autem ciuilis,vt in l.ſi quod
Dominus ff.de condit.indeb.& §.ſunt inu
tiles,in Inſtit.de inutil.ſtipul. Vndè repel-
luntur à legitimis actionibus, & in eis ca-
dunt ea tantùm,quæ ſunt facti,l.qui hære-
di,in prin.ff.de condit.& demonſtr. §.ſed
cum factum,in Inſt.de ſtipul.ſer. Feder.de

Sen.

Digitized by Google

Sen. conſ. 41. & Tuſch. ver. Seruus concluſ. 233. num. 2. Eſt tamen verum: quod ſi ſeruus ſit Præpoſitus, aut inſtitor, vel aliàs iuſ-
16 ſu Domini ſocietatem contrahat: aut peculium habeat, & contrahat, & aliquid ſit verſum in Domini vtilitatem, dantur actiones contra ipſum Dominum, & de eo, quod iuſſu, & de in rem verſo, vt in l. 1. in fin. & ſeq. l. habeat. §. fin. & l. ſeq. ff. de inſt. l. 1. & l. 2. ff. quod iuſſu, l. ſi ſeruus, & ibi Gloſ. & in l. fin. ff. pro ſoc. Petr. de Vbald. de duob. frat. p. 9. ſub num. 1. & Felicius. de ſociet. cap. 6. num. 46. & 47.

An Religioſus poſſit ſocietatem contrahere. Q. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi habent nonnulla prædicata communia cum filijsfamilias, & ſeruis.*
2 *Religioſus ſumitur dupliciter, ſtrictè ſcilicèt, & largè.*
3 *Religioſus ſtrictè, ac propriè ſumptus non poteſt ſocietatem contrahere.*
4 *Religioſi per profeſſionem tranſeunt in poteſtatem ſuperioris: & idem iudicium eſt de Religione ſuperueniente, quod de ſeruitute.*
5 *Religioſis eſt interdicta negotiatio.*
6 *Clericus negotiator eſt tanquam peſtis fugiendus.*
7 *Religioſis eſt interdicta negotiatio, atq; adeò ſocietatem contrahere ſiue in ſacris ſint, ſiue non ſint in ſacris.*
8 *Milites Hyeroſolimitani, ſeu Melitenſes ſunt verè & propriè Religioſi, & propterea eis interdicta eſt negotiatio.*
9 *Milites Alcantaræ, Calatrauæ, S. Iacobi de Spata, & alij armatæ militiæ, etiam ſi tria vota ſubſtantialia Religionis non emittant prohibentur negotiari, & ſic ſocietatem contrahere.*
10 *Conſiliarijs, & alij Palatij Proceribus interdicitur negotiatio.*
11 *Mercatura licèt deroget nobilitati, id tamen limitatur vbi Regionis conſuetudo aliud induxerit.*
12 *Fratres, & Sorores Tertij Ordinis S. Dominici, & S. Franciſci an, & quando poſſint negotiari, & ſocietatem contrahere.*
13 *Fratres, & Sorores Tertij Ordinis S. Dominici, & S. Franciſci an, & quando gaudeant priuilegio fori, & canonis.*
14 *Mulieres, quæ Canonicæ ſæculares appellantur an valeant ſocietatem, & alias mercaturas contrahere.*
15 *Religioſi largè ſumpti non prohibentur negotiari, atque ideò ſocietatem contrahere; excepti tamen ijs, qui ſunt militaris Ordinis.*
16 *Nouitij alicuius Religionis approbatæ an poſſint negotiari, & ſocietatem inire.*
17 *Nouitius licèt dicatur perſona Eccleſiaſtica, & gaudeat priuilegio fori, & canonis; non tamen dicitur propriè Religioſus.*
18 *Nouitij ante profeſſionem non dicuntur Religionis membra: nec ad primam tonſurã ordinari poſſunt ſecundùm aliquos.*
19 *Oblati alicui Religioni licèt ſint perſonæ eccleſiaſticæ; non tamen ſunt propriè Religioſi: & propterea illis non eſt interdicta negotiatio.*
20 *Eremitæ an, & quando prohibeantur negotiari, & ſic ſocietatem contrahere.*
21 *Religioſi ſtrictè, & propriè ſumpti non ſolùm prohibentur negotiari per ſe; ſed etiã per alios.*
22 *Religioſis ſtrictè ſumptis an aliqua ſocietatis ſpecies permittatur.*
23 *Negotiatio quænam propriè dicatur.*
24 *Religioſi an, & quando poſſint vuas emere, & ex eis vinum deductum vendere: aut emere lanam, & pannos ex eis texere, & vendere, & alia eiuſmodi agere.*
25 *Religioſi etiam ſtrictè ſumpti poſſunt ſocietatis Officiorum Romanæ Curiæ inire cum ſuperiorum licentia.*
26 *Religioſi licèt non valeant contrahere citra Superiorum conſenſum; ſi tamen contrahant, contractus erunt validi, quatenus monaſterio ſint vtiles.*
27 *Monaſterium non tenetur ex contractu Religioſi, niſi quatenus ex eo factus eſt locupletius, vel inde quæſitum in eiuſdem vtilitatem fuerit verſum.*
28 *Religioſi quamuis prohibeantur negociari, ſi ſocietatem contrahant, ſeruatis quæ de iure naturali expoſtulantur, quæſita ex ca adeò efficiuntur monaſterii, vt non veniãt ſub ſpoliorum nomine.*
29 *Religioſi ſi ex iuſta negotiatione aliquid acquirant, id non ſubijcitur ſpoliis, quamuis eis interdicta ſit negotiatio: ſecus autem ſi ex illicita, ac iniuſta.*
30 *Seruus, quæ iniuſtè acquirit, nec ſibi, nec Domino quærit.*
31 *Religioſus, quæ iniuſtè acquirit, nec ſibi, nec Monaſterio quærit; ſed ſub ſpoliorum nomine veniunt.*
32 *Religioſus iuſtè è monaſterio eiectus, an poſſit negotiari, atque adeò ſocietatem contra-*

trahere, ſi non habeat aliter vndè viuat.

33 *Religioſus iuſtè, ac ſua culpa à monaſterio eiectus remanet alligatus voto paupertatis, & alijs ſubſtantialibus, quæ tempore profeſſionis emiſit.*

34 *Commodum ex ſua iniquitate nemo reportare debet.*

35 *Religioſus iuſtè eiectus ſi vltra victum, & veſtitum aliqua bona acquirat, cui nam debeantur.*

36 *Religioſi, quorum Religio extincta eſt, ſi aliqua bona acquirant, cui nam debeantur.*

37 *Religioſus iuſtè eiectus, aut cuius religio extincta eſt, cuius nam efficiatur ſubditus.*

38 *Domicilium originis eſt immutabile.*

39 *Religioſi iniuſtè à Religione expulſi adhuc remanēt Monaſteriorum ſuorum ſuperioribus ſubditi, & quæſita per eos ipſis monaſterijs quæruntur.*

40 *Religioſi hodie ſi extra clauſtra decedant, quæſita per eos, quæruntur Cameræ Apoſtolicæ ſiue licitè ſuperiorum permiſſu, ſiuè illicite extra clauſtra commorauerint.*

41 *Religioſi, qui deceſſerunt extra clauſtra, ſi potuerunt aliquid acquirere, & noluerunt, id ſpolus non ſubijcitur.*

42 *Religioſus institutus hæres, aut cui legatū eſt factum non poteſt compelli ad hæreditatem, ſeù legatum acceptandum: ſicut, & ſeruus.*

43 *Religioſi licèt non poſſint præiudicare monaſterio quoad ius quæſitum, poſſunt tamen eidem præiudicare quoad ius quærendum, ſicut, & ſeruus Domino.*

44 *Religioſi habentes beneficium Eccleſiaſticum, an & quando ſuper illius fructibus poſſint contrahere ſocietatem.*

45 *Religioſus beneficiarius ita poteſt diſponere de fructibus beneficij, ſicut beneficiarius ſæcularis.*

46 *Religioſus habens peculium an, & quando citra ſuperioris licentiam poſſit ſocietatem contrahere.*

47 *Religioſorum, ac ſeruorum peculium eſt duplex.*

48 *Religioſis habere peculium an ſit omninò prohibitum.*

49 *Religioſi, & ſerui quidquid acquirunt ex eorum peculijs, acquirunt monaſterio, & Dominis.*

50 *Religioſi Minorum de obſeruantia, & Capuccinorum ſi ſocietatem contrahant quæſita ex ea nullo modo monaſterio quæruntur, ſicut, & quæſita quocunque alio contractu, ſed ad Rom. Pontificem pertinent.*

TRactauimus ſupra de filiisfamilias
1 ſub patria poteſtate cōſtitutis, qualiter, & quando ſocietatem contrahere poſsint; nec non de ſeruis, an eandem coire valeant: modo conſequenti ordine videndum eſt de Religioſis: ſiquidem Religioſi habent non nulla prædicata communia cum filijs familias, & ſeruis: ſerui. namque ſicut ſunt ſub poteſtate dominorum; & filij ſub poteſtate parentum, vt in §. 1. in Inſtit. de his, qui ſui vel alie. iu. ſunt; ita etiam Religioſi ſunt in poteſtate Abbatis, & aliorū eorūdem ſuperiorum, vt in c. non dicatis, 12. q. 1. & quemadmodum ſerui quidquid acquirunt, eorū Dominis quærunt, vt in l. acquiritur, ff. de acquir. rer. domin. & filius acquirit patri, §. igitur in Inſt. per quas perſon. nob. acquir. ita quoque quidquid acquirit Religioſus, acquirit monaſterio, vt per Bald. conſ. 63. num. 1. Tuſch. ver. ſeruus, concl. 234. num. 1. & ver. Monachus, concl. 316. Latè Panor. in c. quanto, ſub num. 2. de offic. Ordin. Imò modò filijs familias, modò ſeruis Religioſi comparātur, vt habetur ex Panor. poſt alios loco citato, & Inn. in c. cū olim. il 2. de priuil.

Ad cuius rei euidētiam eſt adnot. quòd
2 Religioſus ſumitur dupliciter. Primò ſtrictè, & propriè, & eſt, qui tria ſubſtantialia vota emiſit in Religione à S. Apoſtolica approbata, ut per Io. Andr. in clem. 2. de decim. Secundò. Religioſus ſumitur largè, & dicitur omnis, qui licèt non profiteatur omnia tria vota ſubſtantialia ſed aliqua dumtaxat, non tamen licet recedere. Idem dicendū eſt de eo, que regulariter viuat in communi: ſi approbetur talis ſtatus, & alijs eiuſmodi qui non profitentur, vt poſt alios Syl. in ſum. in ver. Religio 1. q. 1. De his omnibus igitur quæritur, an poſſint ſocietatem contrahere; & propterea ad huius controuerſiæ determinationem, ſi.

Vnica Concluſio.

REligioſus ſtrictè, ac propriè ſumptus non poteſt ſocietatem contrahere. Hęc
3 concluſio eſt Bald. in l. ſi fratres in lectura antiqua, ſub num. 1. ff. pro ſoc. Petr. de Vbal. in ſuo tract. de duob. fratr. p. 6. ſub num. 16. Felic. tract. de ſocie. cap. 6. num. 48. & aliorum. Probatur hæc concluſio ex eo, quod ſicut filij familias, & ſerui

ſerui propter defectum poteſtatis non poſ-
ſunt ſocietatem contrahere, iuxta ea, quæ
ſupra duabus qq. præcedentibus adnotaui-
mus; ita quoque propter eumdem defectũ
prohibentur huiuſmodi Religioſi ſocieta-
tem coire. Etenim dicti Religioſi per pro
feſsionem tranſeunt in poteſtatem ſupe-
rioris, vt per Bart. in l. Patre furioſo, ff. de
4 his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & id ideò, vt
idem iudicium ſit de Religione ſuperue-
niente, quod de ſeruitute, vt inquit Bald. in
l. 2. circa finem, C. de ſent. Dec. in c. decer-
nimus, num. 95. de iudic. & in c. bonæ me-
moriæ, num. 7. de appellat. Imò eo modo
per profeſsionem velle, ac nolle priuantur,
vt in c. non dicatis, 12. q. 1. & c. religioſus,
de cler. in 6. vt quoad mundum pro mor-
tuis habeantur, l. Deo nobis, c. de epiſc. &
cler. Confirmatur, quoniam Religioſis eſt
5 interdicta negotiatio, tanquàm maximè
indecens perſonæ, ac dignitati Eccleſiaſti-
cæ: nam ob id D. Hieron. relatus à Grat.
in c. negotiatorem, 88. d. Clericum nego-
6 tiatorem tanquàm peſtem fugiendum eſſe
ait, & Eccl. cap. 26. ſic legitur, *Difficile exui-
tur negocians à negligentia in vitandis pec-
catis.* Si igitur de iure Eccleſiaſticis eſt in-
terdicta negotiatio: ergo de iure Religio-
ſis interdicitur ſocietatis contractus: ſiqui-
dem ſocietas inter negotiationes connu-
meratur.

Ampliatur hæc concluſio, vt prædictis
7 Religioſis propriè ſumptis de iure interdi-
ctum ſit ſocietam contrahere ſiue in ſacris
ſint, ſiue non ſint in ſacris: & tam ſi ſint
maſculi, quàm fœminæ: ſiquidem negotia-
tio prohibita eſt Religioſis propriè dictis,
non ſolùm quia indecens eſt perſonæ Eccle-
ſiaſticæ, vt ſupra diximus; verum etiam
quoniam ſunt ſub aliena poteſtate, & non
habent nec velle, nec nolle, & ſe, ſuaque bo-
na Deo intelliguntur dicaſſe.

Ex hoc infertur, quod Milites, hoſpitala-
8 rij, Hieroſolymitani, qui hodie dicuntur
Militenſes, cùm ſint verè, ac propriè Reli-
gioſi, cum tria vota ſubſtantialia profitean-
tur, vt patet ex ijs, quæ habētur ex Nauar. in
ſuo tract. de redit. Eccleſ. q. 1. monit. 55. &
q. 3. monit. 27. Azor. p. 1. Inſt. moral. lib. 13.
cap. 4. & nos latè probauimus in noſtris
comment. ad Bull. cœnæ. lib. 2. can. 15. q. 5.
concl. 3. ſocietatis negotiationem exercere
non poſſunt, quia huiuſmodi perſonis eſt
interdicta negotiatio. Idem dicendum eſt
de Militibus Alcantaræ, Caletrauæ, S. Iacobi
9 de Spata, de Militibus Chriſti, Militibus de
Auis, Monteſæ, & alijs huiuſmodi. Hi enim
licet non voueant caſtitatem ſimpliciter;
vouent tamen paupertatem, obedientiam,
& caſtitatem coniugalem, gaudent priuile-
gio, fori, & canonis, vt habeatur ex Nauar.
loco cit. monit. 28. & nos latius explicaui-
mus d. q. 5. & 10. Imò hoc ipſum dicendum
putamus de omnibus alijs militarium or-
dinum etiam ſi non emittant tria vota ſub-
ſtantialia Religionis: nam ad huc de iure
ſocietatis negotiationem exercere prohi-
bentur; non quia ſint propriè Religioſi, ac
perſonæ Eccleſiaſticæ; ſed quoniam ſunt mi
lites armatæ militiæ, quibus de iure interdi-
citur mercatura, ac negotiatio, vt in l. vni,
& ibi Bald. & Saly. C. ne milet. lib. 12. l. mi-
lites, qui à Repub. C. de re milit. lib. 12. l. mi-
lites, C. locat. Strach. de mercat. p. 3. num. 11
Tiraq. tract. de nobil. cap. 33. num. 4. & in ſpe
cie Felic. de ſociet. cap. 8. num. 16. vbi idip-
10 ſum extendit quoque ad Proceres Palatij,
ſeu Conſiliarios: ſiquidem hi inter prohibi-
tos exercere mercaturam connumerantur.
l. fin. & ibi Gloſ. 1. C. de reſcind. vend. l. nul-
lum, C. de offic. Rector. Strach. loco cit. num.
16. & patet etiam ex ijs, quæ habentur ex
Molin. de cõtr. diſp. 342. num. 3. in fin. vbi te
ſtatur, quòd in Luſitania iudicibus ſæculari
bus præcipitur, ne equites calcariorum au-
reorum negotiari permittant. Adde quod
Nobiles omnes inter prohibitos quoque
mercaturam exercere connumerantur, vt
in l. nobiliores, & ibi Bald. C. de commerc. &
merc. Mart. laud. in tract. de nobilit. q. 66.
Tiraq. eod. tract. cap. 33. & Strach. vbi ſupra,
num. 14. Eſt tamen verũ, quòd mercatura,
11 licet deroget nobilitati; id tamen limitatur
vbi Regionis conſuetudo aliud induxerit
vel vbi eſſemus in loco, in quo ferè nulli alij
redditus haberi poſſunt, vel ſi quis merca-
turam exerceat non per ſe, ſed per ſuos mi-
niſtros, vt rectè probat Felic. loco citato,
num. 20. vbi idcirco ait, quòd hodiè vbiq. &
ab omnibus mercatura exercetur, atque
ideo, an nobilitati deroget, non eſt vlterius
diſputandum.

Secundò infertur, quôd ſorores Tertij
12 Ordinis S. Dominici, & S. Franciſci, ſi in
perpetua clauſura viuant iuxtà Bullam
Pij V. & vota ſubſtantialia emittant cum
inter perſonas Religioſas propriè connu-
merentur, vt probat Mart. de iuriſd. p. 4. ca-
ſu 113. num. 36. & Rota Rom. deciſ. 332. de
Regul. in antiq. atque adeò gaudent priui-
legio tum canonis, tum etiam fori, vt habe-
tur ex Alter. in explic. Bullæ cœnæ, cap. 3.
col. 7. verſ. Quartò dubitari poteſt, & nos
diximus in noſtris Comment. in eandem

Bullam,lib,2.can.11.q.3.num.1.proculdu-
bio ſocietatis contractum celebrare neque
unt; eo quòd vt ſupra oſtendimus,Religio
ſis interdicta eſt negotiatio.Dixi ſi in per-
petua clauſura collegialiter viuant,& vota
ſubſtantialia emittant ; quia ſi manent ex-
tra clauſtra in proprijs domibus,aut alibi;
& non emittunt illa tria vota ſolemniter,
ac publicè; ſed tantùm ſimplicia in manu
proprij cōfeſſoris,vel alterius priuatæ per-
ſonæ,tunc huiuſmodi ſorores cùm non di-
cantur verè,ac propriæ religioſæ, & ſuarū
rerum dominium , ac liberam adminiſtra-
tionem habeant,vt conſtat ex d.Pij V.Bul-
la,puto eas poſſe ſocietatem contrahere,
etiam ſuper negotiatione. Idem dicendum
puto de fratribus Tertij Ordinis S. Domi-
nici ac S.Franciſci: ſiquidem illi qui emit-
tunt tria vota ſubſtantialia publicè, & vi-
uunt apud monaſterium aliquod,cùm ſint
verè, ac propriè religioſi prohibentur ſo-
cietatem contrahere ; ſecus autem ij , qui
extra clauſtrum in proprijs domibus habi-
tant . Eſt tamen verùm, quòd licèt aliqui
velint,quòd fratres, & ſorores dictorum
Ordinum,nec gaudeant priuilegio cano-
nis;& fori,niſi fratres collegialiter viuant,
& ſores in perpetua clauſura,vt ſupra:& id
propter dictam Bullam Pij V. vt habetur
ex Nauar. in *Man.* cap.27. num.79. verſ.
13 Octaua,Filliuc.tom.1.qq.moral.tr.16.q.4.
num.4.qui ita reſtatur fuiſſe decretum per
Sacram Congregationem Cardinalium,
Suar.de cenſur.diſp.22.ſect.1.num. 20. Al-
ter.eod.tract.diſp.16.cap.1.q.4.Carol.de
Graſ.de effect.Cler. effectu 1. num. 41. &
Barboſ.de poteſt.Epiſcop. p.2.allegat. 12.
num.41 cum alijs,quos allegat ; nihilomi-
nus nobis magis probatur eorum opinio,
qui volunt,Fratres tertij Ordinis ſi colle-
gialiter viuant,& mulieres ſi vitam virgi-
nalem ſimpliciter , ac expreſsè vouerint,
etiam ſi habitent in proprijs domibus, ſo-
ri priuilegio eas gaudere , vt habetur ex
Gratian.diſcept.tom.3. cap.413. num.38.
Rodor.qq.Regul. tom.2. q.65. ar.5.Baſil.
Ponc.de impen.matrim.cau.27. c.19. §.1.
Portel in dub.Regul verſ.tertiarij, num.7.
& Cherub.in compen.Bull.tom.1.in conſt.
22.Leon x.ſchol.2.qui ait, ita fuiſſe decla-
ratum per ſacram Congregationem Car-
din. & eiuſdem ſacra Congregationis de-
clarationem refert de verbo ad verbum,
pro qua re vide Ponc. loco citato , & Io.
Bapt.Confect.in collect.priuil.tit.23.c.14.
infin.

Ex dictis etiam patet quid dicendum ſit
14 de Mulieribus.quæ dicuntur canonicæ ſę-
culares, & loci Dioceſano ſubſunt, qui eas
vt eccleſiaſticas perſonas viſitat.Has enim,
quoniam retinent proprium, & aliqua de
ſubſtantialibus Religionis non profitentur
ſicut etiam ſolemniter pœnitentes,de qui-
bus Panor. in c.2.ſub num.11.de for.com-
pet. & Syl. in ſum. in uer. Eccleſia 1. q.5.&
alias huiuſmodi, puto non comprehendi
ſub iuris prohibitione , ne negotientur; at-
que ideo ſocietatis contractum celebrantur
quoniam de iure Religioſi tantùm,& cleri-
ci in ſacris conſtituti,aut beneficium Eccle-
ſiaſticum habens,vt infra dicemus,negotia-
ri prohibentur. vnde Religioſi largè ſum-
15 pti cùm non prohibeantur negotiari, non
prohibentur ſocietatem contrahere: eo
quod ſocietas eſt negotiationis ſpecies: ex-
ceptis tamen ſupra relatis Militibus.

Hac eadem ratione puto Nouitios alicu
16 ius Religionis approbatæ , qui non dum
profeſſionem emiſerunt , poſſe ſocietatem
contrahere,tribuendo alicui bona ſua ad iu
ſtam negotionem: quoniam licèt Nouitius,
etiam infra probationis annum dicatur
perſona Eccleſiaſtica, & gaudeat priuilegio
17 fori, & canonis, vt in c. Religioſo, de ſent.
excom.lib.6.& latè probat Nauar.lib.3.ſuo-
rum conſ.de Regul.conſ. 58. nihilominus
non dicitur verè, & propriè religioſus, vt
per Bart. in l.illa, Ne ſacr.baptis.ren.Imol.
in l.quoties in ſtipul.& ibi Angel. de verb.
obligat.& in l.ſi idem,vbi Paul.Caſtr.ff.de
iuriſd.omn.iudic.Roman.& Bald. in l.non
ſolum,& §.annus, per illum tex.ff.de excu-
ſat. tut.& hoc ideo, quia Nouitij ante pro-
feſſionem non ſunt Religionis membra,
18 nec ad primam tonſuram ordinari poſ-
ſunt ſecundum aliquos, quos retulimus in
comment.Bul.cœn.lib.2.can.15.q.3.num.2
oblati pariter alicui Religioni,qui ſe,& ſua
bona obtulerunt,vt perpetuò ſtent,& ſerui-
19 ant alicui Religioni,licèt ſint perſonæ Ec-
cleſiaticæ,vt habetur ex Panor.in c.tuarum
num.4. de priuil. Mart.de iuriſd. p.4. caſu
113.num.37.vbi ait, hanc opinionem fuiſſe
amplexam Congregationem Concil. ſuper
declaratione cap. 11. ſeſſ.24. de reformat.
die 26. Ianuarij 1606. cùm non ſint for-
maliter Religioſi , nec vota ſubſtantialia
Religionis emiſerint ; non puto com-
prehendi ſub iuribus prohibendibus Reli-
gionis negotiationem.Et multo minus,qui
non mutato habitu habitat cum Religioſis
quamuis omnia bona ſua monaſterio dede
rit;quoniam iſte talis nec perſona quidem
eccleſiaſtica dici poteſt, vt diximus in no-

ſtris

ſtris coment.Bull.coen.d.q.3.num.4.
Tertiò infertur,quòd Eremitæ, qui tria
20 vota Religionis ſubſtantialia emittunt,
quales ſunt Monachi Eremitarum S. Gu-
liemi,& Camaldulenſes, cum verè ac pro-
priè Religioſi ſint, ſocietatem, & negotia-
tionem contrahere nequeunt. Non tamē
puto ſub iuris prohibitione ne Religioſi
negotientur puto comprehendi illos Ere-
mitas, qui ad inſtar Locuſtarum vagan-
tur, de quibus egimus in noſtris cōmen-
tar.Bull.coen.lib.2.can.15.q.6.Nec etiam
Eremitæ, qui peculiarem modum tenent,
habitum Religioſum deferentes, alicui ſa-
cro loco ex obligatione inſeruientes, ſub
obedientia epiſcopi, vel alterius Prælati:
quoniam hi non ſunt verè, & propriè Re-
ligioſi, quamuis inter perſonas eccleſiaſti-
cas connumerentur, vt diximus, d.q.6.
Secundò ampliatur hæc eadem conclu-
21 ſio, vt Religioſi nequeant non ſolùm per
ſe;verum etiam nec per alios ſocietatem
contrahere. Etenim Religioſi prohibentur
negotiationem exercere, tàm per ſe,
quàm per alios,vt contra Io. Medin.tenet
Molin.de contract.diſp.342.num.10.& in-
fra latius,Deo duce dicemus,q.ſeq. de cle-
ricis agentes.
Sic ampliata limitatur dicta concluſio,
22 vt ille ſocietatis contractus ſit Religioſis
interdictus, quo ſocietas contrahitur ſu-
per negotiatione aliqua,qua res emuntur,
& immutatæ venduntur, vt ſi ſocietas cō-
trahatur ſuper emptione, ac venditione
vini,olei,frumenti, leguminum, &c. quæ
res emptæ immutatæ deinde carius ven-
duntur: ſiquidem hæc eſt formaliter ne-
gotiatio, quæ eccleſiaſticis ſimpliciter in-
dicitur,vt in c. eijciens, 88. d. Molin. de
contract. diſp. 339. num. 4. & diſp. 342.
num. 6. ſecus autem ſi ſocietas contraha-
tur ſuper rebus, quæ emuntur, & deinde
23 mutatæ carius venduntur; quoniam hæc
nō dicitur propriè negotiatio,atque adeò
non eſt Eccleſiaſticis interdicta, vt habe-
tur ex Molin. d. diſp. 342. & nos latè de-
clarauimus in comment. Bulla cęnę lib.2.
cap.18.q.8.num. 14. Hinc fit, quòd Reli-
gioſus ſi cum propria ſui ſuperioris licen-
tia cum alio ſocietatem contrahat, acci-
piendo ab eo lanam,vel linum, vt ſuo arti-
ficio contexat, cùm ſocietas hæc non ſit
negotiatio,vt in d.q. 8. num. 16. probaui-
mus,Religioſis non interdicitur;dummo-
do Religioſi non additandum id agant,
ſed ad ſe,ſuaſque familias alendas.Etenim
de Anachoritis legitur,quòd ſportulas ex
baccellis contexebant, atque ideò baccel-
las in ſportulas mutatas diſtrahebant: &
veriſimiliter credendum eſt, Anachoritas
baccellas illas emiſſe, vt mutatas reuende-
rent.
Eſt tamen verum, quòd nonnullarum
24 rerum emptio, quæ licèt mutatæ diſtra-
hantur,Religioſis tamen interdicitur,tan-
quam ad decentiam eorum ſtatus imper-
tinens. Vndè ſi Religioſus vuas emat,& ex
eis vinum per operarios ad id conductos
educat, & vendat, cùm negotiatio huiuſ-
modi ſit ad inſtar rerum, quæ emptæ im-
mutatæ reuendantur, Religioſis prohibita
cenſetur: ſic etiam ſi lanam emat, & per
operarios, & artifices conductos pannos
conficiens vendat: aut alienos agros con-
ducat,quos per operarios colat,vt fructus
inde perceptos diſtrahat; cùm his caſibus
dicatur negotiator, non ſecus ac is, qui
fructus,aut alia bona empta carius reuen-
deret, vt per Molin. loco citato, num.7.
proculdubio ſuper huiuſmodi rebus nec
ſocietatem contrahere poteſt. Dixi, *Per
operarios, ad id conductos*. quia ſi Religio-
ſus ſua opera ex lana empta pannos con-
texerit, & reuendat; aut aues poſtquam
educauerit reuendat, cùm non diceretur
negotiator iuxta ea, quæ docet Molin. d.
diſp.339. num.4.13.& 14. ſuper huiuſmo-
di rebus licitè ſocietatem contrahit. Idem
dicendum eſt,ſi monoſterium in ſuis poſ-
ſeſsionibus venam ferri, aut alterius me-
talli,vel ſalinam habeat, & ſuper ijs ſocie-
tatem contrahat cum aliquibus, qui eo-
rum opera,& artificio ferrum,& ſal confi-
cienda curent,& diſtrahant, & lucra dein-
de, ac damna partiuntur, vt patet ex ijs,
quæ d.q.8.num.16.adnotauimus, & infra
q. proxima dicemus agentes de clericis,
ſocietatem contrahere volentibus.
Ex dictis etiam patet quid dicendum
25 ſit de ſocietate officiorum Romanæ Cu-
riæ: ſiquidem cùm talis ſocietas non ſit
negotiationis proculdubio Religioſis cum
ſuperioris conſenſu non cenſentur inter-
dicta,ſiue dent, ſiue accipiant pecunias ad
ſocietatem. Vndè huiuſmodi ſocietatem
etiam cum Eccleſia coiri poſſe non obſcu-
rè colligitur ex ijs, quæ habentur ex Ca-
ſtrac.de ſociet.offic.cap.13. ſub num.17.
Secūdo limitatur eadē concluſio,vt quā
26 uis Religioſus non valeant ſocietatem con-
trahere, ſicut nec alios contractus citra
ſuperioris licentiā;ſi tamen contrahat,con-
tractus erit validus, quatenus fuerit vtilis
monaſterio,vt habetur ex Innoc. in c. cùm
olim

Digitized by Google

olim, il 2. de priu. quem ſequitur Panor. in
c. quanto, nu. 2. de offic. ordin. & acquiſita ex
tali contractu, acquiruntur Monaſterio, vt
probat Nauar. conſ. 10. de teſtam. in antiq. &
conſ. 3. in nou. Molin. de iuſt. & iur. tom. 1.
diſp. 147. concl. 5. & nos latè adnotauimus
in comment. Bull. cæn. lib. 2. can. 18. q. 8. ſub
num. 7. Non tamen monaſteriũ tenetur ex
contractu Religioſi citra eius ſcientiam
27 inito, niſi quatenus factus eſt locupleti-
us: vel inde quæſitum fuerit verſum in eiuſ
dem vtilitatem, vt habetur ex Cardin. in
clem. 1. §. quia verò, q. 6. de ſtat. monac. Ad-
de, quod licèt Religioſis prohibita ſit ne-
gotiationis ſocietatem contrahere; nihilo-
minus ſi religioſus huiuſmodi ſocietatem
28 contrahens æqualitatem ſeruet à iure na-
turali expoſtulatam, quęſita ab eo ex tali
contractu adeò fiunt monaſterij, vt ſub ſpo-
liorum nomine non veniant: ſiquidem bo-
na quæſita per Religioſum ex negotiatione
non ſubijciuntur ſpolijs ex eo quòd eiſ-
dem prohibita eſt negotiatio, vt in c. 1. &
c. ſed nec, ne cler. vel monac. ſed ita demum
29 ſi negotiationem illicitam, intrinſecè, & ex
obiecto malam, contra ius naturale, ac Di-
uinum contrahat. vt patet ex traditis per
Nauar. d. conſ. 10. de teſtamen. in antiq. & d.
cõſ. 13. in Nou. & Mol. tom. 1. de iuſtit. & iu-
re. diſp. 147. cõcl. 5. Idem Nauar. in tract. de
ſpol. §. 7. not. 4. & 5. Strach. de mercat. p. 3.
num. 8. & ſeq. Panor. in d. c. 1. ſub num. 11. ne
cler. vel mon. & in c. quia plerique, num. 34.
de immunit. Eccleſ. Etenim ſicut ſeruus quę
30 iniuſtè acquirit, nec ſibi nec domino
quærit, vt in l. quod ſeruus cum Glos. ff. de
acquir. poſſes. & Nauar in cõment. de Regu
lar. comm. 2. num. 4. ita etiam Religioſus
quæ iniuſtè, acquirit, nec ſibi nec mona-
ſterio quærit, ſed ſub ſpoliorum nomine ve
niunt, vt patet ex Bullis Romanorum Pon-
tificium, relatis à Steph. Quar. in ſum. Bul-
31 lar. in ver. ſpolia: & Nauar. loco cit. vbi ad
dit non referre, an ſit fugitiuus, vel errans,
an obediens monaſterio, vel ordini quo-
ad hunc effectum.

Tertiò limitatur, vt licèt Religioſus non
poſſit ſocietatem, & alios contractus cele-
brare citra ſui ſuperioris facultatem, & ſi
32 contrahat, iuſtè acquiſita quærantur mo-
naſterio: nihilominus ſi Religioſus iuſtè fu-
it è monaſterio, eiectus, & non habeat vndè
alter viuat, arbitror poſſe ſocietatem coire
non ſolùm ſuper bonis illis, quæ negotiatio
ni non ſubſtant iuxta ea, quæ ſupra ad-
notauimus; ſed etiam, quæ negotiationi
ſubijciuntur: nam eo caſu clericus poteſt
negotiari ad ſe, ſuamque familiam alendam
vt nos poſt alios probauimus in noſtris
comment. in Bull. cæn. lib. 2. can. 18. q. 8.
ſub num. 17. eſt tamen verũ, quòd quęſita iu
ſtè vltra victum, ac veſtitum quomodocun-
que, & qualitercunque ab huiuſmodi Re-
33 ligioſo, à Religione iuſtè eiecto ſibi quęre-
re non poteſt; quoniã licèt ſit iuſtè eiectus;
eſt tamẽ incapax cuiuslibet iuris pecuniarij
ratione uoti paupertatis ſolemniter emiſſi,
à quo non cenſetur abſolutus per eiectionis
ſententiam, ſua culpa contra ipſum latam,
vt per Cardinal. in clem. 1. § quia verò, q. 1.
de ſtat. monac. & ante ipſum Innoc. in c.
dilectus, il 2. de ſimon. aliàs ex ſua iniquita-
te commodum reportaret, contra tex. in l.
34 itaque fullo. ff. de furt. & c. 1. de poteſt. Præ
lat. vndè quęſita per dictum Religioſum
debentur Eccleſiæ. Sęculari, aut Regulari, ſi
35 ad eam fuerit legitimè translatus, vt habe-
tur ex Panor. in c. fin. de Regular. & Nauar.
in ſuo cõment. de Regul. comm. 2. num. 33.
verſ. ſed reſponderi poteſt. Quòd ſi in Ec-
cleſiam ſæcularem, aut Regularẽ non fuerit
translatus, tunc acquiſita per eũ debentur
Epiſcopo, ſub cuius obedientia remanent:
ſiquidem per iuſtam ſui expulſionem à
Religione non liberatur ab obedientia, iux
ta, ea quæ habentur ex Innoc. in. c. cùm
olim de priuileg. Idem dicendum eſt de ac-
quiſitis per Religioſos, quorum, Religio
36 extincta eſt, vt ſunt ij de congregatione
Humiliatorum, & aliorum Religionum,
quas deleuit Gregor. x. in Conc. Lugdun.
de quo in c. 1. de Relig. dom. lib. 6. hi enim
epiſcopo efficiuntur ſubditi, eidemque
obedire compellantur: & quæſita per eos
Deo acquiruntur quoad verum dominũ,
& Epiſcopo, cui ſubijciuntur quoad admi-
niſtrationem, vt rectè declarat Nauar. loco
citato, num. 34. vbi etiam probat, huiuſmo-
37 di Religioſos non effici ſubditos epiſcopo
domicilij, aut beneficij, cui ſubditus erat
ante Religionis ingreſſum; nec epiſcopo,
in cuius Diœceſi eſt ſitum monaſterium à
quò eiiciuntur: ſed efficiuntur ſubditi epi-
38 ſcopo originis, eidemque obedire tenen-
tur, cùm domicilium originis ſit immuta-
bile. l. aſſumptio, ff. ad municip. & quæſita
per dictos Religioſos vt ſupra eiectos ci-
tra dicti epiſcopi licẽtiam, nec in proprios
quidem vſus, quamuis honeſtos poſſunt
conuertere, aliàs paupertatis votum vio-
larent, vt habetur ex Nauar. d. cõm. 2. num.
35. vbi id limitat, niſi Religioſus eiectus,
eſſet exulatus, ſeù relegatus à Prouincia,
in qua adeſt Epiſcopus originis.

Dixi

Digitized by Google

Dixi, *iuſtè fuit à monaſterio eiectus* quo-
39 niam Religioſi iniuſtè à Religione expulſi, adhuc remanent monaſteriorum ſuorum ſuperioribus ſubiecti, & quæſita per eos ipſis monaſterijs acquiruntur: quoniam Prælatus iniuſtè eiiciens Religioſum à monaſterio non poteſt monaſterio præiudicare, nec ipſe Religioſus cenſetur à monaſterio præciſus, vt rectè docet Panor. in c. finnum. 3. de Regul. & Nauar. loco ſupra cita-
40 to. Ceterum licet hęc omnia de iure vera ſint; hodie tamen acquiſita quomodocunque, & qualitercunque à Religioſis extra clauſtra ſiue licitè ex ſuperiorum permiſſu, ſiue illicitè, degentibus ac decedentibus, ad Cameram Apoſtolicam pertinent, vt patet ex Bulla Greg. XIII. 43. quæ incipit, officij noſtri partes. vndè quę habentur ex Panor. in d. c. fin. de Regular. nempè, quòd quidquid acquirit Religioſus, acquirit monaſterio, etiam ſi extra monaſterium degat, atque adeo ſit fugitiuus, ac vagus, aut iniuſtè expulſus, per d. Bullam Greg. XIII. hodie non habent locū, cùm vi prędictæ cõſtitutionis omnia quęſita per Regulares decedentes extra clauſtra ſubijciantur ſpolijs. Non tamen puto ea bona ſubijci ſpolijs, quæ Religioſus potuit acquirere, &
41 noluit: & propterea ſi legatum ſibi factum aut hæreditatem ſibi obuentam renunciauerit, bona legata ac hæreditaria nõ pertinēt ad Camerā Apoſtolicā. Etenim quãuis Religioſo poſſit teſtamento relinqui, & idē hæres inſtitui, & ſi legatū, aut hęreditatem acceptet, bona illa nõ ſibi; ſed monaſterio quærat, vt in c. in præſentia, & ibi Doctor. de probat. c. illud, 13. q. 2. ſicut etiam & ſeruus, l. ſeruus, C. commun. ſucceſſ. & l. qui in poteſtate, ff. de teſtam. nihilominus ſi
42 noluit legatum, vel hęreditatem, non poteſt compelli per ſuperiorem ad legatum ſeu hæreditatem acceptandā; ſicut nec ſeruus: ſiquidem quemadmodum ſeruus non poteſt obeſſe domino in iure quęſito, ſed rectè poteſt in iure quærendo, quia poteſt velle potius excoriari, quàm legatum ſibi factum, aut hæreditatem ſibi relictam acceptare: ita etiam Religioſi licet non poſſint prędiudicare monaſterio quoad ius quæ-
43 ſitum; poſſunt tamen præiudicare in iure quærendo, vt habetur per Innoc. c. cum olim, il. 2. de priu. & Nauar. in commen. 2. de Regul. comm. 2. num. 51. Quòd ſi hæc vera ſunt de monaco exiſtente in monaſterio, multò magis dicenda ſunt talia de monaco permanente extra clauſtra quoad bona per eum acquirenda.

An Clerici valeant ſocietatem contrahere. Q. IX.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non valent ſocietatem contrahere.*
2 *Homo mercator vix, aut nũquam poteſt placere Deo.*
3 *Clericus negotiator tanquàm peſtis eſt fugiendus.*
4 *Diues ex inope, & glorioſus ex ignobili tanquàm peſtis ſunt fugiendi.*
5 *Clericis prohibetur immiſceri negotijs ſæcularibus.*
6 *Clericis, & Eccleſiaſticis omnibus interdicta eſt negotiatio.*
7 *Clericis, & Eccleſiaſticis omnibus non ſolum prohibetur ſocietas, & negotiatio ſuper bonis proprijs; ſed etiam ſuper bonis Eccleſiæ.*
8 *Clerici, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ quamuis ſint immunes à ſolutione collectarũ, & vectigalium; nihilominus ſi negotiatores ſint, non ſunt immunes.*
9 *Clericus ſi negotietur de bonis Eccleſiæ non tamen ob id ammitteret immunitatem quoad bona Eccleſiaſtica.*
10 *Clerici non poſſunt ſocietatem coire, nec alias negotiationes facere nec per ſe, nec per alios.*
11 *Clericis negotiationis ſocietas, & aliæ negotiationes adeo sũt interdictæ, vt quæſita ex eis ſub ſpoliorum nomine comprehendantur, nec ad hæredes transferuntur, ſi illicitæ ſint, & contra ius naturale.*
12 *Clericis eſt prohibita illa tantùm ſocietas, quæ negotiationem habet annexam.*
13 *Negotiatio quænam propriè dicatur.*
14 *Clericis non interdicitur ſocietas ſuper officijs Rom. Curiæ.*
15 *Clericis licèt regulariter non interdicatur emptio bonorum, quæ immutatas carius vendant; id tamen limitatur in multis caſibus.*
16 *Clerici ſi adeò pauperes ſint, vt citra negotiationem victum, & veſtitum neceſſaria ſibi in quærere nequeant, poſſunt ſocietatem contrahere, licet negotiationem habeat annexam.*
17 *Clericis in ſacris dumtaxat eſt interdicta ſocietas negotiationem habens annexam.*
18 *Clerici in minoribus conſtituti gaudent immunitate tributorum, & collectarum quoad bona eccleſiæ, & propria; tenentur tamen gabellam de ijs ſoluere, quæ negotiando emerint, ſeu diſtraxerint.*

Cleri-

19 *Clerici an & quando excuſentur à pœnis contra clericos negotiatores latas, quando fratres laici pro communi, & indiuiſo bona habentes negotiationem exerceant.*

AD hanc difficultatem reſpondetur nega
1 tiuè. Probatur ex tex. in c. negotiatorẽ
clericum, cum pluribus ſeq. 88. diſt. vbi clericis omninò interdicitur negotiatio. Hinc ait tex in. c. eijciens ead. c. & q. quod homo
2 mercator vix aut nunquam poteſt Deo
placere; atque ideò in d. c. negotiatorem,
3 pręcipitur clericum negotiatorem, tanquam peſtem eſſe fugiendum; ſicut & fugien
4 dos eſſe ex inope diuitem, & ex ignobili glo
rioſum. Sed ſocietas vt plurimum citra negotiationem aliquam exerceri non poteſt; ergo clericis interdicta quoque cenſetur ſocietas. Cõfirmatur, quia clerici prohibentur ſe immiſcere negotijs ſęcularibus, ſicut, &
5 monachi, & patet ex rubr. & in toto tit. Ne
cler. vel monac. Sæcul. negot. ſe immiſc. ſed ſocietas inter ſecularium negotia connumeratur; ergo & clerici prohibentur ſocietatẽ contrahere.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum ha-
6 beat in omnibus Eccleſiaſticis: ſiquidem om
nibus Eccleſiaſticis eſt interdicta negotiatio, tanquàm maximè indecens perſonæ, ac dignitati eccleſiaſticæ, vt in c. fornicari 88. d. in illis verbis, *Antequam enim Eccleſiaſticus, quis ſit, licet ei negotiari: facto iam non licet*, latè per nos in noſtris commentar. in Bull. coen. lib. 2. c. 18. q. 8. num. 5. cum. plur. ſeq.

Secundò ampliatur, vt non ſolùm Clerici prohibeantur ſocietatem contrahere ſuper eorum bonis eccleſię: ſiquidem negotiatio
7 prohibetur clericis tàm ſuper bonis ſuis,
quàm ſuper bonis eccleſiæ, vt in c. fin. & ibi Gloſa & Panor. de vit. & honeſt. cler. & nos adnotauimus in noſtris commentar. Bull. cœn. d. q. 8. ſub num. 9. verſ. Immo ſi clericus.
8 Imò clerici quamuis ſint immunes à ſolu-
tione collectarum, & vectigalium; nihilominus ſi negotiatores ſint, tenentur tributa, & gabellas ſoluere, etiam ante trinam monitionem, ut habetur ex Proſpero de Auguſtin. in addit. ad Steph. Quaranț. ver. vectigal. Turrian. tom. 2. in 2. 2. diſp. 44. dub. 4. num. 12. & ex alijs apud Carol. de Graſ. de effect. cler. effec. 3. num. 184. per tex. in c. quamquam, de cenſib. in 6. ubi excipiuntur ab immunitate gabellarum clerici negotiatores, nec in eo fit mentio trinæ monitionis. Quod quidem locum ſibi vendicare inquit Molin. de contr. diſp. 342. num. 4. & 5. quoad bona, quę negotiando vendunt, ac permutant; ſecus autem pro bonis Eccleſiæ, ac proprijs, quoniam ad ſolutionem tributorum pro illis cogi non poſſunt, niſi præuia trina monitione, vt in c. vlt. de vita, & honeſt. cler. Gemin. & Fran. in d. c. quamquam, & nos adnotauimus d. q. 8. ſub num. 9. verſ. Immo ſi clericus, vbi etiam probauimus, quòd ſi clericus
9 negotietur de bonis Eccleſiæ non amitteret
immunitatem quoad bona eccleſiaſtica: ſiquidem exponens bona Eccleſiæ negotiationi licèt malè agat, & poſſit à ſuperiori puniri, eius tamen delictum non præiudicat Eccleſiæ, vt habetur ex Gloſa in d. c. fin. vbi etiam Panor. num. 10. & Alter. in explic. Bullę coen. cap. 6. col. 11. verſ. Quarto quæritur, cõtra Carol. de Gras. loco citato. num. 177. vndè ex his infertur, quòd clerici non ſolũ non poſſunt ſocietatem negotiationis contrahere; ſed contrahentes eam teneri ad ſolutionem gabellarum.

Tertiò ampliatur, vt clericis interdictum
10 ſit ſocietatem coire non tantùm per ſe ip-
ſos; verum etiam per alios: ſiquidem clericis interdicta eſt negotiatio tàm per ſe, quàm per alios, vt contra Ioan. Medin. tenet Molin. de contr. diſp. 342. num. 10.

Quartò ampliatur, vt ſocietatis negotia-
11 tio adeò clericis ſit prohibita, vt bona ex ne-
gotiatione ſocietatis quæſita ſub ſpoliorum nomine comprehendantur, vt conſtat ex Bullis Pontificijs, relatis à Steph. Quaran. in ſum. Bullar. ver. ſpolia; atque adeò ad hęredes non traſferuntur. Quod quidem tunc verum eſſe dicimus, quando bona quęſita venirent ex illicita ſocietate, non quia eſt eccleſiaſticis de iure prohibita negotiatio, vt in cap. 1. & cap. ſed nec, ne cler. vel monac. ac vlt. de vit. & honeſt. cler. ſed illa ſocietas illicita, quæ talis eſt intrinſecè, & ex obiecto mala, contra ius naturale, ac Diuinum; ſecus autem ſi ſocietas licita eſſet ſecundum ſe, ſed mala tantum, quia clericis prohibita; quoniam tunc huiuſmodi bona acquirerentur clericorum hæredibus, ſicut de Religioſis diximus ſupra, q. pręced. limit. 2. per ea quę habentur ex Nauar. in tract. de ſpol. § 7. not. 4. & 5. & conſ. 10. de teſtam. in antiq. in nou. verò conſ. 3. Molin. tom. 2. de Iuſt. & iur. diſp. 147. concl. 5. & ex alijs, quos retulimus d. limit. 2.

Sic ampliata limitatur eadem concluſio,
12 vt illa ſocietas ſit clericis interdicta, quę
negociationem habet annexam; quoniam negociationem clerici ſub varijs pœnis exer-
13 cere prohibentur, vt ſupra diximus, quę
quidem negotiatio tunc propriè dicitur, quando res emuntur, & immutatæ carius ven-

venduntur, vt in C. eijciens, 88. diſt. & ſupra adnotauimus, q. præcedenti, limi. 11. ſecus autem, ſi ſocietas non habeat negotiationem annexam, vt cùm res emuntur, & deinde mutatæ Clerici induſtria carius venduntur: nam huiuſmodi ſocietas clericis non interdicitur, ſiquidem de Apoſtolo Paulo legitur, relato in c. 1. 33. q. 4. *ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ.* Hinc ſequitur, quòd clericis non interdicitur ſo-
14 cietas ſuper officijs Romanę Curiæ, quoniam huiuſmodi ſocietas non habet negociationem annexam, quæ verè, & propriè, ac formaliter dicatur talis, vt colligitur ex ijs, quæ habentur ex Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 13. ſub num. 17. eſt tamen verum quòd non nullorum rerum emptio, quę
15 licet clericorum induſtria mutatæ reuenduntur, eiſdem interdicitur, de quibus ſupra in præcedenti q. egimus, limit. 1. verſ. eſt tamen verum.

Secundò limitatur, vt quamuis regula-
16 riter ſocietas negotiationem admixtam habens clericis interdicatur; nihilominus ſi clerici adeò pauperes ſint, vt ſe ſuamque familiam alere nequeant citra negotiationem propriè ſumptam tunc puto poſſe eos ſocietatem coire, licèt negotiationem annexam habeat: ſiquidem eo caſu poſſunt clerici res emere, & eas etiam immutatas carius reuendere, vt per Imol. in c. fin. ſub num. 13. de vit. & honeſt. cleric. Nauar. in Manu. cap. 25. ſub num. 10. & nos adnotauimus in noſtris comment. ad Bull. cœn. lib. 2. c. 18. q. 8. num. 17. vndè clerici licèt de iure non poſſint alienas poſſeſſiones conducere, nec ſecularibus negotijs ſe immiſcere, vt in c. 1. 88. d. & c. 1. ne cler. vel monac. ſi tamen adeò pauperes ſunt, vt ſe ſuaſque familias citra negotiationem alere non poſſint, poſſent vtique, & poſſeſſiones conducere, ſicut, & alienas Salinas: nec non venas ferri, aut alterius metalli emere, & ex eis Sal, ferrum, aut alias metalli ſpecies conficere, & deinde vendere, quamuis id eſſet propriè negotiari. Eſt tamen verum, quod ſi tales clerici poſſent neceſſaria ad victum quærere emendo aliquid, vt operarentur, & rem poſtea mutatam proprio artificio reuenderent, tunc non poſſent negotiari: quoniam emere rem aliquam, & proprio artificio, ac induſtria mutatam reuendere poſſent etiam clerici, qui adeò pauperes non ſunt: ſiquidem id non eſſet negotiari; ſed victum ex ſuo artificio quærere iuxta illud Apoſtoli dictum, de quo in c. eijciens, ibi, *ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum ſunt miniſtrauerunt manus iſtæ.* Scacch. de mercat. p. 3. num. 5. & Graſſ. in ſuis deciſ. p. 1. lib. 2. cap. 119. quibus adde, quæ ſupra adnotauimus, q. præcedenti, limit. 1. verſ. eſt tamen verum.

Tertiò limitatur dicta concluſio, vt illis
17 tantùm Clericis ſit interdicta ſocietas negotiationem habens annexam, qui ſunt in ſacris conſtituti, aut beneficium habent: ſiquidem ſub prohibitione ſacrorum canonum, ne clerici negotiationem exerceant, illi tantùm comprehenduntur, qui ad ſacros ordines ſunt promoti, ac beneficiũ habent: clerici verò prima tonſura dumtaxat initiati, aut quatuor minoribus ordinibus inſigniti quoad hoc tãquam laici reputantur, atque ideò non eſt illis interdicta negotiatio, vt habetur ex Panor. in c. 1. num. 12. Ne cler. vel monac. Nauar. conſ. 3. num. 2. de ſucceſ. ab inteſt. in antiq. & conſ. 5. in nou. Rodriq. in ſum. p. 2. cap. 1 côcl. 1. & Proſp. de Auguſt. in addit. ad Steph. Quarant. in ſum. Bullar. in ver. vectigale: vndè huiuſmodi clerici quãuis negociato-
18 res ſint, gaudent tamē immunitate tributorũ, & collectarum quoad bona Eccleſiæ ac propria. Tenentur tamen gabellam, ſeu tributum de ijs ſoluere, quæ negotiando emerint, ſeu diſtraxerint, vt probat Molin. de contr. diſput. 342. num. 3. in fin. & nos diximus in d. q. 8. num. 10. & 11.

Quartò limitatur ipſa concluſio quoad tertiam ampliationem, vt licèt clerici non
19 poſſint nec per ſe, nec per alios ſocietatem negotiationem habens annexam, exercere; nihilominus ſi cum fratribus laicis pro communi, ac indiuiſo omnia bona habent, & fratres ſocietates negotiatorias contrahãt ad eorum libitum, inauditis omninò ipſis clericis eorum fratribus, eo caſu puto, clericos excuſari à pœnis contra clericos negotiatores latis: quoniam hinc verè nec per ſe, nec per alios dicuntur negotionem exercere: non per ſe; quoniam ad negotiationem ipſam phyſicè non concurrent: nec per alios, quia ex parte clericorum nullum præceſſit mandatum; atque ideò nec moraliter ad eandem dicuntur cõcurrere. arg. tex. in l. 1. §. deijciſſe, ff. de vi. & vi arm. & quamuis aliqua vtilitas ipſis clericis ex tali negotiatione proueniat, id eſt per accidens, & propterea in moralibus non attenditur.

An excommunicati valeant ſocietatem contrahere. Q. X.

1 *Excommunicati ſocietatem contrahere non poſſunt.*
2 *Excommunicatis interdicta eſt omnium contractuum celebratio.*
3 *Excommunicatione maiori illigati ſunt ipſo iure priuati non ſolùm participatione, ſeu communione fidelium in Diuinis, & in ſacramentis, ſed etiam ciuili tam publica, quàm priuata.*
4 *Excommunicatio quid ſit.*
5 *Excommunicatus contrahendo peccat.*
6 *Excommunicati licet non poſſint licitè contrahere, ſi tamen contrahant, [illegible]*
7 *Excommunicati ſi matrimonium contrahant, licet peccent, validum tamen eſt matrimonium.*
8 *Excommunicatus [illegible] cum altero excommunicato ſocietatem, & alios contractus [illegible] celebrare.*
9 *Excommunicatus [illegible] ſocietatem [illegible] licitum eſt [illegible] ſocijs [illegible] communicare.*
10 *Excommunicatus licet non poſſit licitè [illegible] teſtamentum condere, ſi tamen condat, valet teſtamentum.*
11 *Excommunicatus, vt prohibeatur contrahere, an debeat eſſe denunciatus, vel publicus clericorum percuſſor.*
12 *Excommunicatus prohibetur agere in iudicio, non obtenta prius abſolutione.*

IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia eſt Felicij in ſuo tract. de ſociet. cap. 8. ſub num. 6. exiſtimantis, excommunicatos poſſe contrahere, & per conſequens ſocietatem coire. Pro qua re allegat Panor. in c. veritatis, ſub num. 31. de dol. & contum. & alios, qui mouentur ex tex. in c. felicis, 6. verſ. de pœn. in 6.

Secunda ſententia, quæ nobis videtur
1 probabilior eſt, Vbald. in ſuo tract. de duob. fratr. p. 11. in prin. & aliorum opinantium excommunicatos non poſſe ſocietatem contrahere. Probatur, quoniam excommunicatis interdicitur omnium
2 contractuum celebratio, vt habetur ex Hoſt. in d. c. veritatis, num. 9. & 10. de dol. & contum. Anton. de Butr. in c. ſicut, de hæret. & in c. ſi verè, de ſent. excom. latè Suar. de cenſur. diſp. 15. ſect. 8. num. 7. cum plur. ſeq. & Sayr. tom. 1. Theſ. lib. 2. cap. 13.

At ſocietas eſt verè, ac propriè contractus, vt ſupra probauimus, cap. 2. q. 1. ergo excommunicatis interdictum quoque cenſetur ſocietatem contrahere. Confirmatur hæc eadem ſententia ex eo, quòd excom-
3 municati maiori excommunicatione ſunt ipſo iure priuati non ſolùm participatione ſeu communione fidelium in Diuinis, & Sacramentis, ſed etiam ſunt priuati omni ciuili tam publica, quàm priuata communione, vt in c. nuper, & in c. aliquando, de ſent. excom. c. ad menſam, c. excommunicatos, & c. cum excommunicato, 11. q. 3. D. Thom. in 4. d. 18. q. 4. ar. 1. Nauar. in Manuali cap. 27. num. 27. Couar. in c. Alma Mater, p. 1. §. 1. de ſent. excomm. in 6. & alij communiter. Etenim excommunicatio eſt cenſura, per quam homo à fidelium commu-
4 nione ſeparatur, vt in c. Engeltrudam 3. q. 4. quando igitur excommunicati, priuati ſunt ciuili fidelium communione, cenſentur quoque prohibiti ſocietatem contrahere, ſiquidem ſocietas contrahi, ac exerceri nequit citra ciuilem aliquam participationem, ſeu communionem. Denique idem Panor. loco ſupra citato dicit, excommunicatum contrahentem peccare, ergo
5 licitè non poteſt contrahere, quia non poteſt dici licitus ille contractus, qui cum peccato celebratur. Nec obſtat tex. in d. c. felicis, quoniam ad illum rectè reſpondent Addentes ad Panor. ibidem, & Suar. d. ſect. 8. num. 7. & ad ſummum ex eo tex. colligitur, contractum celebratum per excom-
6 municatum nõ eſſe inualidũ, ſed nõ ob id ſequitur, excõmunicatos poſſe licitè cõtrahere. Nam excommunicati ſi matrimoniũ contrahant, valet matrimonium, vt latè
7 probat Sanch. lib. 7. de matr. diſp. 9. ſub num. 2. ſed non ob id ſequitur licitè matrimonium contrahere; nam Doctores communiter relati à Sanch. loco citato, volunt, excommunicatos matrimonium contrahentes peccare.

Hæc ſententia adeò vera eſt, vt non
8 ſolùm prohibitum ſit excommunicato contrahere ſocietatem cum fideli non excommunicato, verùm etiã cum altero excommunicato: nam excommunicatus fidelis eſt, & cùm excommunicatio ſeparet à communione fidelium, & neminem excipiat, cenſetur etiam ſeparare à ciuili communione excommunicati, ita vt non poſſit citra culpam ſocietatem coire, nec alios contractus celebrare. Imò Syluẽ. in ſum. ver. excommunicatio. 5. num. 12. & Sayr. loco ſupra relato cum alijs, quos alle-

àllegat, volunt, quòd adeò excommunica-
to illicitum eſt contrahere, vt non liceat
nec vendi, aut emi aliquid à ſeruiente ex-
communicato, nomine excommunicati.
Eſt tamen verum quòd licet excommu-
9 nicato prohibitum ſit contrahere, atque
ideò ſocietatẽ coire, nihilominus licitũ eſt
cõmunicare cũ ſocio excõmunicato, vt per
gloſ. in c. 1. diſt. 41. & in c. ſi verè in gloſ.
pen. de ſent. excom. ac Felic. de ſociet. cap.
8. num. 7. & 8. ſicut licitum eſt marito ra-
tione ſocietatis coniugalis communicare
cum vxore excommunicata, & è conuer-
ſo. vt habetur per Couar. in c. Alma mater,
p. 1. relect. §. 1. ſub num. 8. Imò quamuis
excommunicato non liceat ſocietatem ci-
tra culpã contrahere, nihilominus ſi eam
contrahat, erit valida; quoniam ita dicen-
dum eſſe ſup a diximus de omnibus alijs
contractibus ab excõmunicato celebratis:
ſiquidem communicatio huiuſmodi non
eſt illa, quæ per ſe primò prohibetur ex-
communicatis, nec materia eſt grauis, vt
latè probat Suar. d. ſec. 8. num. 7. vbi diffu-
sè hanc materiam tractat, & limitat. Sic
etiam excõmunicatus non poteſt abſque
10 peccato teſtamentum condere; verùm ſi
condat, teſtamẽtum valet, ſi requiſita con-
currant, vt latè habetur per Doctor. in c.
veritatis, de dolo, & contum. Ratio autem
hæc eſt, quia teſtamentum, ſicut, & alij cõ-
tractus habent valorem ex voluntate te-
ſtatoris, & contrahentium, quæ ad hoc ef-
ficax eſt, niſi per legem irritetur, vt habe-
tur ex eodem Suar. d. diſp. 15. ſec. 9. An
11 autem excommunicatus debeat eſſe de-
nunciatus, vel publicus clericorũ percuſ-
ſor adhoc, vt prohibitus cenſeatur contra-
here, rectè declarat Suar. d. ſec. 8. num. 7.
vbi excuſat etiam excommunicatos con-
trahentes, & qui cum excommunicatis
contrahunt in multis caſibus. Cæterum,
quamuis regulariter contractus initus ab
excommunicato ſit validus; excommuni-
catus tamen non poteſt agere in iudicio,
niſi obtenta abſolutione, vt habetur ex
Panor. in d. c. veritatis num. 36. de dol. &
contum. & Felic. loco citato, num. 9. qui
etiam num. 10. contra Hoſtien. in d. c. ve-
ritatis, & alios, qui volunt, quæſita per ex-
communicatos ex contractu, eſſe diſtribu-
enda pauperibus contrarium videtur tene-
re cum Panor. in c. cum ſit, num. 2. de Iu-
de, per tex. in c. fin. de ſimon.

An licitum ſit Fidelibus ſocietatem contrahere cum Infidelibus. Q. XI.

SVMMARIVM.

1 *Infideles ſunt in triplici differentia.*
2 *Societatem coire Catholici non poſſunt cum hæreticis, & alijs Chriſtiani nominis inimicis: nec alio modo contrahere.*
3 *Societas eſt quædam fraternitas.*
4 *Qui tetigerit picem conquinabitur ab ea: & qui communicabit ſuperbo induet ſuperbiam.*
5 *Amicus inimici præſumitur inimicus.*
6 *Arma & alia ad vſum bellicum pertinentia deferentes ad Chriſtiani, ac Catholici nominis inimicos, incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*
7 *Principes Chriſtiani bello oppreſſi ab alijs Principibus Chriſtianis an poſſint fœdus, ligam, ſeu confœderationem inire cum Infidelibus, eoſdemque aduocare in eorum auxilium.*
8 *Naturalis ratio dictat, vt bonum commune Religionis, & fidei, præferendum ſit bono temporali totius Reip.*
9 *Romano Pontifice inconſulto, non eſt licitũ Chriſtianis Principibus confœderationes cum Infidelibus inire.*
10 *Milites, & aliæ priuatæ perſonæ ſocietatem ineuntes cum Barbaris, incidunt in crimẽ læſæ Maieſtatis.*
11 *Chriſtiani poſſunt contractus celebrare cum Indis, & alijs Infidelibus, qui nec de iure, nec de facto ſubſunt Chriſtianis Principibus; non tamen ſocietatem coire.*
12 *Saracenorum appellationem quinam veniant.*
13 *Malorum conſortia etiam bonos ſæpè corrumpunt.*
14 *Societatem officiorum an licitum ſit contrahere Chriſtianis cum Iudæis, & alijs Infidelibus, qui de iure, & de facto ſubduntur Principibus Chriſtianis.*
15 *Chriſtiani an poſſint cum Iudæis ſuper rebus ſocietatem contrahere, ſuper quibus datur Chriſtianis cum illis commercium.*
16 *Chriſtianus poteſt nomen ſui officij accommodare, vt ſuper eum pecuniam ad ſocietatem accipere poſſit Iudæus: & Iudæus pariter poteſt dare pecunias Chriſtiano ad ſocietatem ſuper eius officio.*
17 *Iudæi Chriſtianis Principibus ſubiecti ſunt*

cum Chriſtianis de eiuſdem Ciuitatis corpore, & in actibus humanis cum eiſdem participant.

18 *Iudæis Principibus Chriſtianis ſubiectis cenſentur concesſæ immunitates, quas habent Ciuitates, in quibus habitant.*

19 *Iudæi Romæ Ciuium Romanorum legibus uiuunt.*

20 *Chriſtianos cum Iudæis, & alijs Infidelibus etiam Chriſtianis Principibus ſubiectis, nō poſſe ſocietatem contrahere, probabilius eſt dicendum.*

21 *Chriſtiani licèt alios contractus cum Iudæis, & alijs Infidelibus ſubiectis vt ſupra poſsint celebrare; non tamen ex hoc inſertur, quòd valeant cum eis ſocietatem coire.*

22 *Coniugia inter Chriſtianos, & Infideles omninò prohibentur.*

23 *Matrimonium inter Chriſtianos, & Infideles prohibitum eſt tum iure Diuino, tum etiam Eccleſiaſtico, ac irritum redditur ſi contrahatur.*

24 *Matrimonium inter Catholicos, & hæreticos licèt prohibeatur iure canonico: contractum tamen eſt validum.*

25 *Diſpenſatio ſuper matrimonio inter Hæreticos, & Catholicos à ſolo R. Pontifice concedi poteſt ex iuſta, ac rationabili cauſa.*

PRo determinatione huius difficultatis
1 eſt adnot. quòd, vt adnotauimus in noſtris Commentarijs in Extrauag. Pij P. V. de cenſib. q. 4. poſt Molin. & alios, Infideles ſunt in triplici differentia. Quidam enim Principibus Chriſtianis non ſubdūtur nec de iure nec de facto, vt ſunt Indi, & Pagani. Quidam verò ſubduntur Principibus Chriſtianis de iure, non tamen de facto, vt ſunt Turcæ, & alij Chriſtiani nominis inimici, ac Hæretici Catholicorum Terras occupantes, & iniuſtè detinentes. Quidā denique Infideles ſubduntur Principibus Chriſtianis de iure, & de facto, vt ſunt Iudæi in Italia, & alij Infideles in Catholicorum Terris commorantes. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima concluſio.

CAtholici cum Hæreticis ſocietatem
2 coire non poſsunt. Hæc concluſio eſt Felicij in ſuo tract. de ſociet. cap. 8. ſub num. 21. vbi idem dicendum eſse ait de Saracenis, & alijs Chriſtiani nominis inimicis, ac hoſtibus. Etenim cum huiuſmodi Infidelibus non eſt licitum contrahere, ac participare, vt in c. ſicut, & ibi Anton. de Butr. de Hæret. Felin. in c. ego, num. 8. de iureiur. Boer. dec. 179. num. 7. & Strach. de mercat. p. 4. num. 12. & 17. ergo nec licitū eſt ſocietatem coire: ſiquidē ſocietas eſt contractus, vt ſupra oſtendimus, cap. 2. q. 1 & citra participationem aliquam exerceri non poteſt. Confirmatur, quoniam ſocie-
3 tas eſt quædam fraternitas, vt in l. verum, ff. pro ſoc. at inter Chriſtianos, hæreticos, ſaracenos, & alios Catholici ac Chriſtiani nominis inimicos & hoſtes nulla eſt fraternitas; ergo non poteſt eſſe ſocietas. Hinc Ioan. cap. 4. ex eo quòd Samaritani erant hæretici reſpectu veræ fidei, quam profitebantur Hebræi, ita legitur, *Non enim bene conueniunt, vel coutuntur Iudei Samaritanis.* & de alijs Infidelibus loquens Apoſt. 2. Cor. cap. 6. inquit. *Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio eſt iuſtitiæ cum iniquitate. Aut quæ ſocietas luci ad tenebras. Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum Infideli? Quis autem conſenſus Templo Dei cum Idolis?* Denique eſt prohibita ſocietas catholicis cum hæreticis. & prædictis Infidelibus ob periculum ſubuerſionis: nam, vt habetur Eccleſ. cap. 12. *Qui comitatur cum uiro iniquo oblutus eſt*
4 *in peccatis eius.* & cap. 13. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicabit ſuperbo, induet ſuperbiam.* ob id etiā Bald. in l. libri, C. de inoffic. teſtam. & Anch. conſ. 158. inquiunt, Confederatos eiuſdem intentionis ac voluntatis eſſe: & amicum
5 inimici præſumi inimicum, ait Gloſ. in c. ſi inimicus, in ver. Nolite, d. 93. & Bart. in l. ſciendum, §. ſi accuſatio, ff. de legation.

Imò ad huiuſmodi Chriſtiani, ac catho-
6 lici nominis inimicos deferentes arma, & alia ad vſum bellicum pertinentia, ad vendendum, aut donandum, incidunt in excommunicationem contentam in Bulla cœnæ Domini, de qua re diffuſè egimus in noſtris commentar. ad eandem Bullam, lib. 2. cap. 7. vbi q. 36. latius quoque explicandam duximus controuerſiam illam, in qua quæritur, An Principes Chriſtiani bello opprefſi ab alijs Princi-
7 pibus Chriſtianis, nō valentes ſe aliter defendere, poſſint fedus, ligam, ſeu confederationem inire cum Infidelibus, & inuocare eorum auxilium pro ſuorum bonorum tutela, aut recuperatione, & illis arma, & alia, ad vſum bellicum neceſſaria ſub-

Digitized by Google

ſubminiſtratione:& poſt multa argumenta,hinc inde allata, concluſimus,num.89. & ſeq.quod ſi per huiuſmodi confederationes,& aduocationes Infidelium periculo exponatur fides catholica, & Chriſtiana Religio,tunc illæ non licerent,nec fieri debent,etiam ad defentionem,cùm ſint contra ius naturale,Etenim naturalis ratio dictat, vt bonum commune Religionis.& fidei præferendum ſit bono tempo-
8 rali totius Reipublicæ,vt habetur ex Leſſ. lib. 2.de Iuſt.& iur.c.9.dub.7.num.40.Iudicium autem ſpectat adSum.Pontificem & per tales confedarationes periculo ex ponatur Catholica fides,& Chriſtiana Religio;atque ideò nunquã prædictæ confe-
9 derationes fieri debent,niſi conſulto prius Romano Pontifice, vt oſtendimus d. q.36.num.87.Imò,vt licitè fiant præter iudicium Romani Pontificis diximus ibidem,num.85.Primò quòd Bellum ſit iuſtum ex parte aduocantium Infideles.Secundò,quòd aduocationis,ſeu confederationis tempore non ſit bellum inter chriſtianos,& alios Infideles.Tertiò, vt Princeps aduocans,& confederans non poſsit aliter ſe ſuaque defendere, & bellum gerere.Quartò quòd ſcandalum abſit, & denique completo bello Princeps curet auferri ab ipſis Infidelibus arma, & alia ad vſum bellicùm ſpectantia eiſdem tradita ne vllo vnquam tempore contra Chiſtianos vti poſsint: aliàs Princeps negligens ea recuperare, in excommunicationem Bullæ cœnæ incideret, in d.c.7. contentã cæterum excepta defentionis cauſa,& cõcurrentibus ſupradictis conditionibus, omnibus Principibus Chriſtianis interdicta eſt ſocietas, ſeu confederatio cum Infidelibus quibuſcunque,vt eſt tex.in clem. 1.§.porro,de iureiur.qui licèt loquatur de Imperatore; nihilominus eiuſdem diſpoſitionem extendi ad omnes Chriſtianos Princeps docet Cardin.ibidem, in 2.not. Imò milites,& aliæ priuatę perſonæ factionem,& ſocietas ineuntes cum Barbaris
10 incidunt in crimen lęſæ Maeſtatis,vt in l. quiſquis.c.ad leg.Iul.maeſt.

Secunda concluſio.

11 CHriſtiani poſſunt emptionis, ac venditionis contractum: & alios eiuſmodi celebrare cum Indis,& alijs Infidelibus,qui nec de iure,nec de facto ſubſunt Principibus Chriſtianis,nec ipſos Chriſtianos Religionis intuitu,aut alia ex cauſa impugnant,quin potius humanè ſuſcipiant: non tamen poſſunt cum huiuſmodi Infidelibus ſocietatem coire.Hæc concluſio habet duas partes. Probatur prima pars ex Nauar.in c. ita quorundam de Iudæ.ſub num.21.dum ait,quod huiuſmodi Infideles cum Chriſtianis contrahunt: & de iure cum eis non videtur aliquo iure damnari commercium cenſetur permiſſum arg.tex. in c. omnis iuncta Gloſ. d.3.l.nec non,§.quod eis,ff.ex quib. cau. maior. & l.ab ea parte,C.de probat. Secũda pars concluſionis patet primò ex d. clem.1.§.porrò, de iureiur. & ibi Cardin. in 2.not.vbi prohibentur Principes Chriſtiani ſocietates,confederationes, & ligas coire non ſolùm cum hæreticis, ſed etiam cum Saracenis,& Paganis, atque adeò cũ Infidelibus quibuſcunque: ſiquidem Saracenorum nomine veniunt omnes Maumethicæ perfidiæ ſectatores,vt per Nauar in d.c.ita quorundam,num.2.cum plur. ſeq.
12 Pagani appellantur omnes alij Infideles, qui baptiſmum non ſuſceperunt. Et quòd ſimpliciter ſit prohibita ſocietas cum Infidelibus patet ex illo Apoſt. 2. Corint.c. 6.dicentis: *Nolite iugum ducere cum Infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitia cum iniquitate. Aut quæ ſocietas luci ad tenebras, &c.* Confirmatur, quia ſocietas eſt fraternitas,vt in l. verum,ff.pro ſoc.ſed inter Paganos,& Chriſtianos nulla poteſt eſſe fraternitas: ſiquidem Chriſtiani tantum dicuntur fratres propter regenerationes lauacrum,c.nos ad menſam 11.q.3.ergo inter Chriſtianos, & Paganos prædictos nõ poteſt contrahi ſocietas. Deinque ſocietates vt plurimum contrahuntur.ſocijs ſimul diſcumbentibus,& habitantibus ; at cùm fideles cum infidelibus miſcentur,veræ Religionis antea cultores idolatricijs ritibus de facili infici poſſunt.Sępè enim
13 malorum conſortia,etiam bonos corrumpunt,& multò magis eos,qui ad vitia proni ſunt,vt c.ſępè,18.q. Hinc ait Propheta Pſal.17.*Cum Eleßo eteßus eris; & cum peruerſo peruerteris.* & Eccl. cap. 12. *Qui comitatur cum viro iniquo obuolutus eſt in peccatis eius.* Si igitur horum conſortia de facili poſſunt inficere, cùm omnes homines ſint proni ad malũ, ergo ſocietas iure naturali prohibita eſt Chriſtianis non ſolùm cum hæreticis,ſaracenis,& alijs Chriſtiani nominis inimicis,& hoſtibus,verum etiam cum alijs infidelibus, qui Chriſtianos non impugnant; quia de iure naturali te-

li tenemur vitare periculum ſubuerſionis:
ſcriptum eſt enim, qui amat periculum
peribit in illo.

Tertia Concluſio.

CHriſtianos cũ Iudæis, & alijs Infidelibus,
qui de iure, ac de facto ſubditur Princi-
14 pibus Chriſtianis ſocietatem officiorum
Rom. Curiæ contrahere poſſe, probabiliter
eſt dicendum. Hanc ſententiam quoad Iu-
dæos ſimpliciter tuetur Caſtrac. de ſociet.
offic. cap. 13. ſub num. 11. & ſeq. Zach.
eod. tr. ſub num. 190. & Felic. de ſociet. cap.
8. ſub num. 22. cum plur. ſeq. Mouentur ex
eo, quòd Chriſtianis cum Iudæis Princi-
pibus Chriſtianis ſubiectis non eſt prohi-
bitum commercium, vt habetur ex Felin.
in c. ego, num. 8. de iureiur. Boer. deciſ. 129.
ſub num. 6. Dec. conſ. 51. num. 3. vbi pro-
bat, quòd ſaluum conductum conceſſum
Chriſtianis cenſetur conceſſum Iudæis
15 eorum conſocijs. Imò quòd Chriſtiani
poſsint cum Iudæis ſuper alijs quoque
bonis ſocietatem coire expreſsè docet Fe-
lic. loco citato, ſub num. 24. dummodò
contrahant ſocietatem ſuper illis rebus,
ac negotijs, ſuper quibus datur nobis cũ
eis commercium. Vndè cum à Paulo IV.
& Pio V. interdictum ſit Iudæis poſſe bo-
na immobilia emere, poſsidere, ac retinere,
& cum Chriſtianis commercium, ac mer-
cimonium agere, ſed ipſis artem ſolùm
ſtracciariæ fuerit conceſſum, hinc infert
ipſe Felic. quòd Chriſtiani cum Iudæis
ſuper bonis dumtaxat artem ſtracciariæ
concernentibus, non aut ſuper alijs rebus
ſocietatem inire valent. Et Caſtrac. d.
16 cap. 13. ſub num. 11. Chriſtianum putat
poſſe nomen ſui officij accomodare, vt
ſuper eod. pecunias in ſocietatem accipe-
re Iudæus poſsit: & Iudæum pariter poſ-
ſe dare pecunias Chriſtiano in ſocietate
ſuper eius officio. Etenim in actibus hu-
manis cum Chriſtianis Iudæi participant
17 fiuntque de eodem Ciuitatis corpore, iux-
ta ea, quæ habentur per Bart. & Bald. in l.
ſpadonem. §. iam autem, ff. de excuſ. tutor.
Barb. conſ. 63. col. 3. lib. 4. atque ideò immu
nitas conceſſa hominibus certæ ciuitatis,
18 aut loci, extendi etiam ad Iudæos ibi ha-
bitãtes conſuluit Alex. conſ. 65. lib. 5. num.
6. Soc. loco ſupracitato col. pen. & Natt.
conſ. 620. Hinc Iudæi Romæ ciuium Ro-
manorum legibus viuunt. Imol. conſ. 1. Ro-
19 man. conſ. 803. Natt. d. conſ. 620. num. 7. &
conſ. 434. & Rolan. conſ. 25. lib. 3. cum alijs
relatis per Caſtrac. d. c. 13. num. 14. & 15.
vbi etiam inquit poſt Soc. d. conſ. 63. &
conſ. 71. num. 2. & alios, quod ſtatuta Ciui-
tatis extenduntur quoque ad Iudæos.

Dixi *Probabiliter eſt dicendum*. Quo-
20 niam probabilius nobis videtur Chriſtia-
nos non ſolùm non poſſe licitè contrahe-
re ſocietatem cum hæreticis, & alijs Chri-
ſtiani, ac catholici nominis inimicis, & ho-
ſtibus, ſed nec quidem cum Iudæis alijſque
Infidelibus quibuſcunque, ſiue de iure, &
non de facto; ſiue de iure, ac de facto ſint
Principibus Chriſtianis ſubiecti. Etenim
non valet argumentum, Iudæi poſſunt cũ
21 Chriſtianis contrahere, ſicut & alij Infide
les, qui Chriſtianis non ſunt infeſti, aut
Principibus Chriſtianis non ſunt infeſti,
aut Principibus Chriſtianis ſunt ſubiecti.
ergo poſſunt, & ſocietatem contrahere:
quoniam non valet argumentum de gene-
re ad ſpeciem affirmatiuè; & eo maximè
quia militat diuerſa ratio: ſiquidem per
alios contractus non contrahitur inter cõ-
trahentes fraternitas quædam, ſicut con-
trahitur per ſocietatem, vt in l. verum, ff.
pro ſoc. At inter Chriſtianos, & Infideles nõ
baptizatos non poteſt conſiſtere fraterni-
tas; quoniam ſolùm Chriſtiani dicuntur
fratres propter regenerationis lauacrum,
vt in c. nos ad menſam 11. q. 3. ergo nec
conſiſtere poteſt ſocietas. Confirmatur ex
auctoritate Apoſt. 2. corinth. cap. 6. vbi in
vniuerſum prohibet participationem cum
Infidelibus dum ait, *Nolite iugum ducere
cum infidelibus, &c.* de quibus ſupra concl.
1. & 2. quibus adde quoque rationes, quas
in d. concl. 2. attulimus. Imò Chriſtiani,
qui antea Iudaicam legem profitebantur,
& ad fidem conuerſi ſunt omninò prohi-
bentur participare cum Iudæis ob timo-
rem ſubuerſionis; quoniam corrumpunt
bonos mores conſortia mala, vt in c. ſæpè,
28. q. 1. & quòd in vniuerſum prohibita ſit
ſocietas inter Chriſtianos, & Iudæos de
iure cõmuni expreſsè tenet Ludouic. concl.
59. verſ. Et hodie, quem refert Felic. loco
citato, ſub num. 29.

Quòd ſi ſupradictæ ſocietates, & con-
22 federationes prohibitæ ſunt de iure inter
Fideles, & Infideles; multò magis inter
eos damnatæ ſunt ſocietates coniugales.
Etenim matrimonium Fidelis cum Infide-
li ob periculum infectionis vetitum eſt nõ
ſolùm iure Diuino, niſi iuxta fuerit diſpẽ-
23 ſandi cauſa, vt per Sot. in 4. d. 39. q. vni.
num. 2. col. 4. verſ. Apparet ergo, Sanch.

lib. 7.

Google

lib. 7. de matr. diſp. 71. ſub num. 5. & patet ex Deut. cap. 7. & 3. Reg. cap. 11. verum etiam de iure Eccleſiaſtico eſt vetitum atque inualidum; non quòd adſit textus expreſſus, qui huiuſmodi connubia irritet, & annullet; ſiquidem omnes canones ad hoc allati, vel ex ſanctis, aut Concilijs Prouincialibus deſumpti, loquuntur de ſpeciali matrimonio inter Chriſtianos, & Iudæos; nec prohibent irritando, vt in c. cauo, c. non oportet, & c. ſiquis iudaicæ, & c. Iudæi, 28. q. 1. ſed quoniam ex Apoſtolorum vſu, ac traditione introductum eſt, vt Fidelis cum Infideli nulliter matrimonium contrahat, vt per Sot. loco citato, col. 3. & Sanch. d. diſp. 71. num. 8. Eſt tamen verum, quòd ſi catholicus cum hæretica
24 matrimonium celebret, & è contra; licèt huiuſmodi matrimonium iure canonico ſit prohibitum; contractum tamen eſt validum, non ſolùm quoad contractum; ſed etiam quoad ſacramentum, vt probat Sanch. loco citato, diſp. 72. num. 1. & nos latè de hac re quoque tractauimus in comment. Bull. cœn. lib. 2. cap. 7. q. 36. à
25 num. 54. ad 72. vbi num. 62. diximus pariter ſuper matrimonia huiuſmadi ſolum Romanum Pontificem diſpenſare poſſe ex iuſta, ac rationabili cauſa: & ſi iuſta diſpēſandi cauſa deſit, licèt peccent contrahentes contra ius Diuinum; matrimonium tamen eſt validum.

An aliqui ſint, qui ratione eorum munerum, aut ex alia cauſa vltra rationes, & cauſas ſupra relatas, ſocietatem coire prohibeantur. Q. XII.

S V M M A R I V M.

1 *Tutores, & Curatores probibentur cum pupillis, ſeu minoribus contrahere, atque ideò ſocietatem coire.*
2 *Argumentum de contractu ad ſocietatem licèt non valeat affirmatiuè; valet tamen negatiuè.*
3 *Societas inter pupillum, & tutorem, adultum, & curatorem, quibus caſibus valeat.*
4 *Officialis probibetur cum ſubdito contrahere.*
5 *Aduocatus, durante lite, non poteſt contrahere cum cliento; ſicut nec medicus cum infirmo dum infirmatur; atque ideo nec ſocietatem coire.*
6 *Argumentum de genere ad ſpeciem, licèt non valeat affirmatiuè; valet tamen negatiuè.*
7 *Carcerati ratione præſumpti metus licèt non contrahant in eorum damnum; poſſunt tamen contrahere ad eorum vtilitatem.*

AD hanc difficultatem reſpondetur
1 breuiter affirmatiuè. Etenim Tutores, & Curatores, cum prohibeantur cum pupillo, & minore contrahere, vt in l. ſi in emptione, §. fin. ff. de contrah. empt. l. Titiũ, & Meuium, §. alterũ, ff. de admin. tutor. conſequenter prohibentur cum eiuſdē ſocietatem celebrare, vt habetur per Petr. de Vbald. de duob. frat. p. 3. num. 3. Nam licèt de contractu ad ſocietatem non va-
2 leat argumentum affirmatiuè vt in præcedenti q. concl. 3. ſupra diximus; valet tamen negatiuè. Eſt tamen verum, quòd quibuſdam caſibus valet etiam ſocietas
3 cõtracta inter pupillum, & tutorem adultum, & curatorem, vt ſupra adnotauimus,
4 q. 1. concl. 3. limit. 3. Sic etiam Officialis quoniam prohibetur cum ſubdito contrahere, l. non licèt, & l. qui officij cauſa, ff. de contrah. empt. l. 1. ff. de cond. indeb. Bart. in l. aufertur, §. quòd à Præſide, C.
5 de iur. Fiſc. ſicut etiam interdicitur Aduocato, durante lite, contrahere cũ ſuo clientulo, vt per gloſ. in l. quiſquis, verſ. contractum, C. de poſtul. & Medico cum infirmo dum infirmatur, vt in l. Medicus, ff. de var. & extraord. crim. gloſ. loco citato, & Gomeſ. lib. 2. reſolut. cap. 14. num. 33. & ſin. hinc ſequitur, quòd officialis non poteſt ſocietatem contrahere cum ſubdito; ſicut nec aduocatus cum ſuo cliento, durante lite, nec Medicus cum infirmo durante infirmitate: quoniam vt ſupra diximus, cap. 2. q. 1. ſocietas eſt ſpecies veri contractus:
6 & quamuis de genere ad ſpeciem non valeat argumentum affirmatiuè, valet tamē negatiuè, & hanc ſententiam in ſpecie tenet Felic. de ſociet. cap. 8. num. 2. cũ plur. ſeq. vbi etiam, num. 26. addit, quòd ratione præſumpti metus de iure ſocietatem coire non valent, eo quòd non poſſunt de iure contrahere, vt ſunt carcerati, l. qui
7 carceres, ff. quod met. cau. qui tamen non contrahunt quoad eorum damnum: ſecus autem quoad eorundem fauorem, ac vtilitatem;

Digitized by Google

tatem, quoniam emo poſſunt, & eorum contractus ſunt validi, vt per Dec. conſ. 102. in prin. lib. 3.

In definitione, ibi *Ad conferendum aliquid, &c.*

Caput IV.

SVMMARIVM.

1 *Collatio adeò neceſſaria eſt in ſocietate, vt citra alicuius rei collationem, ſeu communionem ſocietas conſiſtere nequeat.*
2 *Materia in ſocietatibus omninò exigitur.*

1 EST adeò neceſſaria alicuius rei collatio in ſocietate, vt citra alicuius rei collationem, ſeu communionem ſocietas nullatenus conſiſtere poſſit. Etenim pro parte cuiuslibet ex ſocijs ponitur aut res, ſiue pecunia ſit, ſiue fundus, ſiue hereditas aliqua, ſiue grex, armentum, &c. Aut ponitur opera, ſeu induſtria, l. ſocietas contrahitur, l. cum duobus, §. ſi iucunda, & l. ſi non fuerint, ff. pro ſoc. l. 1. & ibi gloſ. & Doctor. C. eod. & §. nam, & ita, in Inſt. de ſociet. Citra res enim, quæ ſint, aut eſſe 2 ſperantur nulla ſocietas contrahi poteſt; aliàs deeſt in ea materialis cauſa, quæ omninò exigitur, l. verum, §. fin. ff. pro ſoc. Bald. in l. 1. num. 1. C. pro ſoc. & in l. 2. C. de contrah. empt.

Quarum rerum fit collatio in ſocietate, atque adeo ſuper quibus rebus cõtrahi poſſit ſocietas: Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Rei nomen generale eſt omnia ſignificans.*
2 *Rerum Monaſterij appellatione homines quoque, ac perſonæ continentur.*
3 *Rerum appellatione etiam negotia, & operationes continentur.*
4 *Rerum diuiſio multiplex: nã quædam ſunt extra commercium noſtrum, & quædam in commercio noſtro: quædam incorporales, &c.*
5 *Societas contrahi nõ poteſt ſuper rebus, quæ in commercio noſtro non ſunt: atque ideo ſuper rebus ſacris, & alijs eiuſmodi.*
6 *Stipulatio, alienatio; ac dominij tranſlatio non cadunt ſuper bonis nullius, & quæ non ſunt in commercio noſtro.*
7 *Societate transfertur rei dominium.*
8 *Societas coiri non poteſt ſuper rebus vniuerſitatis, quæ vſibus populi perpetuò expoſita ſunt.*
9 *Societas ſuper rebus turpibus, & illicitis contrahi non poteſt.*
10 *Socij criminum non ſunt propriè ſocij: et propterea inter eos non datur actio pro ſocio pro diuidendis bonis ex maleficio comparatis.*
11 *Societas licitè contrahitur ſuper rebus incorporalibus.*
12 *Hæreditas inter res incorporales connumeratur.*
13 *Societas rectè contrahitur ſuper hæreditate, ſuper conductione publicarum vectigalium.*
14 *Societas ſuper rebus incorporalibus coiri poteſt etiam ſi actu non exiſtant.*
15 *Societas rectè contrahitur tam ſuper bonis actu exiſtentibus quàm futuris.*
16 *Societas rectè coitur ſuper re, & fructibus eius: ſuper animalibus, & eorum fructibus, non dum exiſtentibus.*
17 *Societas licèt non detur citra alicuius rei communicationem; non tamen omnis ſocietas exigit rei communicationem in principio contractus; ſed ea tantùm, in qua fit communio tam in ſorte, quàm in lucro.*
18 *Sors tunc communicatur in ſocietate, in qua fit in lucro tantùm, quando ex ipſa ſorte merces emuntur.*
19 *Societas rectè contrahitur ſuper operibus, & induſtrijs exhibendis.*
20 *Societas non ſolùm coiri poteſt ſuper re, & fructibus rei ſimul; verum etiam diſiunctim.*
21 *Societas coiri poteſt non ſolùm in vna re certa, ſiuè mobilis ſit, ſiuè ſe mouens, aut immobilis; ſed etiam ad plures res, ad plura artificia, & ad plures negotiationes.*
22 *Societas contrahi poteſt ſuper omnibus bonis vniuerſaliter, ac ſimpliciter non facta rerum particularium declaratione.*
23 *Societas contrahi poteſt ſuper re ex parte vnius, & ſuper operibus, & induſtria ex parte alterius; ſuper nauigij vſu, aut alterius rei ex parte vnius, & ſuper re ex parte alterius ſocij.*

1 AD huius rei explicationem eſt adnot. quòd rei nomen generale eſt omnia ſignificans, vt in §. rei appellatione, ff. de verb. ſignif. l. 1. in fin. & ibi gloſ.

ff. ſi

ff. ſi cert. petat. Alex. conſ. 185. num. 16.
verſ. licet, lib. 2. & conſ. 102. num. 10. lib.
6. vnde rerum appellatione veniunt tum
rerum omnium ſpecies, & iura omnia,
vt patet ex iuribus ſupra relatis, tum ho-
2 mines, cùm appellatione rerum monaſte-
rij homines quoque, ac perſonæ conti-
neantur, vt poſt alios Tuſch. in ver. Rei
appellatione cõcl. 104. num. 7. ad quod al-
legat tex. in l. 1. §. quædam, ff. de ver. diuiſ.
tum etiam negotia, & operationes, tam
licitę, ac honeſtæ, quàm inhoneſtę, & tur-
3 pes. Hinc res alias agere dicitur, qui non
attendit ad id, quod dicit, aut facit; ob id
enim Cic. ad Cal. lib. 15. ſic ait, *facio me
alias res agere.* & rem habere cum aliquo
dicitur, qui cum aliquo negotium habet,
iuxta illud Cicer. Pro Roſc. *Tecum mihi
res eſt.* Et denique rem habere appellatur,
qui turpi vtitur actu. Rerum autem diui-
ſiuo licèt ſit multiplex, vt patet ex l. 1. ff.
de rer. diuiſ. in Iuſtit. §. 1. & cum pluribus
4 alijs eod. tit. & toto tit. de reb. corpor. &
incorpor. nihilominus quoad rem noſtrã
attinet res quædam ſunt in commercio,
ſeu patrimonio noſtro: & quędam extra
commercium & patrimonium noſtrum.
Res extra commercium & patrimonium
noſtrum ſunt liberi homines, & res illæ,
quæ in bonis nullius ſunt, vt res ſacræ re-
ligioſæ, ac ſanctæ, mare, & littora maris
quoad eorum proprietatem, vt in l. inter
ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verb. oblig. §.
littorum, & §. nullius, in Inſtit. de rer. diuiſ.
& §. 1. & 2. de inutil. ſtipulat. Res verò
quæ ſunt in commercio, ſeu patrimonio
noſtro dicuntur res, quę ſunt in bonis
noſtris: quarum quædam corporales ſunt
quæ tãgi poſſunt, vt fundus, homo, veſtis,
aurum, & alia eiuſmodi: quędam verò in-
corporales, in iure conſiſtentes, vt hęre-
ditas, vſusfructus, vſus, & obligationes
quocunq; modo contractæ. Etenim quã-
uis in hæreditate vſusfructu, vſu, & in ob-
ligatione res corporales contineantur;
nihilominus ius hæreditatis, ius vtendi,
fruendi, & ius obligationis, ſicut & actio-
nes, ac iura incorporalia ſunt, vt in §. 1. &
2. in Inſtit. de reb. corpor. & incorpor.
Item res quædam ſunt publicæ, vt flumi-
na, & portus: quædam vniuerſitatis, vt
Teatra, Studia, & alia communia Ci-
uitatum: & quædam ſingulorum,
quorum ſinguli dominium acquiſiuę-
runt. Denique res quædam ſunt mo-
biles, quę moueri poſſunt, vt veſtis,
vinum, oleum, frumentum, &c. quædam
ſunt immobiles, quæ moueri nequeunt,
vt prædia, montes, & his ſimilia: quædam
ſe mouentes, vt ſunt homines, & alia ani-
malia, quæ per ſe mouentur: & demum
quædam inter immobilia connumeran-
tur, vt ſunt ius percipiendi cenſum, ſeu
annuum reditum, ius percipiendi cano-
nem, ius exigendi vectigalia, ius paſcendi,
& alia iura, & hypothecæ, vt latè nos ad-
notauimus in cõmentarijs ad extrauag.
Pij Papę V. de cenſib. in procem. q. 10
per totam. His ſic adnotatis, ſit

Prima Concluſio.

SOcietas contrahi non poteſt ſuper re-
5 bus, quæ in commercio noſtro non
ſunt, nempè ſuper rebus ſacris, religioſis,
ſanctis, ac ſuper libero homine. Etenim
harũ rerũ dominiũ non habemus, & prop
terea ſuper ijs inutilis eſt ſtipulatio, vt in
§. 1. & 2. in Inſtit. de inutil. ſtipulat. d. l. in-
ter ſtipulantem. §. ſacram, ff. de verb. obli-
gat. Idem dicendum eſt de mare, & litto-
re maris: quoniam licèt hæc communia
ſint omnibus naturali iure; ſunt tamen in
bonis nullius, non ſecus ac res ſacra, reli-
6 gioſæ, ſanctæ, ac liber homo, atque ideò
ſuper illis non cadit ſtipulatio, alienatio,
ac dominij trãslatio, quę in ſocietate in-
7 terueniunt, vt infra dicemus, nimirum
igitur ſi ſuper huiuſmodi rebus ſocietas
contrahi non poteſt. Eadem ratione ſuper
rebus vniuerſitatis, ac publicis, quæ vſi-
bus populi perpetuò expoſita ſunt, vt
8 ſunt forum, Teatrum, & alia huiuſmodi ſo
cietas coiri non poteſt; quoniam ſuper
his non cadit ſtipulatio; & in dominio no
ſtro non ſunt.

Secunda Concluſio

SOcietas contrahi non poteſt ſuper re-
9 bus turpibus, illicitis, ac inhoneſtis: ſi-
quidem rerum inhoneſtarum nõ datur ſo
cietas; nam delictorum turpis, atque feda
communio eſt, vt in l. nec prętermittẽdũ,
l. quod autem, l. ſi fratres, §. pen. ff. pro ſo-
cio. Hinc ſocietatem coeuntes ad fænera-
titias negotiationes exercẽdas, ad deprę-
dandum, aut ad aliud crimẽ cõmittendũ,
10 licèt ſocij criminis vulgo dicantur; inter
eos tamẽ nõ contrahitur vera ſocietas,
quoniã nõ datur ſocietas niſi rerum ho-
neſtarum: & propterea inter huiuſmodi
ſocios nõ datur actio pro diuidẽdis bonis
ex maleficio comparatis, vt latè ſupra de-
clarauimus, cap. 1. q. 2. verſ. Dixi honeſta,

Tertia Concluſio.

SOcietas licitè contrahitur ſuper rebus
11 incorporalibus. Probatur hæc concluſio ex eo quod ſocietas coiri poteſt ſuper hæreditate aliqua, vt in l.3.§.de illa, ff.pro ſoc. Bal.in l.is poteſt, num.5.ff. de acquir. hæredit. Rom. conſ.168. num.3. in fin.& Tuſch. in verſ. ſocietas, concl.284.num.2. & tamen hæreditas inter res incorpora-
12 les connumerantur, vt ſupra diximus ex tex.in §.1.in Inſtit de reb. corp.& incorp. Item ſocietas contrahi poteſt ſuper con-
13 ductione publicarum vectigalium, ac functionem, l.ſocietas, & l. adeò, ff. pro ſoc. Præterea rectè contrahitur ſocietas ſuper nominibus debitorum, Bero.conſ. 101.num.20.lib.2.ſuper rei vſu, ac vſufructu,& in iure paſcendi, & tamen hæc omnia incorporalia ſunt. Imò ſocietas
14 ſuper rebus incorporalibus contrahi poteſt etiam ſi actu non exiſtant. Etenim ſuper hæreditate futura ſocietas rectè coitur, vt in d.l.3.§.de illa.ff.pro ſoc.& ſuper omnibus alijs, quæ ad huc non ſunt, ſed tamen ſperantur, vt rectè poſt alios declarat Felic. de ſociet.cap. 9. ſub num. 18.& 48.

Quarta Concluſio.

SVper rebus corporalibus tam actu
15 exiſtentibus, quàm actu non exiſtentibus, atque ideò futuris ſocietas rectè contrahitur. Siquidem ſocietas contrahitur non ſolum ſuper re, verum etiã ſuper
16 fructus rei, qui non dum exiſtunt; atque ideò ſocietas coiri poteſt tum ſuper animalibus, tum etiã ſuper fructibus eorum, vt in l.ſi paſcenda,& ibi Doct.C. de pact. ſicut emitur nõ tantùm res, verum etiam fructus,& partus rei, qui actu non exiſtũt, ſed ſperantur eſſe, vt in l.nec emptio, ff de contrah.empt. Nec obſtat ſi dicatur,
17 quod non datur ſocietas citra alicuius rei collationem, ſeu communionem, vt ſupra oſtendimus in principio huius capitis,& infra ſuo loco latius, Deo duce, dicemus, at res futura,& quæ actu non exiſtit, non poteſt conferri, ac communicari; quoniã reſpondetur, quod quamuis fateamur in omni ſocietate exigi rerum collationem, & communicationem, vt in l. 1. in fine, & in l. ſi id quod, verſ.cæterum, ff.pro ſoc. nihilominus dicimus huiuſmodi collationem, ſeu communionem non exigi in principio contractus in qualibet ſocietate, ſed in ea tantùm in qua
18 fit communio tam in ſorte, quàm in lucro: at quando in ſocietate fit communio in lucro tantum,& non in ſorte, tunc fit communio ſortis, vbi ex ea merces emuntur; quoniam tunc capitale miſcetur cum lucro, cùm dominium mercium, & pecuniæ acquiſitæ efficiantur cõmunia ſociorum, ita vt omnes ſocij ſint domini totalitate rei, vt rectè declarat Molin. de contr.diſp.416.num.5. & Filliuc.Tom.2. qq.moral.tract.38.cap.3.q.8.num.51.vnde hac ipſa ratione non pugnat: vt ſuper
19 operis, & induſtrijs exiſtendis, ſuper vectigalibus, & alijs eiuſmodi ſocietas contrahatur: nam licèt operæ, & induſtria,&c.nõ communicentur à principio; communicantur tamen proceſſu temporis dum actu præſtantur,& id ſufficit, iuxta ea, quæ ſupra diximus. Sic etiam ſocie-
20 tas non ſolum coiri poteſt ſuper re, & fructibus rei ſimul; verum etiam diſiunctim; atque adeò ſocietas contrahi poteſt ſuper ſola re certa, ac determinata, vt in l.cùm proponas, C. pro ſoc. l. cùm duobus, in prin. ff.eod.& l.a.C.comm. diuid. & ſuper fructibus eius abſque eo, quod contrahatur ſuper ipſa re, vt per Dec.in d.l.ſi paſcenda num.3.C.de pact.& Alex. conſ.491.lib.1.qua propter rectè contrahitur ſocietas ſuper vacca, & fructibus eius ſimul,& ſuper fructibus vaccæ dumtaxat:& ſuper fundo,& eius fuctibus; & ſuper fructibus fundi tantùm, quo caſu in ſocietate non fit rei communio, ſed ſolũ fructum rei, non à principio, ſed proceſſu temporis, vt ſupra diximus.

Quinta Concluſio

SOcietas coiri poteſt non ſolùm in vna
21 re certa, ac determinata ſiue mobilis, ſit, ſiue immobilis, aut ſe mouens ac in fructibus eius, ad certum artificium, vel commercium, & in vna tantum negotiatione; verum etiam ad plures res, ad plura artificia, ac commercia, & ad plures negotiationes particulares, vt habetur ex Molin.de contr.diſp.412,num.5.Azor. p.3.Inſt.moral.lib.9.c.1.de ſociet.q. 1. & Filliuc.tom.2.qq.moral.tract.38.c.1.q.7. Itẽ ſocietas cõtrahi poteſt ſuper omnibus
22 bonis vniuerſaliter, l.1.&3.§.generaliter, & l.ſi fratres.§.ſociũ.& l.ſocietatẽ, ff.pro ſoc. & contrahi ſimpliciter, non facta declara-

Digitized by Google

claratione, ſuper quibus rebus contrahatur, l. coiri, & ſeq. ff. pro ſoc. Felic. de ſociet. cap. 9. num. 5. & 6. & Molin. vbi ſupra, num. 6. quo caſu ait Molin. ibi, intelligi cõtractam ſocietatẽ, non omnium bonorum ſimpliciter; ſed omnium bonorum, quæ ſocij acquiſierint titulo onerofo, quod an ſit verum, ſuo loco latius, Deo duce, diſcu-
23 tiemus. Denique coiri poteſt ſocietas ſuper rebus, operibus, ac induſtria conferendis æqualiter, vel inæqualiter à ſingulis ſocijs: ſuper re ex parte vnius; & ſuper operibus, ac induſtria ex parte alterius ſocij & demum ſuper re, induſtria, vel nauigij vſu, aut alterius rei ex parte vnius ex ſocijs, & ſuper re ex parte alterius; ſiue res pecunia ſit, ſiue merces, ſiue animal, grex, armentum, prædium, & alia eiuſmodi, de quibus omnibus ſuis locis dicemus.

An quæ in ſocietate conferuntur debeant eſſe æqualia, vel ſatis ſit, ſi ſint inæqualia.

Q. II.

SVMMARIVM.

1 *Aequalitas in omnibus ſeruanda eſt in ſocietate.*

2 *Pactum tollens æqualitatem, & fraternitatem inter ſocios dicitur contra ſubſtantiam ſocietatis.*

3 *Societas neceſſariò non exigit, vt à ſocijs conferantur æqualia.*

4 *Aequalitas ſeruari poteſt in ſocietate ſiue æqualia conferantur ſiue inæqualia.*

5 *Aequalitas qualiter ſeruatur quando per ſocios conferuntur inæqualia.*

6 *Aequalitas in ſocietate aut inæqualitas qualiter cognoſcatur, & à quibus ſit penſanda.*

7 *Sociorum conſuetudo attendenda eſt, deinde Regionis quando non conſtat de partium conuentione.*

8 *Aequalitas, vel inæqualitas in ſocietate, à quibus eſt deſumenda quando non conſtat de partium conuentione, nec de ſociorum, nec de Regionis conſuetudine.*

9 *Aequalitas pecuniarum vnius ſocij, & operum, ac induſtriæ alterius quoad valorem, an faciat præſumere in dubio ſocietatem contractam in lucro, & in ſorte ſimul.*

10 *Inæqualitas operum, induſtriæ, nauigij, & pecuniarum in dubio inducit præſumptionem, quod ſocietas ſit, in qua ſit communio in lucro tantùm, & non in ſorte.*

11 *Operæ, & induſtriæ in dubio cenſentur correſpondere interuſurio pecuniæ, non autem ſorti, quando ſunt inæquales.*

12 *Societas quædam eſt, in qua communio ſit in lucro & in ſorte: & quædam in qua ſit communio in lucro, ſed non in ſorte: & qualiter ambæ contrahantur.*

13 *Aequalitas, vel inæqualitas in ſocietate, vt cognoſcantur tres regulæ dantur.*

IN hac re videtur prima facie dicen-
1 dum, ea, quæ à ſocijs in ſocietate conferuntur debere eſſe æqualia, ita vt ſi vnus confert centum aureos alter totidem debeat conferre. Et ſi vnus ex ſocijs ponat operam aut induſtriam valoris centum aureorum, alter quoque teneatur conferre centum aureos. Probatur, quoniam in ſocietate æqualitas ſeruari debet in omnibus: ſiquidem ſocietas adeò in æqualitate conſiſtit, vt omnia in ea per æqualitatem procedant, vt in l. ſi paſcenda, & ibi Doctor. C. de pact. §. illud, in *Inſtit.* de ſociet. & l. verum, in prin. ff. pro ſoc. & Tuſch. ver. ſocietas concl. 279. num. 13. & 23. Quòd quidem adeò verum eſt, vt pactum tollens æqualitatem, & fraternitatẽ
2 inter ſocios, dicatur contra ſubſtantiam contractus, annullans atque irritans ſocietatem ipſam. Et hanc opinionem communem eſſe teſtatur Decian. conſ. 11 num. 13. lib. 1. Corn. conſ. 139. col. 1. & conſ. 243. col. 1. lib. 1. quos refert, & ſequitur Tuſch. d. concl. 279. num. 3.

His tamen non obſtantibus, in contra-
3 rium eſt communis opinio, quam tenet Conrad. de contr. q. 93. ſoppoſit. 3. Molin. eod. tract. diſp. 415. num. 1. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 1. num. 35. Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iu. cap. 25. dub. 1. num. 20. Felicius de ſociet. cap. 9. num. 22. 23. &
4 24. & alij. Probatur hæc ſententia ex eod, quòd in ſocietate ſiue conferantur æqualia, ſiue inæqualia, ſemper in ea ſeruari poteſt æqualitas. Etenim quando damna, & lucra proportionaliter diuiduntur inter ſocios, iuxta proportionem ſcilicet
5 partis capitalis appoſiti, & valorem operum, ita vt qui plus poſuit pecuniæ, vel operarum plus habeat de lucro, aut de damno, tunc procuidubio in ſocietate ſeruata cenſetur æqualitas, vt in l. ſi non fuerint, & l. quid enim, ff. pro ſoc. Syl. in ver.

Digitized by Google

ſocietas 1.q. 1. Filliuc. tom.2. qq. moral.
tract.38. cap.3. q. 2. num. 38. Tuſch. ver.
ſocietas,concl.285. num. 11. & in ver. ſo-
cij, concl.287. num.1. & Felicius loco ci-
6 tato,num.23. quiquidem num.24. inquit
etiam,ad cognoſcendam æqualitatem , &
inæqualitatem, quæ in ſocietate interue-
nire poſſunt, hac diſtinctione nos vti de-
bere. Nam aut ſumus in caſu, in quo vter-
que ſocius ponit res corporales; aut in ca-
ſu quo quiſque ponit operas, ſeu artificiũ:
aut denique ſumus in caſu, quo quisque
ponit mixtim res corporales operam , &
induſtriam. Primò caſu inquit , æqualita-
tem , & inæqualitatem in ſocietate per-
pendendas eſſe ex rerum pondere, nume-
ro,menſura , ac æſtimatione , ſeu valore .
Eſt tamen verùm,quòd ad cognoſcendam
rerum valorem , illius qualitatis ratio ha-
benda eſt, ex qua vtilitas ſocietati proue-
nit. Quo circa ſi pecudes in ſocietate con-
ferantur , non attenditur earum numerus
in cognoſcenda æqualitate , aut inæquali-
tate; ſed attenditur ipſarum bonitas: ſiqui-
dem contingere poteſt, vt decem pecudes
vnius adeò ſint fecundæ,iuuenes,& fructi-
feræ,vt ſocietati maiorem vtilitatem affe-
rant , quam quindecim pecudes alterius
ſocij,vt patet ex ijs, quæ habentur ex Af-
flict.deciſ.58. num. 5. Secundò verò caſu
putat ipſe Felic. æqualitatem,& inæquali-
tatem eſſe perpendendam arbitrio boni
viri;qui operas, & induſtriam ſociorum
penſabit. Tertiò demum caſu, vbi conſtat
de expreſſa ſociorum conuentione,illi ſtã-
dum eſt,niſi turpis ſit inhoneſta , ac Leo-
nina, vt in l. ſi ſocietatem,la 1. in fin.& l.
ſi non fuerint,ff.pro ſoc. & §. 1. in Inſtut.
de ſociet. ex ſociorum enim expreſſa con-
uentione de facili cognoſcitur æqualitas,
cùm nemo præſumatur iactare ſuum , l.
cùm de indebito,ff.de probat. Idem dicen-
dum eſt de declaratione facta à tertiò de
ſociorum voluntate electo ad conſtituen-
dum ſocietatis partes, l. ſi ita coita cum
plur.ſeq.ff.pro ſoc quod tamen limitatur,
vbi conſtaret, tertium illum iniquè fuiſſe
arbitratum; quoniam tunc recurrendum
eſſet ad Iudicem , vt in d. l. ſi ſocietatem ,
& ſeq.]

Quòd ſi non conſtet de partium con-
7 uentione ; tunc ſeruanda eſt in primis ſo-
ciorum conſuetudo : deinde conſuetudo
Regionis : ſiquidem quòd conſuetum eſt
fieri,tacitè videtur actum,l. item quantum
§.qui impleto,ff.loc.Bald. in l. 1. ſub num.
2. C.pro ſoc. Petr. de vbald. in tract. de
duob. fratrib. p. 4. ſub num. 7. At quan-
do non conſtat de conſuetudine, varia
8 ſunt Doctorum placita, de quibus aqud
Felicium.de ſociet.cap.9. num.34.cum
plur.ſeq. qui tamen num. 36. veriorem
opinionem, & communem putat eſſe il-
lam Cyn.& Bald.in l. 1.C.pro ſoc.& Na-
uar. in Man. cap.10.num. 25. exiſtiman-
tium eo caſu æqualitatem,& inæqualita-
tem eſſe deſumendam ex valore,ſeu quan
titate ſortis in ordine ad valorem,& æſti
mationem operum,ac induſtriæ, & è cõ-
tra: ſiquidem qui ponit pecuniam ponit
eam reſpectiuè ad operas, & induſtriam:
& qui ponit operam, & induſtriam po-
nit eas reſpectiuè ad pecuniam, & loco
pecuniæ conſiderantur , ac dicuntur pe-
cuniæ velamentum,vt in l.cum duobus ,
§.ſi in coeunda,ff.pro ſoc.vndè in dubio
inquit, præſumendum eſſe,pecuniarum
quantitatem reſpondere ad operas,& in-
duſtriam pro æquali parte, ad quod alle-
gat Petr.de Vbald.de duob.fratr.p.4.ſub
num.3.Nauar.conſ.403.& alios , vt vide-
re eſt apud eũdem Felicium ibi ſub num.
39.& ſeq. qua propter eſſent quoque
ęqualiter communicanda lucra omnia,&
damna , & ſors quoque in fine ſocietatis
æqualiter inter ſocios diuidenda. Etenim
ſocietas, in qua vnus ſociorum ponit cẽ-
tum aureos quoad valorẽ , & proprieta-
9 tem:& alter ponit operas,induſtriam , &
vſum nauigij, valentes totidem aureos, ſi
non conſtet de partirum conuentione,&
ſociorum,aut Regionis conſuetudine, in
dubio cenſetur inita , vt communio non
tantùm fiat in lucro, ſed etiam in pecu-
nia, & ſic in capitali, ac in ſorte; ita vt in
fine ſocietatis æqualiter ſint diuidenda
lucrum,& capitale;quoniam perinde eſt,
ac ſi tantundem pecuniæ poſuiſſet , qui
poſuit operas,vt habetur ex Caiet.2.2. q.
78.ar.5. & Molin. de contract. diſp.416.
ſub num.1.vbi ait,quòd tunc rectè ſerua
tur æqualitas: ſiquidem Socijs cum ęqua-
lia quoad valorem contribuerint in ſo-
cietate,ęquum pariter eſt,vt finita ſocie-
tate æqualia reportent,& hanc ſententiã
tenet quoque Conrad.de contr. q.93.co-
rol.3.Maior. in 4.d.15.q.47.Couar.lib.3.
var.reſol.c.2.num. 2.cum alijs,quos alle-
gat,quod etiam videtur velle Glos.in l.1.
C.pro ſoc. quamuis contrarium ſentiat
Azor.p.3.Inſtit.moral. lib.9. de ſoc. cap.
4 q. 1. & nos infra ſuo loco latius expli-
cabimus,& videbimus quomodo,& qua-
liter id ſit intelligendum.

Quan-

Digitized by Google

Quando ſi conſtet de inæqualitate ope
10 rarum,induſtriæ,nauigij,&c.& pecunia-
rum quoad valorem, & ęſtimationem,
ex parte ſociorum,& non conſtet de con-
trahentium voluntate nec conſuetudine;
tunc cum prædicta ſocietas in dubio
cenſeatur de iure inita,vt communio fiat
tantùm in lucro,non autem in capitali,
vt habetur ex Molin.loco citato,num. 2.
Azor.p.3.Inſt.moral.lib.9.de ſociet. cap.
3.q.2.verſ.ſed quid dicendum,Syl.in ſum.
in ver. Societas. 1. q.6.& Filliuc.Tom.2.
qq. moral. tract.38.cap.3.q.5.num.4. ad
penſandam eiuſdem æqualitatem, & inę-
qualitatem,valor operarum,induſtriæ,ac
nauigij,non eſt comparandus cum valo-
re pecuniæ,ſeu capitalis,quoad eius æſti-
mationem,& proprietatem, ſed compa-
randus eſt cum valore periculi ſortis, &
lucri ſperati, vt rectè docet Corn.in l.ſi
paſcenda,C.de pact.Soc.conſ.265.num.2
lib.2.Petr.de Vbald.tract. de duob. fratr.
p.4.ſub num.3.4.& 7.ſiquidem regulari-
ter operæ,& induſtriæ cenſentur corres-
pondere interuſurio pecuniæ non autem
ipſi pecuniæ, ſeu capitali quandò ſunt
inęquales,vt in l.cum duobus,§.ſi in coe-
unda,ff.pro ſoc.Imò idem Vbald.ibi pu-
11 tat impoſsibile ſibi videri, vt detur ca-
ſus in principio ſocietatis,quòd operę,&
induſtria in totum, vel in parte corre-
ſpondeat ſorti,& interuſurio;ſed eſſe poſſe
quòd ſocius ſuis operibus ac induſtria
in principio ſocietatis correſpondeat in-
teruſurio, & parti ſortis,& demum in fi-
ne ſocietatis correſpondeat interuſurio,
& toti ſorti; vndè aliquando operæ, &
induſtria correſpondent toti ſorti, & in-
teruſurio;quãdoque; parti ſortis & inte-
ruſurio:& multoties tãtum interuſurio,&
nullatenus ſorti.

Ad cuius rei explicationem eſt adnot.
12 quòd datur ſocietas in qua ſit commu-
nio in capitali,& lucro;& datur ſocietas
in qua non ſit communio in capitali,ſeu
in ſorte,ſed tantùm in lucro.Primò caſu
opera & induſtria vnius ſocijs eſt æſtimã-
da pecunia,eaque æſtimatio ſorti adden-
da,ita vt fiat vna ſors communis: qua-
propter ſi opera,& induſtria ſint eiuſdem
valoris, ac ſors ſeu capitale, tunc pro
æquali portione diuiduntur inter ſocios
ſors,& lucrum,& communia ſunt dam-
na,pericula ac ſumptus:ſi verò valor ope
rarum,ac induſtrię non ſit æqualis ſorti,
ac capitali, vt quia plus, aut minus ęſti-
metur ſors collata ab vno ex ſocijs,quam
operę,ac induſtriæ alterius,tunc lucrum
ac ſors communicãtur,& diuiduntur pro
portionaliter, atque ideò rectè ſeruatur
æqualitas,vt ſupra diximus,& latè decla-
rat Leſſ.lib.2.de Iuſtit.& iur.cap.25.dub.
2.num.9.Secundò autem caſu non eſt cõ
paranda pecuniæ quantitas, & ſic ſors,
quam vnus ex ſocijs conferet, cum ope-
ris,ac induſtria,quas confert alter, ita vt
conflanda ſit vna ſors ex illa pecunia, &
pretio operarum,atque induſtriæ;ſed cõ-
ſideranda ſunt ea quæ vtrique pereunt,&
hæc inter ſe comparanda. Etenim pecu-
niam conferenti duo pereunt:nempè ęſti-
matio periculi,ſeu pretium aſſecuratio-
nis capitalis, ſiue periculum illud in ſe
ſuſcipiat;ſiue eiuſdem,pretium alteri per
ſoluat:& æſtimatio lucri illa pecunia ſpe-
rati,ſeu pretium quo alteri vendi pote-
rat ſpes lucri illa pecunia percipiendi,
detractis operis,& expenſis. Illi verò qui
confert operas; & induſtria ſolum perit
operarum, ac induſtriæ æſtimatio, vt re-
ctè declarat Petr.Nauar.lib.3.cap.2.num.
452.& Leſſ. loco citato. num. 12. cum
plur.ſeq. Hæc ergo ſunt inter ſe compa-
randa,& ſecundum horum proportionẽ
lucrum eſt diuidendum detracta prius
ſorte pro eo,qui illam contulit,& damna
communicanda.Exemplum ponit ipſe
Leſſ.de eo,qui in ſociet.contulit mille au-
reos, quorum periculum fuerit æſtima-
tum 100.aureis,& lucrum ſperatum 200.
detractis expenſis:is enim cenſetur con-
tuliſſe 300. aureos,qui omninò illi pere-
unt.Qui verò contulit operas æſtimatas
V.g.100 aureos,cenſetur pariter contu-
liſſe centum aureos,qui ſimiliter ſibi pe-
reunt.Supponatur modo,quod lucrum
ſit 800. aureorum, tunc qui operam po-
ſuit habebit quartam partem lucri,quia
qui quartam partem contulit reſpectu
alterius:qui verò pecuniam contulit, lu-
crabitur 600.aureos, nempè dodrantem
lucri,ſeu tres quadrantes poſuit reſpectu
alterius.Quòd ſi lucrum ſit 400. tantum
aureorum, neuter lucrabitur: nam vter-
que ſolùm accipiet, quantum contulit ex
eo,quod neceſſariò periturum erat:ſiqui-
dem qui contulit pecuniam percipiet
300.aureos:& qui contulit operas 100. ſi
denique in huiuſmodi ſocietate nullũ ad-
ſit lucrum, eadem proportione vterque
iacturam facit;nam qui pecuniam contu-
lit amittet 300. aureos, quanti ęſtimata
fuerunt periculum ſortis,& ſpes lucri,ſeu
lucrum ex ea ſperatum:& operas & indu

ſtriam

Digitized by Google

ſtriam poſuit, perde centum, ideſt pretium induſtriæ, ac operum.

Ex dictis igitur patet, quòd ad cogno-
73 ſcendam iuſtitiam, & æqualitatem quęſtuariæ ſocietatis tres regulæ dari poſsut. ſiquidem prima eſt, vt ſocietas in qua fit communio in lucro tantum, & non in ſorte, tunc iuſta cenſeatur, ſi comparatio fiat æſtimationis operum cum æſtimatione periculi capitalis, ac eiuſdem lucri ſperati, & in fine ſocietatis diuidatur lucrum proportionaliter ſi adſit, & capitale ſit periculo conferentis illud, ſicut operæ ſtant periculo eius, qui eas poſuit, vt patet ex dictis per Leſſ. dubio 2. per totum. Secunda regula eſt, vt ſocietas, in qua fit communio tam in lucro, quam in capitali, & ſorte ita demum iuſtitiam continere dicatur; ſi omnia collata reducantur ad pecuniam, & ex eis fiat vna maſſa, ſeu ſors, quę communis ſit omnibus ſocijs, & deinde maſſa illa proportionaliter diuidatur inter ſocios, vna cum omnibus dãnis, & expenſis. Et ſi non fuerit expreſſa partis damni quantitas, quam vnuſquiſque ſociorum debeat ſubire, tunc erit intelligenda in eadem portione, qua quiſque participaturus erat lucrum, vt rectè declarat Filliuc. Tom 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 2. num. 36. cum plur. ſeq. Tertia denique regula eſt, vt ſocietas tunc iuſta ſit decernenda, quando in ea fiat proportio rei, quæ collata eſt cum lucro, quod reportatur, vt ſi vnus contulit 100. alter vero 50. & lucrum ſit 150. aureorum tunc in ſocietate ſeruetur æqualitas, ac iuſtitia, ſi is, qui 100. contulit habeat lucri 100. aureos: & qui contulit 50. habeat lucri totidem aureos, ut habetur ex eodem Filliuc. loco citato.

An rerum, quæ in ſocietate conferuntur, dominum, ac poſseſsio omnibus ſocijs commúnicẽtur. Q I.I.

S V M M A R I V M.

1 *Dominium, ac poſſeſsio rerum collatarum an communicentur omnibus ſocijs, vel nõ communicentur, ſcire multum intereſt.*

2 *Societas diuiditur in vniuerſalem, & particularem.*

3 *Societas vniuerſalis ſubdiuiditur in ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter: in vniuerſalem omnium bonorum ad quæſtum: & in vniuerſalem omnius bonorum inter coniuges.*

4 *Societas particularis ſubdiuiditur in particularem certæ rei, vnius negotij, ac vectigalis; & in particularem plurium rerum, negotiationum, aut vectigalium.*

5 *Societas particularis quinque modis fieri contingit.*

6 *Societas non datur, in qua non fiat dominij communio.*

7 *Communio eſt de intrinſeca ratione ſocietatis.*

8 *Societas non datur, in qua non fiat dominij communio, ſiue ſocietas vniuerſalis ſit omnium bonorum ſiuè particularis, alicuius gregis, aut armenti, ſiue vnius aut plurium rerum, negotiationum, aut artiũ.*

9 *Genus prædicatur de qualibet eius ſpecie.*

10 *Dominium rerum communicatur in ſocietate, ſicut, & poſſeſsio rerum collatarum citra traditionem aliquam.*

11 *Societas non datur rerum inhoneſtarum: & propterea rerum in tali ſocietate collatarum dominium non transfertur.*

12 *Socius ſi ſciente altero ſocio, negotiationem vſurariam geſſerit, ambo tenentur ad lucri vſurarię reſtitutionem: & pari pœna pleċtuntur.*

13 *Dominium, & poſſeſsio rerum collatarum in ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter à principio contractus communicantur.*

14 *In ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, à principio communicantur omnia bona mobilia, & immobilia, ſe mouentia, iura actiones, & obligationes, & ſic corporalia, & incorporalia.*

15 *In ſocietate omnium bonorum ſimpliciter communicãtur fructus dotis, ſicut, & alia bona citra traditionem aliquam: imò, & loca montium.*

16 *Actiones, & obligationes quòd non communicatæ cenſeantur in ſocietate omnium bonorum probabilius videtur dicendum.*

17 *Communicata cenſentur omnia bona inter ſocios omnium bonorum ſimpliciter, ſiuè æqualia ſint, ſiuè inæqualia.*

18 *In ſocietate omnium bonorum non attenditur, an quis plura, vel pauciora bona contulerit.*

19 *Societas ſuper hæreditate ventura, valet ratione dubij euentus.*

20 *In ſocietate omnium bonorum ſimpliciter cenſentur à principio communicata bona*

præ-

præſentia tantum, non autem futura, actiones, obligationes, ac debitorum nomina.

21 *Dominium rerum emphyteoticarum Eccleſiæ ante ſocietatem omnium bonorum quæſitarum non communicatur inter ſocios; ſed tantùm earum fructus.*

22 *Dominium bonorum feudalium in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, non communicatur.*

23 *Dominium bonorum filiorum ante ſocietatem omnium bonorum contractam per patrem quæſitorum, non communicatur inter ſocios.*

24 *In principio ſocietatis omnium bonorum ad quæſtum, ex vitalis contractus non veniunt communicanda aliqua coeuntium bona ante ſocietatem contractam acquiſita.*

25 *Societas omnium bonorum ſimpliciter, & ſocietas omnium bonorum ad quæſtum, qualiter differant inter ſe quando in ſocietate omnium bonorum ad quæſtum cõferuntur omnia bona à principio.*

26 *In ſocietate omnium bonorum inter coniuges an, & quando communicentur bona eorum omnia à principio.*

27 *In ſocietate, in qua ſinguli ſocij conferunt capitale, ea contractâ, mox communicantur capitalia quoad dominium, & poſſeſſionem.*

28 *In ſocietate in qua ſinguli ſocij conferunt capitale, ea inita, capitalia communicantur ſiuè conſiſtant in pecunia, ſiuè in animalibus, aut in alijs rebus.*

29 *In ſocietate, in qua ſinguli ſocij conferunt capitale, communicantur ſtatim capitalia ſiuè æqualia ſint, ſiuè inæqualia.*

30 *In ſocietate, in qua vnus ponit capitale, & alter operas, & fit pactum, vt in fine ſocietatis non ſolùm lucrum, ſed etiam capitale, dominium capitalis ab initio ſocietatis communicatur.*

31 *In ſocietate, in qua fit pactum de communicando lucro, & capitali, qui confert capitale non abdicat à ſe eius dominium, ſed eiuſdem ſocium facit participem.*

32 *Domini plures vnius, & eiuſdem rei eſſe poſſunt.*

33 *Capitalis periculum ad quem pertinet in ſocietate, in qua vnus confert capitale; alter verò operas.*

34 *In ſocietate particulari, in qua ſinguli conferunt capitale, licèt capitalium dominium cenſeatur ſtatim communicatum, poteſt tamen fieri pactum, vt non communicetur, ſed tantùm eorum fructus.*

35 *In ſocietate particulari, in quo ſinguli ponunt capitale, ſi pars capitalium collatorum conſiſteret in nominibus debiſorum, tunc illa pars debita antè contractam ſocietatem non cenſetur collata.*

36 *In ſocietate inita ſuper re futura nulla dominij communicatio fieri poteſt in principio contractus.*

37 *In ſocietate particulari, in qua vnus ex ſocijs ponit capitale, & alter operas, ſi nõ fiat pactum vt communicatio fiat in capitale, de iure in principio ſocietatis non cõmunicatur capitalis dominium.*

38 *In ſocietate, in qua vnus ex ſocijs ponit capitale, & alter operas, & non fit pactum, vt communicatio fiat in capitale, dominium capitalis non communicatur, ſiue capitale conſiſtat in pecunia, ſiue in animalibus, aut in alia re fructifera.*

39 *In ſocietate in dubio cenſetur poſitus vſus rei non ipſa res.*

40 *Æſtimatio rei facit emptionem, & in ſocietate communicationem.*

41 *In ſocietate in qua vnus ponit capitale, & alter operas, communicatum cenſetur dominium capitalis, ſi in Regione contractus adſit conſuetudo, aut inter ſocios contrahendi ſocietates, in quibus fiat communio in lucro, & capitali.*

42 *Contractus in dubio cenſetur celebratus ſecundum conſuetudinem loci.*

43 *Capitalis dominium licèt non cenſeatur communicatum in principio ſocietatis; ſi tamen ex eo comparentur merces, aut alia pecunia acquiratur, tunc capitalis dominium communicatur.*

44 *Capitalis dominium licèt aliquando, durante ſocietate, communicetur; non tamen pugnat quin quandoque finita ſocietate, poſſit redire ad conferentem.*

45 *Rei damnum pertinet ad illius Dominum.*

46 *Merces emptæ pecunia capitali, ſi deperdatur, qui contulit operas ad nihil tenetur*

47 *Dominium, & poſſeſſio mercium emptarum ex pecunia capitali acqniritur omnibus ſoeijs.*

1 HAnc quæſtionem hoc loco non ab re diximus diſcutiendam. Etenim ſcire multum intereſt an rerum ſocietatis dominium, ac poſſeſſio omnibus, ac ſingulis ſocijs communicentur: ſiquidem ſi res collatæ, aut quæſitæ dominium, & poſſeſſio non communicentur, vbi ab aliquo ex ſocijs, qui eam contulerit, aut acquiſierit diſtracta fuerit, actio ex ſocietate proueniens ab altero ſocio cõtra rei emptorem exerceri non poterit, cùm non detur

contra

Digitized by Google

contra tert nm, l.cum cui, C.de action. & oblig. Bald. in l. 1. num. 4. C. ſi quis alteri, vel ſibi; atque ideo emens erit tutus; & non poterit moleſtari, licet ſocietati emptio ſit damnoſa, Bald. in l. ſi ſocius, in fin. vbi etiam Iaſ. num. 1. Alc. & Dec. num. 5. ff. ſi cert. petat. Alex. conſ. 152. num. 6. lib. 7. & alij. At ſi res ſtatim communis quoad dominium, & poſſeſsionem effecta fuerit, à ſocio conferente, ſeù acquirente ſolo non poterit neque alienari, neque pignorari, niſi pro eius parte, vt per Bald. in d.l. ſi ſocius, Menoch. conſ. 122, ſub num. 78. lib. 2. quos refert, & ſequitur Felic. de ſociet. cap. 14, num. 2, vnde controuerſia hæc poteſt dupliciter diſputari, primò de dominio, & poſſeſsione rerum, quæ apponuntur à ſocijs in principio ſocietatis, ſeù ante ſocietatem, aut tempore quo ſocietatis contractus celebratur. Secundo de dominio, ac poſſeſsione rerum quæſitarum poſt ſocietatem cõtractam, ac ipſa ſocietate durante. Nos igitur in hac controuerſia agemus tantùm de dominio, & poſſeſsione rerum, quas ſocij apposuerunt ante ſocietatem, ſeù in principio ſocietatis in ipſa contractus celebratione: & deinde quæſtione ſequenti tractabimus de dominio, ac poſſeſsione rerum quæſitarum, durante ſocietate.

Ad cuius controuerſiæ explicationem
2 eſt adnotandum primò, quòd, vt infra dicemus lib. 2. ſocietas diuiditur in vniuer-
3 ſalem, & particularem. Prior ſubdiuiditur in ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter, in qua conferuntur bona omnia tã oneroſo, quàm lucratiuo titulo quæſita: in vniuerſalẽ omniũ bonorũ ex quęſtu, ſeu omnis quæſtu, quæ quidẽ ſocietas sẽper intelligitur cõtrahi quando cõtrahitur ſimpliciter citra diſtinctionẽ aliquam, vt in l. coiri, ff. pro ſoc. & in vniuerſalem omnium bonorum durante matrimonio, quæ municipali iure aliquo contrahitur inter
4 coniuges. Poſterior verò ſocietas ſubdiuiditur in particularem certæ rei, vnius negotij, aut vectigalis: & in particularem plurium rerum, plurium negotiationum, aut plurium vectigalium, vt in l. ſocietates contrahuntur, ff. pro ſoc. Angel. conſ. 112. Tuſch. ver. ſocietas, concl. 180. num. 49. Filliucius. tom. 2. moral. qq tract. 38. num 9. cum plur. ſeq. & nos latius, Deo duce, dicemus infra lib. 2.

Secundò eſt adnot. quòd particularis
5 ſocietas quinque modis contrahi contingit. Primò, vt ſinguli ſocij ponant capitale tantum æqualiter, vel inæqualiter conducentes vnum Tertium ad negotiãdum. Secundò vt vnus ex ſocijs capitale dumtaxat ponat; alter verò operam, aut induſtriam. Tertiò, vt vterque ponat capitale, operas, ac induſtriam æqualiter, aut inæqualiter. Quartò vt vnus ex ſocijs ponat capitale tantùm; alter verò non tantùm capitale, ſed etiam operam, & induſtriam. Et quintò, vt ſinguli conferant operas, & induſtriam, vt colligitur ex ijs, quę hebentur ex Conrad. de contr. q. 93. ſuppoſ. 3. Molin. eod. tract. diſp. 415. num. 1. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 1. num. 35. & Leſſ. lib. 2. de. iuſtit. & iur. cap. 25. dub. 2. num. 20. omnibus ſupradictis modis, quibus contrahitur ſocietas, excepto vltimo quandoque contrahitur pacto expreſſo, vt communio fiat in lucro, & in capitali ſimul: quandoque, vt in lucro tantum: & aliquando contingit ſocietatem cõtrahi ſimpliciter citra pactum: & illud. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima Concluſio.

NON datur ſocietas, in qua non fiat
6 dominij communicatio. Hæc concluſio eſt cõmunis omnium ferè Doctorum in l. ſi paſcenda, C. de pact. vt teſtatur Felic. in tract. de ſociet. cap. 9. num. 42. Probatur concluſio ex tex. in l. 1. in fin. ff. pro ſoc. vbi ita habetur, *In ſocietate omnium bonorum omnes res, quæ coeuntium ſunt, continuò communicantur*. Quæ quidem lex licèt loquatur de ſocietate omniũ bonorũ, nihilominus idẽ dicẽdũ eſt in qualibet ſocietate particulari cùm eadem militet ratio, vt rectè declarat Molin. de contr. diſp. 411. num. 6. Confirmatur eadẽ concluſio ex l. ſi tibi areæ, in fin. ff. de præſcrip. verb. ibi; *ſi areæ dominium non transtulit, ſed paſſus ſit, ſe ſic ædificare, vt communicaretur vel ipſa, vel prætium, erit ſocietas*. Probatur denique ratione, quia
7 communio eſt de intrinſeca ratione ſocietatis, atque ideò ſocietas eſt eſſentialiter communio, vt per Bald. & alios in d.l. ſi paſcenda Felic. de ſociet. cap. 1. num. 10. & ſeq. & d. cap. 6. num. 42. quod adeò verum eſt, vt deficiente dominij communione, ſocietas contracta dici nequeat, vt per Rimina. iun. conſ. 218. num. 95. lib. 2. ergo non datur ſocietas, in qua non fiat dominij communio.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum ſibi ven-

bi ven-

Digitized by Google

8 bi vendicet non ſolùm in ſocietate vniuerſali omnium bonorum, ſed etiam in ſocietate particulari, ſiue ſit alicuius hęreditatis, ſiue alicuius gregis, aut armenti, ſiue vnius, aut plurium rerum, vnius, aut plurium negociationum, aut artium: & ſiue ſocietas contrahatur ad omnem quęſtum, vt per Doctor. in d. l. ſi paſcẽda, C. de pact. & Felic. d. cap. 9. num. 42. Etenim ſocietas in genere cum ſit eſſentialiter communio, id etiam competit omnibus eius ſpeciebus. Sicut eſſe ſenſitiuum cùm competat animali, vt ſic, non datur animal quin ſit ſenſitiuum; eo quòd genus ineſt ſingulis
9 ſuis ſpeciebus; & de qualibet ſpecie prædicatur genus ſiquidem rectè dicimus, homo eſt animal, equus eſt animal, &c.

Secundò ampliatur eadem concluſio, vt dominium rerum communicetur in ſocietate, etiã ſi nulla interueniat traditio, vt in l. 2. ff. pro ſoc. Bald. in l. 1. ff. eo. quod quidem licèt citra omnem controuerſiã locum ſibi vendicet in ſocietate vniuerſali omnium bonorum, ſiquidem in ea res omnes, quæ ſociorũ ſunt abſque alia traditione communicantur, d. l. 1. & l. 2. & ibi Gloſ. & Doctor. communiter, ff. pro ſoc. Doctores pariter in l. ſi ſocius, ff. ſi cert. petat. Dec. in l. traditionibus, num. 3. C. de pact. Menoch. conſ. 122. num. 5. lib. 2. Rom. conſ. 106. num. 2. Petr. de Vbald. tract. de duob. fratr. p. 5. ſub num. 2. & alij apud Felic. loco citato, ſub num. 45. & 46. nihilominus idem dicendum eſt in qualibet alia particulari ſocietate, vt habetur ex Molin. de contr. diſp. 412. num. 6. quoniam tex. in d. l. 2. rationem aſsignat, quæ omnibus ſocietatibus accomodatur, dicẽs *quia licèt traditio non interueniat, tacita tamen creditur interuenire*. Vndè quilibet ſocius videtur habere, ac tenere bona ſua nomine proprio, & nomine alterius ſocij, tanquam per clauſulam conſtituti, Iaſ. in d. l. ſi ſocius, num. 1. ff. ſi cert. petat. Gomeſ. lib. 2. reſol. iur. cap. 5. ſub num. 3. in fin. cũ alijs relatis à Felic. vbi ſupra, num. 47. & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 1. q. 4. num. 6. & q. 5. num. 7.

Tertiò ampliatur, vt in ſocietate non
10 tantùm communicetur dominium, ſed etiam poſſeſsio bonorum collatorum citra traditionem aliquam. Et quamuis Gloſ. in d. l. 2. ff. pro ſoc. & in l. ſi fratres, §. idemque, ff. eod. & alij contrarium doceant ex eod. quod poſſeſsio cùm habeat plurimum facti, non tranſit in caſibus, in quibus tranſit dominium ſine traditione; nihilominus in ſocietate transferri nõ ſolùm dominium, verum etiam poſſeſsionem ſine traditione fictione iuris, probat Bald. in d. l. 1. in lectura antiqua, ſub num. 1. ff. pro ſoc. Bart. in l. & ideo, ſub num. 3. ff. de condit. furti. Et hanc opinionem communem eſſe, teſtatur Couar. lib. 3. var. reſolut. cap. 19. ſub num. 1. & Felic. d. cap. 9. ſub. num. 46. verſ. contraria opinio, & num. 47. & id per rationem ſupra allatam in ſecunda ampl. ſocius enim dicitur bona ſua nomine proprio poſsidere, & alterius ſocij per clauſulam conſtituti.

Sic ampliata limitatur ipſa concluſio,
11 vt vera ſit in ſocietate honeſta: ſecus autem ſi agatur de ſocietate turpi, & inhoneſta: ſiquidem rerum inhoneſtarum non datur ſocietas; quia delictorum turpis, atque fœda communio eſt, vt in l. nec prætermittendum, l. quod autem, l. ſi fratres, §. pen. ff. pro ſoc. & ſupra alias adnotauimus. Hinc fures, ac prædones, qui ad furandum coadunantur, ſocij propriè non ſunt, nec inter eos præda diuiditur, cùm nulla detur actio; & ſi præda collata fuerit ab eo, qui ſciente ſocio, fuerit deprædatus, ſocius ipſe non ſolùm ablata reſtituere cogitur, ſed etiam, & pœnam ſubire. Aequum eſt enim, vt cuius participauit lucrum participet, & damnum, l. ſi igitur, ff. eod. tit. ex quo fit, vt ſi duo ſocietatem contraxerint, & vnus ex ſocijs, ſciente al-
12 tero ſocio, negotiationem vſurariam geſſerit, & vſurarium lucrum cum ipſo ſocio diuiſit, non ſolùm ambo teneren tur ad lucri vſurarij reſtitutionem; ſed etiam ambo in Regno noſtro Neapolitano ſubijcerentur pœnæ confiſcationis bonorum, de qua in conſtitutione Regni, quæ incipit, vſurariorum nequitiam: & id per tex. in d. l. ſi igitur.

Secunda Concluſio.

13 IN ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, à principio contractus bona ſociorum omnia ante ſocietatem acquiſita communicantur tam quoad dominium quàm quoad poſſeſsionem. Hæc concluſio eſt citra omnem controuerſiam, & patet ex tex. in l. 1. in fin. ff. pro ſoc. ita ſe habente, *In ſocietate omnium bonorum omnes res, quæ coeuntium ſunt continuò communicantur*. Rationem autem hanc eſſe ait Iaſ. in l. ſi ſocius, num. 1. ff. ſi cert. petat. Bald. in l. 1. ff. pro ſoc. ac

Felic.de ſociet.cap.9.num.47. & cap. 14.
num. 7. quia titulus vniuerſalis accedit
perſonæ,& quilibet ſocius cenſetur habe-
re, & tenere bona ſua nomine proprio, &
alterius ſocij tanquam per clauſulam
conſtituti. Quæ quidem bonorum com-
municatio fieri cenſetur citra vllam tra-
ditionem, vt ſupra probauimus ampl. 2.
concl. 1.

Ampliatur hæc concluſio, vt in ſocie-
14 tate omnium bonorum communicentur
à principio vt ſupra,omnia bona mobilia,
immobilia, & ſe mouentia, iura, actiones,
ac obligationes,atque adeò corporalia, &
incorporalia, & id per tex. in l. 1. ff. pro
ſoc. quæ cùm generaliter loquatur, nec
diſtinguat,indiſtinctè eſt intelligenda de
omnibus,& quibuſcunque bonis,arg.tex.
in l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. &
hanc ſententiam videtur expreſsè tenere
Menoc. conſ.656.lib.7.num.10.dum ait,
quòd acquiſita à ſocio quouis in loco ef-
ficiantur alteri ſocio communia, cùm ne-
gotia communi commodo dicantur per-
tractata,& ob id obligatio ab vno ex ſo-
ciis in vno loco, trãſit ad alium ſocium in
alio loco exiſtentem,iuxta ea,quæ haben-
tur per Bald.in l.certum,num.8.C. famil.
erciſc.& in l. cum te,num. 1. verſ. extra
opp.C.ſi cert.petat.Imò in huiuſmodi ſo-
cietate,ſtatim ea contracta,citra traditio-
nem aliquam cenſentur communicati
omnes fructus dotis alterius ſocii: ſi qui-
dem in ſocietate omnium bonorum tene-
tur ſocius communicare omnes fructus
15 dotales,etiam ſi ſocii non ſubſtinuerunt
onera matrimonii, vt habetur ex Rom.
conſ.405.num.2.verſ.Quam ego,vbi Apo
ſtil.in ver. communicari debet,Anton.de
Butr.conſ.7.num.3.verſ. Ad Tertium, vbi
excipit tamen eam ratam,quæ pro alimẽ-
tis vxorum, & filiorum eſt neceſſaria, vt
inquit etiam Tuſch.in ver.ſocietas,concl.
283.num.5.& 6.Et ſi vnus ex ſocijs lucre-
tur dotem per mortem vxoris, vel eius
partem tenetur quoque eam communica
re, vt per Bald. conſ.284.lib. 5. & Tuſch.
verſ. ſocijs concl. 287. num.48.49.& 62.
vbi id limitat, num.63.& 64.In hac eadem
ſocietate omnium bonorum cenſentur
etiam communicata loca montium, quæ
ſocijs erant filij,vel vxoris ſiquidem non
valet donatio inter patrem, & filium, pa-
tre viuente, & inter virum, & vxorem;
niſi eſſet facta traditio, & mortem do-
nantis confirmata, vt conſuluit Rom.
conſ.191.num. 1. vbi & Tuſch. d. concl.
287. num. 68.

Sed re vera licet hæc omnia facile ſuſti
16 neri de iure valeant;nihilominus quoad
actiones,& obligationes hæc ampliatio
maximã difficultatem habet, cùm videa-
tur expreſſe contra tex. in l.3.ff. pro ſoc.
vbi Gloſ. rationem reddens idcirco ait,
res,& non actiones inter ſocios commu-
nicari,quia in rebus cadit poſſeſſio, quæ
non cadit in actionibus,&obligationibus.
Et quamuis Felicius de ſociet. cap. 14.
num.14. putet d.l.3.non habere locum in
actionibus quæſitis poſt contractam ſo-
cietatem; vt videtur velle Menoch. loco
citato;nihilominus putat d l.3.eſſe ſaltem
intelligẽdam in actionibus, & obligatio-
nibus contractis ante ſocietatem; quo-
niã iſtæ non communicantur, niſi preuia
ceſſione. Sed quia ratio Gloſ.ſupra allata
videtur militare tam in actionibus acqui
ſitis ante,quàm poſt contractam ſocieta-
tem;ideò opinio Felicij nobis non proba
tur, vt infra latius dicemus,concl.5.lim.
2.q.ſeq.concl.1.amp.4.

Secundò ampliatur eadem concluſio,
vt in ſocietate omnium bonorum ſimpli-
17 citer adeò communicentur bona omnia
quæſita ante ſocietatem contractam, vt
communicata cenſeantur bona ipſa ſocio
rum ſiue æqualia ſint,ſiue inæqualia.ſiqui
dem tex.in d.l.1.generaliter loquitur;er-
go generalem recipit interpretationem,
arg.tex. in l. 1. §. generaliter, ff.de legat.
præſt.Et eo magis, quia in ſocietate om-
nium bonorum non attenditur, an quis
18 plura, vel pauciora bona contulerit;ſed
ſatis eſt, vt ſinguli omnia eorum bona
conferant ad finem, vt omnia communia
ſint, & æqualiter diuidantur, vt habetur
ex Purpur.in l.ſi paſcenda, num.38. C. de
pact. Couar. lib. 3. Var. reſol. cap. 2.ſub
num.3. verſ. Quintus eſt caſus. Molin. de
contr.diſp.412.num.4.& alijs,quos refert,
& ſequitur Felic. de ſociet. cap.15.num.
1. & 2. & id ratione dubij euentus:nam
19 poteſt eſſe,quod vnus ex ſocijs à princi-
pio minus ponat, & nihilominus pro-
ceſſu temporis ex proſpera fortuna nem-
pe ex teſtamento, donatione, aut propria
induſtria ſocietati magis conferat.Vnde
ratione dubij euentus valet ſocietas con-
tracta ſuper hæreditate ventura, quamuis
ignoretur, cui obuenire debeat,& in l.3.
§.de illo, ff. pro ſoc.& Molin.loco citato
vbi alias rationes affert.

Sic ampliata limitatur primò dicta con
20 cluſio, vt locum habeat quoad bona
præ-

Digitized by Google

20 præſentia; non autem quoad bona futura: ſiquidem in ſocietate omnium bonorum, licet bona præſentia corporalia cõmunicentur ſine traditione; bona tamen futura corporalia abſque traditione non communicantur, nec eorum tranſit dominium in ſocios, vt habetur ex Rom. conſ. 106. num. 2. verſ. Quoad ſecundum, & conſ. 168. num. 3. & Tuſch. in verſ. ſocius, concl. 283. num. 3. vbi idem dicendum eſſe ait de bonis incorporalibus, vt ſunt actiones, obligationes, & debitorum nomina, ſiue præſentia ſint, ſiue futura, l. 3. ff. pro ſoc. Mol. de contr. diſp. 411. ſub num. 6. in fin. verſ. Illud: ad quod etiam faciunt tradita per Bart. in l. is poteſt, num. 5. ff. de acquir. hæred. dum ait; quod ſi contracta ſit ſocietas ſuper hæreditate ventura, quòd ipſa ſpes non communicatur; ſed communicanda venit hæreditas obueniens: ſiquidẽ ſuper ſpe, quæ aliquid nõ eſt, ſocietas non contrahitur. vndè inquit, illum, cui hæreditas defertur adire debere, & alterum ſocium adire non poſſe, l. actione, §. diximus, ff. pro ſoc.

Secundò limitatur, vt in ſocietate om-
21 nium bonorum, dominum bonorum emphyteoticorum Eccleſiæ ante ſocietatem quæſitorum non communicentur inter ſocios; ſed tantùm communicantur eorum fructus, vt habetur ex Beno. conſ. 190. in fin. verſ. quoad vltimum, lib. 1. & Tuſch. ver. ſocius, concl. 283. num. 58. vbi etiam, num. 59. & 60. idem dicendum eſſe ait de feudo; atque adeò ſocius omnium bonorum non communicat feudum acquiſitum propriæ perſonæ: quoniam non compellitur Dominus habere alium vaxallum inuitus, vt conſulit Alex. conſ. 48. col. 2. verſ. ſed iis nõ obſtantibus, num. 3. lib. 2. vbi id ampliat, etiam ſi feudum emptum eſſet de pecunia communi, & ſocius communicaſſet fructus feudi: quia non cenſeretur communicaſſe proprietatem feudi, vt per Alex. ibi num. 5. & ſeq. verſ. Tertiò probatur. Idem dicendum eſt de bonis, quæ filijs acquiſita ſunt ante ſocietatem contractam: ſiquidem bona huiuſmodi non veniunt communicanda:
23 quia non pertinent ad patrem quoad proprietatem: maximè, vt habetur ex Benedict. conſ. 180. num. 43. & ſeq. & Tuſch. d. concl. 283. num. 63. & nos infra latius dicemus lib. 2. cap. 4. limit. 2.

Tertia Concluſio.

IN principio ſocietatis omnium bono-
24 rum ex quæſtu, ex vitalis contractus nõ veniunt communicanda aliqua coeuntium bona ante ſocietatem contractam acquiſita. Probatur, quia in huiuſmodi ſocietate lucra tantùm perſonalia communicantur, nempè omnia bona, quæ proueniunt ex coeũtium opera, induſtria, artificio, ac diligentia, atque adeò ex emptione, venditione, locatione, cõductione, &c. vt in l. coiri, & ibi Bart. & alij, ff. pro ſoc. Petr. de Vbald. de duob. fratr. p. 1. num. 5. & p. 5. num. 1. & nos latius, Deo duce, dicemus infra lib. 2. c. 2. Dixi *ex vitalis contractus*, quoniã nõ eſſet contra talis ſocietatis naturam, ſi à principio contractus ſocij omnia illorum bona, aut eorum partem conferant cum pacto, vt communio, nõ ſolùm fiat in quæſtu, ſeu in lucro, quod dicitur quæſtus, ſed in capitali pariter, ſicut infra dicemus de ſocietate particulari tractantes concl. 6. vndè hęc ipſa ſocie-
25 tas in hoc differt à ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, quòd licèt in vtraque communicẽtur à principio omnia coeuntium bona, ante ſocietatem acquiſita; & lucra prouenientia ex titulo oneroſo; nihilominus in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter veniunt communicanda quoque bona acquirenda titulo lucratiuo, nempè legato, donatione, &c. vt infra lib. 2. cap. 1. latè declarabimus; quæ tamen non communicantur in ſocietate, de qua agitur, vt latius infra dicemus d. lib. 2. cap. 2. de ſocietate omnium bonorum ex quæſtu agentes, q. 5. concl. 1. & 3.

Quarta Concluſio.

IN ſocietate omnium bonorum muni-
26 cipali iure inita inter coniuges vigore matrimonij contracti, in quibuſdam Regionibus nullo modo communicatur dominium bonorum ipſarum coniugum; & in quibuſdam alijs locis ſtatim conſummato matrimonio, bona omnia tã vtriuſque coniugis cenſentur communicata. Etenim Caſtellę in Hiſpania, licèt contracto matrimonio municipali iure cenſeatur inita ſocietas omnium bonorum inter coniuges, hæc ipſa tamen ſocietas contracta dicitur ſuper omnibus bonis, quæ acquiran-

Digitized by Google

tur conſtante matrimonio, atque ideò lucra acquiſita poſt matrimonium contractum, eo durante communicantur dumtaxat, & non alia coniugum bona, nempè capitalia: Siquidem talis ſocietas eſt, in qua fit communio in lucro tantum; non autem in capitali, vt patet ex Hiſpaniarum legibus, de quibus Molin. de contr. diſp. 423. cum plur ſeq. & nos infra latius, Deo duce, dicemus lib. 2. cap. 3. de coniugum ſocietate tractantes. Iure verò Municipali Luſitaniæ, per matrimonij contractum, ſtatim, eo conſumato, communicantur omnia coniugum bona, ante matrimonium acquiſita, & inſuper communicanda veniunt omnia bona acquirenda quocunque titulo tam oneroſo, quàm lucratiuo, conſtante matrimonio: quæ quidem bona adeò amborum efficiuntur cõmunia, vt vnuſquiſque eorum dominij partialitate, & rerum totalitate dominus ſit omnium bonorum vtriuſque; iuſque habet partialitate iuris, ſed totalitate rerum eorum omnium, ad quæ ius habent abſque dominio; & eodem modo poſſeſſio quorumcunque ipſorum bonorum ad vnumquemque eorum pertinet partialitate poſſeſsionis, & totalitate rerum poſſeſſarum. Ita Molin. de contr. diſp. 422. ſub num. 3. & nos latius dicemus loco ſupra citato.

Quinta Concluſio.

IN ſocietate particulari, in qua ſinguli
27 ſocij conferunt capitale, ſtatim contracta ſocietate capitalia communicantur quoad dominium, & poſſeſsionem. Hæc concluſio eſt Soc. conſ. 264. ſub num. 2. lib. 5. Azor. tom. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 3. q. 2. verſ. Ad id vero, Felic. de ſociet. cap. 9. num. 54. & aliorum. Probatur, quoniam ſocietas, in qua omnes ſocij ponunt capitale regulariter cenſetur contracta, vt communio fiat non tantum in lucro, ſed etiam in ſorte, iuxta ea, quæ habentur ex Leſſ. lib. 2. de iuſtit. & iur. cap. 25. dub. 2. num. 9. & 20.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum ſibi
28 vendicet non ſolùm ſi capitalia conſiſtãt in pecunia; verùm etiam in animalibus, vel in aliis rebus. Vndè non ſolùm ſocij ſinguli conferentes ſingulos centenos aureos in ſocietate, cenſentur illorum dominium communicare inuicem; ſed etiam ſi animalia hinc inde à quolibet ſociorum ſint collata, fuiſſe ſuper eis inductam communionem ac inuicem communicata, vt per Conrad. de contr. q. 92. in prin. Tabien. in ſum. ver. vſura, 3. num. 2. & Felic. d. cap. 9. num. 56. etenim eadem ratio militat in vtroque caſu arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Secundò ampliatur eadem concluſio, vt
29 vera ſit, ſiue in ſocietate collata ſint capitalia inæqualia, ſiue æqualia; quoniã in huiuſmodi ſocietate poteſt ſeruari ęqualitas proportionaliter, vt ſi æqualia ſint capitalia, ipſa quoque in fine ſocietatis vna cum lucris, damnis, & expenſis veniãt æqualiter diuidenda: ſi verò ſint inæqualia ſecundum portionem, quam quiſque contulit; diuidenda ſint tam ipſa capitalia, quàm lucra, damna, & expenſæ, vt habetur ex Felic. d. cap. 9. num. 54. & patet ex iis, quæ habentur ex Sylu. in ſum. ver. ſocietas 1. q. 8. ſiquidem tacitè actum eſſe ſubintelligitur, vt qui plus oneris, & periculi ſuſtinet, plus expectet emolumenti, l. ſecundum naturam, ff. de regul. iur.

Tertiò ampliatur, vt idem dicendum ſit
30 de ſocietate, in qua vnus ponit capitale, & alter operas, ſeu induſtriam, & fiat pactum; vt in fine ſocietatis diuidatur non ſolùm lucrum, ſed etiam capitale; quoniam tunc dominium capitalis ab initio ſocietatis communicatur; ſiue capitale, & lucrũ diuidenda ſint per partes æquales, quando operæ æquiualent capitali quoad æſtimationem proprietatis: ſiue per partes inæquales proportionaliter, quando operum, & capitalis æſtimatio ſit maior, aut minor, vt in l. 1. 2. & 3. ff. pro ſoc. iuncta Gloſ. in d. l. 1. Filliuc. tomo 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 5. concl. 3. ſub num. 47. verſ. Hinc ſequitur, & Molin. de contr. diſp. 421. ſub num. 6. qui licèt iura illa dicat loqui ſolùm de ſocietate omnium bonorum; idem tamen ait eſſe intelligendum de quacunque alia particulari ſocietate: vt patet exemplum in ſocietate particulari negotiationis, in qua capitale traditur, vt ſit commune ſocijs; ſiquidem in vtroque caſu militat eadem ratio: nam quamuis iura illa loquantur de ſocietate vniuerſali omnium bonorum; id tamen prouenit, quia in ſocietate vniuerſali doctrina eſt generalis, vt ſtatim contracta ſocietate fiat communio omnium rerum; at quando contrahitur ſocietas ad lucrum in particulari negotiatione, doctrina non eſt ſemper vera: non

enim

Digitized by Google

enim ſemper in tali ſocietate fit commu-
nio in capitali, ſed interdum eſt ſolum in
lucro ex capitali. Ita Molin. loco citato.
Confirmatur, quia dicta ſocietas cum ta-
li pacto rectè contrahi poteſt; vt habetur
ex eodem Molin. de contr. diſp. 416. *Syl.*
in ſum. ver. ſocietas 1. q. 6. Azor. tomo 3.
Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 2. q. 2. Fil-
liuc. tom. 2. qq. moral. tr. 38. num. 47. & alij.
Eſt tamen verum, quòd eo caſu licèt
31 dominium capitalis cõmunicetur cũ ap-
ponẽte operas; nõ tamẽ ita cõmunicatur,
vt qui illud cõtulit ipſius dominiũ à ſe
abdicet; ſed vt eiuſdẽ quoque ſociũ faciat
participem: ſiquidem non pugnat, vt
plures poſſint vnius, & eiuſdem rei eſſe
32 domini. vndè ſi capitale pereat poſt
operas, non tenetur, qui contulit operas
ſocio quicquam reddere, cum ipſe quo-
que amiſerit operas ſuas. At ſi pereat an-
te operas omnes, tunc teneretur ſocius
33 dimidiam partem capitalis: ſi verò poſt
partem operarum appoſitam, & reſtat
pars quoad valorem apponenda, tunc te-
netur ſoluere dimidiam valoris opera-
rum, quæ reſtarent apponendæ, vt habe-
tur ex Molin. d. diſp. 416. concl. 1. in fin.
Sylu. ver. ſocietas, 1. q. 6. & Filliuc. tom. 2.
qq. moral. tr. 38. q. 5. concl 3. in fin. Et quã
uis Sylueſtro id æquiſſimum in conſcien-
tia videatur; nihilominus ait veriorem
de iure eſſe opinionem Bald. & Bart. in l.
1. C. pro ſoc. & aliorum, dicentium, quod
ſiue capitale perdatur ante operas, ſiue
poſt, totum damnum pertinent ad ipſum
capitale ponentem.
Sic ampliata limitatur concluſio, vt li-
34 cèt in ſocietate particulari, in qua ſin-
guli ſocij ponunt capitalia, cenſeantur ea
ſtatim contracta ſocietate communicare;
nihilominus poſſunt paciſci, vt capitalia
non cenſeantur communicata; ſed tan-
tùm eorum fructus, & lucra. Vt ſi ſinguli
in ſocietete poneant ſingulas centenas
oues, poſſunt paciſci, vt communio fiat in
fructibus eorum dumtaxat; non autem
in ipſis ouibus; & tunc ſuper ouibus non
contrahitur ſocietas, ſed tantum ſuper
fructibus earum. Etenim nõ pugnat, ſocie
tatem contrahi tam ſuper re certa, & par-
ticulari, quàm ſuper fructibus eius, & ſu-
per fructibus tantum, nempè ſuper fun-
do, & eius fructibus, & ſuper fructi-
bus fundi tantùm: ſuper vacca, & eius
fructibus, & ſuper fructibus vac-
chę dumtaxat, vt in l. ſi merces, §. vis
maior, ff. locat. l. ſi area, ff. de præſcript.
verb. Vndè cum ouium omnium non
communicetur, illarum periculum perti-
net ad dominos, ita vt ſi vnius ſocij oues
in totum, vel pro parte pereant; & alteri-
us ſocij oues maneant incolumes, to-
tum damnum pertinet ad illum ſocium;
non autem ad alterum, vt per Dec. & ali-
os in l. ſi paſcenda, num. 13. C. de pact.
Alex. conſ. 491. lib. , & Felic. de ſociet.
cap. 9. num. 17. & 18. Idem dicendum eſt
in dubio, ſi non conſtaret de ſociorum
conuentione, ſed de illorum tantùm, aut
Regionis conſuetudine, quoniam tunc
conſuetudini ſtandum eſt, iuxta ea, quę
infra adnotabimus concl. 6. lim. 1.
Secundò limitatur ipſa concluſio, vt lo-
35 cum non habeat, quando pars capitalium
collatorum conſiſteret in nominibus de-
bitorum; quoniam tunc illa pars debita
ante contractam ſocietatem, non commu-
nicaretur: ſiquidem eſto tale debitum ſit
pars capitalis, quod appoſuit vnus ex ſo-
cijs; alij tamen ſocij non poſſunt intenta-
re actionem aduerſus debitorem ad illud
exigendum, niſi ſocius, cui debebatur pri-
us eis cedat eam actionem aduerſus illum:
& propterea ipſa ſolus poteſt dictam
actionem intentare, vel eam ſocijs cedere,
vt ipſi agere valeant, vt colligitur ex tex.
in l. 3. ff. pro ſoc. & rectè declarat Molin.
de contr. diſp. 411. ſub num. 6. verſ. Illud
addit. Non tamen, quidam putant, hanc
limitationem in actionibus quæſitis per
vnum ex ſocijs poſt ſocietatem contra-
ctam, procedere: quod nobis non proba-
tur, vt diximus ſupra concl. 2. ampl. 1. ver.
Sed re vera, in fin. & infra dicemus. q. ſeq.
concl. 1. ampl. 4.
Tertiò limitatur dicta concluſio in ſo-
36 cietate inita ſuper rẽ futura, nẽpè ſuper hę
reditate vẽtura. Etenim res futura cum nõ
ſit, nõ poteſt cõmunicari in principio ſo-
cietatis, ſicut nèc ſpes eius; ſed tãtũ venit
cõmunicãda, vt rectè declarat Felic. de ſo-
ciet. cap. 9. num. 1. 42. & 43. & ſupra adno-
tauimus, concl. 2. limit. 1. in fin.

Sexta Concluſio.

IN Societate particulari, in qua vnus ex
37 ſocijs ponit capitale, alter verò operas,
& induſtriam, ſi non fiat pactum, quòd
communio fiat in capitale; de iure in prin
cipio ſocietatis non communicetur capi-
talis dominium. Hæc concluſio eſt com-
munis apud Doctor. in l. 1. C. pro ſoc. Bald.
conſ.

conſ. 61. in prin. lib. 2. Alex. conſ. 117. & ibi
Addent. lib. 1. & alij, quos refert, & ſequi-
tur Felic. de ſociet. cap. 9. num. 55. Proba-
tur, quia hæc ſocietas de iure cenſetur tan
tùm contracta ſuper lucro, non autem
ſuper capitale: ſi quidem hoc primum ex-
trahendum eſt, ſi ſaluum maneat ab eo,
qui illud contulit; cùm ſi pareat, eidem
pereat, vt habetur ex D. Thom. 2. 2. q. 78. ar
2. ad 5. & ibi Caiet. Bald. Iacob. de Aren.
Cyn. & alij in d. l. 1. C. pro ſoc. Syl. in ver.
ſocietas 1. q. 6. Azor. tom. 3. Inſtit. moral.
lib. 9. de ſociet. cap. 3. q. 1. Filliuc. Tom. 2.
qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 5. concl. 1.
cum alijs, quos allegant. Vndè in hac ſo-
cietate non conflatur vna ſumma ex ca-
pitali, & pretio operarum, vt ſupra dixi-
mus q. 2. verſ. Ad cuius rei explicatio-
nem; ſed conſideranda ſunt, quæ vtrique
pereunt, & hæc inter ſe comparanda.
Etenim conferenti pecuniam perit æſti-
matio periculi, & lucri ex ea ſperati: ope-
ras verò conferenti perit æſtimatio ope-
rarum dumtaxat. Hæc igitur inter ſe
ſunt comparanda, & ſecundum horum
proportionem lucrum eſt diuidendum,
detracto prius capitali pro eo, qui illud
contulit, vt late ſupra declarauimus d. q.
2. ſub verſ. Ad cuius rei explicationem.
Ampliatur hæc concluſio, vt vera ſit,
38 non ſolùm ſi capitale conſiſtat in pecu-
nia; ſed etiam ſi conſiſtat in animalibus,
39 aut in alia re fructifera: quia in dubio in
ſocietate cenſetur poſitus vſus rei, non
ipſa res, vt per Syl. in ſum. ver. ſocietas, 1.
q. 6. qui ait quòd ſi ex vna parte ponatur
pecus in ſocietate, & ex alia parte opera
paſtoralis; ſola damna, vel commoda in
obuentionibus ſunt communia, non au-
tem ipſum pecus, ad quod allegat tex. in
l. cum duobus, ff. pro ſoc. & inquit, hanc
ſententiam eſſe de mente D. Thomæ. Eſt
tamen verum, quòd Syl. loco citato, ait,
quòd tunc in dubio cenſetur in ſocietate
poſitus vſus rei, non ipſa res, quando res
data eſſet ineſtimata; ſecus autem ſi da-
retur æſtimata, & hoc ideo fortè, quia
40 æſtimatio facit emptionem, atque adeò
tranſlationem dominij rei æſtimatæ, vt
in l. quoties, C. de iur. doti. Vel ad minus
in ſocietate talis æſtimatio operatur com-
municationem dominij, & ad hoc appo-
ſita cenſetur, vt valor rei appareat, vt per
Bald. in d. l. 1. C. pro ſoc. Vbald. de dub.
fratr. p. 5. num. 11. & ſub num. 27. cum
alijs, quos refert, & ſequitur Felic. de ſo-
ciet. cap. 9. ſub num. 57. & ſeq. atque adeò
æſtimatio rei efficeret, vt ſocietas prædi-
cta cenſeatur contracta, vt communicatio
non ſolùm fiat in fructibus animalium;
verum etiam in ipſis animalibus, iuxta ea,
quæ ſupra diximus, concl. 5. ampl. 1. ex
Molin. Filliuc. & nonnullis alijs. Bene ve-
rum eſt, quòd contrarium docet Azor. p.
3. Inſt moral. lib. 9. de ſociet. cap. 7. q. 11.
cuius opinio, quomodo procedat infra,
Deo duce explicabimus lib. 2. cap. 5. q. 5.
ampl. 2.
Sic ampliata limitatur eadem conclu-
41 ſio, vt locum ſibi vendicet, niſi inter ſo-
cios, aut in aliqua Regione extaret con-
ſuetudo contrahendi ſocietatem, vt com-
munio fiat non tantùm in lucro; verum
etiam in capitale; quoniam tunc in dubio
cenſeretur facta communio; & coita ſo-
cietas tam in lucro, quàm in capitale.
Etenim, quamuis in multis locis frequē-
ter ſocietas contracta intelligatur, quan-
do non deducitur in pactum aliquid di-
uerſum, vt operæ, & induſtria ſolùm æſti-
mentur per comparationem ad lucrum
ſperatum ex capitali, & ad æſtimationem
eiuſdem capitalis periculi; non autem
per comparationem ad valorem capita-
lis, ita vt, ſi in fine ſocietatis capitale ſa-
luum remanſerit, totum pertineat ad cō-
ferentem illud, & diuiſio ſolùm fiat in
lucro, vt rectè declarat Molin. de contr.
diſp. 416. num. 1. & 2. concl. 3. Filliuc. tom.
2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 5. concl. 2.
num. 46. nihilominus, quia conſuetudo in
pleriſque locis eſt varia; idcirco ſtandum
42 eſt conſuetudini: ſiquidem contractus,
quando aliud non exprimitur, cenſetur
celebratus iuxta conſuetudinem loci, ita
quo tex. l. quòd ſi nolit. §. qui aſſidua, ff. de
edil. edict. Syl. in ſum. ver. Societas, 1. q. 6.
in fin. Molin. Filliuc. locis citatis, & alij
communiter.
Secundò limitatur eadem concluſio, vt
43 licèt in caſu de quo agitur capitale non
cenſeatur communicatum in principio
ſocietatis initæ, nihilominus quando ex
ipſo capitali comparantur merces, aut
alia pecunia acquiritur, tunc communi-
catur dominium capitalis: ſiquidem tunc
capitale miſcetur cum lucro, cùm domi-
nium mercium, & pecuniæ acquiſitæ ef-
ficiatur commune ſociorum, ita vt omnes
ſocij ſint domini totalitate rei, vt rectè
declarat Molin. de contr. diſp. 416. num.
5. & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. c. 3.
q. 8. num. 51.
Dices, ſi communicatur dominium

capi-

44 capitalis, cùm ex eo emuntur merces, aut alia pecunia comparatur, quænam eſt ratio, quòd in fine ſocietatis non diuiditur ipſum capitale; ſed ſi ſaluum remaneant, totum pertinet ad eum, qui contulit illud. Ad hoc argumentum reſpondet Conrad. de contr. q. 93. concl. 2. in reſponſ. ad 2. arg. quòd pro diuerſis temporibus hæc duo rectè poſſunt ſimul ſtare; nempè vt pro tempore, quo durat ſocietas qui contulit operas habeat ius in capitale tã quoad dominiũ, quã quoad fructum eius, ſed finita ſocietate, redit ad ponẽtẽ capitale dominium illius ſine fructibus. nã videmus in mutuo quoque id fieri: ſiquidem ſi Titius mutuet Sempronio centum, Sempronius habet dominium, & commoditatem pecuniæ mutuatæ, donec duret tempus mutui, & deinde redit ad mutuantem finito tempore, ſiue fructibus.

Sed rurſus inſtabilis, ſi pro tempore ſo-
45 cietatis, qui contulit operas habeat participationem dominij capitalis; & cõmoditatis eiuſdem: ergo ſi id caſu deperdatur, etiam citra culpam aliquam tempore ſocietatis, deberet ſuſtinere partem illius damni, cùm damnum rei pertineat ad ius dominum, Conrad. loco citato, in reſp. ad 3. reſpondendo ad inſtantia ait, quòd conferens capitale in caſu, de quo agitur, per ſe primo conferet interuſurium illius, nempè lucrum, quòd ex eo veriſimiliter ſperatur, & æſtimationem periculi eius, & ſic pretium aſſecurationis; dominium autem capitalis transfert concomitanter tantùm cùm non poſſit transfert concomitanter tantùm, cùm non poſſit transferre interuſurium, niſi etiam conferat capitale, ſi capitale maximè conſiſtit in pecunia, & in rebus, quæ vſu conſumentur; quorum vſus eſt ipſarum rerum conſumptio, vt in l. 2. §. 1. & 2. ff. ſi cert. p. tat. atque ideò dominium non cenſetur aliter translatum, quàm, vt dominium totius capitalis ad ſe ſolùm redire debeat finita ſocietate, ſi ſupermanſit, tota pecunia capitalis: non enim transfertur in aliquom plus, quàm tradens intendat transferre. Quòd ſi totum capitale conſequitur, qui illud contulit, ſi ſaluum permanſerit, vt in ſocietate ſeruetur æqualitas, æquum eſt, vt ſi totum deperdatur, damnum totum pertineat ad eum, qui illud contulit.

Ex dictis modò infertur, qòd ſi merces
46 omnes deperdantur incẽdio, naufragio, cũ latronum incurſu, aut quo quo alio modo citra ſociorum culpam, qui contulit pecuniam perdit capitale: & qui contulit operas ad nihilum tenetur; ſiue contulerit omnes operas, ſiue partem operarum. Siquidem dominium capitalis in hac ſocietatis ſpecie non communicantur per ſe, ſed concomitantur, & per accidens: per ſe autem communicantur tantùm commoditas, & interuſurium, vt rectè docet Bald. in l. 1. C. pro ſoc. Sylu. in ver. ſocietas, 1. q. 6. & alij dicentes, quod in dicta ſocietate ex vna parte ponitur commoditas operarum, & ex alia commoditas pecuniæ, & non proprietas. ſicut quando ex vna parte ponitur pecus in ſocietate; & ex alia parte opera paſtoralis, ſola damna, vel cõmoda in obuentibus ſunt communia, non autem ipſum pecus; l. cum duobus ff. pro ſoc.

Secundò infertur, quod dominium, &
47 poſſeſſio mercium emptarum ex pecunia capitali, & pecuniæ acquiſitæ, verè ac per ſe acquirantur omnibus ſociis, ſi alienentur ab vno ex ſociis aliis inuitis, competit illis actio contra deremptores, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, in principio huius quæſtionis.

An dominium, & poſſeſſio rerum quæſitarum durante ſocietate, communicentur omnibus ſocijs Q. 4.

S V M M A R I V M.

1. *Societas diuiditur, & ſubdiuiditur multipliciter.*
2. *Societate contracta, bona contingit acquiri ab vno ex ſocijs tripliciter.*
3. *In ſocietate omnium bonorum ſimpliciter omnia acquiſita poſt contractam ſocietatem ab vno ex ſocijs communicantur quoad dominium, & poſſeſſionem, vbi expreſſe omnium nomine fuerint comparata.*
4. *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus.*
5. *Acquiſita quocumque titulo ab vno ex ſocijs communi nomine in ſocietate omnium bonorum communicantur inter ſocios quo ad dominium, & poſſeſſionem.*
6. *Acquiſita in ſocietate omnium bonorũ ſimpliciter ab vno ex ſocijs omnium ſociorũ nomine communicantur etiam ſi non bona*

feudalia, niſi Dominus feudi aliter ſenſerit.

7 *Incorporalia bona, nempè iura actiones, & obligationes acquiſita communi nomine in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter ab vno ex ſocijs, an communicentur inter ſocios citra ceſſionem aliquam.*

8 *Acquiſita communi nomine vt ſupra ab vno ex ſocijs in ſocietate omnium bonorũ ſimpliciter communicantur, etiam ſi acquirens non habuerit animum ea communicandi.*

9 *Acquiſita ab vno ex ſocijs in honeſtè non veniunt communicanda in ſocietate etiã ſi communi nomine fuerint acquiſita.*

10 *Acquiſita in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter ab vno ex ſocijs cēſentur aliis communicata, etiam ſi non conſtet de voluntate acquirentis, an proprio, vel alieno nomine acquiſierint.*

11 *Socij in ſocietate omnium bonorum proprium habere non poſſunt.*

12 *Acquiſita poſt conſumatum matrimonium ab vno ex coniugibus in Luſitania ſtatim communicantur, etiam ſi non conſtet an propriè, vel communi nomine ſint acquiſita.*

13 *Acquiſita ab vno ex ſociis in ſocietate omnium bonorum ad quæſtum, non communicantur, ſi non conſtet communi nomine fuiſſe empta, aut de communi pecuniã.*

14 *Acquiſita ab vno ex ſociis in ſocietate omnium bonorum ad quæſtum, vel particulari, ſi ſufficientes ſint coniecturæ præſumuntur communi nomine comparata, etiam ſi id per legitimas probationes non conſtet.*

15 *Acquiſita per filium maiorem, cui pater præcepit, vt communi nomine cum aliis filiis hæreditatem adminiſtraret, cenſetur communi omnium filiorum, non autem proprio ipſorum nomine comparata.*

16 *Acquiſita ab vno ex ſociis communi pecunia, ad excludendum delictum præſumuntur communi, non autem proprio nomine comparata.*

17 *In ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, quæſita per vnum ex ſociis nomine proprio nulla de aliis ſociis facta mentione non cenſentur ſtatim communicata ſed veniunt communicanda.*

18 *Acquiſita ab vno ex ſociis proprio nomine in ſocietate omnium bonorũ ſimpliciter, non communicantur ſtatim, ſed veniunt communicanda, quamuis de communi pecunia fuerint comparata.*

19 *Acquiſita ab vno ex ſocijs propria nomine in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter ſtatim communicari eſt non nullorum opinio, non nullas rationes afferentium.*

20 *Fictiones duæ in vno, & eodem actu, & eodem tempore non dantur.*

21 *Fictiones duæ dari poſſunt ſimul, quando vna alterius eſt conſecutiua.*

22 *Perſona extranea an, & quando comprehendatur in contractibus.*

23 *Socius, altero ſocio inuito, non poteſt mutare naturam ſocietatis.*

24 *Socij omnium bonorum ſimpliciter propriũ habere non poſſunt.*

25 *Acquiſita in ſocietate omnium bonorum ad quæſtum communi nomine, non communicantur alijs ſocijs, antequam ipſi ſocio illorum tradita fuerint poſſeſſio.*

26 *Venditor qui rem venditam non dum tradidit, dicitur ad hunc illius Dominus.*

27 *Acquiſita actio ab vno ex ſocijs non communicantur alijs citra ceſſionem.*

28 *Actio acquiſita ab vno ex ſociis mediante iuramento, ſtatim communicantur aliis ſine alia ceſſione.*

29 *Acquiſita communi nomine ab vno ex ſociis in ſocietate omnium bonorum ad quæſtum, & aliis particularibus adeò non communicantur aliis ſociis ante poſſeſſionem illorum ipſi ſocio traditam, vt nec ſociis aliis competat denũciatio euangelica aduerſus bonorum venditorum, niſi iuramentum interceſſerit, aut notarij ſtipulatio.*

30 *Acquiſita communi in ſocietate omnium bonorum ad quæſtum & in aliis particularibus ſocietatibus, ſecuta eorum traditione ſocio acquirenti citra aliam ceſſionem communicantur aliis ſociis, & citra omnem eorum ratificationem.*

31 *Socius à ſocio cenſentur habere mandatum in rebus ſocietatis.*

32 *Iuramento reuocabilia efficiuntur irreuocabilia.*

33 *In ſocietate omnium bonorum ad quæſtũ & in omnibus aliis particularibus empta ab vno ex ſociis nomine proprio, non communicantur ſtatim, nec veniunt communicanda cum aliis ſociis.*

34 *Acquiſita ab vno ex ſociis omnium bonorum ad quæſtum, & aliarum ſocietatum particularium præſumantur comparata proprio, non autem communi nomine.*

35 *Socius emptor ſuo nomine præſumitur pro-*

proprio,non autem communi nomine.

35 *Socius emens ſuo nomine præſumitur propria pecunia acquiſiuiſſe.*

36 *Socius omnium bonorum ad quæſtum, ſeu particularis ſocietatis ſi res emat nomine proprio,res ipſæ non communicantur,nec veniunt communicanda ſiue propria, ſiue communi pecunia emerit.*

37 *Res empta pecunia communi ab vno ex ſocijs, ſi pertineat ad ſocietatem, venit communicanda, etiam ſi proprio nomine fuerit empta.*

38 *Res empta ſi dubitatur,an pertineat ad ſocietatem, in dubio debet decerni eam non pertinere.*

39 *Rem emptam pertinere ad ſocietatẽ quibus coniecturis probetur.*

40 *Acquiſita in ſocietate omnium bonorum ad quæſtum,& in alijs particularibus ab vno ex ſociis non communicantur, etiam ſi non conſtet, an proprio, vel communi nomine fuerint empta.*

41 *Socius quamuis dicat acquiſiuiſſe nomine proprio, ſi re vera conſtet acquiſiuiſſe nomine communi,ſtandum eſt veritati, non verbis.*

42 *Verbis contrahentium non eſt ſtandum,vbi contrarium conſtat de eorum mente.*

43 *Acquiſita ab Inſtitutore ſocietatis ſtatim communicantur omnibus ſociis.*

44 *Socius nomine proprio adminiſtrans rem communem tenetur omnia damna reſarcire conſociis.*

45 *Acquiſita ab vno ex ſociis omnium bonorum ſimpliciter, & expreſsè præſumuntur comparata pecunia communi.*

46 *In tacita ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, empta ab vno ex ſociis, cenſentur empta pecunia communi, non autem pecunia contrahentis;ſicut in expreſſa.*

47 *Taciti,& expreſſi eadem eſt virtus.*

48 *Socii omnium bonorum ſimpliciter non poſſunt habere proprium,ſiuè ſocietas tacita ſit,ſiuè expreſſa.*

49 *Socius in ſocietate tacita omnium bonorum ſimpliciter, quæ emit, præſumitur emiſſe pecunia communi, etiam ſi non conſtet communi nomine ea comparaſſe.*

50 *Empta communi nomine ab vno ex ſoeijs in ſocietate omnium bonorum ad quæſtũ, & in aliis particularibus in dubio regulariter præſumuntur empta pecunia propria ſociis contrahentis, non autem communi.*

51 *Pecuniam poſſidens cenſetur regulariter eius dominium habere.*

52 *Acquiſita per fratrem maiorem communi nomine cum nepote,ſeu fratre pupillo nõ præſumantur comparata pecunia cõmuni.*

53 *Empta à tutore, vel fratre maiore non cenſentur empta de pecunia communi cum pupillo, vel fratre, ſed de propria ipſius tutoris,ſeu fratris maioris.*

54 *Empta ab vno ex ſociis licèt præſumantur empta de pecunia propria contrahentis; contra tamen hanc præſumptionem admittitur probatio in contrarium.*

55 *Præſumptio maior elidit aliam.*

56 *Præſumptionem habens pro ſe transfert onus probandi in aduerſarium, ſiue actor ſit,ſiuè reus.*

57 *Coniecturæ plures dari poſſunt ad probandum empta ab vno ex ſociis fuiſſe empta ex pecunia communi, non autem propria,& quænam ſint.*

58 *Empta per tutorem,an & quando cenſeantur comparata cum pecunia communi cum pupillo,vel propria ipſius tutoris.*

59 *Ditari in diem aliquem poſſe,an,& quando ſit præſumendum.*

60 *Frater maior ſi ſtatim poſt mortem patris fundum emerit, licèt ſit induſtrius præſumitur tamen communi,non autem propria pecunia fundum comparaſſe.*

61 *Pecuniæ communis quantitas ſi exigua ſit, & res empta magni pretii,an & quando præſumatur empta pecunia communi cũ ſocio,pupillo,aut patre,vel propria ipſius contrahentis.*

1 PRo determinatione huius difficultatis ſunt recolenda, quæ adnotauimus ſupra q.præcedenti,not.1.dum diuiſimus ſocietatem in vniuerſalem, & particularem. Priorem ſubdiuiſimus in vniuerſalem omnium bonorum ſimpliciter: in vniuerſalem omnium bonorum ex quæſtu:& in vniuerſalem omnium bonorum inter virum, & vxorem, conſtante matrimonio. Poſteriorem verò ſubdiuiſimus pariter in particularem certæ rei, vnius negotiationis,aut vectigalis, & in particularem plurium rerum, plurium negotiorum,& plurium vectigalium.

2 Secundò eſt adnot. quòd poſt contractam ſocietatem contingit bona acquiri per vnum, vel alterum ex ſocijs tripliciter. Primò expreſsè nomine omnium ſociorum.Secundò nomine proprio, nulla facta ſociorum mentione. & Tertiò ſimpliciter,ita vt non conſtet,an proprio, vel communi nomine ſocius acquiſierit. His breuiter ſic adnotatis,ſit

Prima concluſio.

IN ſocietate omnium bonorum ſimpli-
3 citer, omnia acquiſita poſt contractã
ſocietatem ab vno ex ſocijs, tam quoad
dominium, quàm quoad poſſeſsionem
communia efficiuntur omnibus ſocijs,
vbi expreſſo omnium nomine fuerint cõ-
parata. Hæc concluſio eſt communis,
quam tenet Couar.lib.3.var. reſolut.cap.
19.ſub num.1.Alex.conſ.134. num.1.lib.
5.Burſat.conſ.118.in princ.lib. 1. Meno-
ch.conſ.122.ſub num.12.lib.2.vbi decla-
rat, quando communi nomine acquiſitio
facta cenſeatur, Felic. de ſociet. cap. 14.
num.4.& alij communiter. Etenim quo-
modocunque ſocius omnium bonorum
acquirat, cenſetur nomine ſocietatis, &
de pecunia ſocietatis acquirere, vt per
Alex.d.conſ.134.& Tuſch.in ver. ſocius,
concl.290.num.60.

Ampliatur primò hæc concluſio, vt lo-
4 cum ſibi vendicet in ſocietate omnium
bonorum ſimpliciter, ſiuè expreſsè fuerit
contracta, ſiuè tacitè ex actibus ſociali-
bus; ſiquidem taciti, & expreſsi eadem eſt
virtus, & probabiliorem eorum opinio-
nem cenſemus, qui nullam differentiam
conſtituunt inter ſocietatem omnium bo
norum ſimpliciter expreſſam, ac tacitam,
vt infra latius, Deo duce, dicemus lib. 2.
cap.1.q.2.

Secundò ampliatur eadem concluſio,
5 vt vera ſit in omnibus bonis acquiſitis
per vnum ex ſocijs communi nomine, ſi-
ue comparata fuerint titulo oneroſo,
nempè ex negotiatione, labore, induſtria,
&c. Siue titulo lucratiuo, atque ideò ex
proſpera fortuna, ex teſtamento ſcilicet,
legato, ex donatione, &c. & ſiue bona
acquiſita caſtrenſia ſint, vel quaſi caſtren-
ſia, aut quouis alio legitimo titulo, vel
cauſa, l.ea verò, & l.ſi fratres, ff. pro ſoc.
Nec intereſt, an bona vnius plura ſint,
quàm alterius, vel omnia æqualia; quoniã
ea plura adhuc communicantur, vt in d.
l.ea verò, Molin.de contr. diſp.412.Azor.
tom.3.Inſtit.moral. lib. 9. de ſociet. cap.
17.Filliuc.tom.2.qq.moral.tract.38. cap.
7.q.1.num.134.135.& alij.

Tertiò ampliatur, vt in ſocietate om-
6 nium bonorum ſimpliciter acquiſita ab
vno ex ſocijs, ſociorum omnium nomine
communicentur; etiam ſi ſint bona feu-
dalia: quoniam ſi directus feudi Domi-
nus id ſciuerit, ac maximè ſi fuerit em-
ptum pecunia communi, rectè commu-
nicatur, vt patet ex ijs, quæ habentur ex
Angel.conſ.60.num.2.in fin.verſ Hoc in-
telligo. Quod verum eſt, niſi Dominus
ſolum inueſtitum voluerit inueſtire, & ab
eo iuramentum fidelitatis habere; ſiqui-
dem hoc caſu feudum non efficeretur
commune; ſed eſſet acquirentis dumta-
xat; etiam ſi conſtaret emptum pecunia
communi, vt per Alex. conſ. 48. num. 3.
verſ. Et primò, num.2. & Tuſch. in ver.
Socius concl. 290. num. 66. qui id am-
pliat eodem verbo, concl. 283. num. 59.
& 60. etiam ſi Socius communicaſſet fru-
ctus feudi; quia non compellitur Domi-
nus habere alium vaxallum inuitus.

Quartò ampliatur, vt in ſocietate om-
7 nium bonorum ſimpliciter acquiſita
per vnum ex ſocijs poſt ſocietatem
contractam expreſſo nomine omnium
ſociorum, communicentur omnibus ſo-
cijs, ſiue bona corporalia ſint, ſiue in-
corporalia, nempè iura, actiones, obliga-
tiones, ſeu debitorum nomina, vt habe-
tur ex Menoch.conſ.656. lib.7. num. 10.
dum ait, quòd acquiſita à ſocio quouis
in loco efficiuntur alteri Socio commu-
nia, cùm negotia communi commodo,
& damno dicantur pertractata: & ob id
obligatio ab vno ex ſocijs in vno loco
tranſit ad alium ſocium in alio loco
exiſtentem. Idem colligitur ex Bald. in
l.certum, num.8. C. famil. erciſc. & in l.
cum re, num.1. C. ſi cert. petat. & Felic.
de ſociet. cap. 14. num.13. & 14. vbi re-
ſpondendo ad tex. in l. 3. ff. pro ſoc. in-
quit, tex. illum locum habere in actioni-
bus acquiſitis ante ſocietatem contra-
ctam, & propterea abſque ceſsione non
tranſeunt. Sed re vera hæc ampliatio
nobis videtur admodum dubia: ſiqui-
dem rationem cur actiones, & obliga-
tiones non tranſeant in alios ſocios ci-
tra ceſsionem eam eſſe.inquit Gloſ. in
d.l.3. & Felic. loco citato; quia in actio-
nibus, & obligationibus non cadit poſ-
ſeſsio: at hæc ratio militat tam in actio-
nibus acquiſitis ante, quàm poſt ſocie-
tatem initam, cum non poſsit aſsignari
diuerſitatis ratio: & propterea proba-
bilius nobis videtur dicendum, actiones
acquiſitas per vnum ex ſocijs poſt ſo-
cietatem non ſtatim communicari, ſed
opus eſſe ceſsione; niſi velimus dicere,
quod alter Socius hoc caſu acquirat per
alterum tanquam mandatarium.

Quintò

Quintò ampliatur vt in ſocietate bono-
8 rum ſimpliciter communicentur bona,
acquiſita expreſſo nomine omnium ſocio-
rum;etiam ſi non ſint acquiſita eo animo,
& intentione,vt ſint communia: ſiquidem
non poteſt ſocius altero ſocio inuito mu-
tare naturam ſocietatis,l.actione, §. dixi-
mus,ff.pro ſoc.& doloſa acquiſitio ab vno
ex ſocijs facta ſupradicto modo ſibi pro-
deſſe non debet;Et cùm de natura ſocieta-
tis ſit, omnia debere eſſe communia, ideò
dici non poteſt ſocium eo animo acquirē-
re poſſe,vt non acquirat ſocietati, ſed di-
ci debere,cum ſiue velit, ſiue nolit ſocieta-
ti quærere,vt rectè ait Felic. de ſociet.cap.
14.num.18.& 19. quicquid dicant Budeu.
in l.1.§.1. ſub n. 2. ff. pro ſoc. & Menoch.
conſ.122.num.12. lib. 2. quoniam illi lo-
quuntur de bonis acquiſitis proprio no-
mine, non autem, expreſſo nomine om-
nium ſociorum quamuis etiam eo caſu
probet Felic.dictam intentionem non re-
quiri.

*S*ic ampliata limitatur prædicta con-
9 cluſio, vt locum ſibi vendicet in acquiſitis
per vnum ex ſocijs honeſtè, ac licitè; ſe-
cus autem ſi illicitè, ac inhoneſtè fuerint
acquiſita; quoniam in ſocietate non cen-
ſentur communicata alijs ſociis; ſiue aga-
tur de ſocietate omnium bonorum,ſiue de
ſocietate particulari certæ rei, negotiatio-
nis vnius, aut plurium, ſiue de ſocietate
vniuerſali ad quæſtum,& quacunque alia.
Etenim ſocietas non datur de inhoneſtis,
& illicitis; ſed tantum de licitis, atque ho-
neſtis,vt in l.nec prætermittendum,l.quod
autem,l.ſi fratres,§.pen.ff. pro. ſoc. Imò ſi
illicitè acquiſita collata fuerint ab eo, qui
ſciēte altero ſocio, maleficium commiſit,
ſocius ipſa non ſolùm ablata reſtituere
cogitur;ſed etiam,& pœnam ſubire, vt in
l.ſi igitur, ff. eod. tit. Hinc acquiſita per
mutuationem vſurariam ab vno ex ſociis,
etiam expreſſo nomine omnium ſociorū,
aut ex alio quæſtu illicito, ac prohibito,
etiam ſi acquiſita fuerint ex Ludo azardi,
non communicantur,vt habetur ex Alex.
conſ.77.vbi etiam *A*poſtil.lib.5.& Tuſch.
ver.ſocius,concl.283.num.64.& 66.

Secunda concluſio

IN ſocietate omnium bonorum ſim-
10 pliciter, omnia acquiſita poſt contra-
ctam ſocietatem ab vno ex ſocijs,commu-
nicata cenſentur alijs ſocijs; etiam ſi non
conſtet, an proprio, vel communi om-
nium ſociorum nomine acquiſierit. Hæc
concluſio eſt Bald.conſ.61. num.3. lib. 2.
Crau.conſ.159.ſub num.1.lib.2. Felic. de
ſociet.cap.14.num.27.& ſeq. ac aliorum.
Probatur, quia in ſocietate omnium bo-
norum ſi præſumeretur ſocius acquiſi-
uiſſe nomine proprio, dolus præſumere-
tur,cùm ſocij in ſocietate omnium bono-
11 rum proprium habere non poſsint, cùm
inter eos omnia ſint communia, vt habe-
tur ex eodem Felic, ibi, ſub num. 16. at
doli præſumptio ſemper eſt excludenda,
l.merito,ff.pro ſoc.l.quoties, §. qui dolo,
ff.de probat. & c. fin. de præſumpt. Ergo
ne ſocius præſumatur deliquiſſe, acquiſi-
ta in caſu, de quo agitur cenſentur ſta-
tim communicata,atque adeò communi,
& non proprio nomine empta.

Ampliatur hæc concluſio,vt locum ha-
12 beat in ſocietate omnium bonorum,
quæ per conſumationem matrimonij cō-
trahitur inter coniuges in Luſitania, quæ
ſocietas appellatur medietatis bonorum:
ſiquidem acquiſita conſtante matrimo-
nio per virum, aut per vxorem, ſtatim
communicantur, etiam ſi non conſtet,
proprio,vel communi coniugum nomine
fuiſſe comparata. Etenim ſocietas huiuſ-
modi non differt à ſocietate omnium bo-
norum ſimpliciter; nam eius vigore adeò
bona omnia coniugum communicantur,
quocunque titulo tam lucratiuo, quàm
oneroſo fuerint quæſita, vt vnuſquiſq; eo-
rum partialitate dominij, & totalitate
rerum dominus ſit omnium bonorum
vtriuſque, vt benè declarat Molin. de
contr.diſp. 422. ſub num. 1. & nos latius
dicemus infra lib.2.cap.3. q.4. & propte-
rea militat eadem ratio in vtroque caſu,
cùm coniuges vi dictæ ſocietatis propriū
habere non poſsint.

Sic ampliata limitatur eadem conclu-
13 ſio,vt non procedat in ſocietate omnium
bonorum ad quæſtum,& in alijs particu-
laribus,nam in huiuſmodi ſocietatibus ſi
non conſtat quæſita ab vno ex ſocijs fuiſ-
ſe empta communi nomine omnium ſo-
ciorum,non veniunt communicanda: ſi-
quidem præſumuntur nomine proprio
acquirentis acquiſita, vt in l. ſi quis ſo-
cietatem,ff. pro ſoc. Bart. & Bald. in l. ſi
patruus,C.cōmun.vtr.iud.Petr.de Vbald.
in ſuo tract.de duob.fratr. p. 5. ſub num.
3.cap.3. & alij apud Felic. de ſociet. cap.
3.num.43.& cap.14.num. 87. Etenim ſo-
cij omnium bonorum ad quæſtum,& alij

Digitized by Google

ſocij determinatarum rerum, ſeù nego-
tiationum poſſunt habere proprium, vt
ſuis locis latius explicabimus; atque ideò
ceſſat ratio; quam in concluſione attuli-
mus. Quod tamen verum eſſe dicimus, ni-
ſi agatur de rebus emptis, & alio iuſto ti-
tulo acquiſitis pertinentibus ad quęſtum,
& ad ſocietatem; maximè ſi de communi
pecuniæ conſtet fuiſſe comparata; ſiqui-
dem hoc caſu communi nomine præſu-
muntur acquiſita; nam ea eſt natura ſo-
cietatis ad quæſtum, vt omnia in ea cen-
ſeantur empta cauſa quęſtus, vt in l. coire,
ff. pro ſoc. & latè Felic. d. cap. 14. num. 79.
cum alijs, quos allegat. Imò ſi vnus ex ſo-
cijs rem emat pręuio mandato ſociorum,
quamuis ipſe ſocius ſimpliciter emat non
exprimens an ſuo, vel communi nomine
emat, dicta emptio cenſetur communi no-
mine facta: quoniam cēſetur inita ex prę-
uio mandata, vt per Bald. conſ. 61. num. 3.
verſ. an præſumantur, lib. 2. Anch. conſ.
147. num. 6. & ſeq. & alios apud Tuſch. in
ver. ſocius. concl. 290. num. 2.

Idem dicendum eſt ſi aliæ eſſent conie-
14 cturæ, ac præſumptiones, ex quibus præ-
ſumi poſsit, quæſita ab vno ex ſocijs non
proprio, ſed communi nomine fuiſſe com-
parata, vt per Bald. in d. l. ſi patruus, num.
5. vbi etiam Bart. C. commu. vtr. iud. & in
l. pen. C. ſi quis alteri, vel ſibi, & Felic. d.
cap. 3. num. 45. & d. cap. 14. num. 88. Hinc
fit, quòd ſi quæſita per vnum ex ſocijs,
feciſset ipſe ſocius deſcribere in æſtimo
communia cum ſocijs, & ſoluantur deci-
mæ, ac onera de communi pro rebus ipſis
acquiſitis; hæc coniectura procuidubio
ſatis eſt ad iudicandum huiuſmodi bona
communi nomine, non proprio fuiſse
comparata; atque ideò mox efficerentur
communia omnibus ſocijs, eſtò quòd nō
conſtet, an proprio, vel communi nomi-
ne fuerint acquiſita, vt eſt tex. in l. rura,
vbi Bart. C. de omni agr. deſer. lib. 11. Ro-
man. ſing. 428. Dec. conſ. 21. & alij apud
Petr. de Vbald de duob. fratr. in 3. p. q. 2.
Tuſch. in ver. ſocius, concl. 289. num. 8. &
290. num. 6. vbi idem dicendum eſſe ait, ſi
bona, vt ſupra quæſita deſcripta, & adno-
tata eſſent per ſocium in libro communi
ſocietatis; quoniam tunc preſumerentur
empta nomine communi, & de pecunia
communi, vt per Bart. in d. l. patruus, C.
commun. vtriuſ. Iudic. Caſtr. conſ. 319.
num. 2. lib. 2. Alex. conſ. 132. num. 9. 12.
lib. 5. Soc. conſ. 162. num. 9. lib. 2. & Felic.
ad ſociet. cap. 3. num. 46. & alios.

Sic etiam Teſtator ſi præcipiat eius fi-
15 lio maiori, vt cōmuni nomine cum alijs
filijs communem hæreditatem admini-
ſtret, tunc quæſita per ipſum filium maio-
rem cenſentur communi omnium filiorū;
non autem proprio ipſius nomine com-
parata; etiam ſi non conſtet, an proprio,
vel communi nomine ea acquiſiuerit: ſi
quidem eo nomine, quo iuſsit teſtator, ne-
gotia geſta præſumuntur, vt in l. qui ne-
gotiationem, in prin. ff. de admin tutor &
eo maximè, quoniam acquirens ſemper
communi nomine acquiſiuiſſe cenſetur, ſi
ita facere ex aliqua præcedenti cauſa te-
nebatur, vt per Alciat. in tract. de præ-
ſump. regul. 2. præſump. 24. num. 2. Me-
nochio. tract. lib. 3. præſump. 46. num. 8.
Idem dicendum eſt, ſi ſocius acquirens
ſolitus eſſet acquirere communi nomine
quoniam communi nomine acquiſiuiſſe
cēſebitur, Bald. in d. l. ſi patruus, ſub num.
5. & Menoch. d. præſump. 46. in fin.

Eſt etiam alia denique coniectura, cæ-
16 teris prætermiſsis, quæ deſumitur ab ex-
cluſione delicti, vt diximus ſupra ad pro-
bandam præſentem concluſionem. Ete-
nim ſi conſtet, quòd res de communi pe-
cunia fuerit comparata, debet præſumi,
rem ipſam communi non autem proprio
nomine quæſitam ad excludendum deli-
ctum, cùm ea interpretatio ſit ſumenda,
quæ ſit excluſiua delicti, Menoch. de præ-
ſump. lib. 5. præſump. 2. ſiquidem cōuer-
tere pecunias communes in propriā vti-
litatem eſt delictum, ac furtum, l. rei com-
munis, ſeq. & l. marito, ff. pro ſoc. & l. ſi
ſocius, ff. de furt. & in ſpecie Crau. cōſ. 286.
lib. 2. quē refert Felic. d. c. 3. num. 55. & ſeq.
vbi etiā num. 57. & 58. addit aliā cōiecturā,
quæ eſt, quoties res quæſita ad ſolū emen-
tem pertinere non poſsit, quoniam tunc
præſumitur empta communi nomine, vt
habetur ex Rota Genuen. deciſ. 14. num.
46. Quibus autem pecunijs in dubio præ-
ſumatur res empta communi nomine, in-
fra q. ſeq. dicemus.

Tertia Concluſio,

IN ſocietate omnium bonorum ſim-
17 pliciter, quæſita per vnum ex ſocijs
nomine proprio, nulla de alijs mentione
facta, non cenſentur ſtatim communica-
ta; ſed veniunt communicanda. Hæc con-
cluſio eſt Bald. Alber. & aliorum in l. 1.
§. 1. ff. pro ſoc. Alex. Iaſ. & Dec. in l. ſi ſo-
cius,

eius, ff. ſi cert. petat. & in l. ſi patruus, & ibi Bald. C. commun. vtriuſ. iudic. & in l. 1. C. ſi quis alter. vel ſibi Alex. conſ. 49. num. 11. lib. 1. & conſ. 78. num. 2. & conſ. 152. num. 6. lib. 7. Fulgoſ. conſ. 209. Rom. conſ. 291. Soc. conſ. 160. lib. 2. Dec. conſ. 66. & 68. Tuſch. in ver. ſocietas, concl. 282. num. 22. cum alijs, quos refert, & ſequitur Felic. de ſociet. cap. 14. num. 5. quam ſententiam communem eſſe teſtatur, num. 6. in fin. & num. 15. ab ea in conſulendo, ac iudicando recedendum non eſſe ait. Probatur hæc concluſio ex tex. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, ff. de verb. oblig. vbi habetur, extrinſecam perſonam in contractibus comprehenſam dici non poſſe: ergo acquiſita per vnum ex ſocijs nomine proprio, non cenſentur communicata alijs ſocijs. Confirmatur eadem concluſio ex dictis Budeum in l. 1. §. 1. ff. pro ſoc. & ex traditis per Menoch. conſ. 122. num. 12. lib. 2. dum volunt, quòd ad hoc, vt acquiſita in ſocietate ſtatim communicentur, duo requiruntur. Primò quòd ſint acquiſita communi nomine: Secundò quòd ſint acquiſita eo animo, ac intentione, vt ſint communia; cuius contrarium conſtat in caſu, de quo agitur, cùm communi, ſed proprio nomine ſocium acquiſiuiſſe ſupponatur. Denique probatur eadem concluſio ex tex. in l. ſi quis ſocietatem, ff. pro ſoc. vbi habetur, quòd ſi quis ſocietatem cõtraxerit, quòd emit ipſius ſit, non commune; ſed ſocietatis iudicio cogitur communicare: ergo acquiſita per vnum ex ſocijs nomine proprio in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, non cenſentur communicata, ſed veniunt communicanda. Idem colligitur ex tex. in l. ſi ſocius, ff. ſi cert. petat. vbi habetur, quòd ſi ſocius communem pecuniam mutuauerit, non aliter creditam efficit, niſi cæteri quoque conſenſerint; quia ſuæ partis tantum alienationem habuit: ergo ſi acquiſiuerit pecuniã nomine proprio, ſibi acquirit, & alijs ſocijs non com-
18 municat. Quę quidem concluſio vera eſt, ſiue quæſita empta ſint de propria, ſiue de communi pecunia. Etenim ſicut quæſita communi nomine ſtatim communicantur, nec agendum eſt de reſtituitione pecuniæ, quoniam illa etiam erat communicanda; ita etiam hoc caſu quãdo acquiruntur proprio nomine, licèt ſtatim non communicentur, tamen citra pecuniarum reſtitutionem communicari debẽt, vt habetur ex Ceph. conſ. 247. num. 9. lib. 2. vndè cùm in hac ſocietate non habeat locum pecuniarum reſtitutio, fruſtra quæritur, an pecunia, cum qua fuit facta acquiſitio bonorum, ſit ſocij acquirentis, vt rectè declarat Felic. d. cap. 14. ſub num. 25. Eſt tamen verum quòd licèt in caſu noſtro acquiſita nomine proprio non cenſeantur communicata, ſed veniãt cõmunicanda, vt ſupra; nihilominus id verum eſſe dicimus, niſi aliter ſocius ſciat acquiſitionem proprio nomine factam, & taceat, ac non contradicat; quoniam ex tali taciturnitate ſibi præiudicium infert, cùm permittat fieri actus diſſociatiuos iuxta ea, quæ tradita ſunt per Crau. conſ. 26. num. 9. & conſ. 123. num. 7. lib. 1. & Felic. vbi ſupra, num. 26.

Hæc concluſio re vera licèt ſit commu-
19 nis, vt ſupra diximus, nihilominus non deſunt grauiſſimi Doctores, qui contrariam ſententiam doceant; atque adeò velint, quæſita per vnum ex ſocijs omnium bonorum ſimpliciter, proprio nomine, & nulla facta conſociorum mentione, ſtatim communicari, nec alia opus eſſe communicatione; ſicut diximus concl. præcedenti. Etenim hanc ſententiam videtur tenere, gloſ. in l. ſi patruus, ver. oportet, C. cõmun. vtriuſq. iudic. Caſſan. ad conſuetudines Burgud. rub. 4. §. 2. num. 6. verſ. ſunt ergo, Gomeſ. lib. 2. var. reſolut. cap. 5. num. 3. Menoch. conſ. 656. lib. 7. Alciat. conſ. 359. in fin. Soc. conſ. 269. col. 4. verſ. Nec præmiſſis, lib. 2. & alij apud Felic. loco citato, ſub num. 6. qui ait hanc ſententiam eſſe ſuſtentabilem contra communem, ac etiam veriorem. Probant eorum ſententiam primò, quia in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, dominium rerum ante ſocietatem quæſitarum, earumque poſſeſſio ſtatim communicãtur, tum quia titulus vniuerſalis accedit perſonæ, vt habetur per Iaſ. in l. ſi ſocius, num. 1. ff. ſi cert. per. tum etiam propter æqualitatem ſeruandam, vt per Dec. in d. l. ſi ſocius: ergo eiſdem rationibus dicendum eſt in caſu noſtro bona acquiſita nomine proprio ab vno ex ſocijs in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, ſtatim communicari omnibus ſocijs quoad dominium, & poſſeſſionem; cùm non poſſit aſſignari diuerſitatis ratio, cur in priori, & non in posteriori caſu communicentur, pro qua ſe facit tex. in l. ſi adoptauero, ff. de precar. in auth. ingreſſi, & l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. &c. in præsẽtia, de probation. Pręterea bona ante ſocietatem quæſita, idcirco,

co, cõtracta ſocietate omnium bonorum communicantur omnibus ſocijs, quoniã quilibet ſocius præſumitur tenere, & poſſidere bona etiam nomine ſocij, tanquã per clauſulam conſtituti, vt per Bald. in l. 1. ff. pro ſoc. & ſupra probauimus, q. præcedenti, concl. 2. At iſta ratio militat etiã in bonis acquiſitis per vnum ex ſocijs poſt ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter contractam, & ea durante: ſiquidem ſocietatis contractus non eſt momẽtaneus, vt in eo res dumtaxat comprehẽdantur, quæ ſociorum ſunt tempore contractus; ſed vis eius communicandi durat, toto ſocietatis tempore durante: & eò magis; quia ius conſtitutis extenditur pariter ad bona futura, vt ſecundum communem opinionem, & receptam in practica, teſtatur Tiraq. tract. de iu. conſtit. p. 2. ampl. 32. num. 12. & Felic. d. cap. 14. num. 11. vbi etiam ait, quòd licèt virtus conſtituti ita demum comprehendit futura, quando expreſsè id dictum fuit, & non aliàs, vt per Rolan. conſ. 79. num. 46. lib. 1. & Ceph. conſ. 147. num. 8. lib. 1. nihilominus quando adijcitur contractui comprehendanti futura, vt ſumus in cõtractu ſocietatis, tunc quoque futura bona ab eiuſdem conſtituti virtute citra expreſſionem aliã comprehenduntur, vt habetur ex Tiraq. loc. cit. n. 19. 20. & 21.

Nec obſtat ſi dicatur, non poſſe dari duas fictiones in vno, & eodem actu, ac eo-
20 dem tẽpore, vt in l. 1. C. de dot. promiſ. at duæ fictiones darentur, ſi conſtitutum in ſocietate cenſeatur ineſſe: & inſuper futura bona comprehenderet, iuxta tradita per Tiraq. vbi ſupra, ſub num. 8. in fin. & Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 19. ſub num. 1. Quoniam reſpondetur, quod non prouenit ex vi fictionis, quòd ſocius teneat bona nomine alterius ſocii; ſed id procedit ex propria natura ſocietatis, vt in l. 1. ff. pro ſoc. Sicut ex natura ſocietatis pariter prouenit, quod comprehendantur bona futura; non autem ex vi alicuius fictiouis; eò quòd verè, & non fictè ab vno ex ſociis acquiruntur. Imò Felic. d. cap. 14. ſub num. 12. addit, quòd dato, & non conceſſo, quòd eo caſu duæ darentur fictiones; in caſu tamen de quo agitur id non eſſet inconueniens: ſiquidem priùs fingitur adeſſe virtus conſtituti, & deinde ex tali conficta virtute futura bona comprehenderen-
21 tur: at dari poſſunt duæ fictiones ſimul, quandò vna alterius eſſet conſecutiua, vt per Bart. in l. ſi is qui pro emptore, col. vlt. ff. de vſucap. Menoch. in tract. de præſump. lib. 1. q. 47. num. 19.

Probatur denique prædicta ſententia ex reſolutione rationum ex aduerſo. Nam
22 ad tex. in d. l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, ff. de verb. obligat. reſpondetur, quòd tunc in contractibus non comprehenditur extranea perſona, quando extranea perſona contractum redderet inutilem, at quando contractum non reddit inutilem, rectè cenſetur comprehenſa, vt per Bald. in l. ſi patruus, ſub num. 5. C. communi. vtriuſ. iudic. Secundò reſponderi poteſt, dominium non communicari cum ſocio vigore contractus initi cum extraneo, ſed dominium acquiſitum à ſocio communicari cum altero vigore ſocietatis. Ita Felic. d. cap. 14. num. 15. Ad ſecundum argumentum ex Budeo, & Menoch. reſpondetur, negando aſſumptum; quia cùm de natura ſocietatis omnium bonorum ſimpliciter, ſit, vt omnia communicentur, dici non poteſt, ſocium eo animo acquirere poſſe, vt non acquirat ſocietati: cùm non valeat conſo-
23 cio inuito, mutare naturam ſocietatis, l. actione, §. diximus, ff. pro ſoc. ſed omninò dicendum eſt, quòd ſiuè velit, ſiue nolit, ſocietati quærere. Etenim hac intentione contraxit à principio, atque ideò mutari non debet, nec mutata præſumitur, l. cùm tacitum, ff. de probat. c. maiores, de Baptiſ. Ad tex in l. ſi quis ſocietatem, ff. pro ſoc. dicitur, quòd quidam volunt non loqui de ſocietate omniũ bonorum, ſed de particulari ſocietate; & propterea ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor. vel ſecundò reſpondetur, vt fuit reſponſum ad primum argumentum; nempè quòd res empta ab vno ex ſocijs ratione tantùm contractus emptionis, non efficitur communis, cùm perſona extrinſeca non comprehendatur in contractu; ſed efficitur communis iudicio ſocietatis: ſiquidem contractus emptionis ſicut operatur, vt dominium transferatur in ſociũ ementem, ita ex virtute contractus ſocietatis initæ cauſatur dominij communicatio inter ſocios. Ad tex. denique in l. ſi ſocius, ff. ſi cert. petat. reſpondetur, quòd tex. ille non loquitur de ſocietate omniũ bonorum ſimpliciter; ſed de particulari ſocietate, propter illa verba, *propriam pecuniam* cum ſocij omnium bonorum pro-
24 prium habere non poſſint, vt ſupra diximus, concl. 2. in prin. Vndè, ex dictis patet, hanc opinionem eſſe ſatis probabilem; quam-

quamuis opinio noſtræ concluſionis ſit
communis.

Quarta Concluſio.

IN ſocietate omnium bonorũ ad quæ-
25 ſtum, & in alijs ſocietatibus particu-
laribus communi nomine empta, aut
quouis alio iuſto titulo acquiſita per vnũ
ex ſocijs antequam eorum poſſeſsio tra-
dita illi fuerit, non cenſentur communi-
cata alijs ſocijs. Hæc concluſio eſt Felic.
poſt alios in ſuo tract. de ſociet. cap. 14.
ſub num. 29. Probatur; quoniam, re non
tradita, tantùm emptori competit actio
ex empto, & in eum dominium non tranſ-
fertur, vt in l. traditionibus, C. de pact. §.
per traditionem, & §. cùm autem, in *In-*
26 ſtit. de rer. diuiſ. Etenim qui rem non
dum emptori tradidit adhuc dicitur do-
minus rei venditæ, vt in §. 1. in Inſt. de
empt. & vendit. Ergo bona vt ſupra ac-
quiſita communi nomine per vnum ex
ſocijs, non dum adepta eorum poſſeſsio-
ne, cùm eorundem dominium ſocius nõ
acquiſiuerit, non cenſentur communica-
ta alijs ſocijs; eo quòd nemo poteſt plus
iuris in alium transferre, quàm ipſe ha-
bet, l. nemo, ff. de regul. iur.

Ampliatur hæc concluſio, bona empta
27 communi nomine ab vno ex ſocijs in
ſocietate omnium bonorum ad quæſtũ,
& in alijs particularibus, adeò non com-
municari alijs ſocijs ante rei empta tra-
ditionem, vt nec quidem actio, quam ha-
bet ſocius emptor ad verſus venditorem
pro re ipſa conſequenda communicata
cenſeatur: ſiquidem ex contractu com-
muni nomine geſto ab vno ex ſocijs, cæ-
teris actio non quæritur: ſed ceſſione opus
eſt, l. 3. & l. ſi quis ſocietatem, ff. pro ſoc.
& Felic. loco citato, num. 30. & 31. qui id
ampliat verum eſſe non ſolùm de iure
Ciuili; ſed etiam de iure Canonico: quo-
niam niſi expreſsè cautum reperiatur,
non eſt inducenda differentia inter ius
ciuile, & ius canonicum, vt in c. 1. & 2. de
oper. nou. nunc. Riminal. iun. conſ. 521.
num. 34. lib. 5. Gabr. de verb. oblig. concl.
1. ſub num. 67. cum alijs, quos allegat.

Quod quidem verum eſt, quando in
28 contractu emptionis huiuſmodi bono-
rum, non eſt adhibitum iuramentum: ſe-
cus autem ſi iuramentum interceſſerit;
quoniam tunc actio illa cenſeretur com-
municata alijs ſocijs. Etenim quamuis
regulariter actio à ſocio emptore commu
ni nomine alijs ſocijs nõ communicetur,
niſi facta ceſsione; nihilominus id locum
ſibi non vendicat, quando in ipſa vendi-
tione fuit adhibitum iuramentum; quia
tunc eius vi actio transfertur citra ceſsio
nem aliquam: nam Deo iuramentum
præſtitum cenſetur, c. debitores, de iure-
iur. Et cùm Deus ſit vbique præſens, dici-
tur ſupplere præſentiam partis abſentis,
& recipere promiſsionem partis nomine,
l. properandum, §. ſin autem reus, ibi *Dei
præſentia*, C. de iudic. latè Gabr. loco cita-
to, num. 69. Burſat. conſ. 119. num. 5. & 6.
lib. 1. Theſaur. deciſ. 70. ſub num. 8. verſ.
ſed contrarium: & hanc ſententiam com-
munem eſſe teſtatur Seraph. in tract. de
priuil. iuram. priu. 23. num. 3. & Felic. vbi
ſupra, num. 33. vbi num. 34. idem quoque
dicendum eſſe probat, ſi Notarij ſtipula-
tio interpoſita fuiſſet; nam ex ea abſenti
irreuocabiliter quæritur actio ſine ceſsio-
ne, vt habetur ex eodem Gabr. d. concl. 1.
num. 98. qui teſtatur hanc eſſe communẽ
opinionem, & magis communem: & Fe-
lic. ibi, num. 35. refert etiam in practica
eſſe receptam citra omnem difficultatem;
pro qua re plures Doctores allegat.

Secundò ampliatur, vt bona empta cõ-
29 muni nomine ab vno ex ſocijs omnium
bonorum ad quæſtum, & in alijs particu-
laribus ſocietatibus; adeò non communi-
centur alijs ſocijs antequam eorum poſ-
ſeſsio illi tradatur, vt nec alijs ſociis com-
petat denunciatio Euangelica aduerſus
dictorum bonorum venditorem, vt habe-
tur per Bart. in Extrauag. ad reprimend.
verſ. Denunciatione, col. 1. in fin. & *Imol.*
in l. ſtipulatio iſta, §. alteri, col. 3. ff. de
verb. obligat. Quod tamen intelligendum
eſt, niſi in venditione iuramentum inter-
ceſſerit, aut Notarii ſtipulatio, iuxta ea,
quæ adnotauimus ampliat. præced. circa
fin. Imò etiam ſi iuramentum, nec prædi-
cta Notarij ſtipulatio interceſſerint; ad
huc tamen competere denunciationem
Euangelicam, quam plures Doctores vo-
lunt, quos refert Gabr. d. concl. 1. num. 68.

Sic ampliata limitatur ipſa concluſio,
30 vt non procedat in ſocietate omnium
bonorum ad quæſtum, & in alijs particu-
laribus quoad empta communi nomine
ab vno ex ſocijs, ſi ea illi tradita fuerint;
quoniam ſtatim communicantur alijs ſo-
cijs, vt habetur ex Felic. d. cap. 14. num.
41. pro qua re allegat tex. in l. cum duo-
bus, in prin. ff. pro ſoc. qui etiam addit,
hoc

hoc verum eſſe, etiam ſi nulla ſubſequatur aliorum ſociorum ratificatio: quia in
31 rebus ſocietatis, ſocius à ſocio dicitur habere mandatum, Gloſ.in l.nemo, ff. pro ſoc.& in l.de pupillo, §. ſi plurium, ff. de nou.oper.nunc.Alex.in l.ſi ſerui electione, §.Labeo,num.3.ff. de legat. 1. Dec. conſ. 566.num.1. lib 2.& alii apud Felic. loco citato,num.44.cum plur.ſeq.vbi rem hãc latè pertractat,& contraria ſoluit. Et denique citra omnem controuerſiam ampliationem hanc dicit eſſe veram,quando in venditione iuramentum intercesserit, aut ſtipulatio nomine abſentium ſociorũ. Etenim virture prędictæ clauſulæ, à Notario appoſitæ factore abſentis, ei dominium, & poſſeſsio quæruntur, Soc. conſ. 90.lib.3.Soc.iun.conſ.67.lib.3.Ruin.conſ. 172.col.4.lib.3.Decian.conſ.1.num.19.&
32 ſeq.lib.3.Et eo maximè, accedente iuramento,cuius vigore reuocabilia efficiuntur irreuocabilia, Borgn. deciſ. 42. num. 6.& abſens pro præſente habetur, Rolan. d.conſ. 19. num. 23. lib.1. & alij apud Felic.d.cap.14. num.49.cum plurib.ſeq.

Quinta concluſio

IN ſocietate omnium bonorũ ad quæ-
33 ſtum,& in omnibus alijs particularibus,empta ab vno ex ſocijs nomine proprio, non communicantur ſtatim alijs ſocijs,nec veniunt communicanda. Hæc concluſio eſt Gloſ.in l.ſi quis ſocietatem, ff.pro ſoc.Bart.& Bald.in l.ſi patruus, C. commun.vtriuſ.iudic. idem Bart.in l. Titium,& Meuium.§.altero, ff. de admin. tutor.Petr.de Vbald.de duob. fratr.p. 5. num.3.Azor.p.3.Inſtit.moral. lib. 9. de ſociet.cap. 17. q. 7. Et hanc ſententiam communem eſſe teſtatur Menoch. conſil. 121.num.3.& num. 78. & alij, quos refert,& ſequitur Felic. de ſociet. cap. 14. num.74. Probatur concluſio ex ijs, quæ conſuluit Caſtr.conſ.416. viſo proceſſu, per totum,lib.2.quem refert, & ſequitur Tuſch.in ver.Socius, concl. 284. num. 5. & concl.290. num.1. & 18. dum volunt, quod in dubio in huiuſmodi ſocietatibus
34 acquiſita per vnum ex ſocijs cenſentur acquiſita nomine proprio:ergo eo magis id in caſu noſtro dicendum eſt; in quo ſupponimus, bona empta fuiſſe per vnum ex ſocijs nomine proprio, & non communi omnium ſociorum. Confirmatur; quia ſocius emens ſuo nomine, in dubio
35 præſumitur de propria pecunia acquiſiuiſſe,l.ſi ventri, §. 1. ff. de priuil. credir. Bald.conſ.482.lib.Roman.conſ.43.& alij apud Tuſch.d.concl. 290. num. 23. vbi allegat tex. quem dicit eſſe ſingularem in l.cum proponas, vbi Bart. C. pro ſoc. non ergo acquiſita per eum communicantur.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum
36 ſibi vendicet,non ſolùm ſi bona emantur pecunia propria vnius ex ſocijs; verum etiam ſi emantur pecunia communi omnium ſociorum: ſiquidem ſi proprio nomine acquirantur,non communicantur, nec veniunt communicanda, Roman. conſ.291.ſub num.6.Menoch.concl. 121. num.49.lib.2.& conſ.419.ſub num.5. lib. 5. Vndè alij ſocii cum de pecunia communi facta eſt emptio, poterunt agere pro eorum pecunia expenſa, vt ſibi reſtituatur vna cum intereſſe, vt habetur ex eodem Menoch.loco citato, conſil.121. num.78.lib. 2. Eſt tamen verum, quòd ſi
37 res empta pecunia communi ab vno ex ſocijs proprio nomine pertineat ad ſocietatem, tunc debent communicari: quoniam hæc natura ſocietatis ad quæſtum,vt omnia veniant empta cauſa quæſtus,l.coire, ff. pro ſoc. Petr.de Vbald. de duob.fratr.p.5.num.3.& Felic.d. cap. 14. num.79. qui volunt, ita intelligendos eſſe Bald.& Salyc.in l. pen.C.ſi quis alteri, vel ſibi eundem Bald.conſ.260.num.3. & conſ.104.in 2.dub.lib.1.& alios, dicentes, rem emptam ab vno ex ſociis nomine proprio pecunia communi, eſſe communicandam:& multò magis id verum eſſe inquiunt, ſi res aliqua empta fuerit, ſuper qua particularis ſocietas eſſet contracta,vt in l.actione, §. ſi in rem certam, ff.pro ſoc. Secus autem dicendum eſt ſi res empta non pertineat ad ſocietatem: nam quamuis in huiuſmodi ſocietatibus empta ſit de pecunia communi, ſi eam emptam fuiſſe nomine proprio ab vno ex ſociis appareat, non communicatur, nec venit communicanda, vt ſupra diximus: ſiquidem res ad ſocietatem non pertinens de iure non communicatur, ſiue res ematur de propria pecunia ementis, ſiue de communi, ſiue de propria alterius ſocii,vt in l.cum duobus, §. fin. & l.ſi fratres,in prin. ff. pro ſoc. Petr. de Vbald.loco citato,& Felic.d. c. 14. num. 81.

Secundò ampliatur eadem concluſio, vt vera ſit,etiam ſi dubitetur, àn res empta

Digitized by Google

pta pertineat, vel non pertineat ad ſocie-
tatem; quoniam adhuc non communica-
tur, nec venit communicanda, vt per Fe-
lic. d. cap. 14. num. 82. Rationem autem
38 hanc eſſe ait; quia quando dubitatur de
re empta, an pertineat ad ſocietatem, in
dubio debet decerni, eam non pertinere
ad ſocietatem; atque adeò ſocio alleganti
contrarium incumbere onus probandi,
vt per Petr. de Vbald. loco citato, vbi re-
cenſet nõnullas coniecturas, quibus pro-
bari poſsit, rem emptam pertinere, vel
non pertinere ad ſocietatem. Etenim ſi
ſocij conſueuerint, omnia empta com-
39 municare, ex tali conſuetudine præſumi-
tur, rem emptam pertinere ad ſocietatem,
& eſſe communicandam, vt in l. vniuer-
ſorum, ff. de pignor. actione, Bald. in l. ſi
patruus, C. commun. vtriuſ. iudic. Me-
noch. conſ. 122. num. 72. lib. 2. Idem di-
cendum eſt, ſi vnus ex ſociis fundum
emat animo reuendendi: nam emptio ta-
lis cenſetur pertinere ad ſocietatem, cùm
empta cenſeatur ad quæſtum, atque adeò,
etiam ceſſante conſuetudine ſociorum
venit communicanda E contrario verò, ſi
vnus ex ſocijs omnium, quæ ex quæſtu
deſcendunt emat domum: qua dicat ea
indigere pro ſua habitatione: vel fundum
aliquem, & eum aſſerat alijs propriis ſuis
bonis eſſe contiguum; tales emptiones ad
ſocietatem non pertinent: ſi quidem non
præſumũtur res illæ gratia quæſtus com-
parata, atque ideò non veniunt commu-
nicandæ, vt patet ex ijs, quæ habentur per
Bald. in d. l. ſi patruus, ſub num. 5. Guid.
Papa conſ. 20. num. 8. & latè Petr. de
Vbald. loco citato.

Tertiò ampliatur dicta concluſio, vt
40 locum habeat etiam ſi non conſtet, an
proprio, vel communi nomine res empta
fuerit ab vno ex ſocijs; quia in ſocietatem
omnium bonorum ad quæſtum, & in alijs
particularibus ſocietatibus res ipſa non
communicatur ſtatim; nec venit commu-
nicanda: ſiquidem hoc caſu proprio no-
mine, non autem communi eum emptam
fuiſſe præſumitur, vt per Batt. & Bald. in
d. l. ſi patruus, C. commun. vtriuſq. iudic.
cũ alijs alijs relatis ſupra concl. 2. limit. 1.
vbi hanc rem limitauimus, niſi adſint
coniecturæ, ac præſumptiones, quibus
præſumatur, rem fuiſſe emptam cõmuni
nomine, & plures coniecturas attulimus:

Sic ampliata limitatur ipſa concluſio,
41 vt quamuis vnus ex ſocijs dicat proprio
nomine rem emere, nihilominus ſi re vera
emit cõmuni nomine omniũ ſociorũ, ſtã-
dum eſt facto, non autem verbis. Etenim
licèt verba in contractibus principatũ ſi-
bi vendicent ad ſignificanda intentionem
42 contrahentiũ, ita vt meritò dicantur mẽ-
ris teſtimoniũ, vt per Rolan. conſ. 34. num.
13. & 16. lib. 4. nihilominus quãdò cõſtat
in re aliter fuiſſe contractum, attenditur,
quod actũ eſt, non autẽ, quod dictũ, atque
ideò ſi re vera probetur per teſtes, inſtru-
menta, aut legitimas coniecturas, quas re-
tulimus ſupra d. concl. 2. limit. 1. ſocium
prædictũ rem cõmuni nomine cõparaſſe,
licèt in contractu dicat, eam proprio no-
mine comparare, poteſt tamen cõpelli ad
rem ipſam communicandã: quoniã hoc
caſu non attenditur, quod dictũ, ſed quod
actum eſt, l. ſi vnus, in prin. ff. locat. & pa-
tet ex ijs, quæ habẽtur ex Rolan. conſ. 69.
num. 40. & ſeq. lib. 3. Gabr. conſ. 61. in
prin. lib. 1. Menoch. in tract. de præſumpt.
lib. 1. q. 26. Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap.
10. num. 14. in fin. & cap. 18. ſub num. 12.

Secundò limitatur ſupradicta conclu-
43 ſio, vt non procedat, quando res non eſt
acquiſita ab vno ex ſocijs; ſed ab inſtitore
ſociorum: nam hoc caſu, facta emptione,
res ipſa ſtatim communicatur, l. ſi procu-
rator, ff. de acquir. rer. domin. Et multò
magis bona acquiſita in ſupradictis ſocie-
tatibus ſtatim efficiuntur communia, ſi
ab omnibus ſocijs ſimul acquirantur. vt
per Alex. conſ. 134. ſub num. 2. lib. 5. Bur-
ſat. conſ. 118. num. 1. lib. 1. & Felic. de ſo-
44 ciet cap. 14. num. 85. & 86. Adde quòd ſi
ſocius nomine proprio adminiſtrat rem
communem, tenetur omnia damna reſar-
cire conſocijs, vt habetur ex Azor. p. 3.
Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 17. q. 7. &
infra dicemus lib. 2. cap. 2. q. 7.

An ſi cõſtet, bona empta ab vno ex ſocijs, fuiſſe empta cõmuni nomine, ſed non conſtat, an propria, vel cõmuni, aut propria alterius ſocij pecunia fuiſſe empta, in dubio cenſeãtur empta pecunia communi.

Q. V.

AD tituli q. explicationẽ eſt adnot.
1 quòd hoc loco nos nõ diſputamus

Digitized by Google

de ſociis,qui cōtraxerūt ſocietatē omniū bonorum ſimpliciter,& expreſsè , an empta per vnum ex ſocijs communi nomine cenſeantur empta pecunia contrahentis , vel pecunia propria aliorum ſociorum,aut pecunia omnium,& ſic communi :,ſi quidem ſocij omnium bonorum ſimpliciter cùm proprium habere nequeant , cùm inter eos omnia ſint communia,vt ſupra oſtendimus, q. præcedenti , concl. 2. per conſeqnens omnia ab eis quæſita, cenſentur quæſita pecunia communi. Sola igitur quæſtio eſt de tacita ſocietate omnium bonorum ſimpliciter: de ſocietate omnium bonornm ad quæſtum:& de alijs particularibus ſocietatibus,an acquiſita,ijs durantibus,per vnum ex ſociis communi nomine , cenſeantur empta pecunia communi , vel particulari contrahentis , aut aliorum ? His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima concluſio.

46 IN ſocietate omnium bonorum ſimpliciter tacita empta ab vno ex ſocijs communi nomine,cenſentur empta pecunia communi , non autem pecunia contrahentis . Hac concluſio eſt contra illos Doctores,qui volunt non dari ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter , niſi expreſſam: tacitam vero dari negant, ſed eam eſſe dicunr ſocietatem omnium bonorum ad quæſtum , quorum ſententiam referemus , & confutabimns infra lib. 2. cap.1.q.2.Probatur,quia empta communi nomine in ſocietate expreſſa omnium bonorum ſimpliciter cenſentur comparata pecunia communi:ergo dato,ac ſuppoſito ſecundum ſententiam magis receptam,quòd detur ſocietas tacita omnium bonorum ſimpliciter , idem dicendum eſt de ſocietate omnium bonorum tacita ex actibus ſocialibus: quoniam taciti , &
47 expreſsi eadem eſt virtus , vt in l. cum quid, & ibi Doctor. ff. ſi cert. atque adeò ſicut in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter expreſsè contracta non eſt licitum ſocijs habere proprium ; ita quoque in ſocietate omnium bonorum tacita , cùm militet eadem ratio ; eò quòd in
48 vtraque bona omnia vndecunque quæſita communicantur,ſiue titulo oneroſo , ſiue titulo lucratiuo proueniant, arg.tex. in l.illud,ff.ad leg.Aquil. Imò ſi bona em-
49 pta ab vno ex ſocijs omnium bonorum tacita , non appareant commnni nomine comparata, ad huc puto præſumendum eſſe fuiſſe quæſita pecunia communi , non autem propria contrahentis : ſi quidem in hniuſmodi ſocietate ſiue expreſsè, ſiuè fuerit contracta ex actibus ſocialibus , nūquam eſt licitum ſocij habere propriū.

Secunda Concluſio.

50 EMpta commnni nomine ab vno ex ſocijs in ſocietate omninm bonorū ad quæſtum , & in aliis particularibus , ſi nulla adſit coniectnra in contrarium , regulariter in dubio præſumitur empta de pecnnia propria ipſius ſocii contrahentis;non autem de communi, nec de propria alterius,vel aliorum ſociorum. Hæc concluſio eſt Bart. Bald. Salyc. Angel. & Caſtr.in l. 2. C. pro ſoc. Panor. conſ. 46. verſ. circa tertium, lib. 1. Alex. conſ. 78. lib.2.& conſ.132.num.13.Barb. conſ. 22. num.9.& 9. lib. 1.Riminal.ſen. conſ. 130. lib.1.Menoch.conſ.12. lib. 1. Maſcard. de probat. concl.611. num.1. & aliorum , quos refert , & ſequitur Felic. de ſociet. cap.3.num.77.& cap.14.num. 93. qui teſtatur ex Dec. conſ. 113. nnm. 28. Alex. conſ. 135. in fin. lib.1. & Ioſeph. Ludou. concl.53.verſ. ſed quando eſſemus, num. 81. hanc ſententiam eſſe magis communem,& eſſe menti tenendam , ait Bart. in d.l.2.Probatur hęc concluſio ex eo quòd,
51 qui pecunias poſsidet, cenſetur regulariter earum dominium habere, vt in l. ſicuti, §. ſi quæratur, ff. ſi ſer. vend. Bald. conſ.109. num. 2. Nec tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſsioni , Bald. in l. cùm oportet,hum. 12.C.de bon. qnæ liber. & in l. vltra , ff. de donat. inter vir. & vxor. Pro hac eadem concluſione facit tex. in d.l.2.C.pro ſoc.vbi ſeruus, qui vna cum patrono fundum emerat, & pecuniā ipſe ſolus numerauerat , rectè agit contra patronum pro portione ſua ſoluenda : eo qnòd præſumitur pecuniam numeratam fuiſſe ipſius ſerui,& non communem cum patrono. Denique probatur ipſa concluſio per tex. in l. ſi defunctus , C. de arbitr.tut.in quo habetur,quòd pupillus nō poteſt viudicare bona acquiſita à tutore defuncto,quaſi ipſius pupilli pecunia cōparáta,etiam ſi ante adminiſtrationē tutelæ nec ipſe,nec vxor eius quicquam habuerint, & rationem hanc eſſe ait ipſe textus, *Nec enim pauperibus induſtria* ,

vel

vel augmentum patrimonii, quod laboribus,
& multis caſibus quæritur interdictum eſt.
Vndè ſatis dubia nobis videtur ſententia
Natt. conſ. 100. num. 15. & conſ. 358. num.
9. & 10. & aliorum dicentium, quòd ac-
52 quiſita per patruum, aut per fratrem ma-
iorem communi nomine cum nepote, ſeù
fratre pupillo, præſumuntur comparata
pecunia communi, non autem pecunia
propria contrahentis, vel pecunia pro-
pria pupilli; eo quòd emptio alicuius rei
quãdo fit à pluribus ſociis nomine ſocia-
li, pecunia præſumitur fuiſſe ſocialis, at-
que adeò cõmunis, vt per Alex. conſ. 134.
num. 2. lib. 5. quẽ refert, & ſequitur Tuſch.
in ver. ſocius, concl. 290. num. 58. Etenim
diuerſa ratio militat, quando ab omnibus
ſocijs ſociali nomine res emitur, quam ab
vno ex ſocijs: quia quando ab omnibus
ſocijs ſociali nomine res comparatur nõ
poteſt aſsignari ratio cur potius vnus, &
non alter præſumatur propria pecunia
rem ipſam emiſſe cum omnibus pecuniæ
quam poſsidet cenſeatur dominium ha-
bere, vt ſupra diximus: at quando vnus ex
ſocijs, emit cum pecunia, quàm expendit
præſumatur dominus, conſequenter præ-
ſumitur rem emptam propria pecunia
comparaſſe.

Ampliatur hæc concluſio, vt non ſo-
53 lùm procedat in emptis ab vno ex ſo-
cijs nomine communi; ſed etiam in em-
ptis à tutore, vel fratrem maiore: nam ſic
empta non cenſentur de pecunia commu-
ni cum pupillo, vel cum fratre minori; ſed
de pecunia propria ipſius tutoris, aut
fratris maioris, vt patet ex tex. in d. l. ſi
defunctus, C. de arbitr. tut. vbi, vt ſupra
diximus apertè decernitur, pupillum de-
bere agere actione tutelæ, non poſſe res à
tutore quæſitas retinere, neque pro eis
conſequendis agere rei vẽdicatione; quo-
niam res illæ præſumuntur acquiſitę pro-
pria induſtria ac labore tutoris, etiam ſi
ante adminiſtrationem pauperem adeò
fuiſſe probetur, vt nihil prorſus nec ipſe,
nec vxor eius habuerint. Nec diſtinguẽ-
dum eſt de bonis acquiſitis ante, vel poſt
redditam rationem tutelæ, iuxta ſenten-
tiam Aretini conſ. 31. col. 2. & aliorum,
diſtinguentium, quòd acquiſita per tu-
torem ante rationem redditam præſu-
muntur acquiſita ex pecunia communi
cum pupillo: acquiſita verò poſt ratio-
nem redditam præſumi acquiſita ex pro-
pria pecunia ipſius tutoris: ſi quidem
ex d. l. ſi defunctus, colligitur rationem
tutelæ non fuiſſe redditam à defuncto tu-
tore, cùm ſupponat rationem tutelæ non
fuiſſe redditam à defuncto tutore, cum
dicat, pupillum debere agere actione
tutelæ. Vndè ex dictis patet, regulariter
rem emptam præſumi pecunia propria;
non autem communi non ſolùm ſi aga-
tur de ſocietatibus particularibus, ac de
ſocietate omnium bonorum ad quæ-
ſtum; verùm etiam ſi agatur de ſocietate
in hæreditate paterna inter fratres, ac in-
ter tutorem, & pupillum.

Sic ampliata limitatur eadem conclu-
ſio, vt locum non habeat in emptis com-
muni nomine ab vno ex ſocijs omnium
bonorum ſimpliciter, ſiue ſocietas ex-
preſſa ſit, ſiue tacita, vt ſupra adnotaui-
mus in declaratione tituli huius quæſtio-
nis, & in eiuſdem concluſione prima.
Etenim ſocij omnium bonorum non poſ-
ſunt habere proprium: quoniam omnia
bona communicantur ex qualibet cauſa
quæſita, tam titulo oneroſo, nempè ex
emptione, venditione, &c. quàm titulo
lucratiuo, atque adeò ex teſtamento, do-
natione cauſa mortis, aut inter viuos, vt
in l. ea ratio, ff. pro ſoc. & infra latius, Deo
duce, dicemus lib. 2. cap. 1. q.

Tertia Concluſio.

QVamuis empta communi nomine
54 ab vno ex ſociis, vt ſupra, cenſean-
tur empta de propria pecunia contra-
hentis; nihilominus contra hanc iuris
præſumptionem admittitur probatio in
contrarium non ſolùm per teſtes & alias
legitimas probationes; ſed etiam per
præſumptiones. Hæc concluſio eſt Bald.
in d. l. ſi patruus, & in l. pen. C. ſi quis
alter. Calcan. conſ. 22. num. 11. & Felic.
in ſuo tract. de ſociet. cap. 3. num. 78. qui
teſtatur eſſe communem. Quoad pri-
mam partem patet concluſio; quia quòd
bona empta ab vno ex ſociis, præſuman-
tur empta pecunia propria, non autem
communi, non eſt præſumptio iuris, & de
iure: quæ non admittit probationem in
contrarium, qualis eſt præſumptio, de
qua in cap. afferte, de præſumpt. Proba-
tur modò concluſio quoad ſecundam
partem; quia in præſumptionibus iuris
55 tantum admittitur etiam probatio per
præſumptiones: & tunc vna præſum-
ptio quando eſt maior elidit aliam,
cap. litteras de præſumption. Panor.

in c.Poſtulaſtis,num.13.& conſ.36.& alii.
Nec in hac re ratio habenda eſt actoris,
56 vel rei:nam licèt actori,non autem reo in-
cumbat onus probandi,vt in l.ei,qui dicit,
ff.de probat.id tamen non eſt verum,quã-
do actor præſumptionem habet pro ſe :
quoniam tunc transfert onus probandi
contrarium in aduerſarium,vt in c.vnico,
vt in Eccleſ. benef. Panor. in c.nihil,ſub
num.14 de elect.& alii. Vndè cùm præſũ-
ptio ſit pro contrahente, quòd propria
pecunia, non autem communi rem com-
parauerit,transfert onus probandi contra
rium in ſocios,ſiue ſocii actores ſint, ſiue
rei.

Quarta concluſio.

PLures dantur coniecturæ,quibus pro-
bari poteſt, empta ex vno ex ſociis
57 nomine communi fuiſſe empta de pecu-
nia communi omnium ſociorum ; non
autem de pecunia propria contrahentis.
Prima coniectura eſt,quam docet Bart.in
l.cùm oportet in fine principii,C.de bon.
quæ liber.vbi ait,quòd quotieſcunque em
pta propria pecunia arguerent delictum
in perſona ipſius ſocii contrahentis, tunc
bona præſumuntur ac cenſentur empta
pecunia communi,non autem propria.
Vndè ſi Mater v.g. vidua communicaſſet
dotem ſocietatis titulo cum bonis filii,nec
aliunde habeat alia bona, tunc ſi aliquid
emerit communi nomine, cenſetur illud
emiſſe ex pecunia communi,non autem
ex propria,quia propriam pecuniam non
poſſet habere,niſi ex turpi quæſtu, vel ex
bonis filiorum furto ſubtractis:quod non
eſt præſumendum,arg.tex.in l.quintus,ff.
de donat.inter vir & vxor. & l. etiam, C.
eod. tit. vbi vxor ad effugiendam turpis
quæſtus ſuſpicionem præſumitur in du-
bio rem comparaſſe ex bonis viri,non au-
tem propria pecunia. Pro hac coniectura
faciunt quoque ea,quæ habentur per Bal.
in d.l.cùm oportet,in pr.in C.de bon.quæ
liber.Gabr.in ſuis cõcluſ.tit.de præſump.
51.Maſcard.de probat. concl.30. & Aret.
conſ.31. qui id non ſolùm ampliat ad ex-
cludendum maius delictum, & ponit exẽ-
plum de vidua, quæ dici poterat acquiſi-
uiſſe de pecunia mariti, & de pecunia pu-
pilli filii ſui, & probat eſſe præſumendum
acquiſiuiſſe de bonis viri: quia ſi præſume
retur acquiſiuiſſe ex bonis pupilli, aut ex
turpi quæſtu maius delictum comiſiſſe
cenſeretur.

Secunda coniectura ex conditione, ac
conſuetudine contrahentis.Vndè ſi ſocius
qui pecuniam rei emptæ ſoluit, pauper
erat,& aliam pecuniam non habebat pre-
ter communem; nec erat induſtrius, itaut
pretium rei emptæ ſua induſtria compa-
raſſe præſumeretur, bona empta commu-
ni nomine non præſumitur in dubio emiſ
ſe ex propria pecunia;ſed ex pecunia com
muni,vt patet ex iis, quæ conſuluit Bald.
conſ. 137. lib.5. quem refert Felic.de ſo-
ciet.cap.3.num.68. vbi agens de quadam
vidua,quæ cùm ſtaret cum propriis filiis
quædam bona comparauerat, & ea ad ſe
pertinere filii contendebant,conſuluit eſſe
recurrendum ad coniecturas; itaut ſi pu-
pilli erant diuites,& Mater pauper,præſu-
matur mater de filiorum bonis prædicta
bona emiſſe. Si verò Mater erat diues,vel
induſtrioſa,& filii pauperes, tunc præſu-
mitur ex propria pecunia acquiſiuiſſe.
Quòd ſi non conſtet de huiuſmodi conie-
cturis,tunc ſatis eſt matri poſsidenti,filios
non probaſſe bona fuiſſe empta de eorum
pecunia per tex.in d. l. ſi defunctus, ff.de
arbitr. tut. Et ſi non præſumitur pro ma-
tre,ſufficit ei, quod non præſumatur con-
tra ipſam:quia,ceſſantibus præſumptioni-
bus ad alterutrum extremorum, ſufficit
reo ipſa incertitudo.Ità Felic.loco citato,
ſub nu.69.vbi etiam num.74. videtur vel-
le,habendam eſſe in hac re rationem acto-
ris,& rei,& approbari opinionem exiſti-
mantium, in hac re recurrendum eſſe ad
coniecturas: quæ nobis non probatur, vt
ſupra diximus concl.2.circa fin. Imò, &
ipſe Felic.ibidem,ſub num.75.& 76. ſi re-
ctè perpendatur videtur nobiſcũ concor-
dare,dum ait,quod præcipua coniectura
in dubio eſt cenſeri acquiſitionem factam
de pecunia ſoluentis: quia qui poſsidet
pecunia cenſetur eius dominium habere,
vt ſupra diximus concl 2.Vndè ſi magna,
& præcipua præſumptio eſt pro ſoluente,
ſiue ſoluens ſit actor, ſiue reus, ſemper
transfert onus probandi contrarium in
aduerſarium,vt probauimus ſupra,concl.
3.in fin.

Quæ diximus de vno ex ſociis acqui-
58 rente, ideſt dicendum eſt de tutore; nam
ſi tutor erat pauper,non induſtrius, nec
ſolitus negotiari,acquiſita per ipſum cen-
ſentur ex pecunia pupilli,non autem pro-
pria.Etenim,quamuis Adminiſtrator re-
gulariter præſumatur acquirere propria
pecunia,non autem communi, aut pro-
pria alterius, etiam ſi adminiſtrator pau-
per

per ſit,& inops,vt in d.l.ſi defunctus, *C.* arbitr. tut. nihilominus conſtito non ſolùm de paupertate ;ſed etiam quòd non eſſet induſtrias, atque adeò,quòd ſua induſtria aliundè quæſiuiſſe, præſumi non poſſit;de communi, non autem de pro-
59 pria pecunia acquiſiuiſſe cenſetur, & ita intelligitur text.in d. l. defunctus. Et regula. Quem in diem ditari poſſe præſumi debere : de qua per Bald. & Salyc. in l. ex perſona,C.de probat. Alex.conſ.16. num. 3.lib. 5. & Menoch. in ſuo tract. de præſumpt.lib.1.q.24. num. 46. & lib. 2. præſũpr.28.in prin.Tunc enim quis præſumitur in diem poſſe ditari,quando habilis ſit ad acquirendum,& induſtrius non ſolum habitu;ſed etiam actu, nempè quòd ſit ſolitus negotiari,& lucrari : ſecus autem ſi conſtaret eſſe pauperem,& actu non induſtrium, ita vt eius induſtria acquiſiuiſſe præſumi nequeat,vt per Roman.conſ.346 num.16.Pariſ. conſ.80. lib. 1. Bero. conſ. 191.num. 49. lib. 1. Maſcard. de probar. concl.30.ſub num.5. & alii apud Felic. d. cap.3.num.86.qui teſtatur,hanc eſſe communem opinionem. Imò nec ſatis eſt, quòd tutor fuerit induſtrius actu, ſed exigitur inſuper, quòd per notabile temporis ſpacium induſtriæ, ac laboribus vacauerit,ac negotiari ſit ſolitus, & conſuetus lucrari, ita vt præſumi poſſit rem emiſſe pecunia propria induſtria, ac labore acquiſita.Et hanc coniecturam videtur tradidiſſe Bald.in d.l.ſi patruus, ſub num.4. C.commun. vtriuſq. iudic. quem refert Petr.de Vbald.in ſuo tract. de duob.fratr. p.5.ſub num. 3. verſ ſecundo caſu, dum ait,in hac re inſpiciendam eſſe perſonam adminiſtratoris, verum conſuetus ſit lucrari. Vndè ſi frater maior ſit induſtrius,
60 & ſtatim poſt mortem patris fundum emat, fundum illum præſumitur emiſſe pecunia communi reperta in hæreditate; non autem propria:ſi quidem in tempore tam modico quòd aliquis acquiſiuerit, non eſt veriſimile,vt per Angel.conſ.141. Boer.deciſ.81.num. 2. in fin. & Maſcard. d.concl.3.num.4. verſ.Intellige igitur, & Felic.d.cap.3.num.88.& 89.

Denique,alijs prætermiſsis,poteſt deſu-
61 mi côiectura ex conſideratione quâtitatis bonorum communium, & ex adminiſtratione ſocij acquirentis, vt per Bald.& Petr.de Vbald. locis citatis : Siquidem pecuniæ communis quantitas ſi exigua eſſet,& res empta eſſet magni prætij;tunc non eſt præſumendum fuiſſe acquiſitam pecunia communi; ſed pecunia propria ipſius contrahentis, vt per Bald. conſil. 137.lib. 5. Idem dicendum eſt de acquiſitis à filio : nam Patris ſubſtantiam Doctores conſiderant in l.cum oportet, C.de bon.quæ liber. & Crot. in l. frater à fratre,num.119.ff.de condit. indeb. Et ſi ſocius, qui bona emit communi omnium nomine ſociorum, & pecuniam ſoluit, ſi non adminiſtrat ſocietatem, & bona communia ſocietatis,non poteſt præſumi bona illa communi pecunia côparaſſe, ſed pro certo habendum ea propria pecunia emiſſe,vt eſt tex. in l. 2. C. pro ſoc. Etenim idẽ dicitur de officiali, qui bona acquiſiuit durante officio : nã ſi pecunias publicas nõ adminiſtrat, non præſumitur ea acquiſiuiſſe publica pecunia, vt habetur ex Io.de Palatio in l.facultas, C. de iur.fiſc.lib.10.& latè Felic.d.cap. 3. num. 82.è contra,verò ſi conſtat ſocium illum eſſe adminiſtratorem bonorum ſocialium, & bona ipſa eſſe multò maioris pretij.quàm res emptæ:& ſocium ſolitum eſſe res communi nomine emere pecunia communi,& non propria, proculdubio hæc omnia ſimul iuncta arguunt, rem fuiſſe emptam communi pecunia, non autem propria ipſius contrahentis.

In Definitione, ibi *in uſum, lucrum, uel quaeſtum.*
Caput V.

S V M M *A R I V M.*

1 *Finis rerum in ſocietate collatarum triplex.*

Rerum in ſocietate collatarum finem triplicem eſſe conſtat, nempè vſum,
1 lucrum,vel quæſtum: ſiquidem omnis ſocietas contrahitur ad communem alicuius, aut plurium rerum determinatum vſum,aut lucrum,aut ad quæſtum,vt in l. coire, & in l. ſed & ſi adijciatur, ff. pro ſoc.

De

De ſignificatu,& vi dictorum terminorum, vſus, lucri, ac quæſtus. Q.I.

SVMMARIVM.

1 *Societas contracta ad rei vſum, quænam dicatur.*
2 *Lucrum quomodo differat à quæſtu.*
3 *Societas ad lucrum dicitur ſocietas omniũ bonorum ſimpliciter.*
4 *Societas ad quæſtum,quænam dicatur.*

1 AD hanc difficultatem reſpondetur breuiter, quòd per vſum hoc loco non intelligitur ius alienis rebus vtendi ſalua earum ſubſtantia, prout differt ab vſufructu, & habitatione, de quibus in Inſt.de vſu,& habit. Nam qnamuis ſocietas contrahi poſsit ſuper vſum tantum rei, non communicato eiuſdem rei dominio;nihilominus ita aliquando contrahitur ad rei vſum, vt communicata quoque cenſeatur ipſa res. vt cùm communicantur libri, equi, ſupellectilia, & alia huiuſmodi ad communem vſum: vel communicatur pecunia ad communem victum,vt rectè declarat Leſſ.lib.2.de Iuſt.& iur.cap.25.dub.1.num.4.

2 Lucrum autem in hoc differt à quæſtu; quòd lucrum eſt genus, & quæſtus eſt lucri ſpecies.Etenim Lucrum comprehẽdit bona, ac emolumenta quocunque titulo acquiſita;tam ſcilicet titulo oneroſo, vt ex emptione venditione,locatione, induſtria,artificio,&c. quàm titulo lucratiuo,nempè ex donatione inter viuos, vel cauſa mortis,aut ex legato,teſtamento, & ex alijs huiuſmodi.Quæſtus autem eſt lucrum quod prouenit ex opera artificio, cura,& induſtria cuiuſque, vt ex emptione,venditione,locatione,arte,&c. vt in l. coire, ff.pro ſoc. Filliuc. tom. 2. qq. moral.tract.38.cap.7.num. 137. & Felic. in ſuo tract.de ſociet.cap.10.num. 10. Vndè ſocietas ad lucrum, dicitur ſocietas om-
3 nium bonorum ſimpliciter, quoniam in ea communicantur omnia bona præſentia,& futura quocunque titulo acquirantur,& quacunque ex cauſa obueniant, tã oneroſo titulo,quàm lucratiuo,vt in.l. 1. §.in ſocietate,& ibi Doctor. ff. pro ſoc. & nos infra,Deo duce, latius dicemus.lib.2. cap. 1. q. 1. Societas verò ad quæſtum dicitur,quæ fit ad determinatam negotiationem,induſtriam,vel artes; aut ad plures negotiationes,induſtrias,vel artes: & denique ad omnes negotiationes, induſtrias,& artes ad libitum contrahentium, vt in l.ſocietates,& l.coiri, & ibi Doctor. ff.pro ſoc.& nos de his omnibus latè infra agemus,lib.2.cap.2.4.& ſeq.

An ſi duo, vel plures ſocij ſint alicuius domus quoad vſum, vnus poſſit locare domum illam, altero, aut alijs reluctantibus. Q. II.

SVMMARIVM.

1 *Domus habitatione legata, legatarius non ſolùm ea vti poteſt ad habitandum; ſed etiam eandem poteſt alteri locare.*
2 *Domum aliquam ſi plures ſocij poſſideant quoad vſum,non poteſt vnus ex eis, alijs inuitis alteri locare.*
3 *Vſum domus habens ipſe ſolus poteſt in ea habitare, nec hoc ius in alium transferre poteſt.*
4 *Eadem eſt ratio totius,& partis.*
5 *Societatis domus ad vſum,eſt perſonalis,ac ſocialis inhabitatio.*
6 *Socius alicuius domus ad vſum,licèt inuitis alijs ſocijs non eam locare in totum, vel pro parte;poteſt tamen in ea habitare non ſolum ipſe; ſed etiam eius vxor,filii, & tota familia.*
7 *Habitatio domus in plus ſe habet, quàm eiuſdem vſus.*

IN hac re videtur prima facie affirmatiuè reſpondendum eſſe. Probatur ex
1 tex.in §.ſed ſi cui,in inſtit.de vſu,& habitat.vbi habetur, quòd ſi alicui domus habitatio legata eſt, legatarius non ſolùm ea vti poteſt ad habitandum; ſed etiam eandem poteſt alteri locare: ergo vnus ex ſocijs alicuius domus quoad vſum, poteſt alijs inuitis domum illam locare, non obſtante, quòd proptius vſus domus ſit habitatio,cùm non poſsit aſsignari diuerſitatis ratio,cur id liceat legatario,reluctante hærede,& non liceat vni ſocio, alijs reluctantibus: quapropter cùm in vtroque caſu militet eadem ratio,eadem etiam militat iuris diſpoſitio,arg.tex.in l. adigere, §.quam

§.quamuis,ff.de iur.patron.& l.illud,ff.ad
Leg.Aquil.

His tamē non obſtantibus,contrariam
2 ſententiam arbitror de iure veriorem eſ-
ſe. Probatur hæc ſententia ex tex.in §.Itē
is qui ædium,in Inſt.de vſu, & habit. vbi
habetur,quòd qui ædium vſum habet ipſe
tantum in eis ius habitandi habet,nec hoc
3 ius ad alium transferre poteſt. Ergo in
ſocietate inita ad vſum alicuius domus,
non poteſt vnus ex ſocijs domum ipſam
alteri locare; ſed eam debet cum alijs ſo-
cijs inhabitare.Etenim deſtinatus vſus ta-
lis domus,eſt perſonalis, ac ſocialis inha-
bitatio.

Ampliatur hæc concluſio, vt vnus ex
4 ſocijs non poſsit,inuitis ſocijs,prædictam
domum locare,non ſolum totam, ſed nec
etiam eiuſdem partem: quia cum vſus ip-
ſius domus ſit omnibus ſocijs communis,
quilibet ſocius habet partem vſus in qua-
libet eius parte: ergo,vnus ſocius,alijs in-
uitis,non ſolum non poteſt locare totam
domum,ſed nec etiā eius partem;eò ma-
gis, quia eadem ratio eſt totius,& partis,
l. quæ de tota ff.de rei vendic. Confirma-
tur,quia vnus ex ſociis ſiuè totam domū
locet,ſiuè eius partem,in vtroque caſu di-
ceretur ipſa domo vti ad vſum non deſti-
natum, cùm deſtinatus vſus talis domus
5 ſit perſonalis, ac ſocialis inhabitatio: at
vnus ex ſocijs non poteſt re ſociali vti,ni-
ſi ad vſum deſtinatum,vt patet ex traditis
per Petr. de Vbald. in ſuo tract. de duob.
fratr.p.8.num.45.

Sic ampliata limitatur eadem conclu-
6 ſio,vt quamuis vnus ex ſociis, aliis relu-
ctantibus non poſsit domum, de qua agi-
tur alteri locare in totum,nec pro parte;
nihilominus poteſt in ea habitare non ſo-
lùm ipſe,verùm etiam eiuſdem vxor, filii,
liberi,ſerui,& tota ipſius familia: ſiquidē,
qui ædium vſum habet,cum his omnibus
perſonis poteſt ædes ipſas inhabitare, vt
in d.§.Ites is qui ædium vſu,in inſtit. de
vſu,& habit.

Ad contrarium modo patet reſponſio:
7 etenim habitatio domus in plus ſe habet,
quam eiuſdem vſus: nam cui legatur do-
mus habitatio,poteſt eam habitare per ſe,
& per alium,mediante locationis contra-
ctu:at domus vſus dicit ordinem ad eum,
cui conceditur vſus,nimirum ſi per ſe de-
beat domum inhabitare, nec poſsit per
alium,atque adeò alteri locare.

An domus ſocietatis iure communis quoad dominium, & poſſeſsionē poſſit ab vno ex ſocijs locari, alijs ſocijs reluctantibus. Q. III.

SVMMARIVM.

1 *In pari cauſa melior eſt cōditio prohibētis.*
2 *Domus ſocietatis iure communis ſi ſolita ſit locari, & vnus ex ſociis velit eam locare,& alter reluctet, tunc volens locare eſt præferendus.*
3 *Regula illa,In pari cauſa potētior eſt cauſa prohibentis,quomodo intelligatur.*
4 *Domum iure ſocietatis communem, & locari ſolitam, ſi vnus ex ſociis velit eam locare,alter ſocius poteſt eam ſibi retinere ſoluta mercede.*
5 *Domus iure ſocietatis communis ſi non ſit ſolita locari,ſi vnus ex ſociis velit eam locare,altero prohibente, tunc prohibens præfertur.*
6 *Domus iure ſocietatis communis ſi non ſit ſolita locari, verùm eiuſdem locatio eſt ſocietati valdè vtilis,ſocius qui vult eam locare eſt præferendus alteri reluctanti.*
7 *Socius in vtilibus ſocietati cenſetur habere mandatum à ſocio.*
8 *Socius poteſt negotium gerere ſi eius interſit;etiam ſi non adſit ſocii vtilitas, dummodo non adſit eius damnum.*

IN hac re negatiuè videtur eſſe re-
1 ſpondendum. Etenim in pari cauſa
inter ſocios melior eſt conditio prohi-
bentis,vt in l.Sabinus,*C*.commun. diuid.
ergo illorum ſociorum volūtas eſt adim-
plenda,qui prohibent domum locari; nō
autem ſocii volentis illam locare.

Pro determinatione huius difficulta-
tis eſt diſtinguendum primò, quòd aut
domus,de qua agitur eſt ſolita locari:aut
non eſt ſolita locari; ſed à ſociis ſociali
nomine communiter inhabitari: vt quia
huiuſmodi domus eſt paterna de commu-
ni hæreditate,ſuper qua eſt contracta ſo-
cietas, in qua pater, & ipſi ſocii fratres
tam ante patris mortem, quàm poſtea
cum eorum familia inhabitare conſue-
uerunt.

Secun-

Secundò eſt diſtinguendum, quòd aut magis confert ſocietati domum locari, quàm à ſocii ſimul inhabitari, vt quia domus ſit magna, à qua poſſit percipi magna penſio ſingulis annis, & ſociis ſatis eſſet domus parua, pro qua ſolueretur multo minor penſio: aut magis confert ſocietati, domum ipſam à ſociis inhabitari, quam locari: aut ita confert domum à ſociis inhabitari, quàm conferre ſocietati, ſi locaretur.

Tertiò eſt diſtinguendum, quòd aut de domus, qua agitur eſt diuiſibilis, ita vt plura habeat cęnacula, & à pluribus ſeparatim commodè inhabitari valeat, atque ideò conduci, ita vt vnus alteri non ſit impedimento: aut domus ipſa eſt indiuiſibilis, & non habeat tot cęnacula, vt à pluribus ſeorſim habitari poſſit. His breuiter adnotatis, ſit

Prima concluſio.

SI domus ſolita ſit locari, & vnus ex
2 ſociis velit eam locare, & alter reluctet, tūc volens locare eſt præferēdus, & reluctans non debet audiri. Hæc concluſio eſt Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 28. num. 66. Probatur, quia domus, de qua agitur cùm ſit ſolita locari, ſocius volens eam locare vtitur domo ipſa ad vſum deſtinatum: & prohibens locari malè facit prohibendo, atque adeò eam retinendo contra ſolitum, & vſum deſtinatum. Nec obſtat tex. in d. l. Sabinus, ff. comm diuid. dum in eo habetur, quod in pari cauſa inter ſocios potentior eſt cauſa prohiben-
3 tis; quoniam reſpondetur regulam illam locum ſibi vendicare, quando vterque ſocius vult vti re ad vſum deſtinatum, vt rectè declarat Felic. loco citato, num. 42. at in caſu noſtro ſocius prohibens domum locari, & volens ſibi retinere, non dicitur vti re ſociali ad vſum deſtinatum, nil mirum ſi non eſt audiendus. Eſt tamen verum quòd ſi ſocius prohibens velit do-
4 mum pro ſe retinere, ſatis eſt ſi iuſtam mercedem offerat ſocio volenti eam locare; nam is debita mercede debet eſſe contentus, nec poteſt conſocium expellere, vt habetur ex Felic. vbi ſupra. Quòd ſi recuſet debitam mercedem pro portione domus ſibi tangente, ſoluere, tunc ſi domus eſt indiuiſibilis, vt ſupra, & non poteſt locari, niſi tota, eo caſu ſocius prohibens tenetur pati, domum totam locari, cum alter ſocius velit ea vti ad vſum deſtinatum, nec aliter poſſit. Si denique domus ſit diuiſibilis, & plura cęnacula contineat, tunc ſocius qui vult eam locare, poteſt locare ſuam portionem cui voluerit, ſi commodè pro parte vtiliter locari poteſt, iuxta ea quæ habentur ex Menoch. de arbitr. iudic. caſu. 422. num. 4. & Soc. in l. ſerui electione, §. labeo, ſub num. 4. verſ. Et ſi res diuiſionem, ff. de legat. 1. Saly. in l. iubemus, la 2. C. de ſacroſ. Eccleſ. & facit tex. in l. hæredes, §. ſi vnus, ff. famil. erciſc.

Secunda Concluſio.

SI domus non ſit ſolita locari, & vnus
5 ex ſociis velit eam locare, & alter prohibeat, tunc prohibens præfertur: quia volens domum locare non dicitur vti re ad vſum deſtinatum; ſicut vtitur ipſe prohibens dum vult pro ſe retinere. Imò hoc caſu prohibens non tenetur mercedem aliquam ſoluere volenti domum locare ſi maximè ſit indiuiſibilis, vt habetur ex Modean. deciſ. 287. & alios apud Felic. d. cap. 28. ſub num. 66. in fin. & num. 68. & patet ex his, quæ dicemus q. ſeq.

Tertia Concluſio.

SI domus non ſit ſolita locari, & vnus
6 ex ſociis velit eam locare: alter autē reluctet: verum eiuſdem locatio eſt ſociati valdè vtilis, tunc volens locare præferendus eſt, & reluctans tenetur locationi conſentire. Etenim ſocius poteſt ſocietati facere, quæ vtilia ſunt, & ab alio ſocio prohiberi non poteſt, vt habetur ex Bero. conſ. 131. num. 11. lib. 3. Imò ſocius in vtilibus dicitur à ſocio habere mandatum,
7 vt per gloſ. in l. nemo ex ſociis, ff. pro ſoc. & in l. de pupillo. §. ſi plurium, vbi Iaſ. ff. de nou. oper. nunc. idē Iaſ. in l. ſtipulationes nō diuidūtur, num. 9. ff. de verb. obligat. & Surd. conſ. 43. num. 9. lib. 1. Item ſo-
8 cius poteſt negotium gerere ſi eius interſit, etiam ſi non adſit ſocii vtilitas, dūmodo non adſit eius damnum, l. ſiſtulā, §. pen. & fin. ff. de ſeruit. Vrban. præd. Dyn. in c. in re communi, de regul. iur. in 6. gloſ. in l. Sabinus, ff. cōmun. diuid. Soc. in l. ſerui electione, §. Labeo; num. 7. ff. de legat. 1. & Menoch. de arbitr. iudic. caſu. 442. num. 3. & 18.

An ſi ſocius inhabitans domum communem, conuentione vnita de ſoluendo mercedem alteri ſocio, finito tempore inhabitationem continuauerit, ſolitam mercedem ſoluere teneatur. Q. IV.

SVMMARIVM.

1 *Reconductio tacita datur in locatione.*

2 *Socius, qui ſub certa mercede conduxit domum communem, ſi elapſo tempore domum adhuc inhabitet, cenſetur eam tacitè reconduxiſſe.*

3 *Socius de re communi vltra partem ſuam diſponere non poteſt in domum conſocij.*

4 *Perſeuerans in rei locatione poſt tempus completum, cenſetur eam tacitè reconduxiſſe.*

5 *Reconductio tacita per quantum temporis ſpatium cenſeatur tacitè factam tam in prædiis Vrbanis, quam ruſticis.*

6 *Qui tacet in eo, quod tacet cenſetur conſentire.*

IN hac re pugnantes extant opiniones. 1 Nam prima ſententia eſt Rip. in l.ſerui electione, §.Labeo, num. 14. ff. de legat. 1.& in l.quo minus, num. 141. ff. de flumin. Andr. Gaill. in ſuis obſeruat. tit. de pignor.obſer.2.num.4. Gomeſ.lib. 2. var. reſolut.cap.3.tit.de locat.ſub num. 14.in fin. Mocdan. deciſ. 287.& aliorum, exiſtimantium partem negatiuam eſſe veram, atque adeò ſocius continuans domum inhabitare poſt tempus locationis elapſum, non tenetur ſolitam mercedem exoluere. Probant eorum ſententiam ex eo, quòd ſi teneretur, non alia ratione id eſſet, niſi quia elapſo tempore cenſeretur facta tacita reconductio, vt in l.item quæritur, §.qui impleto, ff.locat. & hoc ideò, ne poſt tempus illicitè quis inhabitare cenſeatur. At hæc ratio ceſſat in ſocio: ſiquidem ſocius ſemper iure licito totam domum communem, ſocio etiam inuito, etiam non ſoluta aliqua penſione pro parte alterius ſocij cenſetur inhabitare, quoniam vtitur iure communi, & ad vſum deſtinatum: ergo ceſſat etiam illius §.qui impleto, diſpoſitio, atque adeò ſocius, de quo agitur, cùm non cenſeatur domum tacitè reconduxiſſe, non tenetur ſolitam mercedem exoluere; quia, ceſſante ratione legis, ceſſat Lex, l. adigere, §. quamuis, ff. de iur.patr.c.cum ceſſante, de appellat.

His tamen non obſtantibus contrariã 2 ſententiam puto veriorem eſſe, quam tenent Vbald. in ſuo tract. de duob. fratr. p. 5. ſub num. 11. verſ. Circa primum, Alciat. de præſump.reg. 2. præſump. 17. Ronchegal. in l. eandem ſub num. 127. ff. de duob. reis, & Felic. de ſociet. cap. 28. ſub num. 69. Mouentur ex eo quòd ſocius cum rem communem inhabitat, cenſetur eam inhabitare iuxta ſolitum; ſed is erat ſolitus mercedem ſoluere; ergo cum inhabitando perſeueret, tenetur etiam ad mercedis ſolutionem. Confirmatur, quia ſocius de 3 re communi vltra partem ſuam diſponere non poteſt in damnum conſocij, neque in hoc ab altero ſocio cenſetur habere mandatum. Vndè ſi domus pro parte vtiliter locari poteſt; pro parte locantis tantùm locatio erit facienda, atque ideò tota, inuito altero ſocio locari non poterit, vt habetur per Soc. in l. ſerui electione, §. Labeo, ſub num. 4. Verſ. & ſi res diuiſionem, ff. de legat. 1. Saly. in l. iubemus, la 2. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Surd. conſ. 43. num. 8. lib. 1. & alij: non ergo ſocius poteſt rem communem ſolitam locari totam poſſidere, non ſoluta ſolita mercede conſocio. Denique probatur ex tex. in d. l. item quæritur, §. qui impleto ff. locat. vbi perſeuerans in rei locatione poſt tempus com-
4 pletum cenſetur tacitè reconduxiſſe: ergo idem dicendum eſt de ſocio, qui partem domus alterius ſocij ſub certa mercede, & ad certum tempus conduxit; nam ſi in detinenda tota domo perſeuerer, cenſetur eam ſub eadem mercede tacitè reconduxiſſe. Nec obſtat, quòd tex. in d. §. qui impleto, fundetur in ea ratione videlicet. Ne poſt tempus illicitè quis inhabitare videatur: quoniam talis ratio eſtò quod vera eſſe poſſit, nihilominus cum in lege non ſit expreſſa non poteſt legem ipſam nec ampliare, nec limitare, vt per Gloſ. in clem. 1. in ver. eligatur, de elect. & in clem. 2. in ver. Pileum, de vit. & honeſt. cler. Secundò reſpondetur, quòd diſpoſitio d. §. qui impleto fundatur in tacita reconductione: vt ibi *non ſolum reconduxiſſe videbitur*, & paulo infra *taciturnitate vtriuſque partis*. vt infra latius, ſiquidem ſocietas ſicut datur tacita, & expreſſa, ex tacito ſcilicet, vel ex expreſſo conſenſu prone-

Digitized by Google

niens;ita etiam datur, & locatio, nempè
tacita,& expreſsa;ex tacito ſcilicet, & ex-
preſso conſenſu procedens. Vndè cùm
taciti,& expreſsi eadem ſit virtus, l. cum
quid,ff. ſi cert.petat. quemadmodum pro
expreſſa conductione rei debetur merces;
ita quoque debetur pro conductione ta-
cita. Eſt tamen verum,quòd in locatione,
5 ac conductione prædiorum ruſticorum
diuerſa iuris diſpoſitio militat à locatio-
ne,ſeù conductione Vrbanorum: nam in
ruſticis cenſetur facta reconductio per an-
num poſt tempus completum;in Vrbanis
verò pro vt habitauerit ipſe conductor,vt
conſtat ex d. §. qui impleto, his verbis,
*Quòd autem diximus taciturnitate vtriuſ-
que partis colonorum reconduxiſſe videri,
ita accipiendum eſt,vt in ipſo anno, quo ta-
cuerunt videantur eandem locationem re-
nouaſſe;non etiam in ſequentibus annis;& ſi
luſtrum fortè ab initio fuerat conductioni
præſtitutum. Sed & ſi ſecundo quoque anno
poſt finitum luſtrum nihil fuerit contrarium
actum; eandem videri locationem in illo an-*
6 *no permanſiſſe,hoc enim ipſo, quo tacuerunt
conſenſiſſe videntur:& hoc deinceps in vno-
quoque anno obſeruandum eſt. In Vrbanis
autem prædijs alio iure vtimur, vt prout
quiſque habitauerit,ita,& obligetur, niſi in
ſcriptis certorum tempus conductioni com-
prehenſum eſt.*

Quid agendum quando ſocij conuenientes in locando ſociali domo locari ſolita, diſcordant quoad perſonam, cui facienda ſit locatio. Q. V.

SVMMARIVM.

1 *Si Socii conueniant in locando domum ſo-
cialem,ſed unus uult domum ipſam per-
ſonæ honeſtæ;alter uerò inhoneſtæ locare,
preferendus eſt qui locare uelit honeſtæ.
etiam ſi à perſona inhoneſta plus merce-
dis daretur.*
2 *Si Socii conueniant in re locanda perſonis
honeſtis, ille eſt præferendus, qui uult lo-
care perſone honeſtæ,plus offerenti.*
3 *Socius ea tantùm poteſt facere,quæ ſocieta-
ti utilia ſunt:& dum utilia facit,non po-
teſt ab alio prohiberi.*
4 *Si Socii conueniant in re locanda perſo-
nis honeſtis, atque idoneis; uerùm unus
uult eam locare uni, & alter alteri æquè
idoneo,& parem mercedem offerenti,tunc
neuter præfertur.*
5 *Pares quando concurrunt in re aliqua, &
non conueniunt, res ipſa non ſortitur ef-
fectum.*
6 *Patroni ſi ſint diſcordes,& præſentent per-
ſonas æquè idoneas ad beneficium,nulli ex
præſentatis ius acquiritur.*
7 *Socius ſi uelit locare domum extraneo;&
alter ſocius proprio conſanguineo pariter
idoneo, & æqualem penſionem offerenti,
ex iudicis officio poſſet præferri conſan-
guineus.*
8 *Sanguinis,ac uicinitatis fauore non nulla
conſtituta fuere.*
9 *Socii diſcordantes in re ſociali locanda,
poſſunt officio iudicis compelli ad facien-
dum id,quod rationabilius uidetur.*
10 *Concordia à Iudice poteſt ſuaderi, non au-
tem præcipi.*
11 *Concordia ad euitandas diſcordias, & ri-
xas non ſolùm poteſt à Iudice ſuaderi,
ſed etiam præcipi.*
12 *Iudex an aliquo caſu poſſit compellere par-
tes ad mittendas ſortes pro ſedandis di-
ſcordiis.*
13 *Contradictiones dirimit ſors.*
14 *Cõtradictiones per ſortes dirimi nequeunt,
quando agitur de quæſtione facti.*

PRo determinatione huius difficultatis
1 eſt diſtinguendum,quòd aut vnus ex
ſocijs vult domum locare perſonæ plus
offerenti:& alter offerenti minus,aut vnus
vult locare domum ipſam offerenti de-
cem aureos v.g.& alter vult eam alteri of-
ferenti pariter totidem aureos, & ſic
æqualem mercedem; aut denique vnus
concedit domum locare perſonæ honeſtæ,
& alter perſonæ inhoneſtæ,ac turpi. His
breuiter ſic adnotatis,ſit

Prima concluſio.

SI Socij conueniant in locando, ſed
1 vnus vult domum locare perſonæ ho-
neſtæ; alter verò perſonæ inhoneſtæ, tunc
præferendus eſt volens locare perſonæ
honeſtæ. Hæc concluſio eſt Angeli in l. 1.
C.qui teſtam.fac.poſ.Soc.cõſ.58.n.2. verſ.
Circa ſecundum,lib.4.& in l.ſerui electio-
ne,

ne,§.Labeo, num.5. ff. de legat. 1. & Menoch.de arbtr.iudic.caſu 441. num.5.qui contra Ruin.in d.§. Labeo,& conſ.75.lib. 1.id ampliat locum ſibi vendicare, etiam ſi à perſona inhoneſta plus mercedis daretur;quoniam adhuc locanda eſſet perſonæ honeſtæ: ſi quidem honeſtas proferri debet vtilitati: & apud viros bonos illud dicitur vtile, quòd honeſtatem quoque continet.Hinc Cic. offic. lib. 3. verſ. cùm igitur aliqua ſpecies,illud inquit, eſſe vtile, quod eſt honeſtum. Quæ quidem concluſio maximè vera eſt, ſi citra peccatum perſonæ inhoneſtæ locari non poſſet,iuxta ea, quæ habentur ex Nauar. in Manu.cap.17.ſub num.195.Graff. in ſuis deciſ.p.1.lib.1.cap.24.num.20.

Secunda Concluſio.

SI ſocij conueniant in re locanda per-
2 ſonis honeſtis, ille eſt præferendus, qui vult locare perſonæ honeſtæ plus offerenti. Hæc concluſio eſt Ruin. d.conſ. 75.in fin.lib.1.& Menoch.de arbitr. iudic. caſu 442.num.6. Probatur,quia ſocius ea
3 tantùm poteſt facere, quæ ſocietati vtilia ſunt,& dum vtilia facit non poteſt ab alio prohiberi. vt habetur ex Bero. conſ. 131. num. 11.lib.3.Imò,& ſocius poteſt negotium gerere ſi ſua interſit, etiam ſi non adſit conſocij vtilitas; dummodò non adſit eius damnum,vt per gloſ.in l.Sabinus, ff.comm.diuid.Soc.in l. ſerui electione,§. Labeo,num. 7. ff. de legat. 1. Ruin. conſ. 143. numer. 19. lib. 4. Menoch. loco citato,num.3.& 18.& alios. Limito tamen prædictam concluſionem,ſi plus offerens eſſet ſoluendo, & ſecurus debitor, à quo certò fere ſeparatur mercedis, ſeu penſionis ſolutio:ſecus autem ſi ſoluendo non eſſet,aut eſſet litigioſus,ac difficilis debitor,ita vt probabiliter exiſtimetur mercedem non ſolutus:tunc enim præferendus eſſet minus offerens, ſi ſoluendo eſſet, & probabiliter crederetur, ſe penſionem ſoluturum: nam ſocius ea tantum facere poteſt, quæ vtilia ſunt ſocietati, vt ſupra diximus.

Tertia Concluſio.

SI ſocii conueniant in re locanda per-
4 ſonis honeſtis,atque idoneis, verùm vnus vult eam locare vni, & alter alteri æquè idoneo,& parem mercedem offerenti,tunc neuter alteri præfertur, ſed donec erunt diſcordes, domus vacare debet. Hæc concluſio eſt Ang. in l. 1. C. qui teſtam.fac.poſ.Soc.in l. ſocius, num.4. ff. ſi cert.petar.& in l.ſerui electione,§. Labeo. num.5.ff.de legat.1.Gomeſ.lib.2. var. reſolut.tit.de locat.num.14.& Menoch.de
5 arbitr.iudic.caſu 442.ſub num.11. & 12. Probatur hæc concluſio ex eo, quòd quando pares in re aliqua inuicem non conueniunt,res non ſortitur effectum, vt per Bart.in l.huiuſmodi, §. vlt.in fin.ff. de legar.1.& quando duo concurrunt in cõcedendo ius indiuiſibile diuerſis perſonis, ſe inuicem impediunt, & nullius conceſſio ſortitur effectum per Ioan.Andr. in c. in re communi,de regul.iur.in 6. & Soc. loco citato. Vndè ſi duo patroni ſint di-
6 ſcordes,& præſentent perſonas æquè idoneas ad beneficium, nulli ex præſentatis ius acquiritur.Confirmatur, quia in pari cauſa inter ſocios potentior eſt cauſa prohibentis,vt in l.Sabinus, ff.comm. diuid. at in caſu de quo agitur cũ par adſit cauſa,par etiam adeſt vtrique prohibendi ratio,atque adeò ſtante pari ratione ad inuicem ſe impediunt, vt in l. vbi pugnantia,ff.de regul.iur.ita ſe habente. *vbi pugnantia inter ſe in teſtamento iuberentur, neutrum ratum eſt*. eſt tamen verũ, quòd hoc caſu,ſi vnus ex ſociis vellet domum
7 locare extraneo,& alter proprio conſanguineo pariter idoneo, & æqualem penſionem offerenti, arbitror. quòd iudex poſſet ſuas partes interponere, & præferre conſanguineum extraneo, & eo magis ſi vicinus eſſet; quoniã fauore ſanguinis,
8 ac vicinitatis non nulla tum communi, tum etiam municipali cure cõſtituta fuere,vt in l.dudum,& ibi gloſ.& Doctor. C. de cõtrah.empt.& latè Tiraq.in ſuo tract. de vtroq.retract.Imò Ang.in d.l.1.C.qui teſtam.fac.poſ.& Soc.in d. l. ſocius, & in d.§.Labeo,fatentur, ſocios ſic diſcordantes poſſe Iudicis officio ad concordiam reduci præcipiẽdo præſertim id quod ra-
9 tionabilius ſibi videbitur; quamuis Ruin. in d.§.Labeo col.6.verſ.Secundo caſu, velit Iudicem non poſſe eos cogere: ſi qui-
10 dem concordia à Iudice poteſt ſuaderi,non autem imperari, vt habetur ex Iaſ. in auth. ſi verò contigerit. col. vlt. C. de Iudic.Felin.in rub.de tregu.& pac.&Dec. in l.quidam æſtimauerunt,ſub num. 4. ff. ſi cert.pet. Non tamen eſt recedendum à dictis: quoniam hoc caſu non eſt Iudici denegandum, quin ex officio poſſit

ſuas partes interponere, cùm Iudex ad
11 euitandas diſcordias, & rixas non ſolum
poſsit concordiam ſuadere; verum etiam
imperare, vt habetur per Bart. in l. huiuſ-
modi, §. vlt. in fin. ff. de leg. 1. Ruin. in d. §.
Labeo, & Menoch. d. caſu 442. num. 9.
Idem dicendum eſt vbi ſocii diſcordarent
in præiudicium tertii, vt per Bart. loco
citato, vbi etiam Iaſ. num. 10. & in l. 2. §.
ex his, ff. de verb. obligat. Cæterum vbi
12 Iudex nouerit ſocios in omnibus pares
habere rationes, vt quia vnus ex ſociis
velit domum locare perſonæ idoneæ, &
conſanguineæ: & alter velit eãdem locare
pariter idoneæ, ac coniunctæ, æqualem
etiam penſionem offerenti, tunc ſatis vi-
detur rationabiliter, ſi cogat eos admit-
tendas ſortes, quoniam ſcriptum eſt pro-
uerb. cap. 18. quòd contradictiones diri-
13 mit ſors: & vtendo indicio ſortis, non
poteſt dici, quòd vnus inuitus alterius
voluntatem ſequatur; ſed quoniam cogi-
tur parere Iudicis præcepto, fundato nõ
in alterius voluntate; ſed in iudicio ſor-
tis: & hanc ſententiam videtur amplecti
Ruin. in d. §. Labeo, col. 6. verſ. poſſet etiã,
Bart. in d. l. huiuſmodi, §. vult in fin. &
Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 38. num.
48. & ſeq. quamuis Menoch. d. caſu 442.
num. 10. contrarium ſentiat, eo quòd hu-
iuſmodi quæſtio eſt facti, & non iuris; at
14 quæſtio facti dirimi per ſortes nequit, ſi
partes cõtradicant, vt habetur ex Tiraq.
in tract. de iur. primog. q. 17. opin. 1. nu.
91. Non tamen eſt recedendum à dictis,
quia hoc caſu non poteſt aſsignari diuer-
ſitatis ratio inter queſtionem facti, ac
iuris.

An vnus ex ſocij, volens commune prædium colore, ac ſeminare, poſsit ab altero ſocio prohiberi.

Q. VI.

SVMMARIVM.

1 *In pari cauſa inter ſocios melior eſt condi-
tio prohibentis.*
2 *Socius in re communi vltrà partem ſuam
diſponendi facultatem non habet.*
3 *Prædium ſi deſtinatum ſit ad vſum cultu-
ræ, & coli fuerit ſolitum, ſi vnus ex ſociis
velit illud colere, ac ſerere, non poteſt ab
altero ſocio prohiberi.*
4 *Socius quando vtitur re cõmuni ad vſum
deſtinatum, non poteſt ab alio ſocio pro-
hiberi.*
5 *Sylua cædua communis poteſt ab vno ex
ſociis cædi etiam alio ſocio reluctante.*
6 *Vnus ex ſociis ſi nolit, vt ſua prædii pars
ſeminetur: & alter prudenter agens eam
ſeminet, in nullo tenetur ſocio contribuere*
7 *Vnus ex ſociis poteſt ædificare ſuper mu-
rum communem deſtinatum ad reædificã-
dum, etiam altero ſocio inuito; dummodo
ſuper ædificatum ſit commune; & ſocii
non obſcurent lumina.*
8 *Prædium ſociale ſi deſtinatum non ſit ad
vſum culturæ, vnus ſocius non poteſt il-
lud colere, altero inuito.*
9 *Prædium ſociale licèt non ſit deſtinatum
ad vſum culturæ; nihilominus ſi coli il-
lud magis conferat ſocietati, quàm nõ co-
li, tunc ſocius qui vult illud colere nõ po-
teſt ab alio ſocio impediri.*

IN hac re videtur prima facie affirma-
1 tiuè reſpondẽdum eſſe. Probatur hæc
ſententia ex eo quod ſocius in re com-
muni altero ſocio inuito, quicquam face-
re non poteſt; quia in pari cauſa inter ſo-
cios melior eſt conditio prohibentis, vt
in l. Sabinus, & ibi gloſ. & Doctor. ff. cõm.
diuid. l. parietem, ff. de ſeruit. vrban. præd.
& c. in re communi, & ibi Dyn. de regul.
2 iur. in 6. Non enim ſocius rei communis
vltra partem ſuam diſponendi facultatem
habet, vt in l. nemo ex ſociis, & ibi gloſ. ff.
pro ſoc. l. ſi ſocius, & ibi Doctor. ff. ſi cert.
petat. vndè ad hoc vt valeat contractus
rei communis, omnium ſociorum exigi-
tur conſenſus, nec ſatis eſt maioris partis,
aut vnius ex ſocijs habentis maius ius in
re, vt in l. per fundum, ff. de ſeruit. ruſtic.
præd. & l. fin. ff. com. præd. & Gomeſ. lib.
2. var. reſol. de loc. ſub num. 14. cum alijs
apud Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 28.
ſub num. 9. qui num. 10. poſt alios id am-
pliat etiam in hypotheca, ita vt ſocius vl-
tra partem ſuam non poſsit rem commu-
nem nec alteri hypothecare, vt in l. ſi vni,
C. ſi comm. res pign. dat. fuer. Poteſt igi-
tur prohiberi vnus ex ſocijs prædium co-
lere ab altero ſocio.

Pro determinatione huius difficultatis
eſt adnor. quòd aut prædium eſt deſtina-
tum ad vſum culturæ, atque adeo coli ſo-
litum: aut non eſt deſtinatum ad vſum
culturæ, nec coli conſueuit; ſed deſeruit
ad paſcua, aut ad ſiluam ceduam, & cæte-
ra huiuſmodi. Secundò eſt diſtinguen-

dum,

dum, quòd aut magis confert ſocietati
prædicto prædio vti ad culturá. quã ad pa
ſcua, vel ad ſyluam ceduã; vel è cõtra ma-
gis confert ſocietati dicto prædio vti ad
paſcua, aut ſyluam ceduam; quàm ad cul-
turam. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima concluſio,

SI prædium, de quo agitur, ſit deſtinatũ
ad vſum culturæ, & coli fuerit ſolitũ,
3 ſi vnus ex ſocijs velit illud colere, ac ſere-
re non poteſt ab altero ſocio prohiberi.
Hæc concluſio patet. Etenim ſocius, qui
vult prædium colere, vult eo vti ad vſum
deſtinatum: ergo ab altero ſocio impediri
non debet; nam quando ſocius vtitur re
4 communi ad vſum deſtinatum non alte-
rando eius formam, non poteſt ab alio ſo-
cio prohiberi, vt in l. ſi ædes, & l. Sabinus,
& ibi Gloſ. & Doctor. ff. comm. diuid. l. cũ
duobus, §. item mela, ff. pro ſoc. Hinc ait
Bald. conſ. 37. num. 4. lib. 5. & Soc. conſ. 58.
ſub num. 2. lib. 4. quòd ſylua cædua com-
munis poteſt ab vno ex ſocijs cædi, etiam
5 altero ſocio reluctante; & id non alia ra-
tione, niſi quia ſylua deſtinata eſt ad vſum
cædendi. Quod tamen verum eſt, dummo-
do arbores grandes, & fructiferas non cæ-
dat; quoniam hæ ad cædendum non ſunt
deſtinatæ. vt habetur ex Tiraq de retr. cõ-
uent. §. 3. Gloſ. vnica, num. 24. circa fin. &
Felic. de ſociet. cap. 38. num. 17. cum plur.
ſeq.

*A*mpliatur hæc concluſio, vt adeò vera
ſit, vt ſi alter ſocius ita ſit ceruicoſus, vt no
lit, vt ſua prædij pars ſeminetur, ac cola-
tur; & ſocius prudentior faciat totum fũ-
dum coli, ac ſeminari, non teneatur de fru
ctibus illi ſocio ceruicoſo in aliquo reſpõ-
6 dere, etiam pro parte dominica, vt habe-
tur per Saly. in l. iubemus, la 2. vbi Gloſ. in
ver. Diuidere, C. de ſacroſ. Eccleſ. Alex. in
l. 1. & ibi Iaſ. num. 26. C. qui teſtam. fac. poſ.
Idem Iaſ. in l. quominus, num. 162. ff. de
flum. & in l. ſerui electione, §. 1. num. 19. ff.
de legat. 1. Marſ. ſingul. 369. Natt. conſ. 31.
num. 10. lib. 1. Surd. conſ. 43. num. 18. lib.
1. & Felic. d. cap. 28. num. 19. & 20. vbi re-
ſpondet ad tex. in l. qui ſcit fundum, ff. de
vſur. ex Natt. loco citato.

Secundò ampliatur eadem concluſio, vt
7 locum ſibi vendicet non ſolùm in prædio
communi vt ſupra, ſed etiam in muro cõ-
muni: nam ſi ſit deſtinatus ad ſuper ædi-
ficandum, vnus ex ſocijs poteſt ſuper eum
ædificare etiam altero ſocio inuito, dum-
modo, quod ſuper ædificatur ſit commu-
ne, vt in l. ſi ædes, ff. comm. diuid. l. cum
duobus, §. item Mela, ff. pro ſoc. Bart. Ang.
& alij in l. quidam Iberus, ff. de ſeruit. vrb.
præd. & alij quamplurimi, quos refert, &
ſequitur Felic. loco citato, ſub num. 21. cũ
plur. ſeq. vbi id verum eſſe ait, etiam ſi per
talem ſuper ædificationem obſcurentur
ſocij lumina, quia non licuit ſocio facere
in communi muro feneſtras, itaut impe-
diretur ſocius eo vti ad vſum deſtinatum,
vt habetur ex Pariſ. conſ 63. lib. 1. & alij
ab eodem Felic. relatis, qui rem hanc latè
pertractat

Secunda concluſio.

SI prædium prædictum non ſit deſtina-
tum ad vſum culturæ, & vnus ex ſo-
8 cijs velit eum ſerere, ac colere, tunc poteſt
prohiberi ab altero ſocio. vt illud non ſe-
rat, nec colat. Probatur, quoniam ſocius
volens prædium colere, vult eo vti ad vſũ
non deſtinatum, atque adeò alter ſocius
habet iuſtam cauſã prohibendi, & ita in-
telligitur tex. in d. l. Sabinus, ff. comm. di-
uid. cum alijs, quæ ſupra pro priori ſenté-
tia retulimus, quibus adde, quæ ſupra ad-
notauimus, q. 3. concl. 2.

Tertia concluſio

SI prædium non ſit deſtinatum ad vſum
9 culturæ, & illud coli magis confert
ſocietati, quam non coli, tunc ſocius, qui
vult eum colere, non poteſt ab alio ſocio
impediri: quoniam ſocius non poteſt ab
altero ſocio prohiberi ea agere, quæ ſocie
tati vtilia ſunt, vt patet ex iis, quæ ſupra
adnotauimus, q. 3. concl. 3.

An bona acquiſita in ſocietate ad lucrum, vel ad quæſtum vendi poſſint ab vno ex ſocijs, altero inuito. Q. VII.

SVMMARIVM.

1 *Bona acquiſita in ſocietate ad lucrum, vel
ad quæſtum, ſi deſtinata ſint ad vendendũ,
poſſunt ab vno ex ſocijs vendi, altero*

etiam

Digitized by Google

etiam ignorante.

2 *Socius cenſetur habere mandatum ab altero: & cenſentur ad inuicem præpoſiti, ſi habitent in diuerſis locis.*

3 *Bona acquiſita in ſocietate ad lucrum, vel ad quæſtum, ſi ad vendendum non ſint deſtinata, non poſſunt ab vno ex ſociis vendi altero ignorante, & non conſenſiente.*

4 *Socius in re communi non cenſetur habere mandatum faciendi quicquam vltra vsũ deſtinatum.*

5 *Bona acquiſita in ſocietate ad lucrum, vel ad quæſtum, ſi ea vendi vtile ſit ſocietati, poſſunt ab vno ex ſociis vendi, altero ſocio contradicente; etiam ſi ad vendendum non ſint deſtinata.*

PRo determinatione huius quæſtionis eſt diſtinguendum, quod aut bona acquiſita in ſocietate ad luctum, vel ad quæſtum ſunt deſtinata ad vendendum: aut ad vendendum non ſunt deſtinata: & horum venditio an ſocietati expediat, vel non expediat. His adnotatis, ſit

Prima concluſio.

BOna acquiſita in ſocietate ad lucrũ,
1 vel ad quæſtum, ſi deſtinata ſunt ad
vendendum, poſſunt ab vno ex ſocijs vendi, altero etiam ignorante. Hæc concluſio eſt Decian. conſ. 30. num. 4. lib. 1. Rotæ Gen. deciſ. 14. num. 67. & aliorum. Proba-
2 tur, quia cum bona huiuſmodi ſint deſtinata ad vendendum, vnus ſocius dicitur habere mandatum ab altero pro eis vendendis, vt habetur ex Riminal. iun. conſil. 331. num. 11. lib. 3. Decian. & Rota Genu. locis citatis. Et ſi ſocij habitent in diuerſis locis, cenſentur ad inuicem præpoſiti, vt per Bart. in l. eandem in prin. q. 7. & ibi etiam Ronchegal. ff. de duob. reis, & in auth. hoc ius porrectum, C. eod. & in l. ſeruus communis, ff. de ſtipul. ſeruor. ſiquidẽ inſpecto fine ſocietatis, res venalis alienari poteſt à quolibet ſocio in quolibet loco, in eadem ciuitate, & in diuerſis ciuitatibus; atque ideò non quia cenſentur habere mandatum ad inuicem; ſed quoniam id fieri licet, inſpecto ſocietatis fine, cum res empta ſit, vt vendatur, & lucrum ex venditione percipiatur; nec mandato ſit opus, cùm iure proprio eam ſocius vendere poſsit, vt habetur ex Rot. Genu. vbi ſupra. Vndè dum Doctores dicunt, hoc caſu ſocij habere mandatum ad inuicem, & inuicem eſſe præpoſitos, loquuntur impropriè.

Secunda concluſio

BOna acquiſita in ſocietate ad lucrũ, vel ad quæſtum, ſi ad vendendum nõ
3 ſunt deſtinata, non poſſunt ab vno ex ſociis vendi, altero ignorante, & non conſentiente, & multò minus contradicente. Hæc concluſio patet, ex dictis in præcedenti q. Etenim in re communi ſocius nõ cenſetur habere mandatum faciendi quic
4 quam vltra vſum deſtinatum, vt per Bart. & Bald. in l. nemo ex ſocijs, ff. pro ſoc. & alios apud Felic. de ſociet. cap. 28. num. 6. 16. & 42. vndè in pari cauſa potentior eſt cauſa prohibentis, l. Sabinus, ff. comm. diuid.

Tertia Concluſio.

BOna acquiſita in ſocietate ad lucrũ, vel quæſtum, ſi ea vendi vtile ſit ſocie
5 tati, poſſunt ab vno ex ſocijs vendi, altero ſocio contradicente, etiam ſi ad vendendum non ſint deſtinata. Hęc concluſio patet quoque ex ijs, quæ ſupra adnotauimus, q. 3. concl. 3. & q. 6. concl. 3. dũ oſtendimus, quòd ſocius non poteſt ab altero ſocio prohiberi ea agere, quæ ſocietati vtilia ſunt.

Finis Libri Primi.

Digitized by Google

LEONARDI DVARDI

Ordinis Clericorum Regularium Presbyteri.

TRACTATVS DE SOCIETATIBVS

Liber Secundus.

In quo tractatur de ſocietatis diuiſione, & explicantur ſex ipſius ſocietatis ſpecies, nempè, Omnium bonorum ſimpliciter. Omnium bonorum ad quæſtum. Omnium bonorum inter coniuges, Negociationis, Animalium, & Officiorum Rom. Cur. ſub quibus reliquarum omnium explicatio continetur.

De Diuiſione ſocietatis. Caput Primum.

SVMMARIVM.

1 Communio *latius patet, quàm ſocietas; quamuis ſocietas ſit eſſentialiter communio.*

2 *Communio reſpectu ſocietatis ſe habet tāquam genus reſpectu ſpeciei.*

3 Communio *dari poteſt, quæ non ſit ſocietas*

4 *Societas diuiditur à Doctoribus diuerſimodè, ac variè ſecundum varietatem, ac diuerſitatem rerum communicatarum.*

5 *Societas ex æquo diuiditur in vniuerſalem, & particularem.*

6 *Societas vniuerſalis ſubdiuiditur in vniuerſalem omnium bonorum ſimpliciter: in vniuerſalem omnium bonorū ad quæſtum: & in vniuerſalem omnium bonorū inter coniuges, conſtante matrimonio.*

7 *Societatis particularis quamplurimæ dātur ſpecies.*

1 QVamuis ſocietas eſſentialiter ſit Communio, vt ſupra lib. 1. cap. 1. q. 2. explicauimus, de eiuſdē definitione tractantes; nihilominus communio latius patet, quàm ſocietas; atque adeò communio reſpectu ſo-
2 cietatis ſe habet tanquam genus reſpectu ſpeciei. Vndè ſicut non valet argumentū de genere ad ſpeciem affirmatiuè, vt eſt animal; ergo homo; quia poteſt eſſe animal, ſed eſſe Leo, equus, Lupus, & aliæ animalium ſpecies, & non eſſe homo; ita etiā non valet argumentum à communione ad ſocietatem affirmatiuè; quia poteſt dari communio, quæ non ſit ſocietas, & ſic
3 communio citra ſocietatem aliquam, vt in re duobus legata, in re à duobus ſimul empta, in hæreditate communiter duobus vel pluribus obuenta & in alijs caſibus, de quibus in l. vt ſit, ff. pro ſoc. licèt enim hæ res ſint communes; non tamen communes ſunt affectione ſociali, cùm nec tacitè, nec expreſsè inter legatarios, hæredes, & emptores prædictos ſit contracta ſocietas, atque ideò inter eos pro dictis rebus non datur actio

pro

Digitized by Google

pro ſocio; ſed iudicium communi diui-
dundo,vt per Rom.conſ.168.num.2.verſ.
quoad ſe, Tuſch.ver. ſocietas, concl. 280.
num.12. & 13. Et ſicut valet argumentũ
de ſpecie ad genus affirmatiuè, vt eſt ho-
mo;ergo animal:ita etiam valet argumẽ-
tum à ſocietate ad communionem; quia
non datur ſocietas citra communionem
aliquam,vt per Bald.& alios Doctor.in l.
ſi paſcenda,C.de pact.Riminal.iun. conſ.
218. numer. 95. lib. 2. Felic. de ſociet.
cap.9.num.42. & alios: ad quod allegant
tex.in l.ſi tibi areæ,in fin.ff. præſer. verb.
& in l.1.in fin.ff.pro ſoc.quæ.quamuis lo-
quatur de ſocietate omnium bonorum;
tamen idem dicendum eſt de qualibet
alia ſocietate particulari,cùm eadem mi-
litet ratio in vtroque caſu, vt rectè decla-
rat Molin.de contr. diſp. 411. num. 6. &
patet ex tex. in d. l. ſi tibi areæ, vbi ex
communione areæ probatur eiuſdem
ſocietas.

Vndè pro varietate, ac diuerſitate rerũ
4 communicatarum, Doctores diuerſimo-
dè ac variè ſocietatem ex parte materiæ
diuidunt,eiuſdemque varias, ac diuerſas
tradunt ſpecies. Hinc Bart. & Bald. in l.
ſi patruus,C. comm. vtriuſq. iudic. quos
refert,& ſequitur Syl. in ſum. in ver. Pe-
culium,2.q.3.ſocietatem diuidunt in ſo-
cietatem omnium bonorum ſimpliciter:
in ſocietatem omnium bonorum ad quę-
ſtum,ſeù in generalem omnis quæſtus: &
in ſocietatem certæ rei,ſeù particularem,
nempè certæ negotiationis, certæ artis,
certæ vectigalis,zouaticæ,ac ſoccidæ alio-
rũ animaliũ,vt rectè declarat Tuſch.ver.ſo
cietas,concl.280.Azor.p.3.Inſt.mor.lib.9.
de ſociet.c.7.& 17.Filliuc.tom.2. qq.mo-
ral. tract. 38. cap. 5. Ad hanc eandem ſo-
cietatem certæ rei reducitur ſocietas of-
ficiorum Romanæ Curiæ,de qua latè Ca-
ſtrac. & Zach. de ſociet. offic. Azor. loco
citato cap.8.cum plur. ſeq. & Filliuc. vbi
ſupra, cap. 6. Diuiditur quoque ſocietas
non ſolùm ex parte materiæ;ſed etiam ex
parte principiis,nempè in iuſſam ſcilicet
à teſtatore, & in conuentam per ipſos
contrahentes,vt per Tuſch. d. concl.280.
num. 53. Diuiditur præterea ſocietas ex
parte finis ſecundum varios ſociorum
contrahentium fines;atque ideò quædam
eſt ad vſum tantum,vt cum communicã-
tur libri,equi, ſuppellectilia ad commu-
nem vſum,vel communicatur pecunia
ad communem victum: quedam ad lu-
crum tantùm,qualis eſt ſocietas negotia-
tionis: & quædam ad vtrunque, vt in ſo-
cietate omnium bonorum ſimpliciter, &
in ſocietate inter virum,& vxorem,vt ha-
betur ex Leſſ.lib.2. de iuſt.& iur.cap. 25.
dub.1. num. 4. Diuiditur etiam ſocietas
quoad modum,in puram, & conditiona-
lem,Molin.de contract. diſp.412. num.8.
& in tacitã,& expreſſam, Tuſch. d. concl.
280. Diuiditur pariter ſocietas ex parte
temporis,nempè ad vitam,ad certum tẽ-
pus,& ad finem certi negotii, vt rectè de-
clarat Leſſ.loco citato,num.5.Et denique
diuiditur ſocietas ex parte loci; quando
modificatur ad certa loca: vel contrahi-
tur ſimpliciter ſine determinatione loci.
Vt latè Tuſch.d.concl. 280. num.40.

Nos autẽ omiſsis tot ſocietatis ſectio-
5 nibus, ſocietatem in genere in duas par-
tes ex æquo diſſecandam eſſe diximus; in
vniuerſalem ſcilicet,& particularẽ.Prior
ſubdiuiditur in vniuerſalem omnium bo-
6 norum ſimpliciter:in vniuerſalem om-
nium bonorum ad quæſtum:& in vniuer-
ſalem omnium bonorum inter Coniuges,
conſtante matrimonio. Poſterioris verò
7 ſocietatis licèt quamplurimę ſint ſpecies,
vt ſupra retulimus; nos tamen hoc loco
de tribus dumtaxat diſcutiendum cenſui-
mus, nempè de ſocietate negotiationis:
de ſocietate animalium: & de ſocietate
officiorum Romanæ Curiæ. Etenim his
explicatis, reliquæ omnes ſocietatis ſpe-
cies cùm ad eas reducantur, citra diffi-
cultatem aliquam percipiuntur.

De ſocietate vniuerſali omniũ bonorum ſimpliciter,& primò de eiuſdem definitione. Q. I.

SVMMARIVM.

1 *Societatis vniuerſalis omnium bonorum ſimpliciter definitio traditur.*

2 *Societas perſonarum pluralitatem exigit.*

3 *Communio, ſeù collatio eſt de eſſentia ſocietatis.*

4 *Societas omnium bonorũ ſimpliciter qualiter differat à ſocietate omnium bonorũ ad quæſtum,& à ſocietatem omnium bonorum inter coniuges iure municipali.*

5 *In ſocietate omnium bonorũ ſimpliciter, omnia ſociorum bona veniunt conferenda tam præſentia, quàm futura quocunque titulo acquirantur, oneroſo ſcilicet, aut lucratiuo.*

6 *Lucrum,& quæſtus qualiter inter ſe differant,explicatur.*

7 *L.ſed,& ſi adijciatur,ff.pro ſoc.intellectus.*

In

IN hac re nõ eſt admodũ elaborãdum :
1 ſiquidem qualiter ſocietas huiuſmodi
veniat definiẽda facilè colligi poteſt ex de
finitione ſocietatis in cõmuni , quã ſupra
attulimus lib. 1. q. 2. Vndè breuiter dica-
mus, quòd ſocietas vniuerſalis omniũ bo-
norũ ſimpliciter, (eſt conuentio duorum ,
pluriumue ad omnia eorũ bona ſimplici-
ter cõferẽda ad cõmunẽ vsũ, & cõmunelu
crũ cõtracta: Dixi *cõuentio*. ideſt pactũ, loco
generis, vt ſupra declarauimus d. lib. 1. q.
2. Dixi. *Duorũ, vel pluriũ*: quia ſocietas nõ
2 poteſt in vno tãtùm cõſiſtere, ſed perſona-
rũ pluritatẽ exigit, cùm ſui ipſius non de-
tur ſocius, vt in d. q. 2. diximus. Dixi , *ad*
3 *cõferendũ*. quoniã collatio , ſeù cõmunio
eſt de eſſẽtia ſocietatis, cùm nõ detur ſo-
cietas citra cõmunionẽ aliquã, vt in d. q.
2. explicauimus. Dixi, *omnia bona*, ad diffe-
rentiã ſocietatis certę rei, vnius, aut plurũ
4 rerũ. Dixi *ſimpliciter*, ad differentiã ſocie-
tatis omniũ bonorũ ad quæſtũ, in qua nõ
diuiduntur bona; ſed tantũ quæſtus: & dũ
differentiã ſocietatis omniũ bonorũ inter
coniuges iure municipali, quæ eſt omniũ
bonorũ, quæ acquirũtur, conſtante matri-
monio. Dixi *ad vsũ , & lucrũ*. quia in hac
5 ſocietate omnia ſociorũ bona veniũt con-
ferẽda, tã præſentia, quàm futura, quocũ-
que titulo acquirantur , oneroſo ſcilicet ,
aut lucratiuo. In hoc autẽ differt lucrũ à
6 quæſtu, quòd lucrũ eſt nomẽ generale, &
ſecundũ eius generale ſignificatũ cõuenit
ſoli ſocietati omniũ bonorum, atque adeò
cõprehendit omnia quomodocũque quę-
ſita, ſiue titulo lucratiuo, ſiue oneroſo ; &
ita nõ tantũ cõmunicantur quæſita ex ne-
gotiatione, emptione, vẽditione, locatione
opera, induſtria, & artificio; verùm etiam
cõprehenduntur, quæ proueniũt ex teſta-
mẽto, hæreditate, legato, donatione cauſa
mortis, donatione inter viuos, & ex alio ti-
tulo lucratiuo , vt in l. 1. l. 3. l. ſi fratres, §.
idẽ Papinianus, & §. ſociũ, & l. ſi ſocietatẽ
vniuerſorũ, & ibi gloſ. & Doctor. cõmuni-
ter, ff. pro ſoc. Quęſtus verò differt à lucro
in hoc, quòd quæſtus eſt lucri ſpecies : ſi-
quidem quæſtus propriè eſt lucrũ, quòd
prouenit ex opera, artificio, cura, & indu-
ſtria cuiuſque, ex emptione, vẽditione, lo-
catione, & ex alijs huiuſmodi; atque adeò
quæſtus appellatione , & in ſocietate ad
quæſtũ nõ veniũt obueniẽtia titulo lucra-
tiuo , nempè ex teſtamento &c. l. nec
adiecit, cum duobus ſeq. ff. pro ſoc.

Nec obſtat tex. in l. ſed, & ſi adijciatur,
7 ff. eo. tit. citato vbi habetur, quòd ſi duo ſo
cietatẽ contraxeriũt ad lucrũ , & ad quæ-
ſtũ, cẽſetur cõtracta ſocietas non ad aliud
lucrũ, quàm quod ex quęſtu venit ; atque
ideò nõ videtur lucrũ ſoli ſocietati omniũ
bonorum cõuenire ; quoniã reſpõdetur,
quòd ideò dictio illa, lucrũ, in d. l. non im-
portat ſocietatẽ omniũ bonorũ ſimplici-
ter, quia nõ fuit abſolutè probata; ſed fuit
prolata cũ dictione, quæſtus: & propterea
quamuis lucrũ ſit nomẽ generale; nihilo-
minus quoniã quæſtus eſt ſpecies lucri, lu-
crũ cõtrahitur à quæſtu, ſicut genus con-
trahitur per ſuas ſpecies . Ita Felic. poſt
alios in ſuo tract. de ſociet. à n. 9. ad 15. vbi
eodẽ modo reſpõdet ad tex. in l. duo ſocie
tatẽ, §. fin. pro ſoc. & aliã ſolutionẽ affert.

De diuiſione ſocietatis omniũ bonorum ſimpliciter. Q. II.

SVMMARIVM.

1 *Societatẽ omniũ bonorũ ſimpliciter, nõ di-
uidi; ſed eius vnicã dari ſpeciẽ, qui velint*
2 *Societatẽ omniũ bonorũ ſimpliciter nõ nul
li volunt diuidi in tacitam , & expreſ-
ſam, ſed diuiſi ſunt.*
3 *Societas omnium bonorũ ſimpliciter rectè
diuiditur in tacitam, & expreſſam .*
4 *Conſenſus non ſolùm verbis expreſsè de-
claratur; ſed etiam factis, & ſic tacitè .*
5 *Societas in communi rectè diuiditur in ta-
citam, & expreſſam .*
6 *Generi, quòd conuenit, conuenit etiam ſpe-
ciebus eius .*
7 *L. 3. §. cùm ſpecialiter, ff. pro ſoc. intellectus*
8 *Societas omniũ bonorum ſimpliciter tacita,
quatenus contra diſtinguitur ab expreſſa,
qualiter differat à ſocietate contracta ſim
pliciter, ac indiſtinctè , nulla facta men-
tione bonorum .*
9 *Societatẽ vniuerſalẽ omniũ bonorum ſim-
pliciter, implicat dari tacitã, & cõprehen-
dere ea tantũ bona, quæ veniũt ex quæſtu.*
10 *Qui omne dicit, nihil excludit .*
11 *Dictio,* omnis, *eſt adeò vniuerſalis , vt ni-
hil excludat.*
12 *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus ,*
13 *Societas omniũ bonorũ tacita cõtinet om-
nia, & quæcunque bona vndecũque quæ-
ſita tam titulo oneroſo , quàm lucratiuo .*
14 *Societas omnium bonorum tacita à princi-
pio non recipit extenſionẽ ad omnia vndè
in dubio præſumitur cõtracta ſocietas om
nium bonorum ex quæſtu prouenientium.*

IN hac re pugnantes extant opiniones.
1 Nam prima ſententia eſt Alex. conſil.
48. num. 4. lib. 2. cõl. 76. 77. lib. & ibi Apo-
ſtil. Caſtr. conſ. 349. ſeù 350. col. fin. lib. 1.
Menoch. conſ. 12. lib. 1. & conſ. 222. num.
1. lib. 3. Barb. conſil. 22. col. pen. lib. 1. &
conſil. 10. col. 5. Tuſch. ver. Societas , col.
282. num. 19. Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9.

Digitized by Google

de ſociet.cap.17.q.2.in fin.& aliorum, negantium dari diuiſionem ſocietatis vniuerſalis omnium bonorum ſimpliciter; Sed eam dicunt vnicam eſſe, & hanc ſpecialem,& expreſſam. Probant eorum ſententiam ex l. 3. §. cum ſpecialiter, & ibi Gloſ.ff.pro ſoc. vbi habetur, quòd in ſocietate omnium bonorum tunc communicantur acquiſita titulo lucratiuo cùm ſpecialiter, id eſt expreſsè fit omnium bonorum:ergo ſi expreſsè non fiat non communicantur dicta bona, atque ideò non eſſet bonorum ſimpliciter: ſiquidem pugnat dari ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter,& aliqua bona non communicari,vt per Bald.conſ.482.lib.5.Alex.conſ. 3.num.6.lib.2.& Maſcard.de probat.cõcl. 1309.num.28.

Secunda ſententia eſt eorum, qui diui-
2 dunt ſocietatem vniuerſalem omnium bonorum ſimpliciter in expreſſam,& tacitam;Verùm diuiſi ſunt. Nam quidam volunt, ſocietatem omnium bonorum expreſſam in eo differre à tacita, quòd in expreſſa communicantur omnia bona vndequaque quæſita, tam titulo oneroſo, quàm lucratiuo,atque adeò in ea communicantur non ſolùm bona præſentia, ſed etiam, prouenientia tam ex actibus quæſtuarijs,nempè ex negotiatione, emptione, venditione,locatione,opera, induſtria, arte,&c. quàm obuenientia ex lucro, ſeù titulo lucratiuo,ex hæreditate ſcilicet, legato,donatione cauſa mortis,ex donatione inter viuos,ex alijs huiuſmodi:At in tacita volunt communicari bona præſentia, & ea tantum bona futura,quæ proueniunt ex actibus quæſtuarijs, atque ideò ex emptione,venditione,negotiatione, artificio, &c. non autem quæ obueniunt ex titulo lucratiuo,videlicet ex teſtamento, legato, donatione, &c. Ita Bald. in auth. ex teſtamento,col.pen.verſ.Secundò quæro,C. de collat.& in l.cùm oportet,C. de bon. quæ liber.Bero.conſ.190.num.13. lib. 1. & alij apud Tuſch. in ver. Societas, concl. 282. num.2.& Azor.p.3.Inſt.moral.lib. 9. de ſocietate,cap.17. q.5. Pro expreſſa omniũ bonorum ſocietate eſt tex.in l.3. §. cùm ſpecialiter,ff. pro ſoc.ita ſe habente, *Cùm ſpecialiter omnium bonorum ſocietas coita eſt,tunc,& hæreditas, & legatum, & quod donatum eſt, aut quacunque ratione acquiſitum communioni acquiretur.* Ad probandam verò tacitam ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter, allegant tex. in l. coiri,ff. tit.cit.vbi ita legitur, *Coiri ſocietatem,& ſimpliciter licet, & ſi non fuerit diſtinctum,videtur coita eſſe vniuerſorum,quæ ex quæſtu veniunt;hoc eſt,ſi quod lucrum ex emptione,venditione, locatione, conditione, deſcendit.* Alij denique putant in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter ſiuè expreſſa ſit, ſiuè tacita communicari omnia bona vndecunque quæſita fuerit.Ita Iaſ.cõſ. 5.ad fin.lib. 1.Angel.Aret. conſ. 45. num. 10.verſ.Nam ſocietas,& Tuſch.loco citato,num. 6. & 7. Quæ quidem ſententia quoniam nobis probabilior videtur,idcirco pro eius explicatione ſit

Prima concluſio.

Rectè diuiditur ſocietas omnium bo-
3 norum ſimpliciter in expreſſam, & tacitam,atque adeò datur ſocietas vniuerſalis omnium bonorum ſimpliciter non modò expreſſa, verùm etiam, & tacita. Hæc ſententia eſt communis, quam tenet Bald. in l. ſi Patruus,C.commun.vtriud.Bart.in l.Titium,& Meuium,ff. de admin.tutor.Vbald.de Duob.fratr.p.2.num. 1.& p.5.ſub num.36.Tuſch. in ver. Societas, concl. 280.num. 1. cum plur.ſeq. & concl. 282. & alij ex æquo diuidentes ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter in expreſſam, & tacitam. Probatur dicta concluſio ex eo,quòd ſocietas eſt vnus ex
4 contractibus,qui conſenſu perficiuntur, vt in l.conſenſu, ff. de action. & obligat. At conſenſus non ſolùm verbis expreſsè declaratur;Sed etiam factis, & ſic tacitè, vt in l.Paulus,ff.rem rat.haber.ergo datur ſocietas vniuerſalis omnium bonorum ſimpliciter non tantùm expreſſa, ſed etiam tacita; atque adeò rectè diuiditur ſocietas in expreſſam,& tacitam.Confirma-
5 tur, quia ſocietas in communi rectè diuiditur in tacitam,& expreſſam;ergo eodem modo diſſecanda eſt ſocietas vniuerſalis bonorum omnium ſimpliciter.conſequẽ-
6 tia patet,quia quod conuenit generi,conuenit etiam ſpeciebus eius; atque ideò ſicut animali in genere competit eſſe ſenſitiuum,ita etiam rectè dicimus hominẽ eſſe ſenſitiuum,equum eſſe ſenſitiuum, & ſic de aliis animalibus. Probatur modò antecedens, quia ſocietati in genere rectè conuenit diuiſio prædicta, atque ideò rectè diuiditur in tacitam, & expreſſam, vt in l.ſocietatem coiri ff. pro ſoc. dum ait, ſocietatem coiri re, & verbis:re,id eſt tacitè:& verbis, hoc eſt expreſsè, vt optimè declarat Petr.de Vbal.de duob.fratr.loco citato, & alii apud Felic. de ſociet. cap. 10. & in ſpecie de ſocietate officiorum Romanæ Cur. Caſtrac. de ſoc. offic.

offic. cap. 51. num. 1. cum plur. ſeq. & de alijs particularibus ſocietatibus, qualiter contrahantur, latè tractat idem Felic. loco citato, cap. 11. per totum. Denique hæc eadem concluſio probatur ex tex. in l. nã cum tractatu, ff. pro ſoc. cuius tenor eſt qui ſequitur, *Nam cum tractatu habito coita eſt, pro ſocio actio eſt, cùm ſine tractatu in re ipſa, & negotium communiter geſtum videtur.* Nota verba illa *tractatu habito, & in re ipſa; quoniam per tractatum habitum, intelligitur ſocietas contracta expreſſe*: & per dicta verba, in re ipſa, denotatur ſocietas tacita. Meritò igitur diuiditur ſocietas omnium bonorum ſimpliciter in tacitam, & expreſſam. Nec obſtat tex. in

7 d. l. 3. §. cùm ſpecialiter, ff. pro ſoc. ſupra relatus pro prima ſententia; quoniam licèt tex. ille, & Gloſ. ibi, dicant, oportere ſocietatem fuiſſe expreſsè contractam omniũ bonorum ad hoc, vt veniant omnia quocunque modo quæſita; non tamen ob id ſequitur, non poſſe tacitè ſocietatem quoque contrahi re ipſa; ſed id dici ad differentiam ſimplicis ſocietatis ex quæſtu, quæ non re ipſa, ſed tacitis verbis contrahitur, vt in l. coiri, ff. eod. ita ſe habente, *coiri ſocietatem, & ſimpliciter licet: & ſi non fuerit diſtinctum, videtur coita eſſe vniuerſorum quæ ex quæſtu veniunt.*

Vndè ſocietas omnium bonorum tacita, de qua nos loquimur, quatenus con-

8 tradiſtinguitur ab expreſsa, differt à ſocietate contracta ſimpliciter, ac indiſtinctè: quoniam ſocietas omnium bonorum tacita contrahitur re ipſa ex actibus inferentibus ſocietatem vniuerſalem omnium bonorum ſimpliciter, vt infra q. ſeq. latius, Deo duce, dicemus. At ſocietas contracta ſimpliciter, ac indiſtinctè nulla facta mentione bonorum, nec omnium, nec aliquorum determinatè, licet tacita quoque dicatur; non tamen contrahitur re ipſa, ſeu ex actibus interentibus ſocietatem, ſed contrahitur verbis tacitè ſignificantibus ſocietatem vniuerſorum, quæ veniunt ex quæſtu, nempè ſi quod lucrum ex emptione, venditione, locatione, conductione, &c deſcendit: quæ quidem ſocietas non contradiſtinguitur ab expreſsa omnium bonorum ſimpliciter; ſed à ſocietate expreſsè vniuerſorum, quæ veniunt ex quæſtu, vt non obſcurè colligitur ex ijs, quæ habentur ex Felic. tract. de ſociet. cap. 10. ſub num. 16.

Secunda Concluſio.

9 Implicat dari ſocietatem vniuerſalem omnium bonorum ſimpliciter tacitam, & comprehendere ea tantum bona, quæ veniunt ex quæſtu. Hæc concluſio eſt contra Bald. in l. cùm oportet, C. de bon. quæ liber. Bero. conſ. 190. num. 13. & ſeq. lib. 1. Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 17 q. 5. & alios apud Tuſch. Ver. ſocietas, concl. 182. num. Probatur, quia ſi huiuſmodi ſocietas comprehendit ea tantùm bona, quæ proueniunt ex actibus quæſtuarijs, & ſic ex titulo oneroſo, non poteſt dici omnium bonorum: ſiquidem non comprehendit omnia bona; ſed excluderet bona ex titulo lucratiuo prouenientia.

10 nientia. At qui omne dicit, nihil excludit; cùm dictio, omnis, ſit vniuerſalis, quæ nihil excipit. l. textoribus, & l. Iulianus, ff. de legat. 3. c. ſi Romanorum, & ibi Gloſ. in ver. Dicendo, 19. diſt. Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 13. & Paul. Apoſt. cap. 2. ad Hebr. declarans verba pſal. 8. *omnia ſubieciſti ſub pedibus eius &c.* Sic ait *In eo enim, quòd*

11 *omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectũ ei.* Si igitur dictio, Omnis, eſt adeò vniuerſalis, vt nihil excludat, implicat dari ſocietatem tacitam omnium bonorum ſimpliciter, quæ non comprehendat omnia bona, ſed ea dumtaxat, quæ veniunt ex quæſtu. Confirmatur, quoniam implicat dari ſocietatem omnium bonorum expreſſam, quæ non contineat omnia bona, vt per Bald. conſ. 481. lib. 5. Butr. conſ. 7. & alios apud Felic. de ſociet. cap. 9. ſub num. 25. ergo pugnat dari ſocietatem tacitam vniuerſales omnium bonorum ſimpliciter, & non contineat omnia bona.

12 Etenim taciti, & expreſsi eadem eſt virtus. l. cùm quid ff. ſi cert. petar. Hanc concluſionem tenet Felic. loco citato, verſ. Primo caſu. pro qua allegat Butr. conſ. 7. Maſcard. de probat. concl. 1. 309. & ſeq. & alios.

Tertia concluſio

13 Societas omnium bonorum tacita continet omnia, & quæcunque bona, vndecunque quæſita tàm titulo oneroſo, quàm lucratiuo; atque ideo bona præſentia, & futura, ſiuè proueniant ex emptione, venditione, artificio, &c. ſiuè ex titulo

lucratiuo, nempè ex hæreditate, legato, donatione, &c. Hæc concluſio eſt Iai. conſ. 5. ad fin. lib. 1. Angel. Aret. conſ. 45. num. 10. verſ. Nam ſocietas, quos refert Tuſch. in ver. Societas, concl. 282. & Felic. de ſociet. cap. 26. num. 27. qui teſtatur, hanc opionem eſſe magis communem. Probatur; quoniam datur ſocietas omnium bonorum expreſſa, in qua fit communio omnium bonorum præſentium, ac futurorum, prouenientium non ſolum ex titulo oneroſo, verùm etiam ex lucratiuo: ergo eodem modo dari poteſt tacita, quæ omnia ſupra relata bona contineat: ſiquidem taciti, & expreſsi eadem eſt virtus. l. cùm quid, & ibi Doctor. ff. ſi cert. petat. Eſt tamen verum, quòd tacita omnium bonorum ſocietas à principio non recipit extenſionem ad omnia; cùm talis ſocietas coiri nequeat, niſi expreſsè vt per Caſtr. conſ. 350. ſub num. 2. lib. 1. quem refert, & ſequitur Tuſch. in ver. ſocietas, concl. 280. num. 9. Vndè in dubio præſumitur contracta ſocietas omnium bonorum prouenientium ex quæſtu. Qualiter autē contrahatur tacita ſocietas omnium bonorum ſimpliciter, ſequenti q. Deo duce, explicabimus.

Qualiter contrahatur ſocietas omnium bonorum ſimpliciter tàm tacita, quàm expreſſa. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Societas expreſſa omnium bonorum ſimpliciter verbis contrahitur expreſsis.*
2 *Prædicatum, qnod conuenit generi, conuenit etiam ſingulis eius ſpeciebus.*
3 *Societas omnium bonorum ſimpliciter, & expreſſa poteſt contrahi etiam ſi nō exprimantur omnia verba à Practica Papienſi relata.*
4 *Societas omnium bonorum ſimpliciter, & expreſſa ſufficienter exprimitur, ſi ſocii dicant contrahere ſocietatem ad lucrnm.*
5 *L. duo ſocietatē, §. fin. ff. pro ſoc. intellectus.*
6 *Speciei natura ea eſt, vt ſi apponatur generi, dicatur ſtare expoſitiuè, & limitatiuè.*
7 *Societas omnium bonorum ſimpliciter, & expreſſa ſufficienter exprimitur, ſi ſocii dicant quæſtus, & lucri ſe eſſe ſocios.*
8 *L. ſed, & ſi adiiciatur, ff. pro ſoc. intellectus*
9 *Societas tacita omnium bonorum ſimpliciter contrahitur ex actibus ſocialibus, eam inferentibus.*
10 *Societas contrahi poteſt re, & verbis.*
11 *Sociales actus ſocietatem omnium bonorū ſimpliciter inferentes qui nam ſint.*
12 *Societas inter fratres, contracta non intelligitur eo ipſo quòd habeant hæreditatem, ſeù patrimonium indiuiſum.*
13 *Communicatio omninm bonorum tam titulo oneroſo, quàm lucratiuo quæſitorum non poteſt conuenire, niſi ſocietati omnium bonorum ſimpliciter, & non aliјs.*
14 *Societas tacita omnium bonorum ſimpliciter contrahitur ex actibus ſocialibus, ſiuè ſocij æqualia conferant, ſiue inæqualia.*
15 *Societas tacita omnium bonorum ſimpliciter contrahi poteſt ſiuè omnes ſocij negotientur, ſiuè nullus, ſiuè vnus tantùm, vel alter negotietur.*
16 *Societas tacita omnium bonorum ſimpliciter, qnas conditiones exigat.*
17 *Fratres ſi omnia lucra vndecunque quæſita conferant citra rationem redditam, omnia promiſcuè agentes dicuntur tacitè contraxiſſe ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter.*
18 *Societas tacita omnium bonorum ſimpliciter, vt ex collatione bonorum cenſeatur facta, quæ requirantur.*
19 *Societas tacita omnium bonorum ſimpliciter, vt intelligatur inita inter fratres quas conditiones exigat.*
20 *Fratres eo ipſo quod habent hæreditatem, ſeù patrimonium indiuiſum, an & quando cenſeatur inter ipſo contra ſocietas ad quæſtnm.*
21 *Societas tacita omnium bonorum ſimpliciter à principio non recipit extenſionem ad omnia.*
22 *Societas tacita omnium bonorum ſimpliciter adeò inducitur ex actibus ſocialibus, vt in ea veniant omnia, quæ veniunt in ſocietate omnium bonorum expreſſa.*

1 PRo determinatione huius difficultatis ſunt recolenda ea, quæ ſupra adnotauimus, lib. 1. cap. 2. q. 7. per totam, vbi egimus de ſocietate in communi tàm tacita, quàm expreſſa. Sit igitur

Prima concluſio.

SOcietas expreſſa omnium bonorum
1 ſimpliciter, verbis cõtrahitur expreſ-
ſis. Hæc concluſio eſt communis. Et patet
ex ijs, quæ habentur in l. coiri, & ibi Gloſ.
Bald. & alij l. nam cum tractatu, & l. duo
ſocietatem, ff. pro ſoc. Soc. conſ. 4. lib. 4.
Ruin. conſil. 92. lib. 1. & alij apud Ma-
ſcard. de probat. concl. 1309. & Felic. de
ſociet. cap. 10. num. 2. dum dicunt ſocieta-
tem expreſſam in communi contrahi ex-
preſſo conſenſu, verbis, ſtipulatione, vel
pacto: ergo idem dicendum eſt de ſocieta-
2 te omnium bonorum ſimpliciter: quia
prædicatum, quod conuenit generi, con-
uenir etiam ſingulis ipſius ſpeciebus. Et
quamuis valdè vtile ſit ad contrahendam
3 ſocietatem expreſſam omnium bonorum
ſimpliciter, ſi vniuerſali ſigno bonorum
omnium expreſsè dicatur à ſocijs, huiuſ-
modi ſocietatem contrahi, atque adeò
practica Papienſis in forma libelli in
actione pro ſocio ait, Sapienter facere
Notarium, ſi in ſocietatis inſtrumento aſ-
ſerat, *Hoc acto inter partes, quòd præſens
ſocietas ſit in, & ſuper omnibus bonis præ-
ſentibus, & futuris, quouiſmodo, & quali-
tercunque acquiſitis, & acquirendis, tam ex
induſtria, quàm à fortuna, inter viuos, & in
vltima voluntate*; Nihilominus ad contra-
hendam prædictam ſocietatem non ſunt
copulatiuè neceſſaria omnia, & ſingula
huiuſmodi verba, vt malè quidam arbi-
trantur; ſed ſatis eſt, ſocios vſos fuiſſe ali-
quo ex verbis habentibus generale ſigni-
ficatum, ita vt non ſit opus expreſsè de-
clarare, ſocietatem contrahi ſuper omni-
bus bonis præſentibus, & futuris, &c. Sed
ſufficit, ſi dicatur, quòd ſocietas ſit gene-
ralis, vel vniuerſalis omnium bonorum:
vel quòd omnia vndecunque quæſita, &
qualitercũque communicentur: vel quòd
omnia communicabunt, quæcunque ac-
quirent ex quacunque cauſa, vt in l. 1. l. 3.
l. ſi adijciatur, l. ſi fratres, §. idem Papinia-
nus, & §. ſocium, & l. ſi ſocietatem vniuer-
ſorum, ff. pro ſoc. §. 1. & ibi Gloſ. & Aret.
in Inſtit. de ſociet. Crot. conſ. 40. num. 6.
Natt. conſ. 100. in prin. lib. 1. & alij apud
Felic. d. cap. 10. ſub num. 6. & 7. Etenim
vbi ex aliquo ſigno vniuerſali conſtat de
ſocietate omnium bonorum ſimpliciter,
veniunt ſupradicta bona abſque eorum
expreſſa mentione ex natura ſocietatis, vt
rectè declarat Ruin. conſil. 101. ſub n. 10.
lib. 1. & Soc. conſ. 4. num. 6. lib. 4.

Ampliatur hæc concluſio, vt ſatis ſuf-
4 ficienter exprimatur ſocietas expreſſa
omnium bonorum ſimpliciter, ſi ſocij di-
cant contrahere ſocietatem ad lucrum,
vt habetur ex Felic. loco citato; quoniam
lucrum eſt nomen generale, comprehen-
dens non tantùm ea, quę quæruntur titulo
oneroſo, & ex actibus quæſtuarijs, nempè
ex emptione, venditione, locatione, indu-
ſtria, & arte; ſed etiam, quæ obueniunt ti-
tulo lucratiuo, nempè ex hæreditate, le-
gato, donatione, &c. Nec obſtat tex. in l.
5 duo ſocietatem, §. fin. ff. pro ſoc. vbi fit ſo-
cietas ad lucrum, & tamen dicitur ſocie-
tas ad quæſtum; quoniam reſpondetur,
quòd in d. §. non fuit prolatum ſimplici-
ter verbum lucri, ſed fuit prolatum cum
verbo quæſtu, vt patet in illis verbis, *Lu-
cri quæſtus*, nimirum ſi ibi ſocietas ad lu-
crum cenſetur contracta ad quæſtum: ſi-
quidem Lucri verbum cùm ſit generale,
& ponatur ante verbum quæſtus, reſtrin-
gitur à verbo, quæſtus, quod eſt ſpeciale:
6 nam iſta eſt natura ſpeciei, vt ſi appona-
tur generi, dicatur ſtare expolitiuè, & li-
mitatiuè; maximè ſi ante ſpeciem pona-
tur genus, vt per Bart. in l. quæſitum, §. ſi
quis fundum, num. 6. ff. de fund. inſtr. & in
d. l. ſi duo ſocietatem, §. fin. & in l. ſed & ſi
adijciatur, vbi etiam Bald. ff. pro ſoc.

Secundò ampliatur, vt ſocietas omniũ
7 bonorum expreſſa ſufficienter quoque
exprimatur, ſi ſocij dicant, quæſtus, & lu-
cri eſſe ſocios, atque adeò, verbum, quęſtus,
verbo lucri præponatur: ſiquidem hæc
verba quæſtus, & lucri, ſignificant omnia,
& quæcunque bona, ſiuè ex titulo proue-
niant oneroſo, ſiue lucratiuo; & ſic æqui-
pollent verbis illis practicæ Papienſis ſu-
pra relatis, & implicitè eam continent.
8 Nec obſtat tex. in l. ſed et ſi adijciatur, ff.
pro ſoc. vbi habetur, quòd ſi duo ſocij di-
cant, quæſtus, & lucri eſſe ſocios, cenſeri
contractam ſocietatem ad quæſtum; non
autem ad lucrum; quoniam reſpondetur,
in eo tex. non probari contractam ſocie-
tatem ad quæſtum ex eo quòd ibi fiat mẽ-
tio lucri non abſolutè, ſed lucri ſimul, &
quæſtus, & nomen quæſtus præferatur no-
mini lucri; ſed ex eo quòd d. Lex conti-
nuatur ad d. l. coiri, in qua agitur de ſo-
cietate omnium bonorũ ex actibus quæ-
ſtuarijs prouenientium; quæ ſocietas ap-
pellatur omnis quæſtus, & contrahitur
ſimpliciter à ſocijs aſſerentibus contra-
here

Digitized by Google

here ſocietatem, non exprimendo, an ſo-
cietas ſit omnium bonornm ſimpliciter,
vel vniuerſalis omnis quæſtus: & propte-
rea in d. l. ſi adijciatur, loquens Iuriſc.
deinde de expreſſa ſocietate omnis quæ-
ſtus, ait, ſocios contrahentes ſocietatem
ad quæſtum, talem ſocietatem contrahe-
re, etiam ſi cum verbo, quæſtus, apponere-
tur verbum, lucri: qnia verbum, lucri, eſt
intelligendum ſecundum ſubiectam ma-
teriam, nempè de lucro prouenientе ex
quæſtu, de quo tunc agebatur: ſiquidem
verba ſnnt intelligenda ſecundum ſubie-
ctam materiam, l. ſi vno, ff. loc. Ita Ruin. d.
conſ. 101. num. 10. lib. 1. & Felic. d. cap. 10.
ſub num. 12.

Secunda concluſio

SOcietas tacita omninm bonorũ ſim-
9 plic:ter, contrahitur ex actibus ſocia-
libus eam inferentibus. Hæc concluſio eſt
Bald. in l. patrnus, C. commun. vtr. iud. &
conſ. 452. lib. 3. Rom. conſ. 291. num. 4. Soc.
conſ. 160. lib. 2. Dec conſ. 66. & 68. Molin.
de contr. diſp. 421. num. 1. 2. & 3. Tuſch.
Ver Societas, concl. 282. num. 7. Felic. de
ſociet. cap. 10. nnm. 16. cum alijs, quos al-
legat. Probatur, quia ſocietas in commu-
10 ni poteſt contrahi re, & verbis, vt l. ſocie-
tatem coire, ff. pro ſoc. Verbis contrahi-
tur, verbis expreſsis, ſtipolatione, vel pacto,
vt ſuperiori concluſione adnotauimus: re
verò ex actibus ſocialibus eam inferenti-
bus, & ſic tacitè: ergo idem dicendum eſt
de ſocietate omnium bonorum ſimplici-
ter, vt contrahatur non tantum verbis, at-
que ideò expreſsè; ſed etiam re ipſa, & ſic
actibus ſocialibus tacitè.

Sunt autem actus ſociales ſocietatem
11 omnium bonorum ſimpliciter inferẽtes,
quando duo, vel plures bona omnia com-
municauerint, tam præſentia, quàm futu-
ra vndequaque obuenerint, ſiuè ex titulo
oneroſo, nempè ex emptione, venditione,
locatione, induſtria, artificio, aut quacun-
que negotiatione: ſiuè ex titulo lucratiuo;
atque adeò ex hæreditate, legato, donatio-
ne, &c. viuendo de communi cum vxori-
bns, filijs, & tota familia, & ad inuicem
non reddita ratione, vt per Rom. d. conſ.
291. & alios Doctores ſupra relatos. Ete-
nim ex huiuſmodi actibus non poteſt
aliud inſerri, quàm ſocietas, & ſocietas
omnium bonorum ſimpliciter. Quòd præ-
fati actus ſocietatem inferant, patet: ſiqui-
dem non inferunt donationem, quoniam
donatio à liberalitate procedit, at hoc ca-
ſu omnes ſocij conferunt: nec tales actus
fieri poſſunt vigore hæreditatis ſimul re-
tentæ; quia ſocietas inter fratres contra-
12 ctam non intelligitur eo ipſo, quòd ha-
beant hæreditatem, ſeù patrimonium in-
diuiſuln, vt per Bart. in l. ſi patruus, C.
com. vtr. iud. & infra latius explicabimus:
nec fieri poſſunt in vim iudicij familiæ
ærciſcundæ; quoniam in tali iudicio ve-
niunt ea tantum, quæ quis agit vt hæres:
nec vigore iudicij communi diuidundo;
nam in hoc iudicium datur ad diuiden-
dum, non autem ad communicandum,
vt rectè declarat Bart. in l. Titium, & Me-
uium, §. altero, ſub num. 5. ff. de admin. tut.
Petr. de Vbald. tract. de duob. fratr. p. 5.
ſub. num. 20. Iaſ. conſ. 3. conl. 1. verſ. Ratio
prædictorum, lib. 3. & Angel. conſ. 31. in
fin. quos refert Felic. d. cap. 10. num. 18.
Ergo ex ſufficienti partium numeratione
concluditur, quòd ex dictis actibus non
poteſt aliud inferri quam ſocietas.

Quòd deinde ex præfatis actibus non
13 poſsit alia ſocietas inferri, quàm omniũ
bonorum ſimpliciter, probatur; quia cõ-
municatio omninm bonornm quocun-
que modo qnæſitorum, tam ex titulo
oneroſo, quàm lucratiuo non poteſt con-
uenire ſocietati, certæ rei, vnius aut plu-
rium determinatarum rerum, vnius aut
plurium artium, ſocietati generali omnis
quæſtus; ſiquidem in his omnibus non
communicautur omnia bona vndequa-
que quæſita, vt infra latius, Deo duce, di-
cemus: ergo conuenit tantum ſocietati
omnium bonorum; atque adeò ex actibus
in concluſione relatis rectè infertur taci-
ta vniuerſorum bonorum ſocietas; nec ex
eis alia ſocietas, qnàm omnium bonorum
ſimpliciter inferri potet. Denique ſi duo,
aut plures ſocij promittant communica-
re omnia bona præſentia, & futura quo-
uis titulo acquirenda, tàm oneroſo, qnàm
lucratiuo, & inſimul habitare cum vxori-
bus, & filijs, proculdubio dicerentur con-
traxiſſe expreſſam ſocietatem omnium
bonorum ſimpliciter: ergo ſi re ipſa com-
municent omnia eorum bona quouis ti-
tulo quæſita, ſimul habitent, ad inuicem
non reddita ratione, rectè cenſentur taci-
tam ſocietatem omnium bonorum ſim-
pliciter contraxiſſe: ſiquidem taciti, &
expreſsi eadem eſt virtus, l. cum quid, &
ibi Doctor. ff. ſi cert. petat. Et ſocietatem
ſufficienter contrahi non tantum verbis;

verum

verum etiam & re, expreſsè decernitur per l. ſocietatem coire, ff. pro ſoc.

Ampliatur hæc concluſio, vt vera ſit,
14 ſiuè ſocij æqualia, ſiuè inæqualia bona conferant; quoniam ex prædictis actibus ſocialibus ſufficienter infertur fuiſſe contractam tacitam ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter: ſiquidem in expreſſa ſocietate omnium bonorum nō eſt opus, vt ſocij æqualiter, ſeù æqualia bona conferant; ſed ſatis eſt, quòd conferant omnia bona, ſiuè æqualis ſint valoris, ſiuè inæqualis, vt ſoluta ſocietate, in partes diuidantur æquales. Etenim cùm induſtria illius, qui pauciora habet bona compenſari poteſt id, quod alius plus habet in bonis. Et quamuis in ſocietatis initio vnus ex ſocijs pauciora bona conferat; poterit tamen durante ſocietate, multò plura poſtea conferre, quàm alter, ſi ſibi obueniant ex hæreditate, legato, donatione, &c. vt per tex. in l. ſocietates, §. 1. ff. pro ſoc. Molin. de contract. diſp. 412. ſub num. 4. vbi etiam ait, aliunde quoque compenſari poſſe plura alterius bona, nempè pulcritudine, nobilitate, aut alijs qualitatibus, vt frequenter ſeruari teſtatur in Luſitania, vbi contrahentes matrimonium, contrahunt pariter ſocietatem omnium bonorū, vt infra dicemus, cap. 3. Et demum poteſt ſocius, qui plus contulit titulo donationis alteri ſocio præſtare, vt hæc omnia rectè declarat idem Molin. ibi, verſ. Tum etiam, Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 2. ſub num. 3. verſ. Quintus eſt caſus, & alij, quos refert, & ſequitur Felic. de ſociet. cap. 15. num. 1. & 2. Quòd ſi hæc vera ſunt in ſocietate omniū bonorum expreſſa; vera quoque dicenda ſunt in ſocietate omnium bonorum tacita, cùm taciti, & expreſsi eadem ſit virtus, l. cùm quid. ff. ſi cert. petat.

Secundò ampliatur eadem concluſio,
15 vt ſocietas tacita omnium bonorum ſimpliciter modo ſupra explicato contrahi poſsit, ſiuè omnes ſocij negotientur, ſiuè nullus, ſiuè vnus tantum, vel alter negotietur, dummodo omnia vndecunque quæſita conferant, & in ea indefinitè promiſcui actus ſociales interueniant, vt per Bald. in l. patruus, C. commun. vtr. iud. Angel. Aret. conſ. 45. ſub num. 8. Felic. de ſociet. cap. 10. ſub num. 27. & Tuſch. in ver. Societas, concl. 282. num. 18. 19. & 20.

Tertiò ampliatur, vt ex actibus ſociali-
16 bus tacita ſocietas omnium bonorum ſimpliciter contracta cenſeatur, ſatis eſſe ſi tria copulatiuè concurrant; nempè ſimul habitatio, lucrorum omnium in vnum collatio, & eius, quod alter ſuperlucratur
17 inuicem non reddita ratio. Vndè ſi fratres omnia lucra vndecunque prouenientia conferant citra rationem redditam, omnia promiſcuè agentes; proculdubio dicantur tacitè contraxiſſe ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter, cùm huiuſmodi actus ſufficienter eam inferant, vt per Bart. in l. Titium, aut Meuium, §. altero, ff. de adimin. tutor. & in l. ſi patruus, vbi etiam Bald. C. com. vtr. iud. Dec. conſ. 21. Tuſch. ver. Societas, concl. 182. num. 26. Petr. de Vbald. de duob. frat. p. 2. ſub num. 1. Anch. conſ. 103. Pariſ. conſ. 80. num. 50. & ſeq. lib. 1. Natt. conſ. 159. num. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 56. num. 37. vbi teſtatur de ſententia magis recepta, Riminal. iun. conſ. 280. lib. 3. Rota Rom. in vna de Cruciarijs, die 20. Febr. 1568. coram Cardin. Lancelotto, & alij apud Felic. d. cap. 10. n. 17. cū plur. ſeq. qui pluribus rationibus hanc opinionem comprobat, & declarans, qualis debeat eſſe, ait ſatis eſſe ſi ſocij habitent in diuerſis appartamentis, aut etiam in diuerſis Ciuitatibus: dummodo habitatio ſit longeua, & expenſæ fiant de communi, vt habetur ex Menoch. conſ. 656. num. 10. lib. 7. Anch. cōſ. 31. Dec. conſ. 628. Decian. conſ. 36. num. 2. lib. 1.

Quo vero ad collationem bonorum
18 qualiter fieri debeat vt ex tali actu inducta cenſeatur tacita omnium bonorum ſocietas, licèt multi multa dicant, vt videre eſt apud Bart. in d. l. Titium, aut Meuiū, & Petr. de Vbald. tract. de duob. fratr. p. 3. num. 12. cum plurib. ſeq. nihilominus Felic. loco ſupra relato, poſt alios à num. 25. vſque ad num. 38. incluſiuè, id rectè declarat, & num. 39. inquit, quòd non reddita ratio, vt inducat tacitam ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter, non eſt intelligendum de ratione illa, quam reddere tenentur ſocij adminiſtrantes, durante, ſeù finita ſocietate; ſed intelligi debet de illa ratione, qua quilibet ſocius, vel alter ipſorum in totum, vel in partem de acquiſitis propriam retineret rationem: quia ex hac ratione ſic retenta excluderetur præſumptio communis, & per conſequens ſocietatis omnium bonorum, vt per Dec. d. conſ. 21. num. 6. lib. 1. Natt. conſ. 100. num. 3. lib. 1. Maſcard. de prob. concl. 1309. n. 33. Menoch. conſ. 12. num. 17. lib. 1. & per alios ab eodem Felic. relatos. Et quamuis non nulli velint, quinque neceſſaria eſſe, vt tacita omnium bonorum ſocietas contracta

tracta cenſeatur inter fratres. Primò omnium bonorum communio. Secundò ſi a-
19 trum in eadem domo habitatio. Tertiò lucrorum omnium, expenſarũ, & dãnorũ collatio. Quartò, quòd omnes negotiationes communiter fiant. & denique, quòd lites actiuè, & paſsiuè communi nomine abſoluantur, vt per Bald. in l. ſi patruus, C. com. vtr. iud. Dec. d. conſ. 21. Pariſ. conſil. 84. num. 54. & ſeq. lib. 1. Bero. conſil. 190. num. 24. lib. 1. & alios apud Tuſch. ver. ſocietas, concl. 282. num. 24. nihilominus omnes huiuſmodi conditiones ad tres illas ſupra relatas reduci poſſunt: nam ſub collatione bonorum continetur communicatio actionum, ſiuè actiones actiuę ſint, ſiuè pâſsiuæ, & propterea lites præſumuntur fieri communi nomine: & cùm communicantur lucra, & damna, communi etiam nomine cenſentur negotiationes habitæ. Vndè niſi contrarium conſtet, præſumptio eſt pro ſocioetate, vt infra ſeq. limit. dicemus.

Sic ampliata limitatur eadem conclu-
20 ſio, vt ad tacitam ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter, ex actibus ſocialibus eam inferentibus, ita requirantur ſupra relatæ conditiones, vt non ſit ſatis altera; ſed omnes copulatiuè debent concurrere, vt per Bart. Saly. & alios in d. l. ſi patruus, C. com. vtr. iud. Soc. conſ. 160. lib. 2. Dec. conſ. 17. 66. & 68. cum alijs, quos allegat. Imò exigitur vt non ſolùm lucra; ſed etiam damna communicẽtur, & communi nomine ſocietas contrahatur, vt ſupra diximus: alias ſocietas tacita non extenditur ad ea, quæ communi nomine geſta non apparent, vt habetur ex Bero. conſil. 190. num. 24 lib. 1. Hinc ſequitur, quòd ſi duo fratres habitauerint in communi, & habuerint bona communia, niſi omnia lucra, & damna conferant, vndequoque prouenient, non tamen ob id cenſentur tacitã ſocietatẽ cõtraxiſſe, vt in l. cũ duobus §. duo erant, ff. pro ſoc. Bart. in l. Titium, aut Meuinm. §. altero, ff. de admin. tut. Alex. conſ. 76. lib. 4. conſ. 133. num. 1. lib. 2. & rectè declarat Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 19. q. 1. vbi quærit, an ſocietas interfratres contracta intelligatur eo ipſo, quòd habent hæreditatem, vel patrimonium indiuiſum, & reſpõdet negatiuè cum Bart. in l. ſi patruus. C. com. vtr. iud. Eſt tamen verum, quòd ſi vterque negotietur, cenſetur inter ipſos contracta ſocietas quæſtus tantùm; non autem lucri, vt per Bald. in d. l. ſi patruus, & l. cum duobus, §. ſi ſtatet, ff. pro ſoc. Quòd ſi fratres in commune conferant omnia vndecunque quæſita tam titulo oneroſo, quàm lucratiuo, etiam ſi non negotientur, vel alter tantum negotietur, cenſetur contracta ſocietas omnium bonorum, quia negotiatio ſociorum non arguit ſocietatem: eo quòd Nobiles maximè non ſolent negotiari. Ita Azor. poſt alios, loco citato.

Secundò limitatur ipſa concluſio, vt
21 quamuis ex ſupradictis actibus ſocialibus inducatur tacita ſocietas omnium bonorum ſimpliciter; hæc tamen ſocietas à principio non recipit extenſionem ad omnia, cùm talis ſocietas coiri nequeat à principio, niſi expreſsè. Vndè proceſſu tẽporis ex actibus ſocialibus, talem ſocietatem inferentibus ſocietas rectè inducitur, vt bene inquit Caſtr. conſ. 350. num. 2. lib. 1. & Tuſch. ver. ſocietas, concl. 280. num. 9. qui in hoc differre ait ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter tacitam ab expreſſa.

Tertia Concluſio.

22 Societas tacita omnium bonorum ſimpliciter, adeò inducitur ex actibus ſocialibus eam inferentibus, vt in ea veniant omnia, quæ veniunt in ſocietate omnium bonorum expreſsè contracta, ita vt communicentur non ſolùm quæſita ex quæſtu; ſed etiam ex Lucro. Hæc concluſio eſt Rom. conſ. 291. ſub num. 4. & ad eum Addent. Dec. conſ. 66. ſub. num. 1. & conſ. 62. num. 2. Molin. de contr. diſp. 421. num. 1. 2. & 3. & aliorum, quos refert, & ſequitur Felic. de ſociet. cap. 10. ſub n. 16. cap. 12. & cap. 26. num. 27. vbi ait, hanc ſententiam eſſe communem, Tuſch. ver. ſocietas, concl. 282. & patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus, q. præcedenti, concl. 3. Vndè licèt multi velint, quòd in ſocietate omnium bonorum tacita veniant tantùm, quæ acquiruntur ex actibus quæſtuarijs, vt ſupra diximus, & latè Tuſch. ver ſocietas, concl. 280. n. 10. & d. concl. 282. num. 2. Azor. par. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 19. q. 2. nihilominus non eſt diſcendendum à priori ſententia; quoniam eſt magis communis, & vera, vt latius dicemus, q. ſeq.

Quæ

Quæ nam veniant communicanda in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, ſiue expreſſa.

Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Nulla differentia eſt inter ſocietatē omniū bonorum ſimpliciter tertiā, & expreſſā.*

2 *Communicantur omnia bona quocunque modo quæſita in ſocietate omnium bonorum tacita, ſicut communicantur in expreſſa.*

3 *Communicantur in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter ſiuè tacita ſit, ſiuè expreſſa ſalaria prouenientia quacunque ex cauſa: ſtipendia, bona caſtrentia, ſeu quaſi, & quæcunque ex eis prouenientia*

4 *Communicantur in ſocietate omnium bonorum vt ſupra omnia caſu inuenta, & fortuna bona, quæſita per ſocios occaſione iniuria, ipſis, aut eorum filijs illata, & quæcunque per filios, aut per ſeruos comparata.*

5 *Communicantur in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter lucrum dotis marito proueniens per mortem vxoris, & dotium vxorum viuentium fructus.*

6 *Dotes vxorum in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter ponuntur in communi non ſimpliciter, ſed cum onere reſtituendi.*

7 *Communicantur in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter lucra tam realia, quam perſonalia.*

8 *Priuilegio, ſeù immunitate vnius ſocij gaudet alter in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter.*

9 *Communia bona habentes cum Clericis gaudent immunitate clericorum.*

10 *Communicantur in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter res quæſita ab vno ex ſocijs, quæ ab altero quæri non potuiſſent.*

11 *Patri volenti filio ſuo ſpurio relinquere cautela datur.*

12 *Communicantur bona in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter: & ratio non habetur, an ſociorum bono collata æqualia ſint, vel inæqualia.*

13 *Communicantur omnia bona in ſocietate omnium bonorum vt ſupra quoad dominium, & poſſeſſionem citra traditionem aliquam.*

14 *Corporalia bona futura citra traditionē non communicantur in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter: & idem dicendum eſt de actionibus, obligationibus, & debitorum nominibus citra ceſſionem.*

15 *Feudum, & bona emphyteutica an, & quando veniant communicanda in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter.*

16 *Communicanda non veniunt in ſocietate omnium bonorum turpiter, ac iniuſtè acquiſita.*

17 *Societas rei tantùm honeſtæ contrahitur.*

18 *Socij propriè non dicuntur, nec inter eos præda diuidenda eſt, qui coadunantur ad deprædandum, furandum, fœnerandum, &c.*

19 *Turpiter acquiſita, ſed licitè retenta an veniant communicāda in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter.*

20 *Nomina debitorum, iura, & actiones non cenſentur communicata in ſocietate omnium bonorum, & in alijs particularibus, niſi cedantur.*

21 *Poſſeſſio non cadit in actionibus, & obligationibus: & propterea exigitur ipſorum iurium ceſſio, vt alter ſocius poſſit agere.*

IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia eſt Bald. in auth. ex teſtamento, col. pen. verſ. Secundò quæro, C. de collat. & in l. cùm oportet, in prin. C. de bon. quæ liber. Alex. conſ. 49. nu. 2. verſ. ſecundò quia, lib. 1. & conſ. 148. nu. 4. verſ. Secundò comprobatur, lib. 2. Tuſch. in ver. Societas, concl. 280. nu. 10. & concl. 282. nu. 2. & aliorum, qui licèt diuidant ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter, in expreſſam, & tacitam; nihilominus in hoc volunt differre expreſſam omnium bonorum à tacita, quòd in priori veniunt omnia bona vndecunque quæſita tam titulo oneroſo, quàm lucratiuo: in poſteriori verò non veniunt niſi ea, quæ acquiruntur ex actibus quæſtuarijs, Probant eorum ex l. coiri, cum quatuor ſeq. vbi Iuriſc. agens de ſocietate tacita omnium bonorum ſimpliciter, ait, eam coitam cenſeri vniuerſorum, quæ quæ veniunt ex quæſtu tantum, his verbis *coiri ſocietatem, & ſimpliciter licet: & ſi non fuerit diſtinctum videtur coita eſſe vniuerſorum, quæ ex quæſtu veniunt.* Atque adeò ſocietas tacita

Q omnium

omnium bonorum comprehendit ea
dumtaxat, quæ proueniunt ex emptio-
ne, venditione, locatione, conductione,
artificio, opera, induſtria, &c. quoniam
hæc omnia dicuntur prouenire ex quæ-
ſtu, vt in dictis iuribus habetur: ad dif-
ferentiam ſocietatis omnium bonorum
expreſſæ, quæ comprehendit omnia bo-
na ſimpliciter, non ſolum prouenientia
ex queſtu; ſed etiam ex titulo lucratiuo,
nempè ex hæreditate, legato, donatio-
ne, &c. vt in l. 1. §. in ſocietate, ff. pro
Soc.

His tamen non obſtantibus, contrari-
am ſententiam arbitror de iure veriorē
1 eſſe, quam tenent Dec. in rub. C. qui
teſtam. fac. poſſ. nu. 18. conſ. 66. nu. 1.
conſ. 68. ſub nu. 2. verſ. Non obſtat, &
conſ. 303. num. 5. & ſeq. Decian. conſ.
36. nu. 4. lib. 1. Crau. conſ. 26. nu. 1. &
5. & conſ. 149. ſub n. 1. lib. 1. Rolan.
conſ. 91. nu. 28. & ſeq. lib. 1. & alij, quos
refert, & ſequitur Felic. in ſuo tract. de
ſociet. cap. 10. ſub nu. 16. cap. 12. &
cap. 26. ſub nu. 27. exiſtimantes nullam
differentiam eſſe inter ſocietatem omni-
um bonorum tacitam ex actibus ſocia-
libus inductam, ex expreſſam expreſsis
verbis, conſenſu, ſtipulatione, vel pacto
coita; atque adeo in tacita ea omnia
venire, quæ veniunt in ſocietate omniū
bonorum expreſſa. Et hanc opinionem
magis communem eſſe teſtatur Feli. lo-
co citat. ſub nu. 27. Et patet ex ijs, quæ
ſupra adnotauimus, q. 2. concl. 2. & 3.
& quæſt. prox. conclu. 3. quæ hoc loco,
tranſcribere omiſimus ne bis idem repe-
tere videamur. Vndè hac communi o-
pinione retenta ad tex. in d. l. coiri, cū
quatuor ſeq. reſpondetur, quòd iura illa
loquuntur de ſocietate ſimpliciter con-
tracta non diſtinguendo, an ſit omnium
bonorum ſimpliciter, vel vnius, aut plu-
rium rerum; quæ licèt ſit tacitè contra-
cta ad omnia, quæ acquiruntur ex acti-
bus quæſtuarijs; nihilominus differt à
ſocietate omnium bonorum ſimpliciter
tacitè contracta ex actibus ſocialibus,
vt aliàs diximus, & optimè declarat Fe-
lic. d. cap. 10. nu. 16.

Communicantur igitur in ſocietate
2 omnium bonorum ſiue expreſſa ſit, ſiue
tacitè contracta ex actibus ſocialibus
eam inferentibus, omnia & quæcunque
bona, tàm præſentia, quàm futura, quo-
cunque titulo tam oneroſo, quàm lucra-
tiuo acquiſita, & acquirenda atque adeo
non ſolùm quæſita ex emptione, vendi-
tione, locatione, conductione, artificio, ope-
ra, ac induſtria, & quacunque negotia-
tione; verum etiam ex hæreditate, lega-
to, donatione inter viuos, & cauſa mor-
tis, vt in l. ea verò, §. 1. l. ſi fratres. §.
idem Papinianus, §. ſocium, & l. ſocie-
tatem vniuerſorum, & ibi Gloſ. & Do-
ctor, ff. pro Soc.

Item communicantur ſalaria proue-
nientia quacunque ex cauſa, etiam ex
3 operibus diurnis: & omnia ſtipendia
tam ea, quæ dantur militibus, quàm quæ
dantur Notarijs, Aſſeſſoribus, Iudici-
bus, Aduocatis, Nuntijs, Legatis, De-
curionibus, Medicis, & Domeſticis Prin-
cipum, vt in d. l. ſi fratres, §. idem Pa-
pinianus, & ibi Adden. ad Bald. ff. pro
Soc. & Felic. de ſociet. cap. 12. nu. 26.
Communicantur etiam bona caſtrenſia,
& quaſi, ac quæcunque ex ijs prouení-
entia; etiam ſi Clericis obueniant ex bo-
nis Eccleſiæ, Bald. in l. ſi Patruus, nu.
14. C. com. vtr. iud. Molin. de contract.
diſp. 472. nu. 2. Azor. p. 3. Inſt. moral.
lib. 9. de ſociet. cap. 17. q. licèt loqua-
tur de expreſſa dumtaxat, & alij.

Item communicantur in ſocietate, de
qua agitur, omnia caſu inuenta, ac for-
4 tunæ dona, vt per Bald. in l. nec adijci-
tur, in lect. antiq. ff. pro ſoc. & Petr. de
Vbald. in ſuo tract. de duob. fratr. p. 5.
ſub nu. 9. einſmodi ſunt animalia, gem-
mæ, lapilli, ac theſauri, vt in §. feræ igi-
tur beſtiæ, & §. theſauros, in Inſtit. de rer.
diuiſ. c. ſicut inueniſti, 14. q. 5. Com-
municantur quoque quæſita per ſocios
occaſione iniuria ſibi, vel eorum filiis
illatæ, & quæcunque per filios, aut ſer-
uos comparata, vt in d. l. ſi fratres, §.
ſocium, & ibi Bald. ff. pro ſoc., & hæc
etiam ſi ſint loca montium à ſocio em-
pta filio; vt rectè declarat Tuſch. ver. ſo-
cij, concl. 287. nu. 68. Quod tamen ve-
rum eſt de filijs ſub poteſtate Patri ac-
quirentibus; ſecus autem ſi ſibi acqui-
rant; quoniam tunc non communican-
tur, vt habetur ex Felic. de ſociet. d. cap.
12. nu. 34. & latè Tuſch. rer. ſocij, con-
cl. 287. à nu. 27. ad 33.

Item communicatur lucrum dotis
Marito proueniens per mortem vxoris,
5 vt in l. quòd ſi eo tempore, ff. pro ſoc.
Dec. conſ. 560. nu. 5. Tuſch. rer. ſocie-
tas concl. 283. nu. 8. Petr. de Vbald.
tract. de duob. fratrib. p. 5. nu. 19. Imo
etiam, viuentibus ſociorum vxoribus,
dotium fructus communicantur, quam-
uis matrimonij onera ſocij non ſuſtinu-
erint,

Digitized by Google

erint, excepta ea rata, quæ pro alimen-
tis vxorum, & filiorum neceſſaria eſt, vt
habetur ex Ant. de Butr. conſ. 7. nu. 3.
Rom. conſ. 405. nu. 2. verſ. Quam ego:
vbi Apoſtil. in ver. communicari debet,
Tuſc. loco citato, nu. 5. & 6. Eſt tamen
verum, quòd dotes ponuntur in com-
6 muni non ſimpliciter, ſed cum onere re-
ſtituendi, l. actione, §. fin. ff. pro ſoc. Et
in ſumma communicantur omnia lucra
7 tam perſonalia, quàm realia, Angel. A-
retin conſ. 45. ſub num. 10. Tuſch. d.
concl. 283. nu. 2. ita vt ad effectum cō-
municādi non diſtinguatur, an proprio,
vel communi nomine, cōmuni vel pro-
pria pecunia, vbi ſocij omnium bonorū
proprium habere poſſint, acquiſiuerint,
Bald. in l. ſi patruus, nu. 1. C. commun.
vtr. iud. & conſ. 262. lib. 4. Rom. conſ.
291. Alex. conſ. 78. lib. 2. & Petr. de
Vbald. loco citato, ſub nu. 3.

Hinc eſt, quòd ſi vnus ex ſocijs habet
priuilegium aliquod, aut immunitatem;
8 tali priuilegio, ac immunitate gaudet
etiam alter, Gloſ. in l. fin. C. de muner.
& honor. non com. lib. 10. Iaſ. l. 1. nu.
2. C. de tranſact. Et licèt Natt. conſ. 1.
ſub nu. 10. lib. 1. & alij velint locum ſi-
bi vendicare in priuilegijs, ac immuni-
tatibus realibus tantùm; nihilominus
alii putant locum habere non ſolùm in
realibus; ſed etiam in perſonalibus pri-
uilegijs, vt per Menoch. conſ. 136. nu.
19. & ſub n. 24. & ſeq. lib. 2. Sforz. Oddo
in tract. de reſtit. in integr. p. 1. q. 46.
ar. 5. & alii apud Felic. de ſociet. cap. 12.
nu. 6. Ob id Menoch. loco citato, nu.
23. ait, Socium maiorem gaudere pri-
uilegio reſtitutionis in integrum, quod
habet ſocius minor: quod verum eſſe
inquit Oddo d. tract. p. 2. q. 12. art. 4.
& 5. nu. 19. in reſtitutione in integrum
etiā conceſſa maiori cum generali clau-
ſula. Idem dicendum eſſe de immuni-
tate conceſſa vni ex ſociis propter nu-
merum duodecim filiorum, vt ea alter
ſocius gaudere valeat, tenet Mareſ. ſin-
gul. 180. quam veriſsimam eſſe ait Felic.
d. cap. 12. ſub. nu. 12. licèt etiam re-
præhendat Couar. pract. qq. cap. 34.
ſub. nu. 2. in fin. Priuilegium quoque
competens Doctori ſuper collectis pro-
deſſe pariter ſocio, docet Bald. ad Specul.
in tit. de magiſtr. in fin. Barb. conſ. 1.
nu. 44. lib. 2. Natt. conſ. 1. nu. 10. &
conſ. 65. in fin. lib. 1. & alii apud Felic.
d. cap. 12. nu. 23. vbi nu. 15. probat e-
tiam, quòd contra laicum habentem
fundum communem cum Eccleſia, non
poſſit præſcribi minori tempore requi-
ſito contra Eccleſiam: ſiquidem fundus,
ſtante communione, eſt indiuiduus, &
in qualibet gleba terræ habet partem
ſuam laicus, quæ oculo corporeo de-
mōſtrari non poteſt, vt in l. Meuius, §.
duorum, ff. de legat. 3. Io. Andr. in c.
vni, de præſcript. in 6. Natt. d. conſ. 1.
nu. 22 lib. 1. Hoc idem dici poteſt de
9 habentibus bona communia cum Cléri-
cis; nam debent gaudere immunitate
collectarum ſicut Clerici, vt habetur ex
Natt. loco citato, poſt Specul. tit. de Cle-
ric. coniug. verſ. Quid ſi Clericus, qui
tamen ait ad conſulendum publicæ vti-
litati, poſſe laicum compelli ad diuiden-
dum huiuſmodi fundum, per tex. in l. 2.
C. quando, & quib. quar. pars. deb. Et
quòd in re donata ab Imperatore ſocius
habet ius accreſcendi, ita vt viuens præ-
feratur cuilibet hęredi alterius ſocij prę-
mortui, exceptis liberis, eſt tex. in l.
vni, C. ſi liber. Imper. lib. 10. Iaſ. in l.
re coniuncti, nu. 223. ff. de legat. 3. &
Felic. d. cap. 12. ſub. nu. 23.

Denique in ſocietate omnium bono-
rum veniunt etiam res quæſitæ ab vno
10 ex ſocijs, quæ ab altero quæri non po-
tuiſſent, vt per Bart. in l. ſi is, ff. de liberr.
leg. vbi dat cautelam patri volenti filio
11 ſuo ſpurio relinquere, vt faciat eum cum
aliquo ſocietatem contrahere, & deinde
ſocium ipſum hæredem inſtituat; nam
eo caſu bonorum medietas erit ipſius fi-
lij ſpurij: & hanc eandem cautelam dat
Bald. in l. 1. nu. 38. C. pro ſoc. Et in
ſumma, vt ab hac re paucis me abſoluā,
in ſocietate omnium bonorum commu-
nicantur omnia, quę excogitari poſſunt,
vt concludit Petr. de Vbald. de duob.
fratr. p. 5. nu. 2. Crauet. conſ. 294. ſub
nu. 1. lib. 1. & alij apud Felic. d. cap. 12.
nu. 2. qui poſt alios teſtatur, etiam Brit-
tannicos ſocios communicaſſe quoque
vxores, non ſine maximo ſcelere.

Ampliatur autem primò dicta con-
12 cluſio, vt in ſocietate omnium bonorum
adeò bona, quæ ſupra diximus veniant
communicanda, vt ratio non habetur, an
ſociorum bona ab eiſdem collata æqua-
lia ſint vel inæqualia, vt ſupra adnotaui-
mus lib. 1. cap. 4. q. 2. & 3. concl. 2.
ampl. 2. vbi materiam hanc ſufficienter
explicauimus.

Secundò ampliatur eadem concluſio,
13 vt in ſocietate omnium bonorum præ-
fata omnia veniant communicanda non

ſolum quoad dominum, ſed etiam quoad poſſeſsionem citra traditionem aliquam, vt ſupra probauimus d. q.3. cōcl. 1. ampl.1.& 2. Etenim in ſocietate omnium bonorum ſiue expreſſè, ſiue tacitè fuerint contracta, dominium, ac poſſeſſio bonorum ſtatim transfertur in ſingulos ad inuicem, abſque aliqua traditione, ſiue bona acquiſita ſint ante ſocietatem contractam, ſeu in principio ſocietatis initæ; ſiue comparata fuerint poſt ſocietatem contractam, & ea durante, proprio alicuius ex ſocijs nomine, ſiue communi omnium ſociorum, ſiue dubitetur, & non conſtet, an proprio, vel communi nomine ſociorum omnium fuerint acquiſita, vt latè de hac re egimus ſupra lib. 1. cap. 4.q.4. per totam.

Sic ampliata limitatur ipſa concluſio,
14 vt licet in ſocietate omnium bonorum veniant cōmunicanda omnia bona præſentia, & futura quoad dominiū, & poſſeſsionem citra traditionem aliquam; nihilominus hæc vera non ſunt in rebus corporalibus futuris, ſed tantùm in præſentibus: ſiquidem bona corporalia futura citra traditionem non communicantur. vt diximus d. lib. 1. cap. 4. q. 3. concl. 2. limit. 1. vbi idem dicendum eſſe probauimus de rebus incorporalibus, vt ſunt actiones, obligationes, & debitorum nomina, quas diximus non communicari ſimpliciter, ac indiſtinctæ, etiam ſi præſentes ſint; quibus adde ea, quæ ibidem adnotauimus, amp. 1. verſ. Sed re vera. Et infra dicemus limit. 4.

Secundò limitatur, vt in ſocietate omnium bonorum non communicetur fe-
15 udum, ab vno ex ſocijs, durante ſocietate, vel etiam ante quæſitum: quod verum etiam ſi feudum emptum eſſet de pecunia communi: ac etiam ſi ſocius, cui acquiſitum ſit feudum, illius fructus communicaſſet, quia non cenſeretur communicare proprietatem feudi, vt per Alex. conſ. 48. nu.5. & ſeq. verſ. Tertiò probatur. Idem dicendum eſt de bonis emphyteoticis Eccleſiæ; quia non communicantur, quando acquiſita ſunt etiā ante ſocietatem bonorum; ſed tantùm communicantur fructus, vt habetur ex Bero. conſ. 190. in fin. verſ. quoad vltimum, lib.1.& Tuſch. ver. ſocietas, concl. 283. nu. 58. 59. & 60.

Eſt tamen verum, quòd ſi feudum acquiſitum fuerit communi nomine omnium ſociorum, & de communi pecunia, ſciente Domino feudi, feudum ipſū, ſicut, & res emphyteotica rectè communicantur, per ea, quæ habentur ex Angelo conſ.60. nu. 2. in fin. verſ. Hoc intelligo. Quod verum eſt, niſi Dominus ſolum inueſtitum voluerint inueſtire, & ab eo iuramentum fidelitatis habere: quoniam hoc caſu feudum non efficeretur commune; ſed eſſet etiam ſi conſtaret, emptum fuiſſe de pecunia communi: quia non cōpellitur Dominus habere alium vaxalium inuitus & quem non cogitauit, c. vna, de fratr. de nou. benef. vt per Alex. loco citato, col. 2. num. 3. verſ. ſed his non obſtantibus, Tuſch. in ver. ſocius concl. 290. n. 66. 67.68. Bene uerum eſt, quòd fructus omnes ex feudo, vel ex emphyteuſi quæſiti veniunt communicanda. vt habetur ex Alex. vbi ſupra, Burſat. conſ. 90. num. 42. & ſeq. lib. 1. Dec. conſ. 435. nu. 7. lib. 2. & Felic. de ſociet. cap. 12. nu. 35. cum plur. ſeq. vbi etiam, nu. 39. tractat, an & quando expenſæ pro acquiſitione feudi ſint reficiendæ alteri ſocio, & tandē concludit, quòd ſi feudi, vel emphyteuſis acquiſitio proueniant ex titulo oneroſo, expenſæ ſunt alteri ſocio reficiendæ: ſecus autem ſi proueniant titulo lucratiuo. His adde, quæ infra dicemus, cap. 3. q. 4. q. 2. ampl. 2.

Tertiò limitatur prædicta concluſio, vt in ſocietate omnium bonorum non
16 veniant communicanda turpiter, atque
17 iniuſtè acquiſita. Etenim ſocietas rei tantùm honeſtæ contrahitur, vt in c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. Siquidem dictorum turpis, atque feda communio eſt, vt in l. nec prætermittendum: l. quod autem, & l. ſi fratres, ff. pro ſoc. Hinc ſequitur, quòd qui ad fœnerandum, furandum, aut ad deprędan-
18 dum coadunantur ſocij propriè non dicuntur, nec inter eos præda diuidenda datur actio: ſed ſi præda collata fuerit ab eo, qui ſciente ſocio, maleficium admiſit; ſocius ipſe non ſolùm ablata reſtituere tenetur; ſed etiam & pœnam ſubire, l. ſi igitur, ff. eo. tit. Hinc ſequitur, quòd ſi vnus ex ſocijs pecuniam dederit ad vſuram, vſuraſque perceptas ſocietati contulerit: poterit condemnatus ad reſtituendum collata auferre, ac reſtituere: & ſatis diceretur condemnatus ſi ſacerdoti in ſacramentali confeſſione reſtitutionem facere promiſerit, vt rectè Petr. de Vbald. in ſuo tract. de duob. fratr. p. 5. ſub num. 4. ſacerdotis enim præceptum ſententiæ vim habet,

vt per

vt per Hoſt. in c. fin. de ſepult. Imò hoc caſu ſi ſocius doloſè fuit fœneratus, & ſciat vſuras percipiſſe citra vllam condemnationem eſt reſtitutioni obnoxius, & propterea poterit eas ex communi ſocietate auferre, ac reſtituere. Eſt tamen verum, quòd hæc quæ diximus ve-
19 ra ſunt de ijs rebus, quæ turpiter, atque illicitè acquiruntur, & retinentur; ſecus autem ſi turpiter acquirantur; ſed licitè retineantur, vt ſunt lucra à meretricibus acquiſita, l. 4. §. ſe & quod meretrici, & ibi Doct. ff. de condit. ob turp. cau. & in ſpecie Felic. d. cap. 12. num. 44. cuius opinio nobis non probatur; quoniam meretrices in ſocietatem contrahant ſuper his, quæ ex fornicatione lucrantur, ſocietas non dicitur, cum ſocietas rei tantùm honeſtæ datur, vt ſupra diximùs. Puto tamen quòd quamuis meretricibus non detur actio pro ſocio. ſi lucra inter eas diuidant, non poſſe repeti, nec eorum eſt reſtitutionis obligatio.

Quartò limitatur, vt in ſocietate omnium bonorum, ſicut etiam, & in alijs
20 ſocietatibus particularibus non cenſeantur communicata nomina debitorũ, & alia iura, & actiones, vt in l. 3. ff. pro
21 ſoc. quia in actionibus, & obligationibus non cadit poſſeſſio: & propterea exigitur ipſorum iurium ceſsio, vt alter ſocius poſſit agere, vt ſupra diximus limit. 1. & latius explicauimus lib. 1. cap. 4. q. 3. concl. 2. ampl. 1. verſ. Sed re vera, & concl. 5. limit. 2.

An in ſocietate omnum bonorum ſimpliciter, omnia dãna, & expenſæ inter ſocios communicentur Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Damna omnia, & expenſæ, quæ proueniunt ex cauſa ſocietatis communicanda veniunt inter ſocios in omnibus ſocietatibus.*

2 *Socius ſocietati intendens ſi ab hoſtibus capiatur, licèt controuerſia ſit inter Doctores, an alii ſocii contribuere debeant eiuſdem redemptioni; id tamen non cõtrouertitur, ſi agatur de ſocijs omnium bonorum ſimpliciter; quoniam hos teneri, omnes fatentur.*

3 *Damna, debita, & expenſæ, quæ proueniunt ſocietati omnium bonorum culpa, aut dolo alicuius ſocij, non ſunt communicanda inter alios ſocios.*

4 *Socius ſi culpa ſua in latrones incidit, aut fuerit captas ab hoſtibus; eiuſdem redemptioni non tenentur contribuere alij ſocii omnium bonorum ſimpliciter.*

5 *Deperdita in ludo ab vno ex ſocijs omniũ bonorum ſimpliciter, an & quando veniant communicanda inter ipſos ſocios.*

6 *Damna, & impendia, quæ proueniunt ex delicto vnius ex ſociis omnium bonorum ſimpliciter, non veniunt communicanda cum aliis, etiam ſi ſocius occaſione ſocietatis deliquerit.*

7 *Damna paſſa ab vno ex ſociis dum ſocietati intenderet, ob particulares eiuſdẽ inimicitias, an veniant communicanda cum aliis ſociis omnium bonorum ſimpliciter.*

8 *Expenſæ ſuperfluæ in conuiuiis, & in aliis rebus non neceſſariis non veniunt communicandæ, ſi ab vno ex ſocijs omnium bonorum erogentur.*

9 *Debita omnia, & damna, ac expenſæ communicantur inter ſocios omnium bonorum ſimpliciter, dummodo ortum nõ habeant ex dolo, aut à culpa ſocii; nec valet pactum in contrarium.*

10 *In ſocietate omnium bonorum ſimpliciter communicantur expenſæ pro infirmitate vnius ex ſociis factæ, quamuis ſocius ex cauſa ſocietatis non fuerit infirmatus; niſi infirmitas ſit morbi gallici.*

11 *Filii, ac vxor vnius ex ſociis ſunt alendi expenſis communibus in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, quamuis alter filios, & vxorem non habeat.*

12 *Expenſæ promittendis ſociorum omnium bonorum filiis ad ſcientiarum ſtudium, ad diſcendam gramaticam, rethoricam, aut alias artes, etiam ſi non omnes ſocii filios habeant.*

13 *Socij omnium bonorum communicant ſimul expenſas, quas alter eorum fecit ratione ſtudii.*

14 *Expenſæ pro doctorandis filiis ſociorum omnium bonorum, aut pro eis ad aliam dignitatem, & honorem prouehendis de communi percipi debent; niſi expenſæ ſint exceſſiuæ.*

15 *Libri ex cauſa ſtudii licèt de cõmuni emi debeant; non tamen efficiuntur proprij filiorum, aut ementis; ſed ſunt communes.*

16 *Expenſæ*

16 *Expenſæ pro promouẽdo in Abbatem filio fratris, eundemque monacando fieri debeant de communi; nihilominus ſi ipſe ſocius fieret Abbas, aut monachus, tunc expenſæ computarentur in eius partem.*

17 *Expenſæ, quas vnus ex ſociis omnium bonorum facit deuotionis cauſa, communicantur.*

18 *Expenſæ, quæ fiunt in nuptiis tam filii, quàm filiæ vnius ex ſociis excipi debent de communi ſocietate omnium bonorum; niſi expenſæ ſint exceſſiuæ.*

19 *Expenſæ nuptiarum filij vnius ex ſociis omnium bonorum, vt fiant de communi, debent fructus dotis communicari.*

20 *Gabella pro dote vxoris alterius ſocii omnium bonorum, ita demum ſoluenda eſt de communi, ſi dos eſt communicata.*

21 *In ſocietate omnium bonorum ſimpliciter acquiſita ex fructibus dotalibus ſunt cõmunia; ſicut acquiſita ex fructibus bonorum paraphrenalium?*

22 *Veſtes, & ornamenta vxoris vnius ex ſociis omnium bonorum fiunt de communi*

23 *Veſtes, & ornamenta vxoris vnius ex ſocijs omnium bonorum, an & quando, mortuo viro debeantur ſociis.*

IN hac re duo faciemus. Primò certa ab incertis ſeparabimus. Secundò dubia per ſuas quæſtiones diſcutiemus. Circa primum igitur ſit

Prima concluſio.

CErtum eſt apud omnes, in ſocietate omnium bonorum communica-
1 ri debere omnia damna, & expenſæ, quæ ſocietatis cauſæ proueniunt. Etenim hæc concluſio eſt vniuerſaliter vera in omnibus ſocietatibus, tàm vniuerſalibus omnium bonorum, quàm in particularibus vnius, aut plurium negotiationũ, vnius aut plurium certarum rerum, vt in l. ſi fratres, §. ſi quis ex ſociis, l. iure ſocietatis, l. ſi vnus, §. ſi quid vnus, l. ſocium, §. fin. & l. ſeq. l. æs alienum, l. cum duobus, §. quidem ſagariam, ff. pro ſoc. Vndè certum eſt impendia pro alportandis, & conſeruandis mercibus, ac aliis ſocietatis bonis eſſe cõmunicanda inter ſocios vt in d. l. ſi fratres, §. ſi quis ex ſociis. Sic etiam ſi vnus ex ſociis ſocietati intendens, & ad merces coemendas profectus in latrones inciderit, ac ſpoliatus fuerit, ipſe ac eius ſerui vulnera ſuſceperint, morbo corripiantur, naufragium patiantur, & alia huiuſmodi; hæc damna proculdubio communia ſunt omnibus ſociis, d. l. cum duobus, §. quidam ſagariam, ff. pro ſoc. Barr. Bald. & alii in l. 1. C. eo. tit. Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. cap. 5. de ſociet. q. 4. Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 4. num. 35. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 4. q. 4. num. 76. & alij.

Et quamuis iura illa, ac Doctores videantur loqui de ſocietatibus particula-
2 ribus; ea tamen multò magis ſunt dicenda de ſocietate omnium bonorũ, in qua longè maior ſit rerum communicatio, arg. tex. in auth. multò magis, C. de ſacroſ. Eccleſ. Vndè licèt, controuerſia ſit inter Doctores, an ſocii teneantur contribuere redemptioni alterius ſocii, ſocietatis cauſa ab hoſtibus capti, quando agitur de ſocietate particulari; nihilominus in ſocietate omnium bonorum circa omnem controuerſiam pretium redemptionis vnius ſocij capti ab hoſtibus, debet ſolui de communi ab omnibus ſociis; niſi culpa ſua in captiuitatem fuerit redaptas, vt habetur per Bald. conſ. 172. & conſ. 177. lib. 1. Tuſch. ver. ſocii concl. 287. num. 9. & 13. Alex. conſ. 99. in fin. & conſ. 133. in fin. lib. 2. Menoch. conſ. 860 num. 290. lib. 9. & Felic. de ſociet. cap. 26. num. 7.

Secunda Concluſio.

CErtum eſt in ſocietate omnium bonorum non ſpectare communiter
3 ad ſocios debita, expenſas, & damna; quæ proueniunt ſocietati culpa, aut dolo alicuius ſocij, ſed ad ipſum ſocium pertinent, ac computanda veniunt in eiuſdem partem, vt in l. ſi fratres. §. pen. & fin. & l. ſi adeò, §. quod in alea, ff. pro ſoc. Hinc ſequitur, quòd ſi vnus ex ſo-
4 ciis culpa ſua in latrones incidit, ac ſpoliatus fuerit, aut ab hoſtibus captus in ſeruitutem redigatur, tenetur de ſuo ſe redimere, non autem de communi, & bona, quibus à latronibus fuit ſpoliatus computantur in eiuſdem partem, vt per Alex. conſ. 99. lib. 2. & Tuſch. in ver. ſocii, concl. 287. num. 13.

Secundò infertur, quòd deperdita in ludo ab vno ex ſociis non conueniunt
5 communicanda, ſed debent computari in ipſius ſocii, qui luſit partem; quia ludus circa ſocii ludentis culpam non dicitur fieri, vt de luſu aleæ dicit tex. in d. l. adeò

d. l. adeo, §. quod in alea, ff. pro ſoc. Eſt tamen verum, quod Felic. de ſociet. cap. 26. n. 3. poſt alios ait, tex. in d. §. quod in alea non eſſe ita ſtrictè intelligendum, vt quæcunque amiſſa in ludo ab vno ex ſociis, ſint in eius portione computanda; ſed tex. ille intelligendus eſt, cùm ludus tali ſocio culpæ aſsignantur, vt quia ſit notabilis quantitatis, non recreationis gratia, ſed auiditate, ac vitio ludentis initus: ſecus autem ſi ludus eſſet moderatus, & eo vtatur ſocius omnium bonorum recreationis gratia: vel vt aliis morem gereret, & ſumma deperdita eſſet tolerabilis; quoniam tunc deperdita non imputaretur in illius portione; ſed communia erunt cum aliis ſociis.

Tertiò infertur, quòd damna, & impendia, quæ proueniunt ex maleficio, ac
6 delicto vnius ex ſociis, non ſunt communicanda, ſed debent ſolui de portione eius ſociis, qui maleficium commiſit, vt in d. l. ſi fratres, §. fin. ff. pro ſoc. Bald. conſ. 491. num. 3. lib. 2. & conſ. 272. lib. 5. & Tuſch. in ver. ſocius, concl. 294. quod eſt notandum pro damno paſſo propter defraudationem gabellæ. Idem dicendū eſt de eo ſocio, qui citatus à iudice non comparuit, propter quod iuſtè fuit pœna pecuniaria condemnatus: ſecus autē ſi iniuſtè fuit mulctatus; quoniam eo caſu damnum paſſum extrahendum eſt de communi, vt in d. l. ſi fratres, §. fin. ff. pro ſoc. Adde, quòd ſocius tenetur pœnam de ſuo ſoluere pro maleficio, etiam ſi occaſione ſocietatis maleficium commiſerit; non tamen quia intenderet ſocietati, vt habetur ex Molin. de contr. diſp. 418. num. 7. & Filliuc, tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 4. q. 3. num. 76. qui
7 exemplum ponit in eo, qui dum pergeret ad negotia ſocietatis, rixatus fuit cū aliquo, à quo fuit vulneratus: vel ob particulares inimicitias in via caſu comprehenſus fuerit ab inimicis, & damnum paſſus fuerit in perſona, aut in bonis, etiam ſi aliàs comprehenſus non fuiſſet, ſi iter illud ſocietatis cauſa non ſuſcepiſſet. Quæ quidem Molinæ ſententia in poſteriori ſaltem caſu, & in ſocietate omnium bonorum valdè dubia nobis videtur; cùm ſocius circa eius culpam ab inimicis damna ſuſcepit.

Quartò infertur, quòd non veniunt cōmunicandæ expenſæ ſuperfluæ in con-
8 uiuiis, & aliis rebus non neceſſariis: quoniam huiuſmodi expenſæ circa culpam fieri non cenſentur: & propterea ſocio, qui expenſas huiuſmodi fecit in ſua portione veniunt computandæ. Idem dicendum eſt de omnibus aliis damnis, & impendiis, quæ culpa lata, aut etiam leui alicuius ex ſociis ſocietati omnium bonorum proueniunt, vt in d. l. cum duobus, §. veniunt, l. rei communis, & l. ſocius ſocio, ff. pro ſoc. §. fin. in Inſtit. de ſociet. & Bart. in l. quod Nerua, ff. de poſ.

Tertia Concluſio.

Certum eſt, in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, ſpectare quoque
9 communiter ad ſocios omnia debita, omnes expenſas, & damna, etiam ſi ſocietatis cauſa non proueniant; dummodo ortum non habeant à dolo, aut à culpa ſocii, vt in l. ſi fratres, §. ſocium, & l. adeò, §. quod in alea, ff. pro ſoc. Petr. de Vbald. in ſuo tract. de duob. fratr. p. 6. num. 1. & p. 8. ſub num. 1. verſ. Secundo caſu, Menoch. conſ. 860. lib. & alii, quos refert & ſequitur Alex. conſ. 133. in fin. lib. 2. Crau. conſ. 159. num. 8. lib. 1. & Felic. de ſociet. cap. 26 num. 1. 4. & 18. vbi etiam, num. 19. poſt alios probat, hanc concluſionem adeò veram eſſe, vt pactum contrarium eſſet nullius momenti. Etenim ſicut in ſocietate omnium bonorum veniunt cōmunicanda omnia lucra vndecunque, & qualitercunque quæſita, l. 1. l. 3. & l. ſocietatem vniuerſorum, ff. pro ſoc. nec poſsit dari ſocietas omnium bonorum, quin omnia communicentur, vt nos ſæpe diximus; ita etiam fieri non poteſt nec quidem, mediante pacto, in ſocietate huiuſmodi, eius natura ſalua, quòd damna quoque, & expenſæ non communicentur, l. ſi non fuerint, l. Mutius, in princ. ff. tit. ſupra relato, §. 1. in Inſtit. de ſociet.

Ex hoc infertur, quod quamuis vnus ex ſociis ex cauſa ſocietatis non fuerit
10 infirmatus; nihilominus expenſæ pro eius infirmitate habent fieri de communi, vt habetur per Petr. de Vbald. de duobus fratr. p. 6. num. 12. Riminald. iun. conſ. 366. num. 7. lib. 4. & Felicius d. cap. 26. num. 5. vbi tamen num. 6. id limitat, quando ſocius infirmitatem contraxerit morbi Gallici ob malam conſuetudinem habitam cum meretricibus; quoniam tunc expenſæ pro tali morbo curando non debent fieri de communi; ſed in fine ſocietatis computabuntur in eius

eius partem, cum morborum illud ſua culpa contraxerit, dando operam rei illicitæ, & inhoneſtæ, arg.tex.in l. adeò, §.quod in alea,ff. pro ſoc.

Secundò infertur, quòd de expenſis
11 communibus ſunt alendi filii, ac vxori vnius ſocii, licèt alter filios, & vxorem non habeat, vt habetur ex Petr.de Vbald. loco citato, num. 19. Ruin. conſ. 104. verſ. Quartò. lib. 1. Soc. conſ. 4. col. pen. lib. 4. Rolan. conſ. 91. num. 41. lib. 1. ex aliis apud Felic. d. cap. 26. num. 8. qui etiam num. 9. id ampliat ſecundum aliquos verum eſſe, etiam ſi vnus ex ſociis filios habeat ex damnato coitu: nam adhuc alendi ſunt de communi, vt conſuluit Rolan. conſ. 54. lib. 2. cuius tamen ſententia meritò reiicitur à Rimin. iun. conſ. 366. num. 18. & ſeq. lib. 4. per tex. in d. l. adeò, §. quod in alea, ff. pro ſoc.

Tertiò infertur, quòd in ſocietate om-
12 nium bonorum de communi fiunt expenſæ pro mittendis ſociorum filiis ad ſcientiam ſtudium, vel ad ediſcendam gramaticam, rethoricam, aut alias artes liberales, etiam ſi non omnes ſocii filios habeant, vt habetur per Caſtr. conſ. 304. num. 2. lib. 2. quamuis quoad expenſas ſtudii contrarium teneat Roman. conſ. 145. quoniam id ſocietati non eſt vtile. Non tamen eſt recedendum ob opinione Caſtr. & aliorũ, vt per Tuſch. in ver. ſocius, concl. 283. num. 50. ſiquidem in ſocietate omnium bonorum communicantur omnia bona vndecunque, & qualitercunque quæſita: ergo eodem modo communicantur expenſæ vndecunque, ac qualitercunque proueniant citra ſociorũ dolum, aut culpam. Confirma-
13 tur, quia hac ipſa ratione ſocii omnium bonorum communicant ſimul etiam expẽſas, quas alter eorum fecit ratione ſtudii, Bald. conſ. 476. lib. 5. & Tuſch. ver. ſocii, concl. 387. num. 58. Erogata
14 quoque à ſocio pro Doctorandis filiis, aut pro eis ad aliam dignitatem, & honorem prouehẽdis de communi quoque percipi debent, vt in l. ſi ſocietatem vniuerſorum, ff. pro ſoc. l. ex parte, §. filius. ff. famil. herciſcun. Petr. de Vbald. de duob. fratr. p. 6. num. 8. Corn. conſ. 285. ſub. num. 4. lib. 1. & Bero. conſ. 190. num. 5. lib. 1. Quod verdum putat Riminald. iun. conſ. 366. lib. 4 quem refert Felic. d cap 26 num. 13. niſi expenſæ ſint exceſſiuæ; quoniam tunc ex-
penſæ eſſent computandæ in partem ſo-
15 cii eorum patris. Imò liberi ex cauſa ſtudij licèt de communi emi debent; nõ tamen efficiuntur proprii filiorum, aut ementis, ſed ſunt communes, vt rectè ait Petr.de Vbald. loco citato, num. 20. Soc. conſ. 3. num. 34. & 35. lib. 4. & Felic. loco citato vbi num. 14. etiam addit, quòd quamuis expenſæ pro promo-
16 uendo in Abbatem filio fratris, eundemque monacãdo fieri debent de communi; nihilominus ſi ipſe ſocius fieret Abbas, aut monachus, tunc expenſæ computarentur in eius partem: quoniam his caſibus ſocietatis extinguitur, vt habetur per Bald. in l. ſi ſocietatem vniuerſorum, & Petr. de Vbald. d. p. 6. num. 9.

Quartò infertur, quòd expenſæ, quas
17 vnus ex ſociis facit deuotionis cauſa in ſocietate omnium bonorum communicantur: quoniam omne impenſum citra dolum, & culpam pertinent ad communem ſocietatem, vt ſupra adnotauimus, vndè impenſa ſocii pro perigrinando ad S.Iacobum de Galitia excipitur de communi, vt habetur ex Anton. de Butr. cõſ. 7. ad fin. verſ. Ad ſextam, vbi Apoſtil. & Tuſch. ver. ſocius, concl. 283. num. 7. Et multò magis communicantur expenſæ, quæ fierent ab altero ex ſociis omnium bonorum pro adimplendo voto, elargiendis eleemoſynis, & aliis eiuſmodi. Etenim ſi pro mundano honore expenſæ fiunt de communi, multò magis communicari debent expenſæ, quæ fiunt pro ſalute animæ, vt habetur ex Felic. d. cap. 26. num. 15. & 16.

Quintò infertur, expenſæ, quæ fiunt in
18 nuptijs tam filij, quàm filiæ vnius ex ſocijs excipi debent de communi: quia, vt diximus; in hac ſocietate omnia communicantur; & ideò iocalia quoque de communi fieri debent, vt per Petr de Vbald. de duob. fratr. p. 6. nu. 8. Corn. conſ. 285. ſub num. 4. lib. 1. Bero. d. conſ. 190. num. 5. lib. 1. & alij apud Felic. d. cap. 26. num. 11. & 12. qui tamen id verum eſſe ait; niſi expenſa in nuptiis ſint exceſſiuæ; ita vt excedant qualitatem ſociorum; quoniã tunc huiuſmodi expenſæ citra culpam non fierent; & propterea non eſſent cõmunicandæ, vt rectè conſuluit Riminal. iun. conſ. 366. lib. 4. Imò ad hoc vt expen-
19 ſæ nuptiarum filij ſocij fiant de communi, oportet vt dotis fructus communicentur, alias expenſæ non eſſent communi-

municandæ, vt habetur per Rom. conſ.
414. num. 6. & Tuſch. ver. ſocij, concl. 287
20 num. 15. vbi ait, gabellam pro dote vxo-
ris alterius ſocij ita demum ſoluendam
eſſe de communi, ſi dos eſt communis,
ſeu communicata: ſiquidem in ſocietate
omnium bonorũ acquiſita ex fructibus
dotalibus ſunt communia, etiam ſi om-
21 nes ſocij vxores habeant, & aliqui do-
tem receperint in pecunia, & alij in bo-
nis fructiferis, vt per Bald. conſ. 439. in
prin. lib. 3. & Tuſch. loco citato. num. 16.
vbi etiam, num. 17. id extendit in fructi-
bus bonorum paraphrenalium; quia ſunt
communes, nec redduntur vxori ſoluto
matrimonio: niſi extent; vel ex eis aliquid
fuerit comparatum, vt per Bald. conſ.
413. ſub num. 2 lib. 2. Et cùm ornamen-
ta, & veſtes vxorum ſociorum præſumã-
22 tur de immuni, ideò, mortuo marito,
deberi ſocijs, conſuluit Anch. conſ. 147.
num. 9. quem citat Tuſch. d. concl. 287.
num. 2.

Eſt tamen verum, quòd Bald. conſ.
23 439. num. 2. lib. 3. ait, id non vendicare
ſibi locum in ornamentis factis vxoribus
ſociorum, etiam de rebus communibus,
ſi ſint ſecundum ſociorum conditionem,
& Regionis vſum; ſed vxores, ſoluto ma-
trimonio, poſſunt ea ſibi retinere, quam-
uis contrarium videatur docere idem
Bald. conſ. 438. num. 4. lib. 3. dum inquit,
quòd expēſæ pannorum vxoris de com-
muni factæ refici debent: ſecus ſi illas fe-
cit de ſuo, vt videre eſt apud eumdem
Tuſch. vbi ſupra, num. 19. & 20. Sed re
vera in d. conſ. 438, videtur Bald. loqui
de ſocietate particulari, dum ait; ſecus ſi
illas fecit de ſuo: quia in ſocietate om-
nium bonorum non datur proprium.
Vel fortè ipſe Bald. loquitur de veſtibus
prætioſis: nam hæ ſicut, & iocalia pretio-
ſa non efficiuntur vxoris, vt latè Caſtr.
conſ. 358. num. 2. lib. 2. Alex. conſ 42. lib.
5. Tuſch. ver. ſocius, concl. 183. num. 49.
Hæc adeò vera ſunt, vt longa diſcuſsione
non egeant: difficultas modo eſt de duo-
bus, primò, an dos filiæ vnus, ex ſocijs
omnium bonorum ſit ſoluenda de com-
muni. Secundò, an expenſæ pro funere
vnius ex ſocijs præmortui debeantur
pariter ſolui de communi, ſeu de bonis
communibus ſocietatis.

An in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, dos pro maritanda filia vnius ex ſocijs, ſolui debeat de communi. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Dotem pro maritanda filia vnius ex ſocijs omnium bonorum ſimpliciter, de communi non eſſe ſoluendam; qui doceant.*

2 *Argumentum à contrario ſenſu in iure eſt validum.*

3 *Omiſſa à contrahentibus, remanent ſub iuris communis diſpoſitione.*

4 *Aes alienum ab vno ex ſocijs cõtractum, manente ſocietate, ea diſſoluta ex vi ſocietatis de communi ſoluitur.*

5 *Dotandæ filiæ onus cohæret perſonæ patris.*

6 *Expenſæ; quæ ſocietatem omnium bonorum reſpiciunt, & non aliæ fiunt de communi.*

7 *Expenſæ prouenientes ex voluntate tantùm vnius ex ſocijs de communi fieri non debent.*

8 *Socius in ſocietate omnium bonorum, non poteſt alienare ſocietatis bona vltra partem ſuam.*

9 *Aequalitas in ſocietate ſeruanda eſt inter ſocios.*

10 *Dotata filia de communi ſocietate omniũ bonorum, vidente, & conſentiente altero ſocio, ſocium ſibi præiudicare, qui velint.*

11 *Donatio inter fratres ex eorum taciturnitate præſumitur.*

12 *In ſocietate omnium bonorum tacita, dotem filiæ vnius ex ſocijs non eſſe ſoluendam de communi, qui doceant.*

13 *In ſocietate omnium bonorum, ea durante, filiam dotandam eſſe de communi, & deinde, ea diſſoluta, eſſe computandam in portionem patris, non nulli putant.*

14 *Filiam vnius ex ſocijs omnium bonorum dotandam eſſe, vel non dotandam de cõmuni vtramque ſententiam probabilem eſſe, quidam volunt.*

15 *Filiam vnius ex ſocijs omnium bonorum dotandam eſſe de communi, probabilius nobis videtur, ſiue ſocietas expreſſa ſit, ſiue tacita.*

16 *Qui tenetur alere, tenetur dotare.*
17 *Hæreditas paterna dicitur quaſi debita filio.*
18 *Dotatio filiæ eſt onus paternum, ac paternæ hæreditatis.*
19 *L. ſi ſocius, ff. pro ſoc. intellectus.*
20 *Onus dotandæ filiæ quamuis pertineat ad patrem; nihilominus vigore alterius contractus fieri poteſt, quod ſit commune cum alio.*
21 *In ſocietate omnium bonorum communicantur quoque expenſæ, quæ ſocietatem non reſpiciunt, non ſic in ſocietate particulari.*
22 *Socius omnium bonorum poteſt alienare vltra partem ſuam: dũmodò abſit dolus.*
23 *Societas omnium bonorum iuſtificatur non ſolùm ex eo, quod eſt; ſed ex eo, quod euenire poteſt.*
24 *Socio volēti recedere à ſocietate in fraudem non permittitur.*
25 *Filia fratris dotata à fratribus habitantibus inſimul ad communem panem, & commune vinum, an & quando cenſeatur de communi, eſto quod inter fratres ipſos non fuerit contracta ſocietas omnium bonorum.*
26 *Donatio inter fratres de facili præſumitur*
27 *Omnia quæ veniunt in ſocietate omnium bonorum expreſſa, veniunt in tacita.*
28 *Dotes vxorum ſociorum omnium bonorum ponuntur in communi cum onere reſtituendi.*
29 *Opiniones inuicem contrariæ ſimul veræ eſſe non poſſunt.*
30 *Iudex tenetur eam opinionem ſequi, quæ adhibito diligenti ſtudio, ſibi magis vera videatur.*
31 *Dos data filiæ vnius ex ſocijs omnium bonorum, detrahenda eſt de communi, nec imputanda in portione patris, ſiue ſocietas tacita ſit, ſiue expreſſa.*
32 *Dos promiſſa filiæ vnius ex ſocijs omniũ bonorum, detrahenda eſt de communi.*
33 *Dos filiæ nubili vnius ex ſocijs omnium bonorum debetur ex communi.*
34 *Dos filiæ nubili vnius ex ſocijs omnium bonorum debetur ex vi taciti pacti, etiã ſi nullum interceſſerit pactum.*
35 *Idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.*
36 *Eſto quòd in ſocietate omnium bonorum filia non eſſet dotanda de communi; nihilominus quãdo ſocius paſſus eſt de communi filiam alterius ſocii dotari, tunc filiæ ſocii patiētis dos omninò deberetur.*
37 *Dos filiæ nuptæ, vel nubili vnius ex ſociis omnium bonorum, debet eſſe competens, & moderata.*
38 *Dos filiæ vnius ex ſociis omnium bonorum non debetur de communi ſi pater recepit eſtipulationem in caſu reſtitutionis ſibi reſtitui.*
39 *Dos data filiæ vnius ex ſociis omnium bonorum, an ſit extrahenda de communi in præiudicium Minorum ſociorum.*
40 *Dos filiæ non eſt extrahenda ex ſocietate omnium bonorum inter coniuges, conſtante matrimonio, iure Luſitano: ſecus autem iure Caſtellæ.*
41 *Mater de iure non tenetur dotare filiam.*

IN hac re quot homines tot ſunt ſen-
tentiæ. Nam prima ſententia eſt Iaſ.
1 in auth. quod locum, num. 6. & ſeq. C.
de Collat. Alex. conſ. 145. lib. 2. & ibi
Apoſtil. Roman. conſ. 145. Bero. conſ.
190. num. 15. & ſeq. lib. 1. Soc. conſ.
213. lib. 2. Riminal. iun. conſ. 366. nu.
12. & ſeq. lib. 4. & aliorum apud Ga-
briel. tit. de iur. dot. concl. 2. in prin.
num. 4. qui dicit hanc ſententiam eſſe
communem, & aliorum exiſtimantium,
dotem filiæ ſocii omni bonorum non eſ-
ſe dandam de communi, ſed debere im-
putari ipſius filiæ patri. Probat primò
eorum ſententiam ex tex. in l. ſi ſocius
pro filia, ff. pro ſoc. vbi habetur, quòd
filia vnius ex ſociis dotanda eſt de com-
muni, ſi inter ſocios ita fuerit conuen-
tum: ergo ſi ita inter ſocios non fuerit
conuentum, filia erit dotanda de pro-
prio, non autem de communi: ſiquidem
2 argumentum à contrario ſenſu in iure
eſt validum, vt in l. 1. & ibi Doctor. ff.
de offic. eius, &c. & latè Euerard. in lo-
co, à contrar. Confirmatur hæc ipſa
ſententia ex eadem l. ſi ſocius pro filia,
vbi habentur, quòd ſi conuentum ſit in-
ter ſocios, vt filia vnius ex ſociis de com-
muni dotetur, & de altera filia nihil ſit
dictum, pactum eſt iniquum: ergo filia
ſocii non eſt dotanda de communi; quo-
niam aliàs de ea dotanda pactum non
eſſet iniquum; ſiquidem, altera filia al-
terius ſocii prætermiſſa dotaretur iuris
communis diſpoſitione, cùm omiſſa à
3 contrahentibus remanent ſub iuris com-
munis diſpoſitione, cùm omiſſa à con-
trahentibus remaneant ſub iuris cõmu-
nis diſpoſitione, vt in l. ſi extraneus, ff.
de condit. ob cau. atque adeò ceſſaret
iniquitas. Præterea in d. l. ſi ſocius pro
filia, dicitur, quòd dos promiſſa, ſocie-
tate

tate durante, ea ſoluta, non ſoluitur de
communi: ergo dos filiæ ſocii non debe-
tur ex vi ſocietatis; ſed tantùm ex vi
pacti: quoniam vi ſocietatis, etiam ea
4 diſſoluta, omne æs alienum, quod per
vnum ex ſociis, ſocietate manente, con-
tractum eſt de communi ſoluitur, vt in l.
omne ęs alienum, l. ſi ſocii ſumus, & l.
ſi vnus in prin. ff. pro ſoc. Denique ex
eadem l. ſi ſocius, colligitur, quod dos
vigore pacti debita, ſatis eſt, ſi ſemel à
ſocijs de communi ſoluatur: ergo dos
non debetur filiæ ſocii vigore ſocietatis;
quoniam vi ſocietatis deberetur toties,
quoties opus eſſet.

Secundò probatur hæc eadem opinio
5 ratione: quia onus dotandæ filiæ cohæ-
ret perſonæ patris: ergo pater de pro-
prio tenetur dotare filiam & non de cō-
muni ſocietate omnium bonorum: ſi-
quidem, quæ cohærent perſonæ, ad ali-
um non tranſeunt, l. fin. C. de dot. pro-
miſ. l. obligamur, §. lege, ff. de action.
& obligat. & c. fin. de offic. ordin. Præ-
6 terea illæ expenſæ fiunt de cōmuni om-
nium bonorum ſocietate, quæ ſocietatē
reſpiciunt, vt in l. cum duobus, §. ſi quis
ex ſociis, ff. pro ſoc. at onus dotandi ſo-
ciorum filias, non reſpiciunt ſocietatem:
non ergo filia vnius ex ſociis dotari de-
bent de communi, ſed de portione ſui pa-
7 tris. Rurſus expenſæ prouenientes ex
voluntate tantùm vnius ex ſociis, de cō-
muni fieri non debent, ſed de proprio
impendentis, vt in d. l. cum duobus, §. per
contrarium; at expenſa dotis prouenit
ex voluntate patris, qui voluntariè vxo-
rem duxit, & filiam genuit. Accedit,
quod in ſocietate omnium bonorum,
8 ſocius non poteſt alienare ſocietatis bo-
na vltra partem ſuam, vt in l. nemo ex
ſociis, ff. pro ſoc. ergo non poteſt filiam
dotare de communi; quia tunc bona ſo-
cietatis alienaret vltra partem ſuam.
Denique in ſocietate inter ſocios ſeruari
9 debet æqualitas, vt in l. cùm pater, §. eui-
ctis, ff. de legat. 2. ergo filia vnius ex ſo-
ciis non debet dari de communi; quo-
niam aliàs in huiuſmodi ſocietate non
ſeruaretur æqualitas, vbi vnus ex ſocus
plures haberet filias, quàm alter, aut
vnus haberet filias, & non alter. Imò ſi
ſociorum filiæ dotandæ eſſent de com-
muni, de facili poſſet committi fraus:
ſiquidem vnus ex ſociis poſt dotatā eius
filiam, vt effugeret dotationem alterius
ſocii filiæ, ſocietatem poſſet diſſoluere,
atque ideò fraudulenter lucrarentur cū
alterius ſocii iactura.

Secunda ſententia eſt Bart. in l. quæ
dotis, col. 3. ff. ſolut. matr. Bero. conſ. 190.
num. 27. & ſeq. verſ. venio ad ſecundum,
lib. 1. Rom. conſ. 311. & aliorum, quos
refert Tuſch. ver. ſocius concl. 283. num.
32. & 34. dicentium, quòd licet dubium
ſit, an dos filiæ ſocij debeatur de com-
10 muni; nihilominus quando pater dota-
uit filiam de communi, ſciente, & con-
ſentiente ſocio, tunc ſocius ſibi præiudi-
cat, quia cenſetur donare. Et hanc opi-
nionem magis communem eſſe teſtatur
Bero. loco citato, num. 41. & Dec. conſ.
68. col. fin. Imò non nulli volunt, ſatis
eſſe, quòd alij ſocij ſciuerint, & non con-
traxerint. Etenim ſola ſcientia, & tacitur-
nitas, quamuis præiudicium non inferat
tacenti, id tamen fallit fauore piæ cauſæ.
Ita Bald. in l. ſi coſtante, ff ſol. matr. & in
l. ſi ergo de iur. dot. Quòd maximè verū
11 eſſe inter fratres, inter quos in ſimili fa-
cilius præſumitur donatio ex ſcientia, ac
taciturnitate, conſuluit Dec. conſ. 66. &
68. qui teſtatur de communi, Rom. d.
conſ. 311. Panor. in c. nō ne de prǽſumpt.
Soc. conſ. 291. col. 8. Caſtr. conſ. 211. vbi
id ampliat; etiam ſi fratres tacentes cre-
diderunt, ſe teneri. Et quòd in dubio præ
ſumatur, quòd fratres ſciuerint hanc do-
tationem apertè docent Soc. d. conſ. 291.
col. 7. & Tuſch. d. concl. 283. num. 34. cir-
ca fin. qui num. 26. ex Soc. & Dec. locis
citatis, ait, quæ diximus vera eſſe in dote
iam conſtituta: ſecus autem dicendum
eſſe de dote conſtituenda; quoniam tunc
ſi ſocij contradicunt, pater tenetur do-
tare filiam de ſua portione; atque ideò
non poteſt eam dotare de communi.

Tertia ſententia eſt diſtinguentium
12 ſocietatem in expreſſam, & tacitam. Et
licèt quamplurimi ſint, qui velint, in
expreſſa omnium bonorum ſocietate,
ſociorum filias eſſe de communi dotan-
das; id tamen negant in ſocietate omniū
bonorum tacita: quoniam putant in ſo-
cietate tacita omnium bonorum non
venire niſi ea, quæ acquiruntur ex acti-
bus quæſtuarijs; at dotatio filiæ ſocij nō
eſt actus negotiationis quæſtuariæ. Ita
Bald. in auth. ex teſtamento, col. pen.
verſ. Secundò quęro, quid ſi dotet ſoro-
rem, C. de collat. & alij apud Tuſch. ver.
ſocietas, concl. 282. num. 2.

Quarta ſententia eſt Gabr. tit. de iur.
13 dot. concl. 2. num. 3. & aliorum, quos al-

legat, opinantium, quod in ſocietate omnium bonorum, durante ſocietate, dos filiæ ſocij debet extrahi de communi; verum, diſſoluta ſocietate, dos ipſa debet comparari in portionem patris. Hanc eandem ſententiam tenent Addentes ad Alex. conſ. 154. lib. 1. dicentes inſuper, quòd Doctores tenentes contrarium errant, & cæcutiant. Et hoc ideò fortè, quia dotes vxorum ſociorum ponuntur in communi non ſimpliciter, Sed cum obligatione reſtituendi, vt in l. actione, §. fin. ff. pro ſoc.

Quinta ſententia eſt Petr. de Vbald. in ſuo tract. de duob. fratr. p. 6. num.
14 10. in fin. exiſtimantes, dubiſſimas eſſe opiniones tam eorum, qui volunt, filiam ſocii omnium bonorum dotandam eſſe de communi; quàm eorum, qui negāt dotari debere de communi, ſed eiuſdem dotationem pertinere ad ſolùm patrem; itaut dos ſoluta imputetur in portionem tangentem ipſi patri: & propterea vtramque opinionem putat eſſe probabilem; atque adeò ſi quis vni, vel alteri opinioni adhæret, non poſſet de mendacio redargui.

Sexta, & vltima ſententia, quæ nobis magis probatur, eſt eorum, qui putant,
15 filiam vnius ex ſociis omnium bonorum dotandam eſſe de cōmuni. Ita Bald. in l. ſi patruus, num. 11. C. commun. vtr. iud. & in l. cum duobus, §. ſi fratres, aliàs incipit, l. ſi fratres, & l. ſocietatem vniuerſorum, ff. pro ſoc. Ant. de Butr. conſ. 7. & conſ. 60. in 3. dubio, Io: de Imol. conſ. 30. Caſtr. in recole. Flor. in l. ſi ſocius, & in d. l. ſocietatem, & in conſ. 304. num. 2. conſ. 358. lib. 2. vbi retractat contrariam opinionem, quam aliàs in hac re tenuit, Alex. conſ. 154. num. 5. lib. 2. Soc. conſ. 391. num. 2. lib. 1. vbi dicunt, hanc opinionem eſſe veriſſimam, & conſ. 4. lib. 4. nu. 33. vbi ait. pro hac opinione conſuluiſſe omnes Doctores Peruſinos, & alii quamplurimi, quos refert, & ſequitur Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 26. ſub num. 21. qui in hac re ait, non eſſe diſtinguendum inter ſocietatem omnium bonorum tacitam, & expreſſam: quoniam ſiue ſocietas expreſſa ſit, ſiue tacita, dos filiæ ſocii ſoluenda eſt de communi, non autem computāda eſt in portione ipſius patris, vt ibidem num. 27. & 36. & Rolan. conſ. 91. num. 51. lib. 1. Probatur hæc ſententia primò; quia in ſocietate omnium bonorum tàm expreſſa, quàm tacita, inducta ex actibus ſocialibus eam inferentibus ſecundum opinionem magis receptam communicantur omnia bona præſentia, & futura, vndecunque proueniat, ſiuè titulo oneroſo, ſiue lucratiuo, vt nos ſupra late probauimus, q. 4. Ergo vt in huiuſmodi ſocietate ſeruetur æqualitas, debent communicari omnes expenſæ, quæ ab ipſis ſociis fiunt, citra eorum dolum, & culpam, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, q. præcedenti, concl. 2. & 3. atque adeo expenſæ pro dotanda filia ſunt communes omnibus ſociis: ſiquidē huiuſmodi expenſæ citra culpam, & dolum eorum fieri nos ſupponimus. Secundo probatur eadem opinio; quia in ſocietate omnium bonorum adeò communicantur omnia vndecunque, & qualitercunque quæſita, vt communicentur etiam ea, quæ proueniunt patri ex perſona filiorum, vt in l. ſi fratres, §. ſocium, ff. pro ſoc. ergo ex communi quoque tribuenda eſt dos filiæ ſocij, nec cōputanda eſt in portione pa-
16 tris. Tertiò, qui tenetur alere, tenetur dotare: ſiquidem de vno ad aliud valet argumentum, l. fin. ff. de his quib. vt indign. Sed filiæ ſociorum omnium bonorum, ſunt alendæ de communi, vt ſupra probauimus q. præced. concl. 3. illat. 2. ergo dotandæ quoque ſunt de commu-
17 ni. Quartò in ſocietate omnium bonorum communicatur etiam hæreditas paterna, quæ dicitur quaſi debita filio, l. 3. §. 1. iuncta l. plerumque, ff. pro ſoc. Ergo ſocietas tenetur è conuerſo agnoſcere debitū hæreditatis, nēpè dotationē filiæ,
18 quæ eſt onus paternū, & paternæ hæreditatis, l qui liberos, ff. de rit. nupt. Denique probatur hæc eadem ſententia ex tex. in d. l. ſi ſocius, ff. pro ſoc quem aduerſarij adducunt pro ſe contra noſtram ſententiam: ibi enim filia vnius ſocii dotata ab eius patre, & hæres relicta, in diuiſione rerum hæreditatis facienda cum altero ſocio, habebit dotem præcipuam: Ergo dos ſoluta fuit de communi, aliàs nō haberet dotem præcipuam, ſi de portione ſui patris dumtaxat veniret extrahenda. Pro hac quoque ſententia allegant prædictum tex. Butr. conſ. 7. Rolan. d. conſil. 291. num. 40. & omnes alii, opinionem, quam nos ſequimur, tenentes.

Reſtat

Reſtat modò, vt ad argumenta reſpondeamus.

19 AD primum primę ſententiæ ex tex. in d.l.ſi ſocius, ff. pro ſoc. quem Aduerſarij adducunr ad probandam primam ſententiam, reſpondetur, quòd ſi dicta lex rectè perpendatur, potius facit pro nobis, quàm contra nos, vt ſupra oſtendimus in vltimo argumento pro confirmatione noſtræ opinionis. Secundò reſponderi poteſt, quòd dicta lex non loquitur de ſocietate omnium bonorum, vt per Dec.conſ.68.col.4. Tertiò reſpondetur, quòd dato, quòd tex. ille loquatur de ſocietate omnium bonorum, pactum tamen, de quo ibi fit mentio, non conſideratur vt neceſſarium ad hoc vt filia dotetur de communi; ſed conſideratur ſolùm ad determinandum, an fit validum, vel inualidum: nam cùm ex iuris communis diſpoſitione filiæ ſociorum ſint de communi dotandæ, iniquum viſum fuit, quòd vna tantùm filia vnius ſocij de communi dotari debeat, & non altera: & hoc modo legem ipſam interpretatur Soc.conſ.5.ſub num.5.lib.4.& Dec.conſ.66.ſub num.5. & conſ.68. col.4. Ad confirmationem ex eadem lege reſpondetur, quòd filia ibi non abſolutè prætermiſſa, ſed excluſa fuerat: & propterea non remanſerat ſub diſpoſitione iuris communis, vt probat Soc. loco citato. Nec verũ eſt id, quod aliqui colligunr ex eadem lege, dum dicunt, eam velle, dotem promiſſam, durante ſocietate ea diſſoluta, de communi ſolui non deberæ; quoniam expreſsè dicit oppoſitũ, vt air ibi Gloſ.& Soc.d.conſ.5.num. 43. Er demum negatur, quòd in d. l. ſi ſocius, dos ſemel ſoluta amplius ſolui non debeat vigore pacti: Sed rationem eam eſſe, quòd in caſu illius legis, mulier fuit in culpa dotem non repetendo, eius viro iam vergente ad inopiam. Vt habetur ex Ruin.conſ.104 col.6.lib.1.& latè Felic.de ſociet.cap.26.ſub num.41.

20 Ad rationes in contrarium eiuſdem primæ ſententiæ reſpondetur, & ad primam reſpondendo ad antecedens dicimus, quòd quamuis onus dotandi filiam reſideat principaliter in perſona patris; nihilominus vigore alterius contractus fieri poteſt, quòd ſit commune cum alio, vt in contractu ſocietatis, de qua agitur; quæ operatur, vt cohærentia in perſona vnius ex ſocijs, cum altero ſocio communicetur: vt rectè reſpondet Ruin. d. conſ.104.col.8.lib.1.Dec.d.conſ.68. col. pen.& Rolan.d.conſ.91.lib.1. Ad ſequétem rationem reſpondetur diſtinguendo antecedens, quòd aut loquimur de ſocietate particulari, aut de ſocietate vniuerſali omnium bonorum primo caſu concedimus antecedens: ſecundo verò caſu negatur: ſiquidem in ſocietate

21 omnium bonorũ communicantur quoque expenſæ, quæ ſocietatem non reſpiciunt, vt oſtendimus ſupra, q.præced. vbi etiam oſtendimus, quòd licèt in particulari ſocietate non communicentur expenſæ, quæ à voluntate tantum proueniunr, vt in l.cum duobus, §. per contrarium, ff. pro ſoc. in ſocietate tamen omnium bonorum quando ſunt moderatæ communicantur; & eo maximè, quia debitum dotis non poteſt dici voluntariũ, ſed neceſſarium, vt in l. ſi cum dotem, §. ſi pater, ff. ſol.matr.& in l.huiuſmodi, §.

22 cùm pater, ff.de leg. 1. Ad aliam rationem diſtinguitur pariter antecedens, quòd aut ſocius vult alienare bona ſocietatis vltra partem ſuam dolosè, aut bonafide, & citra culpam: primo caſu concedimus antecedens, & ita Gloſ. declarat tex.in l.nemo ex ſocijs ff.pro ſoc. ſecundò verò caſu negauimus antecedens: vndè cùm ſocius dotando filiam non ſirin dolo, nec in culpa, licitè poterit eam dotare de communi. Ad vltimã

23 rationem, conceſſa maiori, negamus minorem: ſiquidem ſocietas omnium bonorum iuſtificatur non ſolùm ex eo quod eſt; ſed etiam ex eo, quod euenire poteſt: nam contingere poteſt, vt ſocius, qui dotauit plures filias, quàm alter ſocietati plures conſerat ex vi alicuius hæreditatis ſibi obuentæ, donationis factæ, aut legati relicti, vel proprio artificio, & induſtria, quàm alter ſocius, qui non habeat filias: & propterea ratione dubij euentus redditur æqua huiuſmodi ſocietas, & in ea poteſt non iniuria dici ſeruari æqualitatem. Nec dici poteſt de facili poſſe committi fraudem ſi filia ſocij eſſet dotanda de communi: quoniam ſi in

24 fraudem alter ſocius vellet à ſocietate recedere, ei non permitteretur, vt in l. actione, §. Labeo, ff. pro ſoc. Vndè Caſtr. conſ.358.ſub num. 1. in fin.lib.2.inquit, quòd ſi ſocii diuidant ſocietatem priùs quàm filia nuptui tradatur, erit tene-

pon-

ponēdā cautio,quòd adueniente nuptus
tempore, etiam alter ſocius pro ſua por-
tione contribuet; niſi in diuiſione par-
tem à ſe debitam pro dotibus aſsignet,vt
habetur etiam ex Felic.de ſociet.cap.26.
ſub num.39.

Ad fundamentum ſecundæ ſententiæ
dicimus, quòd ſcientia aliorum ſociorū
non eſt neceſſaria; ſicut nec eorum præ-
ſentia,& conſenſus adhoc, vt filia vnius
ex ſocijs dotetur de communi in ſocie-
tate omnium bonorum ſimpliciter; cùm
iam ſupra oſtendimus in confirmatione
noſtræ ſententiæ ex vi talis ſocietatis ſo-
ciorum filias de communi eſſe dotandas.
Imò non deſunt, qui velint, quòd inter
fratres inſimul habitantes ad commune
25 panem,ac vinum, etiam ſi omnium bo-
norum ſocij non ſint,quando vna ex fra-
tribus filia dotatur de cōmuni, alijs fra-
tribus ſcientibus,& conſentientibus, vel
ſaltem non contradicentibus, cenſeatur
dotata ab omnibus, eidemque dotata
dos de communibus bonis:nam licèt re-
gulariter nemo præſumatur donare,
cùm nemo præſumatur iactare ſuum, l.
26 cùm de indebito,de probat.nihilominus
inter fratres hoc caſu de facili præſumi-
tur donatio, vt patet ex Doctoribus ſu-
pra relatis pro ſecunda ſententia. Quod
maximè verum eſſe,&c.

Ad diſtinctionem tertiæ ſententiæ in-
27 ter ſocietatem omnium bonorum taci-
tam,& expreſſam patet reſponſio ex di-
ctis ſupra,q.2.concl.2.& 3.& q.3.4. & 5.
vbi probauimus, quòd omnia, quæ ve-
niunt in expreſſa ſocietate omnium bo-
norum,veniunt etiam,& in tacita.

Ad id,quod dicunt Doctores quartæ
28 ſententiæ patet reſponſio ex dictis. Ete-
nim quamuis dotes vxorum ſociorum
ponantur in communi non ſimpliciter
ſed cum obligatione reſtituendi; non ta-
men ex hoc ſequitur, vt dos filiæ vnius
ſocij debeat de communi extrahi cum
onere, quòd computetur in diuiſione in
partē ſocij dotantis. ſiquidē in ſocietate
omniū bonorū non conſideratur æquali
tas in ſingulis rebus; ſed conſideratur
in generali,vt omnia lucra ſint commu-
nia,& omnes expenſæ de communi ex-
trahantur,ſicut,& omnia bona vndecun-
que,& qualitercunque quæſita commu-
nicantur: nec attenditur, an quis plus
ponat, vel plus lucretur, cùm ſocietas
eiuſmodi ab incertitudine dubij euentus
iuſtificetur,vt ſæpè diximus: nam cōtin-
gere poteſt,vt illi,qui minus contulit, &
minus lucratur aliquid obueniat in pa-
ri,& in maiori quantitate rerum poſita-
rum ab altero ſocio.

Ad ea demum, quę habentur ex Petr.
29 de Vbald. relato pro quinta ſententia,
Addentes ad Alex.conſ.154.lib.2. dicūt
eum malè loqui: ſiquidem cùm quidam
velint,dotem filiæ ſocij deberi ex com-
muni,& alij negēt;huiuſmodi opiniones
ſunt ad inuicem contrariæ; quæ ſimul
veræ eſſe non poſſunt;ſed Iudex tenetur
eam opinionem ſequi,quæ adhibito dili-
30 genti ſtudio, ſibi magis vera videatur,
vt per Menoch.in tract.de arbitr. iud.ca-
ſu 439.num.22.cum plur.ſeq.Sed re vera
Petr.de Vbald.gratis impugnatur: nec
eiuſdem ſententia meretur cenſuram ali-
quam:ſiquidem non ait,vt vnus,& idem
poſsit vni,vel alteri parti contra ſuam
conſcientiam adhærere; ſed intelligēdus
eſt iuxta Menoch. opinionem, nempè,
illi ſentētiæ ex duabus inuicem pugnan-
tibus poſſe aliquem inhærere, quæ facto
diligenti ſtudio magis vera ſibi videa-
tur,atque ideò,qui hoc modo vni, vel al-
teri opinioni adhæreret,de mendacio re-
dargui non poſſet.

Vndè,bis reiectis, firma remanet con-
cluſio, quòd in ſocietate omnium bono-
31 rum ſimpliciter, ſiuè tacita ſit, ſiuè ex-
preſſa, dos data filiæ vnius ex ſociis de-
trahenda ſit de communi, nec imputan-
da in portione patris.

Ampliatur hæc concluſio, vt in ſocie-
tate omnium bonorum ſimpliciter non
32 ſolùm dos filiæ ſit detrahenda de com-
muni, ſi ſit data; verum etiam ſi ſit tan-
tùm promiſſa: quoniam, diſſoluta ſoci-
etate, ſocius, qui eam promiſit eſt con-
ſeruandus indemnis, iuxtà ea,quæ habē-
tur ex Ruin. conſ. 104.col.8. & Felic. in
ſuo tract. de ſociet. cap. 26. num 42. &
id ex eo quòd in huiuſmodi ſocietate
omnia lucra, & damna, & omnes expen-
ſæ communicantur, ſiuè ad quæſtuarios
actus pertineant, ſiuè ad alios, vt ſupra
probauimus, q. 5.

Secundò ampliatur eadem concluſio,
vt non ſolùm locum ſibi vendicat in filia
33 nupta, vt eius dos data, & promiſſa ſit
detrahenda de communi ſocietate omni-
um bonorum; verùm etiam in filia nu-
bili, durante ſocietate; nam ſi ante do-
tationem diſſoluatur ſocietas, debet à
conſociis præſtari cautio de ea dotanda,
adueniente caſu nuptus, ac ſi fuiſſent
promiſ-

promiſſa,aut habetur ex Caſtr.conſ.358
num.1. lib. 2. cuius ſententiam ſequitur
Felic. d.cap.26.num. 43. in caſu tantum
propoſito ab ipſo Caſtr. nempè, quando
quilibet ſociorum habebat filias ; & ma-
ximè ſi debitum dotãdi fuerit inductum
ex teſtamento ſocii prædefuncti. At vbi
dos non eſſet promiſſa, durante ſocieta-
te,cum verè adhuc non ſit debita, putat
de ea in diuiſione rationem aliquam non
eſſe habendam: quoniam habetur ratio
de debitis, & pro debitis datur cautio;
non autem pro non debitis, vt in l. om-
nes,ff. pro ſoc. Nam tamen cenſeo rece-
dendum eſſe ab ampliatione: nam eam
quoque tenet Tuſch. ver. ſociétas, concl.
283. num. 18. Etenim cùm filia ſocii nu-
bilis ſit tempore ſocietatis omnium bo-
norum, ex vi ſocietatis eſt dos illi debi-
ta; & multò magis ſi aliqua filia alterius
ſocii fuiſſet dotata de communi: ſiqui-
dem ob id ait tex. in l. actione,§. Labeo,
ff. pro ſoc. quòd ſocius non poteſt diſ-
ſoluere ſocietatem in detrimentum ſoci-
etatis, ac alterius ſocii.

Adde quòd eo caſu non ſolùm ex vi
34 ſocietatis;ſed etiam ex vi taciti pacti de-
beretur filiæ nubili dos ſupradicta: eo
quòd tunc cenſeretur tacitè conuentum
de dotandis filiabus de communi: nam
in ſocietate omnium bonorum ad maio-
rem cautelam poteſt addi pactum,quòd
ſociorum filiæ dotetur de communi,etiã
ſi vnus ſocius habeat filias, & alius non,
dummodo pactum ſit commune, vt ha-
betur ex Bero. conſ. 190. num. 16. &
ſeq. lib. 1. Alex. conſ. 154. num. 5. lib.
2. & Tuſch. d.concl. 283. num. 29. Dixi,
ad maiorem cautelam, quia debetur dos
filiæ nubili,etiam ſi promiſſa non fuerit,
nec præceſſerit dotatio filiæ alterius ſo-
cii, ex vi ſocietatis omnium bonorum.
Etenim cùm per ſocietatem omnium
bonorum communicetur etiam hæredi-
tas paterna, vt ſæpè diximus; ita è con-
uerſo ſocietas neceſſariò quoque tenetur
agnoſcere debitum hæreditatis, nempè
dotationis filiæ,cùm ſit onus paternum,
ac paternæ hæreditatis:ſiquidẽ idẽ opera
35 tur oppoſitũ in oppoſito, quod propoſi-
tũ in propoſito,l.& ſi contra,ff.de vulg.&
pupil. ſubſt. Et hæc quidem ratio conclu-
dit non ſolùm pro dote conſtituta, ſed
etiam conſtituenda filiæ nubili, vt per
Caſtr. conſ. 304. lib. 2. Soc. conſ. 5. &
conſ. 291. lib. 4. Tuſch. d. concl. 283. ſub
num. 27. vbi teſtatur de communi. Et
non modo militat ratio quando pater
dotauit filiam, ſciente, & conſentiente
ſocio, verum etiam, eo ignorante, vel
ſciente,& contradicente: quoniam ſicut
in ſocietate omnium bonorum cõfertur
hæreditas, & omnia alia bona vndecun-
que quæſita; etiam altero ſocio abſente,
& ignorante, vel ſciente, & contradi-
cente; ita quoque communicanda ſunt
onera hæreditatis,& aliorum bonorum;
atque adeò dotandæ ſunt filiæ ſociorum,
ſiue alter ſocius ignoret, ſiue ſciat, ſiue
expreſſè cõtradicat,cũ ſecũdũ naturã ſit,
vt eũ ſequãtur cõmoda,quẽ ſequũtur in-
cõmodã,l.ſecũdũ naturã,ff.de regul.iur.
& idẽ operetur oppoſitum in oppoſito,
quod propoſitum in propoſito. Idem
dicendum eſt, ſi ſint duo ſocij omnium
bonorum, quorum vnus, durante ſocie-
tate, ab hæreditate patris excluſiſſet ſo-
rorem vigore ſtatuti mandantis eam do-
tari: nam hoc etiam caſu,ſi nubilis eſſet,
& non dum nupta tempore diſſolutionis
ſocietatis, non ſolùm dos deberetur ad-
uenire tempore nuptus; verum etiam
eſſet præſtanda cautio de dote præſtan-
da,cùm nupſerit; & non alia ratione,niſi
quia erat ei debita vigore ſtatuti, & ob
dotem dandam frater eius,& alter ſoci-
us ſimul hæreditatem fuerunt adepti cũ
onere dotandi,vt habet ex Felic.loco ci-
tato, num. 44.

Tertiò ampliãtur hæc,quæ diximus,
36 vt dato, & non conceſſo, quòd in ſocie-
tate omnium bonorum non eſſent ex
vi illius filiæ ſociorum dotandæ de com-
muni iuxta primam ſententiam, quam
ſupra retulimus, & reiicimus; nihilomi-
nus quando ſocius paſſus eſt de com-
muni filiam alterius ſocij dotari, tunc
filiæ ſocij patientis dos omninò debere-
tur,vt ſupra adnotauimus,& habetur ex
Soc.conſ.291.num.7.lib.2.& conſ. 5.nu.
11.lib.4. Dec. conſ. 66. in 2.dub. lib. 1.
Gabr.de iur.dot.col.2.num.5. & alij cõ-
tra Natt.conſ.100.num.7.lib.1. & alios:
ſiquidem eo caſu cenſentur ſocietatem
omnium bonorum contraxiſſe talis na-
turæ,vt filiæ ſociorum de communi do-
tentur,iuxta ea, quæ habeutur ex Felic.
d. cap.26.num.47.& 48.vel ſocietas cen-
ſetur contracta cum tacito illo pacto, de
quo ſupra in præced.ampl.diximus.

Sic ampliata limitatur hæc concluſio,
vt licèt in ſocietate omnium bonorum
37 ſimpliciter debeantur ſociorum filiabus
dotes de communi,vt ſupra oſtendimus;
nihilo-

Digitized by Google

nihilominus id eſt intelligendum de dotibus competentibus, ac moderatis; nam dos immoderata non deberetur, vt habetur ex Riminal. ſen. conſ. 154. in fin. lib. 1. quem refert, & ſequitur Felic. de ſociet. cap. 16. num. 45.

Secundò limitatur eadem concluſio,
38 vt dos data filiæ vnius ex ſociis, quamuis
in ſocietate omnium bonorum vi talis
ſocietatis extrahenda ſit de communi; id
tamen locum non habet, vbi pater talis
filiæ dotem ei dederit nomine ſuo, & receperit
ſtipulationem, in caſu reſtitutionis
ſibi reſtitui: quoniam tunc patri debet
imputari, non autem communi omnium
bonorum ſocietati, vt per Alex.
conſ. 176. num. 18. verſ. Ijs tamen non
obſtantibus, lib. 4. quod verum eſſe citra
omnem dubitationem ait Tuſch. in ver.
ſocius, concl. 283. num. 29.

Tertiò limitatur, vt dos data filię vnius
39 ex ſocijs, non ſit extrahenda de communi
ſocietate omnium bonorum in præiudicium
ſociorum Minorum ſeci dum
aliquos; quia Minores non poſſunt contrahere
abſque certa ſolemnitate: quod
verum eſſe volunt, etiam ſi in libro ſocietatis
repereatur adnotatum, quòd dos
data filiæ vnius ex ſocijs ſit de communi:
ſiquidem dicunt, non ob id præſumi
eam datam de communi in præiudicium
minorum ſociorum; præſertim vbi
doris inſtrumẽtum id non exprimit, aut
ſcriptura libri facta fuerit, alijs ſocijs abſentibus;
in quorum præiudicium eſt facta,
vt habetur per Alex. conſ. 154. num.
7. & ſeq. lib. 2. & Tuſch. d. concl. 283. num.
21. Sed re vera hæc limitatio nobis non
probatur; quia de natura ſocietatis omnium
bonorum eſt, vt ſæpè diximus, &
in ea communicentur omnes expenſæ,
omnia damna, & lucra, vndecunque proueniant;
ergo dos cenſetur data, & debetur
de communi, etiam in præiudicium
ſociorum omnium; cùm contrarium nulla
lex neque recta ratio ſuadeat, neque
in hoc appareant Minores priuilegiati.
Vndè ſatis eſt, quòd ſocietas omnium
bonorum cum Minoribus, mediante Iudicis
decreto fuerit inita; quoniam tunc
ex vi ſocietatis omnia debentur, quæ de
eius natura veniunt citra decretum aliquod;
maximè ſi appareat, dotem datam
eſſe congruam, ac moderatam, iuxta ea,
quæ ſupra diximus, limit. 1.

Quartò limitatur, vt noſtra concluſio
40 locum non habeat in ſocietate omnium
bonorum, quæ inter coniuges contrahitur,
conſtante matrimonio, iure Luſitano,
etiam ſi matrimonium contrahatur
contractu medietatis bonorum; quoniã
tunc filiæ dos non extrahenda de communibus
bonis ſuper lucratis: ſiquidem
4 in Luſitania ſeruatur ius commune, quo
iure Mater non tenetur dotare filiam, vt
in l. neque mater, C. de iur. dot. Dixi *De
iure Luſitano.* quia de iure Caſtellæ Coniuges
de rebus communibus ſuper lucratis
conſtante matrimonio tenentur
dotare filias, vt rectè declarat Molin. de
contr. diſp. 424. & 428. & nos latius infra,
Deo duce, dicemus, cap. 3. q. 6.

An expenſæ pro funere vnius ex ſociis omnium bonorum, premortui de communi fieri debeant.

Q VII.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ omnes, quæ excogitari poſſunt veniunt communicãdæ in ſocietate omnium bonorum.*

2 *Expenſæ pro funere vnius ex ſocijs omnium bonorum præmortui non ſunt extrahendæ de communi.*

3 *In ſocietate omnium bonorum communicantur omnes expenſæ, quæ excogitari poſſunt, durante ſocietate; ſecus autem ea diſſoluta.*

4 *Societas per mortem vnius ex ſocijs ſtatim extinguitur.*

5 *Expenſæ factæ pro funere filij vnius ex ſocijs omnium bonorum, cur extrahantur expenſæ funeris ſocij præmortui.*

6 *Expenſæ quæ fiunt pro promouendo in Abbatem filio ſocii omnium bonorum debentur de communi; non ſic pro promouendo in Abbatem ipſo ſocio.*

IN hac re pugnantes extant opinio-
1 nes. Nam prima ſententia eſt Ioſeph
de Lud. in ſuis concl. commun. concl. 53.
num. 10. verſ. Infertur decimo tertiò,
exiſtimantis, expenſas pro funere vnius
ex ſocijs omnium bonorum, eſſe faciendas
de communi ſocietate. Mouetur ex
eo quòd in ſocietate omnium bonorum
veniunt omnes expenſæ, quæ exigitari
poſſunt citra culpam, & dolum, vt ſupra
proba-

probauimus,q.5.concl.2.&3.ergo communicantur etiã expenſæ pro funere vnius ex ſocijs:nã huiuſmodi expẽſas ſupponimus eſſe moderatas,ac rationabiles iuxta ſocij defuncti cõditionem;atque ideò fieri citra dolum,& culpam. Confirmatur, quia expenſæ pro infirmitate ſocij fiunt de communi, vt in d. q. 5.oſtendimus: ergo,& expenſæ, quæ fiunt pro eiuſdem funere;cum non minus huiuſmodi expẽſæ ſunt rationabiles, quàm priores. Denique expenſæ pro funere filij alicuius ex ſocijs fiunt de communi,vt colligitur ex ijs,quæ ſupra adnotauimus,q.5. ergo multò magis de communi fieri debent expenſæ pro funere ſocij,arg. tex. in auth.multo magis,de ſacroſ.Eccleſ.

His tamen non obſtantibus, contra-
2 riam ſententiam arbitror de iure veriorem eſſe, quam tenet Bero. conſil. 190. num.12.lib.1.& Felic. de ſociet. cap. 26. num.20.dicentes, expenſas pro funere vnius ex ſocijs omnium bonorum præmortui,non eſſe extrahendas de communi ſocietate;ſed eſſe computandas in portione eius, quod defuncto contigeret, ſi viueret.Probatur, quoniam ſocietas per mortem vnius ex ſocijs ſtatim diſſoluitur, atque extinguitur, vt in l. adeò,& l. ſocium,qui in eo,§.1.ff.pro ſoc. ergo expenſæ pro funere dicti ſocij non debentur de communi:quia diſſoluta ſocietate, expenſæ ab ea extrahi amplius non debent. Quæ quidem ratio militat in omnibus ſocietatibus.

Ad contraria facile reſpondetur

AD primum negatur conſequentia:
3 & ad antecedens dicimus,quod in ſocietate omnium bonorum communicantur omnes expenſæ, quæ excogitari poſſunt,durante ſocietate;ſecus autem, ea diſſoluta,vt in caſu,de quo agitur.

Ad confirmationem negatur quoque
4 conſequentia; quoniam expenſæ, quæ fiunt pro infirmitate ſocij, idcircò fiunt de communi, quia fiunt durante ſocietate:at expenſæ pro funere,ideò non, debẽtur de communi; quia per mortem ſocij ſtatim extinguitur ſocietas; atque adeo non ſunt iſtæ ita rationabiles,ſicut illæ.

Ad vltimum reſpondetur eodem mo-
5 do negando conſequentiam;quia expenſæ,quæ fiunt pro funere filij vnius ex ſocijs,ideò ei debentur de communi;quia fiunt durante ſocietate, at expenſæ pro funere vnius ex ſocijs,idcircò non debẽtur de communi; quoniam per mortem vnius ex ſocijs, ſtatim diſſoluitur ſocietas. Hac eadem ratione ſupra diximus,q.
6 5.concl.3.illat.3.circa finem,quòd expẽſæ,quæ fiunt pro euehendo in Abbatem, aut monacando filium vnius ex ſocijs omnium bonorum, debẽtur de communi;quia fiunt ſocietate durante: at expẽſæ,quæ fiunt pro promouendo in Abbatem ipſum ſocium,aut pro eo monacando,non debentur de communi:ſiquidem per monachationem, & promotionem in Abbatem vnius ex ſocijs,ſtatim diſſoluitur ſocietas.

Qualiter diuidantur lucra inter ſocios omnium bonorum ſimpliciter.

Q. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Lucra in ſocietate omnium bonorum qualiter diuidantur,Soc.& aliorum ſententia refertur.*

2 *Lucrum à capitale in ſocietate omnium bonorum non diſtinguitur.*

3 *In ſocietate omnium bonorum,omnia lucra,& bona æqualiter diuiduntur.*

4 *Lucra,& bona quacunque titulo quæſita, æqualiter diuiduntur in ſocietate omniũ bonorum.*

5 *Feuda,& emphyteotica bona an,& quando veniant diuidenda in ſocietate omniũ bonorum.*

6 *Loca montium veniunt æqualiter diuidenda inter ſocios omnium bonorum; etiam ſi ab vno ex ſociis empta fuerint filio,vel vxori.*

7 *Donatio inter patrem,& filium,patre viuente,& inter virum, & vxorem, non valet.*

8 *Bona tam corporalia, quàm incorporalia veniunt æqualiter didiuidenda inter ſocios omnium bonorum.*

9 *Damna,& expenſæ æqualiter diuiduntur inter ſocios omnium bonorum.*

10 *Feuda, & bona emphyteotica non diuiduntur inter ſocios omnium bonorum, ſi fuerint acquiſita ab vno ex ſociis ignorantibus, vel contradicentibus* Dominis *directi.*

Digitized by Google

11 *Bona quæſita filiis ante ſocietatem contractam, cum eorum patris ſocius non veniunt diuidenda in ſocietate omnium bonorum.*

12 *Bona, & lucra omnia cur veniant æqualiter diuidenda inter ſocios omnium bonorum, & ſi æqualia ab ipſis non fuerint collata.*

13 *Aequalitas ſeruatur in ſocietate omnium bonorum ratione dubii euentus, quamuis inæqualia collata æqualiter inter ſocios diuidantur.*

14 *In ſocietate omnium bonorum inter ruſticos an ratio habeatur operarum; vt qui plus operetur, plus ex ſocietate conſequatur.*

IN hac difficultate Soc.iun. conſil.74.
1 lib.2.& Crauet.conſ.159.in fin.lib.1.
arbitrantur, lucrorum diuiſionem inter
ſocios omnium bonorum ſimpliciter,eſ-
ſe faciendam habito reſpectu, vt ille plus
conſequi habeat,qui plus contulit opera-
rum. Et hanc ſententiam communem
eſſe teſtatur ipſe Soc.loco citato, ſub
num.10.Mouentur ex eo,quòd ratio na-
turalis dictat, vt quis non fraudetur la-
boribus ſuis, & præcipuum habeat ſibi,
quòd ſua induſtria, ac labore compara-
uit,vt in l.15.qui in poteſtate,§.fin. ff. de
legat. præſtan.Ergo ſocij iuxta quantita-
tem laboris, ac induſtriæ proportionali-
ter debent emolumenta percipere. Con-
firmatur; quia in ſocietate æqualitas eſt
ſeruanda;alias diceretur Leonina, vt in
l.ſi non fuerint,§.fin.ff.pro ſoc.At ſi vnus
ſocius plus alio in ſocietate conferret, &
omnes deinde æqualiter participarent de
lucro,in ſocietate non ſeruaretur æqua-
litas: ergo ſocij omnium bonorum de-
bent proportionaliter participare de lu-
cro,iuxta quantitatem operum,& bono-
rum, quam vnuſquiſque contulit. Deni-
que patet ex iis, quæ à Doctoribus com-
muniter traduntur de diuiſione facienda
inter ſocios ruſticos, qui bona omnia
in communi contulerunt: ſiquidem lu-
crorum inter eos non fit diuiſio pro
æquali portione,ſed proportionaliter,
habito reſpectu ad capitale, & operas
cuiuslibet ipſorum,vt habetur per Bald.
in l.patruus,num.17.C.com. ver. iud. &
in l.1.num.13.C.pro ſoc.Petr.de Vbald.
de duob.fratr.p.4.ſub num.20. Aret. in §.
fin.num.2.in Inſtit.de ſociet. Iaſ.in §. ſe-
quens,num.47.in Inſtit.de action.Meno-
ch.conſ.221.num.12.lib.4.& Alex. conſ.
99. lib.2. quam ſententiam extendunt
Ceph.conſ.69.lib.1. & Decian. conſ.39.
lib.1. habere locum etiam in alijs opera-
rijs,qui ruſtici non ſint;& id per rationes
ſupra relatas, quæ non ſolùm probat de
ruſticis; verùm etiam de omnibus alijs
operarijs: ergo idem videtur dicendum
in caſu de quo agitur.

His tamen non obſtantibus, in con-
2 trarium eſt communis opinio, quam te-
net Purp.in l.ſi paſcenda,num.28.C de
pact.Soc.iun.conſ. 74. num. 5. cum plu-
rib.ſeq.lib.2.Iaſ.conſ.2.col. 6. verſ. octa-
uo,lib.3.Alex.conſil. 32.num. 36. lib. 2.
Couar.lib.3.var.reſol.cap.2. ſub num. 3.
ver.Quintus eſt caſus,& alij,quos refert,
& ſequitur Felic. de ſociet. cap. 15. ſub
num.1.cum plur.ſeq.Exiſtimantes,in ſo-
cietate omnium bonorum ſimpliciter,
capitale à lucro non diſtingui; ſed tam
lucrum,quàm capitale eſſe æqualiter di-
uidenda inter ſocios. Mouentur ex eo,
quòd in ſocietate omnium bonorum
omnia vndecunque quæſita communi-
cantur quoad dominium,& poſſeſſionẽ:
nec attenditur,an vnus ex ſocijs plus,vel
minus contulerit, quàm alter: aut vnus
plus alio fuerit lucratus;quoniam poteſt
eſſe,quòd à principio vnus minus in ſo-
cietate conferat, & nihilominus in pro-
ceſſu temporis magis lucretur: vt quia
ex teſtamento, vel ab inteſtato magna
hæreditas, vt notabile legatum ſibi ad-
uenerit, aut aliquid notabile elargitum
ſibi fuerit cauſa mortis, aut inter viuos;
atque adeò hæc ſocietas cùm à dubio
euentu iuſtificetur,vt in l.3.§. de illo, ff.
3 pro ſoc.non eſt mirum,ſi in hac ſocieta-
te ſicut omnia communicantur; ita om-
nia lucra, & bona æqualiter diuiduntur.

Ampliatur hæc concluſio; primò,
vt in ſocietate omnium bonorum ſim-
pliciter veniant æqualiter inter ſocios di-
uidẽda lucra,& bona omnia,ſiue acqui-
ſita ſint ab vno ex ſocijs nomine pro-
prio,ſiue cõmuni nomine omniũ ſocio-
rũ, ſiuè ſimpliciter acquiſita ſint,quocũ-
que modo, titulo oneroſo, aut lucrati-
uo;quoniam hæc omnia ſtatim commu-
nicantur inter ſocios, vel veniunt com-
municanda,iuxta ea, quæ ſupra adnota-
uimus,lib. 1.cap.4.q.3.concl. 1.2.3.& 4.

Secundò ampliatur,vt in ſocietate om
nium bonorum veniant etiam æqualiter
5 diuidenda feuda, & bona emphyteotica,
ſi ab vno ex ſociis communi, & expreſſo
nomine omnium ſociorum, ſciente Do-
mino

Digitized by Google

mino feudi, aut rei emphyteoticæ, & non contradicente acquiſita: quoniam huiuſmodi bona eo caſu ſtatim communicantur omnibus ſociis; & ſi regulariter non fiant communia, vt ſupra declarauimus, q. 4. limit. 2. verſ. ex tamen verum, vbi de hac re latius tractauimus.

Tertiò ampliatur, vt in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter veniant diui-
6 denda æqualiter inter ſocios etiam loca montium, quæ vnus ex ſocijs emit filio, vel vxori: quia inter patrem, & filium,
7 patre viuente: & inter virum, & vxorem non valet donatio, niſi eſſet facta traditio, & morte donantis confirmata; atque adeò cum bona huiuſmodi communicentur inter ſocios, vt conſuluit Rom. conſ. 391. num. 10. & Tuſch. ver. ſocij, concl. 287. num. 68. meritò æqualiter quoque inter ſocios diuiduntur. Cæterum bona, quæ à filiis in poteſtate ſibi acquiruntur, & non patri ſicut non veniunt communicanda, vt ſupra probauimus, q. 4. verſ. Item communicantur in ſocietate, &c. ita quoque non veniunt diuidenda.

Quartò ampliatur, vt in ſocietate omnium bonorum veniant æqualiter diui-
8 denda non ſolum bona corporalia; ſed ſed etiam incorporalia, nempè iura, actiones, & obligationes, quia hæc omnia quoque communicantur inter ſocios, quod quomodò verum ſit, diximus ſupra, q. 4. limit. 1. & 4. & latius lib. 1. cap. 4. q. 3. ampl. 1.

Quintò ampliatur, vt ſicut æqualiter diuiduntur lucra, & bona omnia in ſo-
9 cietate omnium bonorum ſimpliciter; ita etiam æqualiter diuidantur damna, & expenſæ, vt latè ſupra adnotauimus, q. 5. 6. & 7.

Sic ampliata limitatur eadem concluſio, vt in ſocietate omnium bonorum nō
10 veniant diuidenda feuda, & bona emphyteotica ab vno ex ſociis acquiſita, ignorante, vel contradicente Domino feudi, aut rei emphyteoticæ, vt ſupra declarauimus, q. 4. lim. 2.

Secundò limitatur, vt in ſocietate omnium bonorum non cenſeantur commu-
11 nicata à ſocio ea bona, quæ ſuis filijs quæſita ſunt ante ſocietatem cōtractam, cùm bona huiuſmodi non pertineant ad patrem quoad proprietatem maximè, vt habetur ex Bero. conſ. 190. num. 43. & ſeq. lib. 1. & Tuſch. ver. ſocius, concl. 283. num. 61.

Tertiò limitatur ipſa concluſio, vt in ſocietate omnium bonorum non diuidantur bona, & lucra turpiter acquiſita; quoniam hæc non communicantur, vt ſupra adnotauimus, q. 4. lim. 3.

Reſtat modo, vt ad contrariam reſpondeamus.

A D primum negatur conſequentia, quia in hac ſocietate quamuis bo-
12 na omnia, & lucra veniant æqualiter diuidenda, & ſi vnus ex ſocijs plus contulerit, quàm alter, pluresque labores adhibuerit; non tamen qui plus contulerit, ac elaborauit cenſetur ſuis laboribus defraudari: quoniam hæc omnia compenſantur ſpe bonorum, quæ poſſunt in multò maiori quantitate ei, qui minus contulit obuenire? Siquidem vt ſæpè diximus hæc ſocietas iuſtificatur ratione dubij euentus.

Ad confirmationē negatur minor; quia
13 cùm huiuſmodi ſocietas iuſtificetur ratione dubii euentus, ratione talis dubij in ea rectè ſeruatur æqualitas.

Ad vltimum negatur quoque conſequentia: quoniam in diuiſione facienda
14 inter ruſticos, idcircò habetur ratio operarum; quia inter ruſticos ratione eorū paupertatis non poteſt dari de facili caſus, quòd inter eos fuerit contracta ſocietas ad lucrum: & idem dicendum eſt de cæteris operarijs pauperibus; ſed præſumitur inter eos fuiſſe contractam ſocietatem omnium bonorum quoad quæſtum duntaxat: non igitur eſt mirum; ſi diuiſio fit in lucro iuxta proportionē operum, & non æqualiter. At ſi conſtet inter ipſos ruſticos fuiſſe contractam ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter, tunc inter eos etiam facienda eſt diuiſio lucrorum, & bonorum omnium pro æquali portione.

An lucrum extrahi poſſit à ſocietate omnim bonorum, durante adhuc ipſa ſocietate. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum eſt nomen generale, comprehendens omnia quæſita titulo lucratiuo, ac*

 oneroſo

oneroſo.

2 *Quæſtus eſt lucri ſpecies proueniens ex actibus quæſtuariis, & ex titulo oneroſo.*

3 *Lucrum an extrahi poſsit à ſocietate omniũ bonorum, ea durante, duplex poteſt eſſe quæſtio.*

4 *Lucrum ex ſocietate omnium bonorum extrahi non poteſt per ſocios, vt ipſis appropietur, non finita ſocietate, & reuiſis rationibus.*

5 *Societatis omnium bonorum ea natura eſt, vt bona quocunque titulo quæſita communicentur.*

6 *Socii omnium bonorum proprium habere non poſſunt.*

7 *Pactum, vt aliquid annuatim de lucro extrahatur à ſocietate, ea durante, an ſit licitum.*

8 *Conſuetudo extrahendi aliquid lucri à ſocietate, ea durante, an ſit bona.*

9 *Lucrum ex ſocietate omnium bonorum, ea durante, cur extrahi non poſsit, & ex aliis poſsit.*

AD tituli explicationem eſt adnot. quòd lucrum, vt aliàs diximus, eſt
1 nomen generale ſub ſe compræhendens omnia quæſita tàm titulo lucratiuo, nẽpè ex inſtitutione, legato, donatione, &c. quàm titulo oneroſo, ex emptione ſcilicet, venditione, locatione, opera, induſtria, & alijs eiuſmodi: quæſtus verò eſt lucri ſpecies, quæ præuenit ex actibus quæſtuariis tantùm, & ex titulo
2 oneroſo, videlicèt ex induſtria, opera, artificio, negotiatione, &c. Dum igitur quærimus, an à ſocietate omnium bonorum, ea durante, lucrum extrahi poſsit, per lucrum intelligimus, tàm acquiſito titulo lucratiuo, nempè ex legato, donatione, &c. quàm acquiſito titulo oneroſo, & ex quæſtuaria negotiatione; atque adeò ex induſtria, opera, &c.

Secundò eſt adnot. quòd dum quærimus, an lucrum extrahi poſsit ex ſocie-
3 tate omnium bonorum, ea durante, quæſtio poteſt intelligi dupliciter. Primò, vt lucrum extrahatur ad erogandas expenſas communes ſociorum, pro victu ſcilicèt, veſtitu, pro dotandis filiabus, & alijs impenſis eiuſmodi, de quibus ſupra egimus, q. 5. & 6. Secundò, vt lucrũ extrahatur, & inter ſocios ipſos diuidatur, eiuſdemque adeò appropietur, vt de eo poſsit ad libitum diſponere abſque vllo ordine ad ſcientiam, & ad neceſſarias impenſas pro victu, veſtitu, &c. De priori lucro extrahendo nos non loquimur; ſatis enim ſupra probauimus, d. q. 5. & 6. poſſe pro prædictis expenſis lucrum de communi ſocietate extrahi. Sola igitur quæſtio eſt de lucro extrahendo poſteriori modo, ad eorum libitum, durante ſocietatem. His adnotatis, ſit

Vnica Concluſio.

ANte ſocietatem omnium bonorum finitam, & reuiſam rationem, lu-
4 crum ex ſocietate extrahi non poteſt, vt inter ſocios diuidatur, eiuſdemque appropietur, ad diſponendum de eo ad eorum libitum. Hæc concluſio eſt Bart. in l. auri ſtatua C. de frum. vrb. conſt. lib. 10. Petr. de Vbald. in ſuo tract. de duob. fratr. p. 5. ſub num. 38. Soc. conſ. 91 num. 15. lib. 1. & conſ. 254. ſub num. 8. lib. 2. Stach. in tract. de mercat. num. 16. Dec. conſ. 60. num. 20. & Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 15. num. 13. Qui Doctores quamuis loquatur de ſocietate in genere, & de lucro prout eſt quæſtus, multò magis id dicerent de lucro, prout compræhendit quæſtum, & quæſita titulo tàm oneroſo, quàm lucratiuo, atque adeò de ſocietate omnium bonorum.

Probatur hæc concluſio primò ratione, qua probatur ipſa concluſio quoad
5 omnes ſocietates. Ideò enim volunt, ante ſocietatem extinctam, & reuiſam rationem, lucrum ex ea extrahi non poſſe, quia an adſit lucrum, vel damnum cognoſci non poteſt, niſi finita ſocietate; & reuiſis rationibus, vt in l. Mutius, ff. pro ſoc. & Rota Genuen. 173. num. 16. Secundò probatur particulari ratione, quoad ſocietatem omnium bonorum. Etenim de materia huius ſocietatis eſt, vt communicentur omnia bona præſentia, & futura, vndecunque proueniant, tàm ex titulo oneroſo, quàm lucratiuo: ergo, durante dicta ſocietate non poteſt lucrum extrahi, ſiuè proueniant ex titulo lucratiuo, ſiuè ex titulo oneroſo: ſiquidem ſi aliquid extraheretur ex ea, & appropriaretur, deſtrueretur natura ſocietatis omnium bonorum; atque ideò non diceretur bonorum omnium. Deni-
6 que ſocij omnium bonorum proprium habere non poſſunt, vt habetur ex Felic. de ſociet. cap. 14. ſub num. 16. Non ergo ex ſocietate omnium bonorum, ea durante,

rante, extrahi poteſt lucrum, illudque diuidi inter ſocios, vt ſit proprium eorum.

Hæc quidem quamuis regulariter vera
7 ra ſint in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, & in ſocietatibus particularibus; nihilominus, excepta ſocietate omnium bonorum, in omnibus alijs ſocietatibus, poteſt inter ſocios conueniri, vt aliquid annuatim de lucro extrahere liceat, vt in l. 1. §. conuenit, ff. depoſ. l. ſi conuenerit, ff. pro Soc. Petr. de Vbald. de duob. fratr. p. 5. ſub num. 38. Caſtr. conſ. 415. lib. 1. & Felic. d. cap. 15. ſub num. 15. vbi teſtatur ita ex conuentione ſeruari in ſocietate officiorum Rom. Curiæ: in ſocietatibus animalium: in ſocietate inter Dominum, & Colonum: & in alijs ſocietatibus, quæ contrahuntur ſuper negotiationibus, duraturis per plures annos. Ita etiam communiter ſeruari inter Mercatores teſtatur Menoch. conſ. 121. ſub num. 49. lib. 2. Ait enim Menoch. communi mercatorum conſuetudine ſeruari, vt capitali ſaluo exiſtente, ex lucro aliquid in diem extrahatur, cùm videri nt maximè negotia feliciter contingere.

Imò ex huiuſmodi ſocietatibus, adhuc
8 durantibus, licitum eſt lucrum aliquod annuatim extrahere, etiam citra aliquod pactum, ſi in aliqua Regione extet conſuetudo extrahendi lucrum à ſocietate, licet non dum ſit finita, vt in l. ſi vno, ff. locat. & latè Petr. de Vbald. & Menoch. locis citatis. Adde, quòd etiam ſi non
9 extaret conſuetudo, nec pactum extrahendi lucrum ſingulis annis ab huiuſmodi ſocietatibus, ſi ſocietas coita eſſet in lucro quolibet anno ex capitali prouenienté: & non inita in lucro prouenienti ex lucro; tunc ab huiuſmodi ſocietate extrahi ac diuidi poſſet lucrum, etiã non extantibus pacto, nec conſuetudine, vt habetur ex Menoch. d. conſ. 121. num. 58. Ratio autem cur in ſocietate omniũ bonorum non poteſt extrahi lucrum, ea durante, & in alijs poteſt in caſibus ſupra relatis, hæc eſt, quoniam ſocij omnium bonorum ſimpliciter, non poſſunt habere proprium: alij verò poſſunt. Vndè ſi ſocius videat ex ſocietate particulari alterum ſocium de bonis ſocietatis aliquid accipientem, & ſibi appropriantem; poteſt etiam, & ipſe ſeruare ſimiliter, arg. tex. in l. marito, ff. ſol. matr. latè Felic. d. c. 15. ſub num. 18. cum plur. ſeq. vbi etiam tractat, an & quando vnus ex ſocijs, de ſocietatis rebus percipiens, præſumatur percepiſſe de capitali, vel de lucro, & ponit non nullas coniecturas, & hæc de hac quæſtione.

Poſt huiuſmodi quæſtionẽ eſſet agendum de extinctione ſocietatis omnium bonorum ſimpliciter, de qua latè, Deo duce, agemus infra lib. 3. vbi de ſocietatis cuiuſcunque extinctione tractabimus.

De vniuerſali ſocietate omnium bonorum ad quæſtum tantùm; non autem ad Lucrum. Caput. II.

SVMMARIVM.

1 *Societas omnium bonorum ad quæſtum quomodo differat à ſocietate omnium bonorum ſimpliciter.*

1 EGimus ſuperiori Capite de ſocietate omnium bonorum ſimpliciter contracta ad lucrum, prout etiam includit quæſtum; reſtat modo videndum de ſocietate omnium bonorum ad quæſtum dumtaxat, quatenus eſt lucri ſpecies. In eo enim differt ſocietas omnium bonorum ſimpliciter, vt ſæpè diximus à ſocietate omnium bonorum ad quæſtum, quòd in ea veniunt communicanda omnia bona præſentia, & futura vndecunque quæſita tam titulo oneroſo, quàm lucratiuo: in hac autem communicantur omnia bona, quæ veniunt ex quæſtu, nẽpè lucra prouenientia ex emptione, venditione, locatione, ac conductione, ex opera, induſtria, artificio, cura, diligentia, &c. vt in l. coiri, & l. quæſtus, ff. pro Soc. Vndè in huiuſmodi ſocietate non veniunt communicanda quæ obueniunt titulo lucratiuo, ex hæreditatis ſcilicet, lagato, donatione, & ex aliis eiuſmodi, vt in l. nec adiecit, ff. pro. ſoc. Azot. pat. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 17. q. 1. & 5. Gomeſ. lib. 2. reſol. iur. cap. 5. num. 4. Molin. de contr. diſp. 412. num. 1. 2. & 6. Filliuc. Tom. 1. qq. moral. tract. 38. cap. 7. q. 1. & 2. num. 134. & alij. Omiſſa igitur ſocietatis huius definitione: nam patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus lib. 1. cap. 1.

cap.1. ſocietatem in communi definientes; videndum eſt primò de eiuſdem diuiſione.

An ſocietas omnium bonorum ad quæſtum rectè diuidatur in expreſſam, ac tacitam. Q. I.

SVMMARIVM.

1 *Ad quæſtum ſocietas rectè diuiditur in tacitam,& expreſſam.*

2 *Societas poteſt contrahi re,verbis,& per nuncium.*

3 *Societas ad quæſtum,ſicut aliæ omnes, eſt contractus qui ſolo conſenſu perficitur.*

4 *Conſenſus tam verbis, quàm factis declaratur.*

1 QVamuis hanc difficultatem non inuenerim ab aliquo Doctore huc uſque tactam;nihilominus affirmatiuè arbitror eſſe reſpondendum ex ijs, quæ ſupra adnotauimus cap.1.q. 2. not. 2.& concl.1.Etenim ſocietas in communi rectè diuiditur in tacitam, & expreſſam: ergo eodem modo diuidenda eſt ſocietas omnium bonorum ad quæſtum. Conſequentia patet,quia militat in vtroque caſu eadem ratio,arg.tex. in l.illud, ff.ad leg.Aquil. Probatur antecedens ex 2 tex.in l.ſocietatem coire,ff.pro ſocio, ita ſe habente.*ſocietatem coire re, & verbis, & per nuncium poſſe nos, dubium non eſt.* Nota verba illa, *re & verbis*, quòd Doctor.communiter intelligunt,Iuriſc. velle,ſocietatem in communi poſſe coiri,re, ideſt tacitè:& verbis,hoc eſt expreſsè.Vt latè habetur ex Petr. de Vbald. & alijs apud Fel c. de ſocie.,cap.1. num.7. ergo rectè quoque diuiditur ſocietas omniũ bonorum prouenientium ex quæſtu in expreſſam,& tacitam.Confirmatur; quia 3 ſocietas omnium bonorum ad quæſtum eſt vnus ex contractibus, qui conſenſu perficiuntur, cùm omnis ſocietas ſit talis,vt in l.conſenſu, ff. de action & obligat. Ergo ſocietas omnium bonorum ad quæſtum non ſolùm expreſsè, verum etiam tacitè contrahi poteſt:ſiquidem 4 conſenſus tam verbis,quàm factis declaratur,l.Paulus,ff.rem rat.haber.

Qualiter contrahatur ſocietas omnium bonorum ad quæſtum tum tacita, tum etiam expreſſa. Q. II.

SVMMARIVM.

1 *Societas generalis ſeù vniuerſalis ad quæſtum contrahitur expreſſis verbis eam ſignificantibus.*

2 *Societas omnes expreſſæ, expreſſis verbis eas ſignificantibus contrahuntur.*

3 *Societas vniuerſalis omnium bonorum ad quæſtum expreſſa contrahitur etiam per epiſtolam,& nuncium, ſicut aliæ ſocietates:imò & per nutum.*

4 *Conſenſu per Nuncium, vel epiſtolam, aut per natum ſufficienter exprimitur.*

5 *Mutus ex accidenti nutu ſocietatem rectè contrahit.*

6 *Societas omnium bonorum ad quæſtum per procuratorem contrahi rectè poteſt.*

7 *Societas omnium bonorum ad quæſtum tacita contrahitur ex actibus ſocialibus, eam inferentibus.*

8 *Ruſtici,& alij pauperes operarii quamuis omnia bona conferant;diuiſio tamen inter eos non fit pro æquali portione; ſed proportionaliter.*

9 *Fratres duo, aut plures non eo ipſo quòd habent patrimonium indiuiſum, & viuunt ex communi menſa,cenſentur ſocietatem contraxiſſe: & quando contraxiſſe eam tacitè iudicentur.*

10 *Caſtrenſia,ſeù quaſi non veniunt communicanda in ſocietate omnium bonorum ad quæſtum.*

11 *Societas tacita omnium bonorum ad quæſtum,an non ſolùm re, ſed etiam verbis quandoque contrahi poſſit.*

1 HAnc difficultatem, tribus poſitis concluſionibus, breuiter definiemus. Vndè pro eiuſdem determinatione ſit

Prima concluſio.

1 SOcietas generalis, ſeù vniuerſalis ad quæſtum contrahitur expreſsis verbis,eam ſignificantibus. Vt ſi mediante ſtipu-

ſtipulatione, vel pacto expreſſo duo, vel plures conueniant contrahere ſocietatē omnium bonorum, quæ proueniunt ex actibus quæſtuarijs; iſti proculdubio dicuntur expreſsè contrahere ſocietatem vniuerſalem, ſeù generalem ad quæſtum, vt in l. ſed & ſi adijciatur, ff. pro ſoc. Cō-
2 firmatur, quia omnes aliæ ſocietates expreſſæ verbis quoque contrahuntur expreſsis, eas ſignificantibus, vt in l. ſocietatem coire, & ibi Gloſ. Bald. & alij, l. nā cum tractatu, & l. duo ſocietatem, ff. pro ſoc. Ruin. conſ. 92. lib. 1. Maſcard. de probat. conſ. 1309. num. 5. & nos ſupra probauimus cap. 1. q. 3. concl. 1. ergo & ſocietas omnium bonorum ad quæſtum expreſſa rectè etiam contrahitur verbis eam ſignificantibus, cùm non poſſit aſsignari diuerſitatis ratio, arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Ampliatur hæc concluſio, vt expreſsè
3 contrahatur ſocietas vniuerſalis omnium bonorum ad quæſtum non tantùm verbis; verùm etiam per Nuncium, & epiſtolam: ſiquidem ſocietas in communi per nuncium rectè contrahitur, vt in l. ſocietatem coire, ff. pro ſoc. ibi *ſocietatem coire*
4 *re, & verbis, & per nuncium, &c.* Confirmatur, quia per nuncium, & per epiſtolam noſtrum conſenſum ſufficienter poſſumus manifeſtare: ergo ſocietas omniū bonorum ad quæſtum cum cōſenſu perficiatur, expreſsè rectè contrahitur per nuncium, vel per Epiſtolam. Dicitur quoque contrahi expreſsè dicta ſocietas per nutum; quoniam per nutum rectè
5 exprimitur conſenſus: & mutuos ſocietatem contrahere poſſe, ſupra oſtendimus, lib. 1. cap. 3. q. 4. concl. 2. quod intelligendum eſt de mutis non à natura, ſed ex accidenti, vt ibi diximus, & concl. 1. Vndè ſi quis ſtipuletur ab aliquo, ſi velit cum eo ſocietatem coire vniuerſalem ad quæſtum, & ille annuat capite, inter eos proculdubio contracta erit ſocietas omnium bonorum ad quæſtum. Contrahitur denique ſocietas omnium bono-
6 rum ad quæſtum per procuratorem; ſiquidem expreſsè per procuratorem coiri poteſt quęlibet ſocietas, l. actione, §. renunciare ſocietati, ff. pro ſoc.

Secunda Concluſio.

Societas vniuerſalis omnium bonorum ad quæſtum tacita contrahitur
7 ex actibus ſocialibus eam inferentibus. Vt ſi duo, vel plures fratres ſtent pro cōmuni, & indiuiſo, ac omnia lucra, damna, & expenſas communicent, quæ occaſione quæſtus tantùm proueniant: quæ verò ipſis obueniant titulo lucratiuo, nempè ex donatione, legato, &c. non communicent; ſed ſinguli tanquam propria ſibi vendicent; hi re vera non cenſentur contraxiſſe ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter; ſed ſocietatē omnium bonorum ad quæſtum: ſiquidem huiuſmodi actus ſociales hanc denotāt, non illam; vt patet ex ijs, quæ habentur ex Molin. de contr. diſp. 421. num. 1. & 2. Tuſch. ver. ſocietas, concl. 286. num. 11. 12. & 13. & Felic. de ſociet. cap. 11. n. 2. & 3.

Ex hoc infertur, quòd quamuis ruſtici, & alij pauperes operarij bona omnia
8 conferant; nihilominus diuiſio inter eos non fit pro æquali portione; ſed proportionaliter, habito reſpectu ad capitale, & operas cuiuslibet ipſorum: quoniam inter huiuſmodi perſonas non præſumitur contracta ſocietas omnium bonorū ſimpliciter; ſed tantùm bonorum omnium ad quæſtum, vt ſupra probauimus, cap. 1. q. 8. in reſponſ. ad vltimum.

Secundò infertur, quòd non eo ipſo,
9 quòd duo, vel plures fratres habent patrimonium indiuiſum, & ex communi menſa viuunt, intelligitur inter eos contracta ſocietas; ſed tunc cenſetur tacitè contracta, quando actus faciunt ſociales modo ſupradicto, vt patet ex his, quæ habentur per Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 19. q. 1. & 7. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 7. q. 6. & Tuſch. ver. ſocietas, concl. 311. & 312. cum alijs, quos allegāt. Quorum ſententia nobis non probatur in eo, quod volunt, quòd ſi duo fratres habeant patrimonium indiuiſum, & cōferunt in communi omnia bona, ſtipendia, & alia huiuſmodi, non cenſeantur contrahere ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter; ſed tantùm ſocietatem vniuerſalem omnium bonorum ad quæſtum. Etenim huiuſmodi actus inferūt ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter, & non tantùm vniuerſalem omnium bonorum ad quæſtum, vt nos ſupra oſtendimus, cap. 1. q. 3. concl. 2. Verùm non eſt mirum ſi prefati Doctores hanc ſententiam doceant; quoniam ſequuntur opinionem eorum, qui volunt non dari ſocietatem omni-

omnium bonorum ſimpliciter; niſi expreſſam. Eſt tamen verum, quòd ſi ex actibus ſocialibus, aut ex verbis manifeſtè appareat fuiſſe inter huiuſmodi fratres contractam ſocietatem vniuerſalem ad quæſtum, ſi vnus ex fratribus bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia in communem vtilitatem impenderit, poteſt repetere: ſicut ſi frater ex bonis communibus filiam ſuam dotauerit, aut pro dignitatis gradus adeptione communem pecuniam expenderit; quoniam hæc omnia non veniunt communicanda in ge-
16 nerali ſocietate omnium bonorum ad quæſtum, vt per Bart. in l. Patruus, C. cómun.vtr.iud.Syl.ver.peculium 2.q.20 Azor.p.3.Inſt.moral.lib.9.de ſociet. cap. 19.q.4.5.& 8. ſed tantum communicantur inter ſocios omnium bonorum ſimpliciter, vt per Azor. loco citato, q. vlt. & latius diximus ſupra cap. 1. q. 4.

Tertia Concluſio.

PRobabiliter dici poteſt tacitam ſocietatem vniuerſalem omnium bono-
11 rum ad quæſtum, non tantùm re, & ex actibus ſocialibus contrahi poſſe; ſed etiã verbis eam inferentibus tacitè induci poſſe. Probatur hæc concluſio ex tex. in l. coiri, ff. pro ſoc. vbi habetur, quòd quando aliqui abſolutè contrahunt ſocietatem, non exprimendo quòd ſit omnium boorum, neque exprimendo certa, ac determinata aliqua, ad quæ ſint ſocij vniuerſaliter, tunc non intelligitur contracta ſocietas omnium bonorum ſimpliciter; ſed omnium, quæ acquiſierint ex quæſtu, ſeù ex actibus quæſtuarijs. Hæc autem ſocietas non poteſt dici expreſsè contracta vniuerſaliter ad quæſtum: quia in huiuſmodi ſocietate nulla fit mentio quæſtus, vt in l. ſi adijciatur, ff. pro ſoc. & infra latiùs, Deo duce, dicemus, & patet ex ijs, quæ ſupra diximus, concl. 1. Ergo dicitur ſocietas omnium bonorum ex quæſtu tacita, tacitè verbis, eam inferentibus contracta. Confirmatur ex Gloſ. in d.l.coiri, & Tuſch. in ver. ſocietas, concl. 282. num. 2. & ex alijs. qui prædictam ſocietatem appellant tacitam omnium bonorum ex quæſtu. Et re vera ſecundum ſentẽtiam eorum, qui volunt non dari ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter, niſi expreſſam, vt habetur ex Azor, p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 17. q. 5. Filliuc. tom. 2. qq. moral. cap. 7. q. 2. num. 137. dum huiuſmodi ſocietatem appellant tacitam non poſſunt intelligi de tacita, prout cõtradiſtinguitur à ſocietate expreſſa omnium bonorum ſimpliciter; ſed vt diſtinguitur à ſocietate expreſſa omnium bonorum ex quæſtu. Denique probatur hæc eadem concluſio ex traditis per Syl. in ſua ſum. ver. Peculium, 2. vbi loquens de ſocietate generali omnium bonorum ex quæſtu, adducit tex. in l. ſi adiicitur, ff. pro ſoc. vbi expreſsè fit mentio quæſtus: deinde paulo infra ſubdir, Et hæc ſocietas ſemper intelligitur contracta, quando ſocietas contrahitur ſine diſtinctione, ad quod allegat tex. in d.l. coiri, ff. pro ſoc. Ergo ſicut prior ſocietas omnium bonorum ex quæſtu, de qua in d. l. ſi adijcitur, eſt expreſſa, eò quòd in ea fit expreſſa mentio quæſtus: ita etiã & poſterior dicetur tacita, eo quòd ſimpliciter, ac indiſtinctè contrahitur, & citra diſtinctionem aliquam, an ſit lucri, vel quæſtus.

Dixi, *probabiliter*: quoniam qui vellet contendere, hanc quoque ſocietatem eſſe expreſſam omnium bonorũ ex quæſtu, improbabiliter non loqueretur: ſiquidem dicere poſſet, de iure conſtitui, vt quando duo, vel plures expreſsis verbis ſocietatem contrahat ſimpliciter citra diſtinctionem aliquam, illa verba ſignificent ſocietatem omnium bonorum ex quæſtu: nam verba ſunt ſignificatiua ad placitum. Confirmari poteſt hæc ſententia ex tex. in l. coire ſocietatem, ff. pro ſoc. vbi habetur, quòd ſocietas contrahi poteſt re, & verbis: per, re, intelligunt Doctores, tacitè: per verbis, intelligunt expreſsè. At ſocietas, de qua agitur non contrahitur re ex actibus ſocialibus, eam inferentibus, de qua diximus concl. proxima; ergo cùm contrahatur verbis dicitur expreſſa.

Ad aliqua differentia cõſtituatur inter ſocietatem omnium bonorum ad quæſtum tacitam, & expreſſam. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Societas tacita omnium bonorum ad quæſtum eandem vim habet, quam expreſſa*

2 *Societas omnium bonorum ad quæſtum tacita nunquam præſumitur vbi expreſſa eſſe non poteſt.*

3 *Societas expreſſa cum non valeat eſſe inter pupillum, & tutorem, nec poteſt inter eos contrahi tacitè.*

AD hanc difficultatem breuiter reſpondemus negatiuè. Probatur hęc
1 ſententia ex l. cùm quid, & ibi Doctor. ff. ſi cert. petat. vbi habetur, quod taciti, & expreſsi eadem eſt virtus: ergò eadem quoque dicenda eſt virtus ſocietatis vniuerſalis ad quæſtum, tùm tacitæ, tùm etiam expreſſæ. Confirmatur quoniam idem ſupra, cap. 1. q. 2. concl. 3. determinauimus de ſocietate tacita, & expreſſa omnium bonorum ſimpliciter, nec poteſt aſsignari diuerſitatis ratio, cur in hac conſtituatur differentia, & non in illa. Eſt tamen verum, quòd licèt quo-
2 ad effectum eadem ſit virtus ſocietatis omnium bonorum ad quæſtum tacitæ, ac expreſſæ; nihilominus tacita nunquã præſumitur, vbi expreſſa eſſe non poteſt.
3 Vnde cùm ſocietas cum pupillo, & tutore eſſe non poſsit expreſſa, niſi, certa concurrente ſolemnitate; conſequenter non poteſt eſſe tacita, vt rectè Tuſch. in ver. ſocietas, concl. 280. num. 8.

An ſocietas ſi contrahatur cum pacto, vt quæſtus, & lucrum communicẽtur, dicatur ſocietas omniũ bonorum ſimpliciter, vel ſocietas vniuerſalis ad quæſtum. Q. IV.

SVMMARIVM.

1 *Societatem contractam cum pacto, vt quęſtus, & lucrum communicentur, eſſe omnium bonorum ad quæſtum dumtáxat, qui velint.*

2 *Lucrum eſt genus, & quæſtus eſt lucri ſpecies.*

3 *Speciei ea natura eſt, vt ſi apponatur generi, dicatur ſtare expoſitiuè.*

4 *Societas contracta ea lege, vt quæſtus, & lucrum communicentur, an ſit omnium bonorum ſimpliciter, vel ad quæſtum, Bart. diſtinctione vtitur.*

5 *Sententia eorum, qui dicunt, ſocietatem contractam cum pacto, vt quæſtus, & lucrum communicentur, eſſe omnium bonorum ad quæſtum tantùm, eſt improbabilis.*

6 *Plebs differt à Populo ſicut ſpecies à genere.*

7 *Sententia Bart. & ſequacium exiſtimantium, quòd ſi in ſocietate contracta, vt lucrum, & quæſtus communicẽtur, quæſtus poſt ponatur verbo, lucrum, ſocietas cenſeatur contracta omnium bonorum ad quæſtum, non autem ſimpliciter, valdè dubia videtur.*

8 *Legatum ſi fiat animalis, & hominis, debetur non ſolum ſeruus, ſed etiam brutum.*

9 *Societas contracta ad lucrum, & quæſtũ, ſiuè lucrum præponatur, ſiuè poſt ponatur quæſtui, quòd ſit omnium bonorum ſimpliciter, probabiliter dici poteſt.*

10 *Verba contractus ſunt attendenda, quando aliter non conſtat de voluntate contrahentium.*

11 *Verba ſunt notæ, quæ ſunt in animo paſſionum.*

12 *Verba attenduntur etiam ſi natura con-*

tractus aliquo modo alteraretur.

13 *Societas ſi contrahatur cum pacto, vt in ea communicetur lucrum qaæſtus, vel vt ſint socii lucri quæſtus, ſocietas cenſetur contracta omnium bonorum ad quæſtum.*

14 *Societas cur dicatur omnium bonorum ſimpliciter, ſi copula, & ponatur inter lucrum, & quæſtum; ſi non apponatur, cenſeatur omnium bonorum ad quæſtum.*

15 *Copula, &, ponitur inter diuerſa.*

16 *Sententia Bart. & ſequacium exiſtimantium, quòd quando lucrum præponitur quæſtui, licèt mediet copula. ſit tamen ſocietas ad quæſtum, eſt probabilior.*

17 *L. Sed etſi adiiciatur intellectus.*

18 *L. duo ſocietatem, §. fin. intellectus.*

19 *Quæſtus ut ſpecies lucri, an & quando ponatur expoſitiuè.*

20 *Specici ea natura eſt, vt ſi poſt ponatur generi, contrahat genus; ſecus ſi præponatur.*

1 IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia eſt *Azor.* p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 17. q. 5. ver. *Sed* quid, & aliorum, exiſtimantium, ſocietatem contractam cum pacto, vt quæſtus, & lucrum communicentur: vel quæſtus, & lucri ſint ſocij, non eſſe omnium bonorum ſimpliciter; ſed tantùm vniuerſalem omnium bonorum ex quæſtu. Probatur hæc ſententia ex tex. in l. Sed etſi adijciatur, ff. pro ſoc. vbi habetur, quòd ſi in contractu ſocietatis quæſtus, & lucri fiat mentio, ſocietas non cēſetur inita omnium bonorum ſimpliciter, atque adeò ad lucrum; ſed cenſetur contracta ſocietas generaliter ad quæſtum dumtaxat, his verbis. *Sed etſi adijciatur, vt & quæſtus, & lucri ſocii ſint, verum eſt non ad lucrum, quam quod ex quæſtu venit, hanc quoque adiectionem pertinere.* Confirmatur hæc eadem ſententia ex tex. in l. duo ſocietatem, §. fin ff. eod. tit. vbi hoc ipſum determinatur per hæc verba, *Duo colliberti ſocietatem coierunt lucri quæſtus: poſtea vnus ex his à patrono hæres inſtitutus eſt: alteri legatum datum eſt, neutrum horum in medium referre debere, reſpondit.* Quòd neuter tenetur cōmunicare, quæ titulo lucratiuo ſibi adueneruut, dicta ſocietas, per illa verba, lucri, & quæſtus, cenſetur contracta generaliter ad quæſtum dumtaxat; non autem ad lucrum ſimpliciter; atque adeò omnium bònorum ſimpliciter inita: quoniam, vt ſæpè diximus, in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter non tantùm communicantur, quæ ex titulo oneroſo proueniunt; ſed etiam, quæ obueniunt titulo lucratiuo: at in ſocietate vniuerſali ad quæſtum communicantur ea dumtaxat; quæ titulo oneroſo acquiruntur, vt infra ſuo loco latius, Deo duce, dicemus, Deniqne probatur hæc ea-
2 dem ſententia ratione; nam lucrum eſt genus; & quæſtus eſt lucri ſpecies: & propterea cùm verbum lucri non fuerit de per ſe prolatum, ſed fuit prolatum cum verbo, quæſtus, verbum, lucri, reſtringitur à verbo quæſtus: ſiquidem ea eſt na-
3 tura ſpeciei, vt ſi apponatur generi, dicatur ſtare expoſitiuè, & limitatiuè, vt per Bar. in l. quæſitū, §. ſi quis ſundum, num. 6. ff. de fund. inſtr. Vndè cùm ſocietas contrahitur cum pacto, vt quæſtus, & lucrum communicentur, huiuſmodi ſocietas non eſt omnium bonorum ſimpliciter; ſed vniuerſalis omnium bonorum, quæ proueniunt ex quæſtu.

*S*ecunda ſententia eſt Bart. in l. ſed etſi
4 adijciatur, & Bald. in l. duo ſocietatem, in fin. ff. pro ſoc. Riminal. iun. conſil. 216. num. 61. lib. 2. & Felic. de ſociet. cap. 10. ſub num. 11. & 12. diſtinguentium, quòd aut ſocij ſocietatem contrahentes nomen lucri proponant nomini quæſtus, ita vt conueniant, vt ſocij ſint lucri, & quæſtus; ſeù vt lucrum, & quæſtus communicentur: aut nomen quæſtus præponant nomini lucri, conuenientes, vt ſocij ſint quæſtus, & lucri; ſeù vt quæſtus, & lucrum communicentur. Primò caſu volunt contrahi ſocietatem omnium bonorum ad quæſtum tantùm: quia quandò prius generis verbum apponitur, & deinde ſpeciei, generi per ſpeciem derogatur, pro qua re allegant tex. in d. l. duo ſocietatem, in fin. ibi, *ſocietatem coierunt lucri quæſtus, &c.* atque adeò, quia nomē lucri, quod eſt genus, præponitur nomini quæſtus, qui eſt lucri ſpecies, putant, ſocietatem in d. tex. relatam eſſe vniuerſalem ad quæſtum dumtaxat; non autem omnium bonorum ſimpliciter: Secundò autem caſu, arbitrantur præfati Doctores contrahi ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter, & non vniuerſalem ad quæſtum: quoniam volunt, tunc generi per ſpeciem derogari, quandò prius apponitur genus, & deinde ſpecies, vt in d. l. duo ſocietatem, §. fin. at in caſu quæ-

ſtionis

Digitized by Google

ſtionis propoſitæ prius ponitur ſpecies, & ſic nomen quæſtus, & deinde nomen generis, atque adeò lucri. Hæ ſunt opiniones, quæ in hac extant difficultate, reſtat modò, vt quid nobis dicendum ſit; videamus. Pro huius rei igitur determinatione,ſit

Prima Concluſio.

5 PRior ſententia nobis non probatur, dum ſibi vult, quòd ſi contrahatur ſocietas cum pacto, vt quæſtus, & lucrũ communicẽtur, ſocietas dicatur vniuerſalis omnium bonorum ex quæſtu;non autem omnium bonorum ſimpliciter. Probatur; quia Plebs à Populo differt,
6 ſicut ſpecies à genere: ſiquidem appellatione populi vniuerſi Ciues ſignificantur,connumeratis etiam Patritijs, & Senatoribus: Plebis autem nomine, exceptis Patritijs,& Senatoribus, reliqui Ciues veniunt,vt in §.Plebiſcitum, in Inſt. de iur.nat.gent. & ciu. & tamen ſi dicatur Plebs,& populum Rom. Seceſſerunt in montem Aduentinum, proculdubio hæc locutio intelligeretur tam de Patritijs, & Senatoribus,quàm de cæteris Ciuibus: ergo eodem modo dicendum eſt in caſu,de quo agitur, vt ſi contrahatur ſocietas cum pacto,quòd quæſtus, & lucrum communicentur: aut quòd ſocij ſint quæſtus, & lucri,non intelligitur inita ſocietas ad quæſtum dumtaxat; ſed etiam ad lucrum; atque adeò intelligitur contracta ſocietas omnium bonorũ ſimpliciter, & non ſolùm vniuerſalis ad quæſtum. Etenim lucrum eſt genus: & quæſtus eſt lucri ſpecies. Confirmatur quoniam homo, & animal inter ſe differunt ſicut ſpecies,& genus; & nihilominus, ſi quis teſtamento leget hominem, & animal; legatum intelligeretur non tantùm de homine,qui eſt animal rationale;verùm etiam de bruto, atque ideò de animali aliquo irrationali: ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, vt ſi contrahatur ſocietas quæſtus, & lucri, contracta cenſeatur ſocietas non tantùm vniuerſalis ad quæſtum, ſeu omnium bonorum ex quæſtu;ſed etiam omnium bonorum ſimpliciter,atque adeò lucrum non contrahitur ad quæſtum.

Secunda concluſio

7 DVbia nobis videtur poſterior ſententia,dum ſe habet, quòd ſi verbum,quæſtus, poſt ponatur verbo, lucri, ſocietas cenſetur contracta vniuerſaliter ad quæſtum; non autem ad lucrum, atque adeò non poſſe dici omnium bonorum. Probatur concluſio,quia ſi quis dicat,Popolus,& Plebs receſſerunt in mõtem Aduentinum;non tantùm Ciues infimi,ſed etiam Patritij,ac Senatores cen-
8 ſentur receſsiſſe: & ſi quis leget animal, & hominem; non ſolum cenſetur legaſſe hominem, verùm etiam brutum: & ſic legatarius non tantùm habebit vnum ex ſeruis teſtatoris, verùm etiam vnum ex eiuſdem brutis ad arbitrium boni viri;& tamen ſupradictis caſibus, nomen Populi,quod eſt genus, præfertur nomini plebis;quæ eſt ſpecies: & animal præfertur homini, qui dicitur animalis ſpecies. Ergo idem dicendum eſt de ſocietate:vt ſi duo,vel plures ſocietatem contrahant cum pacto quòd ſint ſocij lucri, & quæſtus: aut quòd communicentur lucrum, & quæſtus, ſocietas cenſeatur contracta non ſolùm ad quæſtum, ſed etiam ad lucrum; atque ideò cenſetur contracta ſocietas omnium bonorum ſimpliciter; non autem vniuerſalis ad quæſtum dumtaxat.

Tertia concluſio

9 SI ſocij ſocietatam contrahentes conueniant; vt inter eos communicentur lucrum, & quæſtus; aut è conuerſo quæſtus,& lucrum, atque adeò ſiuè præponatur quæſtus lucro,ſiuè lucrum quæſtui,probabiliter dicendum videtur,hanc ſocietatem dici poſſe omnium bonorum ſimpliciter: non autem vniuerſalis ad quæſtum dumtaxat.Hæc cõcluſio probatur primò ex dictis in 1.& 2.concl.ſupra
10 poſitis.Secundò probatur,quia quandò non conſtat de voluntate contrahentiũ, in dubio ſunt attendenda verba contractus; maximè ſi non conſtat ea eſſe contra illius naturam, vt in ſpecie de contractu ſocietatis eſt tex.in l.3.§.de illo,ff. pro ſoc. Siquidem verba ſunt nota, quæ
11 ſunt in animo paſsionum,vt per Decian. conſ.12.num.11.lib.2. & obtinent principa-

Digitized by Google

cipatum ſignificandi, & ſunt magnum nientis noſtræ teſtimonium, Rolan.conſ. 34.num.13.& 15.lib.4.Imò verba atten-
12 duntur in contractibus, etiam ſi aliquo modò natura contractus alteraretur, vt in l.Lucius,& l.dic,§.1.ff.depoſ. At quãdo ſocij contrahunt ſocietatem cùm pacto, vt communicentur in ea lucrum, & quæſtus, ſeu quæſtus, & lucrum: vel conueniunt. vt ſint ſocij quæſtus, & lucri; vel lucri, & quæſtus, ſociorum verba denotant ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter; non autem vniuerſalem ad quæſtum: ergo, &c. Minor probatur, quia in ſocietate omnium bonorum communicantur omnia bona prouenientia tam ex titulo lucratiuo, quàm ex titulo oneroſo, & ex actibus quæſtuarijs: in ſocietate verò vniuerſali ad quæſtum communicantur ea tantùm, quæ obueniunt ex quæſtu: ergo quando ſocii contrahũt ſocietatem cum pacto, vt communicentur in ea lucrum, & quæſtus: vel ſint ſocii quæſtus, & lucri; ſociorum verba denotant ſecietatem omnium bonorum ſimpliciter: & non tantum vniuerſalem ad quæſtum.

Quarta concluſio

SI Societas contrahatur cum pacto, vt
13 in ea communicetur lucrum quæſtus, vel vt ſint ſocii lucri quæſtus, tunc ſocietas cenſetur contracta vniuerſaliter ad quæſtum, & ſic omnium bonorum; quæ proueniunt ex quæſtu: non autem erit dicenda omnium bonorum ſimpliciter. Probatur hæc concluſio ex tex. in l.duo ſocietatem, in illis verbis, *Lucri quæſtus*. ff. pro ſoc. vbi Iuriſc. ait, per illa verba, Lucri quæſtus, abſque eo, quòd inter duas illas dictiones, lucri quæſtus, mediet copula, & fuiſſe contractam ſocietatem ad quæſtum, non autem ad lucrum, atque adeò omnium bonorum ſimpliciter. Probatur etiam ratione; quoniam ea eſt natura ſpeciei, vt ſi poſt ponatur generi ſine copula, vt ſupra dicatur ſtare expoſitiuè, ac limitatiuè, vt in d. l. ſi duo ſocietatem, §.fin. atque adeò ly. quæſtus, lucri ſpecies contrahit lucrum, quod eſt genus. Hinc ſequitur, quòd ſi quis dicat, Populum plebem ſeceſsiſſe in montem Auentinum, non intelligitur ſeceſsiſſe Patritios, ac Senatores; ſed tantùm reliquos Ciues. Sic etiam ſi fuerit legatum animal homo, non cenſetur legatum brutum, & ſeruus ad arbitrium boni viri; ſed intelligitur legatus tantùm homo, & ſic ſeruus.

Ratio autem cur copula, & poſita inter lucrum, & quæſtum ſignificet ſocie-
14 tatem omnium bonorum ſimpliciter; & ſi non apponatur culpa inter illas duas dictiones, ſocietatem vniuerſalem ad quæſtum tantùm denotet, ea eſſe poteſt, quòd culpa, & ponitur inter diuerſa, &
15 diuiſa in ſe copulat, vt in l. regula, ff. de iur. & fact. ignor. Iaſ. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. & Panor. cum alijs ad ipſum additis, in c. quætelam, num. 5. de ſimon. Vndè cùm in ſocietate omnium bonorũ ſimpliciter non ſolùm communicentur bona prouenientia ex quæſtu, ac titulo oneroſo; verùm etiam obuenientia ex titulo lucratiuo, nempè ex legato, donatione, &c. ad ſignificandam talem ſocietatem meritò ponitur culpa illa, & inter prædicatas dictiones, *quæſtus, & lucrum.* At quando non adijcitur copula, & genus præponitur ſpeciei, tunc ſpecies ponitur declaratiuè, vt in d.l. duo ſocietatem, ff. pro ſoc. vndè quemadmodum ſi legaretur animal homo, intelligitur homo tantùm legatus, & non inſuper aliud animal; ita quoque vbi contrahitur ſocietas lucri quæſtus, intelligitur contracta ſocietas vniuerſalis ad quæſtum duntaxat; non autem ad lucrum, atque ideò omnium bonorum.

Quinta concluſio.

QVamuis ea, quæ diximus ſupra in tertia concluſione probabiliter de-
16 fendi poſſent; nihilominus probabiliter videtur ſententia Bart. & ſequacium, & ab ea in iudicando non videtur recedendum, nempè, quod quando lucrum præponitur quæſtui, licèt inter illas dictiones mediet copula, & adhuc tamen cenſeretur contracta ſocietas vniuerſalis ad quæſtum duntaxat; non autem ad lucrum, & ſic omnium bonorum ſimpliciter. Siquidem dictio, &, non ſemper ſtat copulatiuè; ſed aliquando ſtat expoſitiuè, vt in §.1. in Inſt. de tutel. vbi definitur tutela, quòd ſit vis, atque poteſtas, &c. hoc eſt ius, ideſt poteſtas, & nos latius diximus in comment. Bull. cœn. lib. 2. can. 2. q. vlt. num. 3.

Reſtat

Reſtat modo, vt ad contraria reſpondeamus.

AD tex. in d.l. ſed &ſi adiiciatur reſ-
pondet Felic. de ſociet. cap. 10.
17 ſub num. 12. poſt Ruin. conſ. 101. ſub
num. 10. verſ. quod vltra eos, lib. 1. quòd
ibi non probatur fuiſſe contractam ſoci-
etatem ad quæſtum ex eo quia nomen,
quæſtus procedens eſſet iniunctum cum
nomine lucri conſequenti; ſed ex eo quòd
l. lex continuatur ad l. coiri, in qua agi-
tur de ſocietate vniuerſali ad quæſtum:
nam retentis terminis, quòd ageretur
de ſocietate ad quæſtum, in ea decerni-
tur, ſocios coeuntes ſocietatem ad quæ-
ſtum, talem ſocietatem contrahere, etiam
ſi cum verbo, quæſtus, apponeret verbũ,
lucri: quia verbum lucri eſt intelligen-
dum ſecundum ſubiectam materiam,
nempè de lucro proueniente ex quæſtu,
de quo tunc agebatur.

Ad d.l. ſocietatem, §. fin. poteſt reſpõ-
18 deri iuxta ea, quæ ſupra diximus in 4.
concl. nempè, quòd in d. §. dictio lucri
præponitur dictioni, quæſtus, & inter
ipſas dictiones non mediat copula, &.
Vel poteſt reſponderi iuxta quintam
concl. quòd eſtò, quòd inter ipſas dictio-
nes mediet culpa, &, copula illa decla-
raret; non autem coniungeret.

Ad vltimum reſpondetur, quòd tunc
quæſtus vti ſpecies lucri ponitur expoſi-
19 tiuè, ſeù limitatiuè, quando poſtponi-
tur dictioni lucri, & ſic generi: ſecus au-
tem ſi præponatur: ſiquidem ea eſt na-
20 tura ſpeciei, vt ſi poſtponatur generi,
contrahat genus: ſecus autem ſi ſpecies
præponatur generi, vt patet ex iis, quæ
ſupra adnotauimus, concl. 3. & 4.

Quæ veniant communicanda in ſocietate vniuerſali ad quæſtum. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Societas omnium bonorum ad quæſtum poteſt contrahi tripliciter.*

2 *Societas omnium bonorum ad quæſtum, cur ita dicatur.*

3 *Societas omnium bonorum ad quæſtum ſi ea lege celebretur, vt communio fiat tam in capitali, quàm in lucro, quænam bona veniant communicanda.*

4 *Societas omnium bonorum ad quæſtum, ſi fiat a lege, vt communio fiat tàm in capitali, quàm in lucro, communicantur omnia bona, quæ ſocii poſſident tempore contractus, & deinde omnia alia bona, quæ ex actibus quæſtuariis, & oneroſo titulo acquirunt, ſiue æqualia contulerit, ſiue inæqualia.*

5 *Societas omnium bonorum ad quæſtum, ſi fiat in capitali, & lucro, capitale mox communicatur.*

6 *Societas omnium bonorum ad quæſtum licèt fiat cum pacto, vt communio fiat in lucro, & capitali, in ea tamen non veniunt communicanda bona quæſita, titulo lucratiuo, etiam ſi facta fuerit communicatio fructuum rerum legatarum, &c.*

7 *Bona lucratiuo titulo acquiſita ab vno ex ſociis occaſione ſocietatis, non veniunt communicanda in ſocietate omnium bonorum ad quæſtum.*

8 *In ſocietate omnium bonorum ad quæſtũ inita, vt communio fiat in lucro, & quæſtu, ita demum conferuntur omnia ſociorum bona tempore cõtractus, ſi fuerint omnia bona in capitali; ſecus autem ſi eorum aliqua tantum.*

9 *Societas omnium bonorum ad quæſtum poteſt dici talis, etiam ſi non communicentur omnia ſociorum bona tempore contractus, ſed eorum aliqua tantùm.*

10 *Nomina debitorum non communicantur tempore contractus ſocietatis omnium bonorum ad quæſtum, etiam ſi fieret in lucro, & quæſtu.*

11 *Bona titulo lucratiuo acquiſita ab vno ex ſociis omnium bonorum ad quæſtum occaſione ſocietatis, ita demum non veniunt communicanda ſi cauſa ſit impulſiua; ſecus autem ſi ſit finalis.*

12 *Societas omnium bonorum ad quæſtum, ſi contrahatur cum pacto, vt communio fiat in lucro tantùm, tunc bona ſociorũ tempore celebrati contractus, non communicantur; ſed ea tantùm veniunt cõmunicanda, quæ poſt ſocietatem acquiruntur ex actibus quæſtuariis.*

13 *Merces, aut alia bona ſi acquirantur in ſocietate omnium bonorum ad quæſtum ex bonis in ea poſitis, communicantur inter ſocios, licet capitalia non communicentur.*

14 *Societas omnium bonorum ad quæſtum ſi contrahatur ſimpliciter citra pactum aliquod, tunc cenſetur inita, vt commu-*

nio fiat

Digitized by Google

nio ſiat in lucro tantùm, & non in capitali.

15 *Societas omnium bonorum ad quæſtum cur ita dicatur.*

16 *In ſocietate omnium bonorum ad quæſtũ ſi non fiat pactum, vt communio fiat in capitali, ſi capitale pereat, perit conferenti, etiam ſi vnus ex ſociis pecuniam, & alter operam conferat.*

17 *In ſocietate omnium bonorum ad quæſtũ, in qua non ſit pactum, vt communio ſiat in capitali, cenſetur inita in lucro tantum: ſiue bona collata ſint pecunia, operæ, nauigia; ſiue alia inſtrumenta, æqualia, vel inæqualia.*

18 *Societas omnium bonorum ad quæſtum ſi contrahatur ſimpliciter citra pactum, vt communio fiat in capitali, vel in lucro tantùm, & vterquè tempore contractus contulerit pecuniam, aut aliud capitale; tunc communicatur capitale.*

19 *In ſocietate cẽſetur in dubio poſitus vſus rei, non ipſa res.*

20 *Societas omnium bonorum ad quæſtum, ſi contrahatur ſimpliciter citra pactum, in dubio cenſetur inita, vt communio fiat in lucro, & capitali, ſi ita celebrandi ſocietates extet conſuetudo in loco, & regione celebrati contractus.*

21 *Contractus cenſetur initus iuxta conſuetudinem loci, quandò aliud non exprimitur.*

22 *Opera, induſtria, nauigium, &c. ſi æquipolleant pretio capitalis, in dubio ſocietas cenſetur inita, vt tam in lucro, quàm in capitali communio fiat.*

AD tituli explicationem eſt adnot. quòd hæc quæſtio poteſt dupliciter diſputari. Primò de communione bonorum, quæ ſocij poſsident, & eorum dominium habent tempore, quo celebrãt ſocietatem vniuerſalem ad quæſtum. Secundò de bonis, quæ ex actibus quæſtuariis comparantur poſt ſocietatem contractam.

Secundò eſt adnot. quòd ſocietas vniuerſalis ad quæſtum poteſt contrahi tri-
1 pliciter. Primò cum pacto, vt communio ſit in capitali, ac in lucro. Secundò cum pacto, vt communio fiat in lucro, non autem in capitali. Tertiò contrahitur ſimpliciter citra vllum pactum, nõ exprimendo, an fiat in lucro tantum, vel in capitali, & lucro ſimul communicatio.

Tertiò eſt adnot. quòd ſocietas vniuerſalis omnium bonorum ex quæſtu nõ
2 dicitur ex eo, quod bona ſociorum omnia, quorum dominium habeant tempore ſocietatis initæ, veniant communicãda; etenim ſocietas vniuerſalis ad quæſtum dici poteſt, etiam ſi in ea ſocii partem tantum eorum bonorum, ac pecuniarum ponant ad negotiandum in quacunque negotiatione ad eorum libitum, vt rectè declarat Tuſch. ver. ſocietas, cõcluſ. 280. num. 22. Sed dicitur talis ex eo, quòd ſocii ſint bonorum, quæ acquiſierint titulo oneroſo: nempè ex emptione, venditione, opera, induſtria, &c. vt habetur ex Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 1. q. 1. ſub num. 11. verſ. Reſpondeo intelligi: & q. 10. ſub num. 12. & aliis apud Tuſch. ver. ſocietas, cõcluſ. 282. num. 2. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima concluſio

SOcietas vniuerſalis ad quæſtum, ſeù
3 omnium bonorum ex quæſtu, ſi celebretur cum pacto, vt communio fiat tam in capitali, quàm in lucro, communicantur ſociorum bona, quæ poſsident tempore celebrati contractus: & deinde omnia alia bona, quæ ex actibus quæſtuariis, & oneroſo titulo acquiruntur, durante ſocietate; non autem acquiſita ex titulo lucratiuo. Hæc concluſio habet duas partes. Probatur ipſa concluſio quoad primam partem; quia in ſocietate vniuerſali ad quæſtum, cum pacto vt cõmunio fiat in capitali, & lucro omnia bona collata quoad eorum dominium efficiuntur ſociorum communia, vt in l. 1. & ibi Gloſ. ff. pro ſoc. & Molin. de contr. diſp. 411. ſub num. 6. qui licèt dicat, legem illam, & iura ſequentia loqui de ſocietate omnium bonorum ſimpliciter; nihilominus idem putat dicendum de quacunque alia ſocietate particulari cùm militet eadem ratio, arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil. & nos ſupra adnotauimus lib. 1. cap. 4. q. 3. concl. 3. Quoad ſecundam partem patet concluſio; quoniam in vniuerſali ſocietate ad quæſtũ, poſt contractam ſocietatem non efficiũtur communia, quæ ſocii proueneniunt ex donatione legato, &c. ſed ea tantum, quæ acquiruntur ex emptione, venditione, locatio, conductio, induſtria, artificio, & aliis eiuſmodi.

Amplia-

Ampliatur hæc concluſio quoad pri-
4 mam partem, vt vera ſit, ſiue bona colla-
ta in principio ſocietatis ſint æqualia, ſiue inæqualia: ſiquidem in huiuſmodi ſocietate poteſt ſeruari æqualitas proportionaliter, vt ſi ſocij æqualia contulerint, ipſa quoque in fine ſocietatis vna cum lucris, damnis, & expenſis æqualiter veniant diuidenda. Si verò contulerint inæqualia, ſecundum quantitatem bonorum, quam quiſque contulit, ſunt proportionaliter diuidenda ipſa lucra, & damna. Etenim tacitè actum ſub intelligitur, vt qui plus oneris, & periculi ſuſtineat, plus expectet emolumenti, l. ſecundum naturam, ff. de regul. iur. & patet ex ijs, quæ habentur ex Syl. in ſum. ver. ſocietas, 1. q. 8. & Felic. tract. de ſociet. cap. 9. num. 54.

Secundò ampliatur eadem concluſio
5 quoad eandem primam partem, vt vera ſit etiam ſi vnum conferat bona, & ſic capitale: & alter tantùm operas, induſtriã, & artificium cùm bona aliqua non habeat: nam ſi in ſocietate eo caſu fiat pactum, vt communio ſit in capitali, & in lucro; dominium capitalis ab initio ſocietatis communicatur: ſiue capitale, & lucrum diuidenda ſint per partes æquales, quando operæ æquiualent capitali quoad æſtimationem proprietatis: ſiue per partes inæquales proportionaliter, vbi operarum, & capitalis æſtimatio ſit maior, aut minor, vt in l. 1. & ibi Gloſ. & in l. 2. & 3. ff. pro ſoc. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 5. concl. 3. ſub num. 47. verſ. Hinc ſequitur, & ante ipſum Molin. de contr. diſp. 411. ſub n. 6.

Tertiò ampliatur quoad ſecundam
6 eiuſdem concluſionis partem, vt durante dicta ſocietate ita communicentur bona, quæ proueniunt ex quæſtu, vt nullo modo communicentur bona, quæ titulo lucratiuo ſocijs prouenirent; etiam ſi facta fuerint communicatio fructuum rerum legatarum aut donatarum, aut quæ quocunque alio titulo lucratiuo alicui ex ſocijs obuenerunt, vt habetur ex Alex. conſ. 76. num. 9. verſ. Nec refert, lib 4. & Tuſch. ver. ſocietas. concl. 282. num. 11. Imò in huiuſmodi ſocietate vniuerſali ad quæſtum, adeò non communicantur bona ex alio titulo, quàm ex actibus quæſtuarijs, vt ſi bona lucra-
7 tiuo titulo alicui ex ſocijs obuenerint occaſione ſupradictæ ſocietatis: vt quia Socius ad Principem ſe contulerit propter ſocietatis negotia, & ſibi à Principe fuerit aliquid elargitum: ſiquidem tale donatum ſibi acquirit, nec cum altero ſocio tenetur communicare, vt in l. ſocium, §. ſocius, & ibi Bart. ff. pro ſoc. Idẽ dicendum eſt de bonis caſtrenſibus, vel quaſi, & de dote; quoniam hæc bona non proueniunt ex actibus quæſtuarijs, vt per Filliuc. Tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 7. q. 7.

Sic ampliata limitatur hæc ipſa con-
8 cluſio, quoad eandem primam partem, vt ita demum omnia bona, quæ ſocij poſſident tempore celebrati contractus, communicentur inter eos quoad dominium, & poſſeſſionem in ſocietate, de qua agitur, quando ab ipſis ſocijs bona omnia fuerunt in capitali collata: ſecus autem ſi eorum aliqua dumtaxat; quoniam tunc ea tantum fiunt communia quoad dominium, & poſſeſſionem. Eſt tamen verum, quòd talis ſocietas adhuc diceretur vniuerſali ad quæſtum; quia vt
9 diximus ſupra not. 3. ſocietas vniuerſalis ad quæſtum, ſeù omnium bonorum ex quæſtu non dicitur ex eo quod bona ſociorum omnia, quorum dominium habeant tempore ſocietatis fuerint collata, & veniant communicanda, cùm poſſit dici vniuerſalis ad quæſtum, etiam ſi non omnia bona ſociorum, ſed eorum aliqua tantùm conferantur: ſed dicitur talis, quia eſt omnium bonorum, quæ proueniunt ex quæſtu, & actibus quæſtuarijs.

Secundò limitatur dicta concluſio
10 quoad ipſam primam partem, quando pars bonorum collatarum tempore celebrati contractus conſiſteret in nominibus debitorum; quoniam illa pars debita ante contractam ſocietatem non communicaretur, vt patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus, lib. 1. cap. 4. q. 3. concl. 2. ampl. 1. verſ. Sed re vera.

Tertiò limitatur prædicta concluſio
11 quoad tertiam ampliationem, vt ita demum acquiſita titulo lucratiuo ab vno ex ſociis occaſione ſocietatis non veniat communicanda in vniuerſali ſocietate ad quæſtum, quando ſocietas fuit cauſa impulſiua talis acquiſitionis: ſecus autẽ ſi fuerit cauſa finalis, vt quia donata fuerint propter ſocietatem, ac contemplatione ſocietatis; quoniam tunc venirent communicanda, vt rectè declarat Felic. de ſociet. cap. 13. ſub num. 3.

Digitized by Google

Secunda concluſio

4 Societas vniuerſalis ad quæſtum ſi ſit contracta, vt communio fiat tam in lucro, quàm in capitali: & in communi loco vnus ex ſocijs caſu theſaurum inuenerit; tunc arbitror, illum non eſſe cõmunicandum: quia licèt locus ſit omnibus ſocijs communis quoad dominium, & poſſeſsionem, vt ſupra q. præcedenti, concl. 1. adnotauimus; theſaurus tamen poteſt dici inuentus in loco proprio illius, qui inuenit: quia quod commune eſt, meum eſt, vt habetur ex Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. c. 7. q. 3. num. 138. & propterea hoc etiam caſu locum habet diſpoſitio, tex. in d. §. Theſauros, in Inſt. de rer. diuiſ. Eſt tamen verum, quòd concluſionem puto veram, quando ſocius caſu abſolutè theſaurum inuenerit, non exercendo in illo loco actum aliquem ſocialem, eum ſcilicet excolendo, aut fundamenta in ipſo fodiendo, vt domum ædificaret, & alia eiuſmodi faceret: aliàs diceretur ex induſtria, & opera ſocij theſaurus inuentus, atque adeò ex quæſtu, & ſic veniret communicandus.

Tertia concluſio

5 Societas vniuerſalis ad quæſtum ſi contrahatur, vt communio fiat in lucro tantùm, & vnus ex ſocijs caſu theſaurum inuenerit in loco alterius ſocij, tunc theſaurus venit communicãdus. Probatur, quia inueniens theſaurum caſu in loco alieno; theſaurus diuidi debet inter inuenientem, & dominum loci, vt in d. §. Theſauros, in Inſt. de rer. diuiſ. vbi idem decernitur, ſi theſaurus inueniatur caſu in loco Fiſci, in aliqua Ciuitate, aut in quolibet alio publico loco.

Quarta concluſio

6 Societas generalis ad quæſtum ſi contrahatur cum pacto, vt communio fiat in lucro tantùm, & vnus ex ſocijs theſaurum inuenerit in loco alterius ſocij, data opera, adhuc puto eſſe communicandum: nam licèt ſi quis inuenerit theſaurum in loco alieno non caſu, ſed data opera, theſaurus totus pertineat ad dominum loci, vt colligitur ex tex. in d. §. theſauros; nihilominus quando data opera inuenitur in loco ſocij, dicitur theſaurus prouenire ex opera ſocij, atque adeò ex quæſtu. At in ſocietate vniuerſali ad quæſtum communicatur omnia bona, quæ proueniunt ex quæſtu. Idem multo magis dicendum eſt, ſi prædicta ſocietas contrahatur, vt communio fiat non tantum in lucro; ſed etiam in capitali.

Quinta concluſio.

Societas ſi contrahatur vniuerſaliter ad quæſtum, & vnus ex ſocijs in loco alieno data opera theſaurum inuenerit, totus theſaurus erit domini loci, & nihil habebit inuentor, nec ſocius. Ita à contrario ſenſu colligitur ex tex. in d. §. Theſauros, in Inſt. de rer. diuiſ. vbi idẽ decernitur in theſauro inuento data opera in loco Cæſaris, aut publico. Nec obſtat ſi dicatur, quòd Theſaurus fuit inuentus opera ſocij; quoniam opera illa non eſt actus ſocialis, nec ſit in re ſociali, & propterea non dicitur theſaurus prouenire ex quæſtu. Vide infra q. vltima, in fin.

An ſocius, qui rem communem in vniuerſali ſocietate ad quæſtum proprio nomine adminiſtrauit, ſibi totum lucrum acquirat. Q. VII.

SVMMARIVM.

1 *Socius omnium bonorum ad quæſtum, ſi proprio nomine acquirat, an quæſita veniant communicanda.*

1 Ad hanc quæſtionem reſpondetur affirmatiuè, vt patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus, lib. 1. cap. 4. q. 4. concl. 5. Eſt tamen verum, quòd ſocius, qui proprio nomine rem communem adminiſtrauit, tenetur ad omnia damna, quæ alijs ſocijs ex tali cauſa prouenerunt, vt

Digitized by Google

habetur ex Azor. p.3. Inſt. moral. lib.9. de ſociet.cap. 17. & Filliuc.tom. 2. qq. moral.tract.38.c.7.q.3. num. 139. & ſupra adnotauimus d.concl.5.limit. vlt.in fin.vbi latè de hac re egimus.

An ſocius in ſocietate vniuerſali ad quæſtum poſſit vti re communi, vt ſuum priuatum commodum augeat. Q. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Socius vtens re communi ad ſuum priuatum commodum bona fide quoad forum internum nullam culpam contrahit.*

2 *Socius omnium bonorum ſimpliciter vtēs re communi ad proprium commodum, quæſita tenetur communicare.*

3 *Socius quilibet vtens re communi dolo, ac fraude ad proprium commodum qualiter puniatur.*

1 IN hac re breuiter eſt diſtinguendum de foro interno,& externo: & de bona,ac mala fide ſocii vtentis re communi ad ſuum priuatum commodum. Hac diſtinctione,ſit

Prima concluſio

1 IN ſocietate vniuerſali ad quæſtum ſocius vtens re communi ad ſuum priuatum commodum bona fide quoad forum internum nullam culpam contrahit.Hæc concluſio eſt Azor.p.3.Inſt.moral.lib.9.de ſociet.cap.17.q.7. Filliuc.tomo 2.qq.moral.tract.38. cap.7.q.3.num. 13.& aliorum. Probatur, quoniam licèt ſocius vtatur re communi ad ſuum priuatum commodum;vtitur tamen re ſua, cum partialiter in ea dominium habeat. Vndè ſi ex pecunia communi ſocius domum ſibi emerit, domum ipſam non tenetur communicare cum ſocio: tenetur tamen ſocius omnia damna, & intereſſe reficere alteri ſocio, vt habetur ex ſupra citatis Doctor. & nos diximus ſupra q. præcedenti.& lib.1.cap.4. q.4. concl. 5. limit.vlt.

2 Hæc quæ diximus de ſocietate vniuerſali ad quæſtum extendimus locum ſibi vendicare in quacunque alia particulari ſocietate ad quæſtum cum militet eadem ratio,vt adnotauimus d.cōcl.5. Reſtringimus tamen ea ad ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter, in qua communicantur,vel ſaltem veniunt communicanda omnia quocunque titulo quæſita, etiam ſi ab vno ex ſociis proprio nomine,& ad proprium commodum communi pecunia fuerint comparata, vt latè oſtendimus d.q.4.concl.2.& 3.

Secunda concluſio

4 QVoad forum exterius vtens re communi in ſocietate vniuerſali ad quæſtum, & in qualibet alia particulari,occultè ac fraude,poteſt puniri pęna furti:vt in l.re communi. ff.pro ſoc. Nec non tenetur ad omnia damna,& intereſſe,quæ occaſione prædicta alteri ſocio obuenerunt,vt habetur per Doctores ſupra relatos.

Qualiter diuidatur lucrum, & damnum in ſocietate vniuerſali ad quæſtum Q. IX.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum,& damnum qualiter diuidantur in ſocietate omnium bonorum ad quæſtum.*

1 HAec controuerſia patet ex iis,quæ ſupra diximus, q.5. & infra dicemus cap.4.Etenim ſi ſocietas vniuerſalis ad quæſtum ſit contracta, vt communio fiat in lucro,& capitali, & æqualia à ſocijs fuerint collata tunc lucra, expenſæ, ac damna ęqualiter: ſi verò inæqualia collata ſint,tunc lucra & damna ſunt diuidenda proportionaliter. Quòd ſi huiuſmodi ſocietas contracta ſit, vt communio fiat in lucro tantùm, & non in capitali,& vnus ex ſocijs poſuit operas, & alter capitale, tunc conſideranda ſunt, quæ vtrique pereunt, & hæc inter ſe cōparanda, ita vt operum æſtimatio non comparetur ad pecuniam ſecundum eius valorem,& æſtimationem;ſed ad æſtimationem periculi pecuniæ,& lucri ex ea ſpe-

ſperati, & ſecundum horum proportionem lucrum, & damnum ſunt diuidenda, detracto prius capitali pro eo, qui illud poſuit, vt rectè declarat Petr. Nauar. lib. 3. de reſtit. cap. 2. num. 452. Leſſ. lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 25. dub. 2. num. 2. cum plur. ſeq. Azor. tom. 3. Inſt. moral lib. 9. de ſociet. cap. 3. q. 1. verſ. Ad id verò, Syl. in ſum. ver. ſocietas. 1. q. 9. & nos latius, Deo duce, dicemus infra cap. 4. in propria q. agentes de lucris, & damnis diuidendis in particulari negotiationis ſocietate. Illud autem in hac re non cenſui ſilentio prætereundum, quod per Felic. habetur in ſuo tract. de ſociet. cap. 13. ſub num. 8. dum ait, quòd prouenientia ex quæſtu, & negotiatione communicari, atque adeò diuidi debent inter ſocios, etiam ſi negotiatio verſetur circa res, quæ principaliter in ſocietate non ſunt compræhenſæ, vt per Alex. conſ. 49. num. 10. lib. 1. vbi agit de locatione habita de quodam molendino non cõpræhenſio in ſocietate, & vult, quòd prouenientia ex eius locatione, dicuntur prouenire ex quæſtu; vt propterea in ſocietate ad quæſtum veniunt diuidenda.

Eſſet demum pro complimento huius cap. videndum de extinctione ſocietatis eiuſmodi, de qua re infra lib. 3. ſufficienter, Diuina nobis ſuffragante gratia, tractabimus.

De ſocietate vniuerſali bonorũ omnium inter coniuges, conſtante matrimonio. Caput Tertium.

SVMMARIVM.

1 *Continuatur huiuſmodi caput ad præcedentia.*

Diuiſimus ſupra cap. 1. Societatem vniuerſalem in ſocietatẽ bonorum
1 omnium ſimpliciter: in ſocietatem bonorum omnium ex quæſtu: & in ſocietatem bonorum omnium inter coniuges, conſtante matrimonio. Egimus hucuſque de duabus prioribus ſocietatis ſpecialibus, reſtat modo; vt de tertia videamus.

An de iure ſocietas omnium bonorum inter coniuges contrahi poſſit. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Vxor tenetur marito operari.*
2 *Vxor poteſt contrahere de iure ſocietatem omnium bonorum cum marito.*
3 *Vxor in quibus teneatur, & in quibus non teneatur operari marito.*

IN hac re videtur prima facie negatiuè reſpondendum eſſe, per tex. in l. ſi-
1 cut, ff. de oper. libert. vbi habetur, quòd vxor tenetur marito operari, ergo non poteſt cum marito ſocietatẽ contrahere.

His tamen non obſtantibus in contrarium eſt veritas. Probatur ex tex. in l.
2 alimenta. §. fin. ff. de alim. & cibar. legat. in illis verbis, *Qui ſocietatem omniũ bonorum ſuorum cum vxore ſua per annos amplius quadraginta habuit, &c.* Ad idem facit tex. in l. actione, §. fin. ff. pro ſoc.

Ad contrarium reſpondetur, vxorem teneri operari viro circa obſequia ma-
3 trimonialia; nempè ad familiam gubernandam, ad prolem educandam, ac inſtituendam. Cæterum vxor ſibi acquirit, ſi ſe exercet in mercatura, vel in arte aliqua, cuius peritiam habeat: quare ſuper his ſocietas coiri poteſt. vt habetur ex Petr. de Vbald. in ſuo tract. de duob. fratr. q. 4. ſub num. 17. Menoch. conſ. 154. num. 15. lib. 2. Girard. ſing. 99. & Felic. de ſociet. cap. 3. ſub num. 5.

An inter Coniuges cenſeatur de iure tacitè contracta ſocietate, eo ipſo quod ſimul habitat. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahitur ad modum ſocietatis.*
2 *Societas inter virum, & vxorem de iure non cenſetur facta ex ſola eorum cohabitatione.*
3 *Socij cur appellentur coniugs.*
4 *Cap. ſignificauit, de donat. inter vir. & vxor.*

*municanda, ac diuidenda modo ſupradi-
cto, etiam ſi matrimonium bona fide
contractum, poſtea comperiatur nullum.*

49 *Coniux ſuperſtes, ſoluto matrimonio ſi
tranſeat ad ſecundas nuptias an conſe-
quatur partem bonorum ſuper lucrato-
rum.*

50 *Super lucrata non veniunt communicã-
da inter coniuges, nec diuidenda, vbi lu-
cris futuris fuerit renunciatum.*

51 *Super lucrata bona poſt diuortium inter
coniuges Eccleſiæ decreto habitum, an
& quando communicentur, & diuidan-
tur.*

52 *Super lucrata bona iniuſtè aquiſita non
veniunt communicanda inter coniuges.*

PRo determinatione huius difficulta-
tis eſt adnot. primò: quòd nullo iu-
1 re cauetur, vt vi matrimonij contractus,
etiam conſumati cenſeatur contracta in-
ter coniuges omnium bonorum ſocietas:
& ſi coniuges ipſi de iure communi, ſo-
cietatem huiuſmodi ex communi cõſen-
ſu expreſſo, vel tacito coire valeant, vt
ſupra oſtendimus, q. 1. & 2. Datur enim
de iure communi dos viro quoad vſum,
& fructus illius ad ſuſtinenda matrimo-
nij onera; ita quòd matrimonio ſoluto,
dos integra reſtituitur vxori, vt in l. 1.
& 2. & in l. dotis fructus. ff. de iur. dot.
& l. aſſiduis, §. oportebat, C. qui potior.
in pign. habean. Conſtante verò matri-
monio, vxor tenetur præſtare eam par-
tem adminiſtrationis familiæ, & eas ope-
ras in illa adminiſtranda adhibere,
quas pro ipſius conditione eam exerce-
re decens eſſet, vt rectè declarat Molin.
de contract. diſp. 423. num. 5. & 6.

Secundò eſt adnot. quòd licèt de iure
non cenſeatur contracta ſocietas omni-
um bonorum inter virum, & vxorem,
niſi ex communi conſenſu tacito, vel ex-
preſſo contrahatur; nihilominus de iute
Caſtellæ, & de conſuetudine Luſitaniæ,
contracto matrimonio, cenſetur inter
Coniuges inita ſocietas omnium bono-
rum, ita tamen, vt communio fiat in
lucro tantùm; non autem in bonis col-
latis: quę ſocietas dicitur cõtractus arr-
harum, & dotis, vt habetur ex Molin.
d. diſp. 423. num. 6. Quod qnidem in
Luſitania inter Nobiles regulariter ſer-
3 natur: ſiquidem inter eos, qui nobiles
non ſunt contrahitur ſocietas medietatis
bonorum. Imò in ipſo Luſitaniæ Regno
omnia matrimonia, in quibus aliud ex-
preſſum non fuerit, eo modo celebrata
cenſentur, vt habetur ex Molin. de con-
tract. diſp. 422. num. 2.

Hac autem ſocietate medietatis bono-
rum morte alterius coniugis, aut quauis
4 alia ex cauſa diſſoluta, omnia coniugum
bona, & iura in duas partes diſſecantur;
quarum alteta competit coniugi ſuper-
ſtito: & altera hæredibus alterius con-
iugis præmortui: ita vt ſi maritus præ-
moriatur, vxor maneat in poſſeſſione
omnium bonorum tanquam familiæ ca-
put, à qua viri hæredes tenentur conſe-
qui partem, quæ viro contingebat. Et è
conuerſo ſi vxor præmoriatur, à viro
omnium bonorum tanquam poſſeſſore
tenetur vxoris hæredes pattem illius de
manu viri percipere. Quòd ſi ſocietas
per diuortiũ diſſoluatur, vxor portio-
nem ſuam à viro debet conſequi tan-
quam familiæ capitæ, & vniuerſali ad-
miniſtratore omnium bonorum vſque
ad illud tempus, vt conſtat ex 4. lib. Luſi-
tan. ordinat. tit. 7. §. 1. & lib. 2. tit. 47. §. 2.
& 3. de quibus latè Molin. d. diſp. 422.
ſub num. 4. Eſt tamen verum, quòd ſi vir,
& vxor non habitent ſimul, diuortio ob
alterius adulterium, auctoritate Eccleſiæ
facto, bona, quæ poſtea acquirantur, non
omni ex parte communia fiunt; etenim
ſi per adulterium viri vxor diuortium
petijt, tunc quæ vxor acquirit, cum viro
non communicat. Et ſi vir ob adulteriũ
vxoris diuortium petat, tunc quæſita
per virum, cum vxore non communi-
cantur. Ea verò bona, quæ alter coniu-
gum adulterij reus poſt diuortium quę-
rit, communia ſunt; quoniam eius culpa
ſeparatus eſt à coniuge, Thori fidem vio-
lando, vt habetur ex Couar. epitome de
matrim. p. 2. cap. 7. §. 1. num. 5. Azor. par.
3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 18. q.
1. & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38.
cap. 7. q. 4. His adnotatis, ſit

Prima Concluſio:

VBi non adeſt ius aliquod munici-
5 pale, aut conſuetudo aliqua, ſi cõ-
iuges ſocietatem ſimpliciter contrahãt,
non exprimentes omnium bonorum,
de iure communi intelliguntur contra-
here ſocietatem vniuerſalem ad quęſtũ,
ſeu omnium bonorum ex quæſtu pro-
uenientium. Hæc concluſio patet ex tex.
in l. coiri, ff. pro ſoc. ſiquidem tex. ille ge-

neraliter loquitur de omnibus eo modo ſocietatem coeuntibus, & non excipit coniuges, nec alio tex. excipiuntur: ergo generaliter eſt intelligendus de omnibus præfato modo ſocietatem contrahentibus, ſiue maſculi ſint, ſiue fœminæ; virgines aut coniuges: quoniã
6 lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. Idem dicendum eſt ſi coniuges inter ſe communicent, quæ vnuſquiſque acquirit ex ſua induſtria, ex ſuo officio, & quæ negotiando lucrantur: tunc enim tacitè cenſenrur contraxiſſe ſocietatẽ vniuerſalem ad quæſtum, ita vt communio fiat in lucro tantùm, non autem in capitali: nam huiuſmodi ſocietas ſufficienter infertur ex dictis actibus, vt habetur ex Molin. de contract. diſp. 421. ſub num. 2. Vndè bona veniunt eo caſu inter coniuges cõmunicanda, ac diuidenda iuxta regulas, quas ſupra retulimus cap. 2. q. 5. concl. 2. 3. & 4. & q. vlt.

Quòd ſi expreſsè contrahant ſocietatem vniuerſalem ad quæſtum cnm pacto,
7 vt communio fiat non tantum in lucro, ſed etiam in capitali, tunc bona ſunt de iure communicanda, & diuidenda iuxta ea, quæ in d. q. 5. concl. 1. & q. vlt. diximus. Si denique expreſsè, vel tacitè contrahant ſocietat. m omnium bonorũ ſimpliciter, aut alicuius negotiationis particularis, tunc communio, & diuiſio lucrorum facienda eſt iuxta tradita ſupra, cap. 1. q. 4. & 5.

Secunda concluſio

IN ſocietate medietatis bonorum iure municipali Luſitaniæ inter coniuges
8 inita vi matrimonij contracti, omnia eorum bona iuta, & actiones, ad eos ſpectantia, & ſpectantes: & conſtante matrimonio quæſita quocunque ex titulo, tàm oneroſo, quàm lucratiuo, adeò amborum efficiuntur communia, vt vnuſquiſque eorum partialitate dominij, & totalitate rerum dominus fit omnium bonorum vtriuſque: iuſque habet, iuris partialitate, ſed totalitate rerum eorum omnium, ad quæ ius habent abſque dominio: & eodem modo poſſeſſio quorũcunque ipſorum bonorum ad vnumquẽque ſpectat partialitate poſſeſſionis, & totalitate rerum poſſeſſarum. Ita Molin. de contract. diſp. 422. ſub num. 3. & probatur ex tex. in l. 1. & l. ſi fratres, §. pen. ff. pro ſoc. vbi in ſocietate omnium bonorum, omnia, quæ coeuntium ſunt, continuò communicantur. At hæc ſocietas medietatis bonorum eſt talis; ergo
9 &c. Minor probatur; quoniam, diſſoluta huiuſmodi ſocietate, omnia coniugum bona, ac iura æqualiter diuiduntur inter eos: vt ſupra adnotauimus, not. 2 verſ. Hæc autem ſocietate, quod proprium eſt ſocietatis omnium bonorum ſimpliciter.

Ampliatur hæc concluſio, vt contra-
10 cto matrimonio bona coniugum omnia communicentur, & diſſoluto matrimonio diuidantur æqualiter vt ſupra, ſiue coniuges tempore contracti matrimonij æqualia bona habeant, ſiue inæqualia: quoniam ſocietas omnium bonorum coiri quoque poteſt inter eos, qui bona non habent æqualia, vt diſſoluta ſocietate, in partes diuidantur æquales; etenim aliunde compenſari poterunt plura alterius bona; ex nobilitate ſcilicet, pulcritudine, & alijs eiuſmodi, vt in Luſitania frequenter eueniſſe teſtatur Molin. de contr. diſp. 412. ſub num. 4. Item plura alterius bona compenſari poſſunt alterius coniugis induſtria, qui pauciora contert: & eo magis; quia in futurum contingere poteſt vt ei, qui pauciora habet bona plura ex proſpera fortuna, caſu, aut ſua induſtria obueniant, vt in l. 3. §. de illo, ff. pro ſoc. & latè diximus, ſupra lib. 1. cap. 4. q. 3. ampl. 2.

Secundò ampliatur, vt contracto matrimonio, in Luſitania adeò bona omnia
11 inter coniuges communicentur, & diuidantur vt ſupra, vt communicentur, & diuidantur quoque fructus bonorum vinculatorum, nempè Maioratus, Cappellæ alicuius, coronæ Regni, & bonorum feudalium, vt habetur ex Molin. de contract. diſp. 422. ſub num. 5. Bero. conſ. 190. in fin. lib. 1. Tuſch. ver. ſocietas, concl. 283. num. 38. Dixi *fructus*, quia proprietates dictorum bonorum, ſicut emphyteoticorum, diſſoluto ma-
12 trimonio præcipuè eius coniugis, cuius erant, aut hæredum illius, nec quoad poſſeſſionem quidẽ remanent apud coniugem ſuperſtitem, vt per Molin. loco citato. Eſt tamen verum, quòd ſi feudum, emphyteuſis, & alia ſimilia bona acquiſita fuerint, conſtante matrimonio communi

communi nomine coniugum, & Domi-
nus id ſciuerit, rectè communicantur
per ea, quæ habentur ex Angel. conſ. 60
num. 2. in fin. verſ. Hoc intelligo. qui-
bus adde, quæ ſupra adnotauimus cap.
1. q. 4. lim. 2. vbi diximus id verum eſſe,
niſi Dominus ſolùm nominatum in in-
ueſtitura voluerit inueſtire, & ab eo iu-
ramentum fidelitatis habere; ſi quidem
hoc caſu feudum non efficeretur com-
mune, ſed eſſet acquirentis dumtaxat,
etiam ſi conſtaret emptum pecunia com-
muni: ac etiam ſi ſocius feudi fructus
communicaſſet, vt habetur per Tuſch.
ver. ſocius, concl. 283. num. 59. & 60. &
concl. 290. num. 66. 67. & 68. Si tamen
bona prędicta empta fuiſſent de commu-
nibus bonis, aut in eis factæ fuiſſent me-
liorationes, tunc quia coniugi ſuperſtiti
debetur dimidium prætij, quo empta fue-
re, aut dimidium meliorationum, quæ
in eis factæ ſunt, remanet in illorum poſ-
ſeſſione quouſque ei debitum perſolua-
tur, vt per Molin. d. diſp. 422. ſub num.
5. verſ. Quod tamen intellige, vbi idem
dicendum eſſe inquit, ſi eiuſmodi bona,
quæ ad alterum tantùm pertinebant, hy-
potecæ fuerint ſubiecta alteri ſuperſtiti,
interueniente auctoritate illius, cuius
conſenſus aderat neceſſarius: tunc enim
conius ſuperſtes manet in poſſeſſione eo-
rum quouſque ei ſatisfiat in ijs, ad quo-
rum ſecuritatem hypothecæ fuerunt ſu-
biecta, vt in lib. Luſitan. ordin. tit. 7. §. 2
Tertiò ampliatur eadem concluſio, vt
bona omnia coniugum contracto matri-
23 monio modo ſupradicto; communicen-
tur, etiam ſi vnus acquiſierit eo animo,
vt non ſint communia. Etenim non
poteſt ſocius, altero inuito, naturam
ſocietatis mutare, l. actione, §. diximus,
ff. pro ſoc. quibus adde ea, quæ ſupra
adnotauimus lib. 1. cap. 4. q. 4. concl.
1. ampliat. 5.
Quartò ampliatur, vt adeò omnia bo-
na huiuſmodi coniugum communicen-
24 tur, & diuidantur, vt ſupra, vt ſi quid
vxor ex adulterio acquiſierit, ignorante
ſaltem viro, cogatur cum ipſo viro illud
communicare, & ſoluto matrimonio
veniunt diuidenda: quoniam licèt in ſo-
cietate, etiam ſi ſit omnium bonorum
b ſimpliciter non veniant communicanda
turpiter, & iniuſtè acquiſita, vt in l. nec
prætermittendum, l. quod autem, & l. ſi
fratres, ff. pro ſoc. & nos latè diximus
ſupra, cap. 1. q. 4. limit. 3. nihilominus
id verum eſt de ijs rebus, quæ turpiter,
ac illicitè acquiruntur, ac retinentur, vt
ſunt acquiſita ex vſuris, facto, aut rapi-
na: ſecus autem ſi turpiter acquirantur,
ſed licitè retineantur, vt ſunt lucra, quæ
ex adulterio, aut meretricio acquirun-
tur, l. 4. §. ſed, & quod meretrici, & ibi
Doctor. ff. de condit. ob turp. cauſ. & in
ſpecie Felic. de ſociet. cap. 12. num. 44.
& nos quoque adnotauimus, d. limit. 3.
Quintò ampliatur vt in contractu ſo-
15 cietatis medietatis bonorum, vt ſupra,
ex vi matrimonij inter coniuges, adeò
omnia efficiantur communia, vt vtrique
communicata cenſeantur tam quoad
dominium, quàm quoad periculum, &
commodum. Eſt tamen verum, quòd bo-
na huiuſmodi cùm non efficiantur com-
munia inter coniuges, niſi poſt conſuma-
tum matrimonium per carnalem copu-
lam, vt infra dicemus, lim. 1. conſequens
eſt, vt periculum rerum dotalium, quod
ante matrimonium aduenerit, pertineat
ad vxorem, modo viri culpa ſubſecutum
non ſit: idque ſiue bona tradita fuerint
æſtimata, ſiue ineſtimata, atque ideò ſi
dos pereat ante matrimonium conſu-
matum, citra viri culpam, vxori pereat,
non autem viro. Non ſic in matrimonio
celebrato cõtractu artharum, & dotis: ſi-
quidem in tali ſocietate ſtatim, quòd vir,
& vxor habitare ſimul cæperint, contra-
cta inter eos cenſetur ſocietas omnium
bonorum, vt diximus ſupra q. 3. & latè
Molin. de contr. diſp. 426. num. 18.
Sic ampliata limitatur primò hæc ip-
16 ſa concluſio, vt in Luſitania coniugum
bona in ſocietate, de qua agitur, non
prius fiant communia, quàm matrimo-
nium per copulam fuerit conſumatum,
vt teſtatur Molin. de contr. diſp. 422. ſub
num. 3. vbi ex hoc infert, quòd ſi matri-
monium fuerit nullum ob impotẽtiam
ad copulam; vel ante copulam morte al-
terius coniugis, aut profeſſione in aliqua
Religione, diſſoluatur, vnuſquiſque con-
iugum, aut hęres illius præcipua habebit
bona collata vna cum eorum fructibus,
ſolutis tamẽ expenſis, ſi quæ fuerint ero-
gatæ. Eſt tamen verum, quod matrimo-
17 nium ſi fuerit bona fide contractum,
& deinde fuerit compertum nullum, non
ex defectu copulæ, ſed ob aliud impedi-
mentum, ſi matrimonium bona fide con-
ſumauerint, non nulli volunt, bona per
coniuges collata, & quæſita, conſtante
matrimonio putatiuo, eſſe inter eos

Digitized by Google

æqualiter diuidenda, ac ſi matrimonium fuiſſet verum, ac legitimum, vt habetur per Couar. Epithome de matr. p. 2. cap. 7. §. 1. num. 5. quem refert, & ſequitur Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 18. q. 1. in fin. Sed re vera Molin. ſententia poſt alios, d. diſp. 422. ſub num. 7. nobis videtur probabilior, dum ait, lucra tunc eſſe inter eos diuidenda, non autem capitalia: ſiquidem cum bona fide ambo coniuges bona cõtulerint, operã, & induſtriam; hæc ſocietas ſuſtineri ad ſummum videtur in lucro, cùm in capitali nequeat, eo quòd capitalis communicatio matrimonij validitatem exigit.

Secundò limitatur eadem concluſio,
18 vt locum non habeat, vbi vir, matrimonio conſtante, acquiſierit ex conſolidatione vſufructum agri, vel domus, cuius proprietatem ante contractum matrimonium habuerat: tunc enim vſusfructus non communicatur, vt habetur per Couar. loco ſupra citato, & Azor. d. cap. 18. q. 2. qui mouentur ex eo quòd vſusfructus quando cum proprietate conſolidatur iure proprietatis acquiſitus cenſetur, l. vſusfructus, ff. de vſusfr. & l. ſi proprietati, ff. de iur. dot. ergo cùm proprietas communis non ſit, vſusfructus nequit eſſe communis. Sed re vera Couar. & Azor. videntur loqui ſecundum iura, & conſuetudinem Caſtellæ, & quãdo matrimonium celebratur contractu arrharum, & dotis; cuius vigore contrahitur ſocietas inter coniuges in lucro tãtùm vt in ſpecie Molin. de contract. diſput. 433. ſub num. 3. verſ. Idem dubium, & num. 7. & concl. ſeq. latius, Deo duce, dicemus, verſ. & quidem ad capitale: ſecus autem dicendum eſt in Luſitania, vbi matrimonium celebratur contractu medietatis bonorum; atque adeò ſocietas contrahitur ſuper omnibus bonis, & iuribus præſentibus, & futuris, conſtante matrimonio, iuxta ea, quæ habentur ex Molin. de contract. diſp. 422. ſub num. 3. & 4.

Tertiò limitatur, vt quamuis in Luſi-
19 tania quando celebratur matrimonium contractũ medietatis bonorum vt ſupra, omnia bona, & iura communicentur inter coniuges; adminiſtratio tamen omnium bonorum ad virum tantùm pertinet tanquam familiæ caput: ad vxorem autem non alia adminiſtratio ſpectat, quàm quæ à viro fuerit illi conceſſa, ac permiſſa: vel quando vxor dum matrimonium contraxit, ex ſpeciali pacto bona aliqua ſibi reſeruauit; quoniam dictorum bonorum adminiſtrationem independenter haberet à marito, vt rectè declarat Molin. d. diſp. 422. ſub num. 7. verſ. Quãdo aliqui Vbi tamen num. 8. inquit, quod licet vir tanquam familiæ caput ſit bonorum adminiſtrator, vt ſupra; ni-
20 hilominus vir in multis in adminiſtrando pendet ab vxore: ſiquidem bona immobilia, & quæ cum immobilibus computãtur; vt ſunt cenſus, & alia huiuſmodi iura ad annuos reditus ad decennium, aut vltra, alienare non poteſt vir citra expreſſum vxoris conſenſum, vel ſpeciale eiuſdem mandatum: aliàs inualida eſſet alienatio, etiam ſi fideiuſſores adhibiti fuerint, cùm ad nihil tenentur; ad quem conſenſum probandum non admittitur aliud, quàm publica ſcriptura. Eſt tamen verum, quòd quando bona, vt ſupra alienata citra vxoris aſſenſum, reuocantur per vxorem, ſi pretium in bonum tam viri, quàm vxoris ſit conuerſum, aut vxor aliquo modo de illo participauit, tunc reſtituendum eſt emptori de communibus amborum coniugum bonis.

Quòd ſi vxor nullo modo de pretio
21 participauit, tunc ſi emptor emptionis tempore ſciebat vel ſcire debeat, ſeu iuſta cauſam habebat ſciendi venditorem eſſe coniugatum, tunc emptor pretium perdit, & vltra rei reſtitutionem tenetur etiam reſtituere fructus omnes ex ea perceptos, deductis expenſis: ſi verò emptor ignorauerit; tunc vir ſolus tenetur, ad pretij reſtitutionem: & ſi non ſit ſoluendo, eſt in carceribus detrudendus. Hæc omnia, & alia colliguntur ex ordinationibus Luſitaniæ, de quibus Molin. loco citato, num. 9. & 10. Item vir pendet in adminiſtrando ab vxore; quia neuter eorum contendere poteſt in iudicio circa bona immobilia, & quæ pro immobilibus computantur citra alterius conſenſum, aut mandatum. Et denique ſi citra vxoris conſenſum vir fideiuſſor exiſtat, ſuam tantum, non autem vxoris partem obligat, vt ibidem Molin. num. 11. & 12.

Illud autem hoc loco nolui eſſe ſilen-
22 tio prætereundum, quod ait Couar. epithome de matr. par. 2. cap. 7. §. 1 num. 5. quem refert Azor. p. 3. Inſt. moral. lib 9. de ſociet. cap. 18. q. vlt. nempè, quòd vbi extant præfatæ leges, alter coniugum poteſt

poteſt bonis,quæ ſibi deferuntur,conſtā-te matrimonio,renunciare; atque adeò maritus, etiam ſi creditores habeat poteſt hæreditatem ſibi delatam renunciare,ſicut, & legatum ſibi relictum. Imò Molin.d.diſp.422.num.8. verſ. Ad probandum autem,inquit, poſſe virum citra conſenſum vxoris vendere, aut renūciare quodcunque officium, vt patet ex ijs, quæ habentur per Gloſ. in c.ſignificauit,de donat.inter vir. & vxor.Neuter tamen coniugum poteſt, quod ſibi debitum eſt,remittere. Horum ratio hæc eſt: ſiquidem remiſsio debiti,eſt quædam liberalis, & gratuita donationis ſpecies; atque ideò remittens aliquid ex ſuo, donare dicitur: at repudians rem, quæ ſibi defertur,nihil de ſuo donat, vel amittit, nam non dum in re ius acquiſiuit,vt per Doctores ſupra citatos.

Quartò limitatur, vt in ſocietate huiuſmodi,ſicut & in alijs ſocietatibus nō veniant communicanda acquiſita per vſuram,furtum,rapinam,aut ex alia turpi cauſa, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus,cap.1.q.4.lim.3.exceptis acquiſitis ex cauſa adulterij, vt ſupra hac eadem concluſ.de clarauimus,ampl.4.

Quintò limitatur hæc ipſa concluſio,
23 vt non procedat in rebus feudalibus, emphyteoticis,& alijs eiuſmodi; quoniā hæc in ſocietate, de qua agitur non veniunt communicanda, nec diuidenda, niſi exceptis quibuſdam caſibus, de quibus,ſupra diximus hac eadem concluſione,ampl. 1. vbi rem hanc latius declarauimus.

Tertia concluſio

24 IN ſocietate matrimonium contrahē-tium in Caſtella. ac etiam Luſitania; maximè inter Nobiles,contractu arrharum,& dotis,in qua fit communio in lucro tantùm, communicantur ſuperlucrata duntaxat,conſtante matrimonio; atque ea veniunt æqualiter diuidenda inter coniuges,ſeù eorum hæres, matrimonio diſſoluto:non autem coniugum capitalia.Hæc concluſio habet duas partes,& patet ex Hiſpaniarum legibus, de quibus latè Molin.de contr. diſp.423. cū ſeq.Vt autem ſciatur,quæ dicantur ſuperlucrata in hoc contractu,videndum eſt primò, quæ bona pertineant ad capitale viri:quæ verò ad capitale vxoris.

Et quidem ad capitale viri pertinent
25 quæcunque erant illius ac ad illa ius habebat tempore contracti matrimonii. Item ad idem capitale ſpectant omnia, quæ temporis progreſſu ei aduenerint ex teſtamento, ab inteſtato, aut per donationem.Quòd verum quidam putant, ſiue donatio merè gratuita ſit ſiue remuneratoria,vt habetur ex Ar. Pinel.in l.1.C.de bon.mater.par.3. num.62.& ex alijs apud Molin.d.diſp.433.ſub num.9. Et quamis plures ſint,qui negent,remuneratoriam donationem pertinere ad capitale viri, vt patet ex relatis per Guttier.pract.qq.lib.2. q. 19. nihilominùs rectè eos concordat Molin. loco citato,dicens, quòd ſi remuneratoria donatio, ita ad æqualitatem obſequia, aut beneficia accepta compenſantur, vt niſi id donaretur,committeretur ingratudinis vitium: & actio neg tiorum geſtorū, aut alia ſimilis intentari poſſet; & tunc donatio huiuſmodi communicatur vtrique coniugi: ſiquidem hæc non poteſt dici ſimpliciter donatio;ſed ità donatum cenſetur acquiſitum opera, & induſtria eius,cui donatur:at quod coniugum induſtria,& opera,conſtante matrimonio, acquiritur, commune vtrique efficitur. Idem dicendum putat ipſe Molin. de eo, quod datur quaſi in recompenſationem munerum,ac obſequiorum, etiam ſi prætermitti poſsit ex parte dantis citra vitium ingratitudinis vitium, niſi obſequia in bello exhibita retribuerentur, quando vir non militaret ſumptibus ſibi cum vxore communibus. Vndè & munera,quæ dantur Medico, Aduocato, Tabellioni, &c. intuitu obſequiorum præſtitorum aut præſtandorum, procul-dubio vtrique coniugi communicantur: quoniam huiuſmodi munera non ſunt ſimplices donationes,ſed acquiſita dicūtur opera, & induſtria eorum, quibus dantur. Quòd ſi donatio excedat donatarij merita, ac obſequia, tunc donatio ipſa quoad exceſſum ſaltem pertinet ad viri capitale.Hinc eſt,quòd vbi à Principe, Miniſtro, qui ſibi inſeruiuit, vltra ſtipendium ſolitum aliquid quaudoque extraordinariè elargitur, tunc propriū efficitur illius;licèt fructus fortè,conſtā-te matrimonio percepti communes fiant vtriuſque coniugis. Non tamen ita eſt dicendum vbi maritus ſumptibus communibus ſibi cum vxore, Regi inſeruit in bello,aut in alio munere; atque ideò

donatur

Digitized by Google

donatur ei ab ipſo Rege, vt ſit Dux alicuius arcis, aut aliquid aliud; illudque ex Regis conſenſu diſtrahat; quoniam pretium illius non pertineret ad capitale viri, ſed vtrique coniugi eſſet communicandum, aut latè hæc, & alia habentur ex Molin. d.diſp.433.ſub num.9.

Item ad capitale viri pertinent, quæ in bello acquiſierit ſtipendio, aut quacunque alia ratione; ita vt bona dicantur caſtrenſia; niſi militauerit ſumptibus communibus ſibi cum vxore, iuxta ea, quæ ſupra diximus. Præterea ad capitale viri pertinet omne id, quod per ſponſalitiam largitatem donatum fuerit viro ab vxore, aut aliquid aliud eidem ab ipſa vxore elargitum poſt contractum matrimonium, in euentibus, quæ inter virũ, & vxorem donationes huiuſmodi, coſtãte matrimonio permittuntur. Vt latè conſtat ex Hiſpaniarum legibus, relatis à Molin. de contr. diſp. 433. num. 1. & 2. Rurſus ad viri capitale pertinent, ſoluto matrimonio, fructus, & fundus, cuius vſufructum, aut vtile dominium acquiſiuit, conſtante matrimonio: vt quia v. g. maritus dicti fundi proprietatem tantùm, aut directum dominium habebat tempore contracti matrimonij; & deinde poſt matrimonium contractũ vſuſfructus redeat ad proprietatem per mortem fortè vſufructuarij, vel alia ratione: aut vtile dominium fuerit conſolidatum cum directo per caducitatem ob non ſolutionem canonis, vel quia emphyteuſis tempus ſit completum, aut quocunque alio modo. Etenim ex cauſa præterita iure proprietatis cum ea conſolidatur vſuſfructus, vt vtile dominium cum directo, vt contra non nullos docent Couar. epithome de matr. p. 2. cap. 7. §. 1. num.9. Anton. Gomeſ. tom. 2. var. reſolut. cap.15. num.19 Guttier. lib.2. pract. qq. q. 16. Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. cap. 18. de ſociet. q. 2. & alij apud Molin. d. diſp 433. num.2. & 3. vbi id confirmat ex tex. in l.4. ff. de iur. dot. & nos diximus ſupra concl. 2. limit. 2.

26

Non tamen idem dicendum erit, ſi emptione, aut quouis alio titulo oneroſo vſuſfructus rediret ad proprietatem; quoniam illud plus, quod fundus valeret; quàm valebat antea quando tantùm erat ſpes conſolidationis ad lucra communia ſpectaret; non ſecus ac meliorationes in eodem prædio factæ communibus ſumptibus ad communia lucra pertinerent. Imò fructus conſtante matrimonio à dicto fundo poſt conſolidatum vſufructum efficiuntur quoque communes, vt rectè declarat Molin. loco citato, ſub num. 3. verſ. In ratione; vbi ſub num. 4. id limitat non habere locum in melioramentis in bonis Maioratus ſoluere illorum æſtimationem vxori, aut filijs eius, eſtò de communibus lucris illa effecerit, vt habetur ex l. 46. Taur. quæ eſt lib. 6. tit. 7. lib. 5. nouæ collect. quod tamen quomodo procedat rectè declarat ibidem Molin.

27

Item ad viri capitale pertinent res, quam vſucapere ante matrimonium cæperat, & poſtea, conſtante matrimonio, plenè acquiſiuit. Et tamen verũ, quod Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 18. q. 2. verſ. ex his. poſt Couar. Epithome de matr. p. 2. cap. 7 § 1. num. 9. ait, quod quamuis res in viri dominium tranſierit ex facto, & poſſeſſione, quæ ſtante matrimonio, contingerunt, vt in c. vlt. de præſcript. lucrum tamen huiuſmodi ex vſucapione, quæ ante matrimonium cæpta, paulatim ſua vi, & natura poſt matrimoniũ completa eſt, communicatur: ſicut emolumenta, & commoda in rebus mariti facta, conſtante matrimonio, ad ipſum pertinent, quamuis eorum pretium ſit vtrique coniugi commune, niſi res, quæ meliores redditæ ſunt ad ius Primogeniorum ſpectant. Sed re vera nobis probabilior videtur ſententia Palatij Rub. quem refert, & ſequitur Molin. d. diſp. 433. ſub num. 6. verſ. Dubium, & num. 7. dicentis, rem illam omninò pertinere ad capitale viri tanquam acquiſitum ex cauſa præterita abſque nouo actu: & tanquam capitale, & propria res viri eſt præſcripta, atque adeò illius vigore præſcriptionis efficitur dominus. Fructus tamen illius rei percepti, conſtante matrimonio, communicantur.

28

Item ad capitale viri pertinet quoque prædium commutatione acquiſitum: nam licèt fructus talis prædij efficiantur communes; prædium tamen ſuccedit loco eius, quod pro eo fuit permutatum. Idem dicendum eſt de prædio empto ex pretio alterius prædij venditi ab ipſo viro: nam adhuc ad viri capitale pertinet, vt Hiſpaniar. legibus cautum eſt, de quibus Molin. loco citato, ſub num. 7. vbi tamen num. 8. aliter dicendum eſſe probat, ſi ex pecunia, quam vir attulit tem-

29

pore

pore matrimonij, prædium, conſtante matrimonio, emat; quoniam non pertinet ad ipſius viri capitale: ſiquidem lege Regia cauetur, vt quicquid emptum fuerit, conſtante matrimonio, commune ſit vtrique coniugi, vt teſtatur Molin. ibi, & Guttier. pract. qq. lib. 2. q. 117. Denique ad capitale viri pertinent quoque bona donata vtrique coniugi à conſanguineis viri: aut etiam ſponſæ, à Patre, vel Matre viri: quod quomodo procedat, infra, Deo duce, dicemus de capitale vxoris agentes. Hæc ſatis de his, quæ pertinent ad capitale viri. reſtat modo videndum de ſpectantibus ad capitale vxoris.

Ad vxoris autem capitale in primis pertinet dos data viro: ſiquidem de iure
30 dos datur viro quoad vſum, & fructus illius pro matrimonij oneribus ſuſtinendis; itaquòd ſoluto matrimonio, dos integra reuertatur ad vxorem, vel ad illius hæredes, & fructus omnes, ac lucra ex illa vſque ad matrimonium diſſolutũ integrè pertineant ad virum, vt in l. 1. & 2. & l. dotis fructus, ff. de iur. dot. l. pro oneribus, C. eo. tit. l. 1. ff. ſolut. matr. l. fin. C. eod. l. aſſiduis, §. oportebat, C. qui pot. in pign. hab. Imò non tantùm dos data viro pertinent ad capitale vxoris; ſed etiam promiſſa tantùm, ſi vir ſua culpa non exegerit; niſi qui dotem promiſit erat pater vxoris, aut alius aſcendens per lineam maſculinam, vel vxor ipſa; quoniam periculum dotis pertinent ad vxorem, atque adeò vir non tenetur, vt in l. ſi extraneus, ff. de iur. dot. iunctis ijs, quæ habentur in l. ob res, §. vlt. ff. de pact. dotal. & l. Neſenius, in prin. ff. de re iud. quod quidem quomodo procedat, rectè declarat Molin. de contract. diſp. 427. per totam.

Sic etiam res dotales pertinent ad capitale vxoris, ſiuè inæſtimatæ tradantur,
31 ſiuè tradantur æſtimatæ: cum hac tamẽ diſtinctione, vt diſſoluto matrimonio, inæſtimatæ, in pondere, numero, & menſura non conſiſtentes ſi pereant, aut deteriores reddantur citra culpam viri, vel accreſcant, aut decreſcant alluuione, vel in pretio, periculum totum, aut commodum ſpectet ad vxorem; cùm huiuſmodi rerum dominiũ pertineat ad vxorem, & vir dicatur earum tantùm adminiſtrator, vt habetur in l. plerumque, ff. de iur. dot. Dixi, *citra culpam viri*: quoniam ſi culpa viri lata, aut leui pereant, vir tenetur vxori ad æſtimationem eius, quod ita perierit, ac deterius ſit effectũ, tanquam cuſtos, & adminiſtrator earum toto eo tempore, vt in l. in his rebus, in prin. & l. vlt. ff. ſol. matr. l. cum duobus, ff. pro ſoc. & patet etiam ex Hiſpan. legibus, relatis à Molin. de contr. diſp. 426 à num. 2. ad 6. vbi tamen ait, quod vi legum Hiſpan. ſi datur marito in dotem grex inæſtimatus, ſi pereant aliquot capita talis gregis ſupplentur ex fœtibus. Dixi *In pondere, numero, ac menſura non conſiſtentes*; quoniam licèt in dotem dentur marito inæſtimatæ huiuſmodi res; earum tamen dominium omninò transfertur in virum, atque adeò ſoluto matrimonio, reſtituendum erit vxori, aut hæredibus eius tantundem eiuſdem ſpeciei, ac bonitatis: idque ſiuè plus, ſiuè minus res valeant tempore quo datæ fuerunt marito in dotem, vt per Molin. ibi ſub num. 6.

Quòd ſi res in dotem tributæ marito,
32 fuerint datæ æſtimatæ ea æſtimatione, quæ faciat emptionem, vt regulariter ſeruatur in Caſtellæ, ac Luſitaniæ Regnis, & in dubio præſumitur, l. ſi inter virum, C. de iur. dot. & l. cùm fundus, ff. loc. cùm earum dominium omninò trãſeant in virum, etiam citra ipſius culpam pereunt, debetur vxori pretiũ, quo fuerunt æſtimatæ, vt in l. quoties, & l. cùm dotẽ, C. de iur. dot. l. plerunque, & l. cùm poſt, §. in dotem, ff. eod. l. æſtimatæ, ff. ſolut. matr. & patet ex legibus Hiſpan. relatis ab eodem Molin. d. diſp. 426. ſub num. 8. atque adeò pretium earum pertinet ad peculium vxoris, Dixi, *ea æſtimatione, quæ faciat emptionem*. quia ſi earum æſtimatio facta ſit ſolùm, vt ſciatur ipſarum valor, idque ad effectum, vt maritus intelligat, an competens dos quoad valorem ipſi cum vxore tradatur, aut conſtitutum maneat, quantum pro eis redditurus ſit maritus, ſi tempore diſſoluti matrimonij comperiatur culpa ipſius periiſſe, aut deteriores eſſe factas, tunc ita demum pertinent ad capitale vxoris, ſi ſaluæ permaneant in totum, vel pro parte: ſecus autem ſi pereant citra culpam viri; quoniam tunc cùm dominium eorum ſint vxoris, & ſibi pereant, ipſarum pretium non ſpectat ad ipſius vxoris capitale, vt rectè declarat Molin. loco citato, ſub num. 6. verſ. Quod res, vbi num. 11. idem dicendum eſſe ait, ſi res tradatur in dotem æſtimata, & pereat ante matri-

Digitized by Google

te matrimonium ſubſecutum: nam tunc cùm vxori pereat,non autem viro, vt in l.plerumque,§.ſi ante,ff. de iur.dot. tunc eius pretium non pertinet ad capitale vxoris:ſiquidem dotis traditio, & quicquid aliud in dotali contractu interuenit,intelligitur ſub conditione, ſi matrimonium,ad quod ea omnia ordinantur, & ſine quo ratio dotis non poteſt ſalua conſiſtere,ſequatur,vt in d.§. ſi ante, & conſtat etiam ex legibus Hiſpan. relatis ab eodem Molin.ibidem. vbi à num. 12. vſque in finem rem hanc ſufficienter explicat.

Item ad capitale vxoris pertinent nõ
33 ſolùm dos ſeu res dotales modo ſupra explicato; ſed etiam omnia alia eius bona extra dotem, quæ proprio nomine appelantur paraphrenalia, ſic dicta à para græcè,quod eſt iuxta,& phrena,quod eſt dos;quaſi bona iuxta dotem, ſeu extra dotem. Vndè quæcunque bona preter dotem, quæ tempore celebrati matrimonij ad vxorem ſpectabant,aut matrimonio conſtante, illi obuenerunt ex teſtamento, vel ab inteſtato, donatione, aut alio titulo lucratiuo, dicuntur bona paraphrenalia, atque adeò ad capitale ipſius vxoris pertinent. Eſt tamen verũ, quòd ſi huiuſmodi bona viro tradantur æſtimata ea æſtimatione, quæ emptionẽ efficeret,aut eſſent bona, quæ in pondere,numero,aut menſura conſiſterent. ac ipſi viro traderentur,vt illa conſumeret, vt in Luſitania, & Caſtella fieri conſueuit, eorum dominium ad virum ſpectaret,& ad eundem pertineret periculum; atque ideò pretium illorum pertineret ad capitale vxoris: ſecus autem ſi huiuſmodi bona inæſtimata tradantur ipſi viro, vt ſupra diximus de dote, & ex Hiſpaniarum legibus patet, quas refert Molin.de contr.diſp.430.num.1.& 2.

Item ad capitale vxoris pertinet quic-
34 quid vxor acquiſiuit per ſponſalitiam largitatem, ſibi à viro factam: aut quæ poſt contractum matrimonium ſibi à viro ſunt donata in euentibus,in quibus valet, aut confirmatur donatio inter virum,& vxorem, iuxta ea quæ habentur ex Molin.de contr.diſp.289.& ſupra adnotauimus ſub verſic. Et quidem ad ca-
35 pitale viri. Ad capitale vxoris pariter pertinet quicquid coniugibus vtrique ſimul donatum fuerit à conſanguineis ſponſæ: ſiquidem in dubio ſi aliter non conſtet de voluntate donantis, efficitur
36 vxoris;quia donatio cenſetur facta vxori: ſicut efficitur viri quicquid coniugibus ſimul donatur à conſanguineis mariti,niſi contrarium conſtet de voluntate donantis,vt habetur ex Guttier. pract. qq.lib.2.q.120.Iul.Clar.lib.4. ſent. ver. Donatio,q.10. & alijs apud Molin. de contr.diſp.430.num.5. qui tamen num. 6.ait,in Luſitania ſi à conſanguineis ſpõſi aliquid donetur tempore ſponſaliorũ ante contractum matrimonium per verba de præſenti: & in Caſtella etiam poſt contractum matrimonium, ſed antequã conſumetur per copulam, cenſeri donatum ſponſo, & à ſponſo ſponſæ; atque adeò ſpectare ad capitale ſponſæ eo modo, quo aliæ ſponſalitiæ largitates factæ eidem à ſponſo. Idem dicendum eſſe ait Gomeſ.relatus à Molin. ibidem,num.7. de ijs,quæ à conſanguineis mariti donãtur vxori in Luſitania poſt matrimoniũ per verba de præſenti contractum: & in Caſtella poſt conſumatum per copulam: ſiquidem cenſeri donata marito ab ipſius conſanguineis, & deinde donata à marito vxori; quamuis contrarium doceat Guttier. loco citato, dicens, non præſumi maritum donare ea vxori; niſi id ſufficienter exprimat,aut ſecundum Molin.ibi,ſufficienter ex coniecturis cõſtaret, animum donantium eſſe donare vxori: aliàs donata ad mariti peculium ſpectarent; ſicut ſpectant,quæ pater, aut mater ſponſi donant ſponſæ, ſiue ante matrimonium conſumatum, ſiue poſt: nam cenſentur donata ſponſo, & non ſponſæ: & propterea ſponſus teneretur ea conferre cum cæteris fratribus, non ſecus ac reliqua bona, quæ ipſi propter nuptias ſunt donata,iuxta ea,quæ tradita fuerunt per eundem Molin. de contr. diſp.238.& diſput.430.num.8.

Item ad capitale vxoris pertinent bo-
37 na,quorum proprietatem habebat tempore matrimonij contracti, & deinde matrimonio conſtante acquiſiuit etiam vſufructum, aut vtile dominium: aut quorum præſcriptionem cæpit ante matrimonium,& deinde matrimonio contracto compleuit: quoniam huiuſmodi bona vna cum vſufructu, & vtili dominio pertinent ad peculium vxoris, iuxta ea,quæ in ſimili ſupra diximus de capitale viri, verſ. Item ad capitale viri il 1. ibi, Rurſus:& verſ.Non tamen, cum ſeq. Idem dicendum eſt de rebus legatis à viro vxori: ſiquidem ad eiuſdem capitale ſpectant;

Digitized by Google

ſpectant; atque adeò ei non ſunt computanda in medietate bonorum ſuper lucratorum, quæ ipſam contingit; ſed debet illa obtinere vltra prædictam medietatem, & alia ſua bona, vt ex l. 16. Taur. docet Molin. de contract. diſp. 434. ſub num. 3. verſ. Leg. item.

Cognitis igitur iis, quæ tam ad viri,
38 quam vxoris capitale pertinent; facilè cognoſci poſſunt, quæ veniant communicanda inter coniuges in matrimonio celebrato contractu arrharum, & dotis in Luſitania, & Caſtella. Communicantur ergo inter coniuges omnia, quæ donata fuerunt vtrique coniugi ſimul tempore nuptiarum, aut conſtante matrimonio, ab amicis, & extraneis, qui conſanguinei non ſunt ipſorum coniugum: nã ſi conſanguinei eſſent aliter eſſet dicendum, vt ſupra adnotauimus, verſ. Item ad capitale vxoris, il 2. atque adeò prædicta bona, vt ſupra donata ab extraneis, inter vtrumque ſunt diuidenda, tanquã bona ſuper lucrata, vt poſt Anton. Gomeſ. ad l. 50. Taur. num. 64. ait Molin. d. diſp. 430. num. 4. vbi idem dicendum eſſe putat de donatis vtrique coniugi à conſanguineis vtriuſque coniugis.

Communicantur quoque inter con-
39 iuges omnia, & quæcunque bona, quæ titulo oneroſo acquiruntur conſtante matrimonio; nempè ex emptione, venditione, locatione, induſtria, opera, & artificio coniugum, vt de emptione rei ex pecunia allata ab vno ex coniugibus, probat Molin. poſt alios, d. 433. num. 8. Item communicantur fructus percepti ex bonis vtriuſque coniugis, vſque ad tempus diſſoluti matrimonii. Eſt tamen verùm, quòd ſi aliqui fructus nõ dum fuerint percepti, ſi appareant iam in agris, communes ſunt vtrique coniugi, communibuſque expenſis ſunt colligẽdi. Si verò non dum appareant, ad eum coniugem ſpectant, cuius erat prædium: verùm ſoluere tenetur expenſas, vt rectè declarat Molin. diſp. 431. num. 13. qui tamen id limitat, niſi prædia ſint, quibus ſemina mandata fuerint; quoniam eſtò, quòd non appareant ſuper terram, ſunt communes vtrique coniugi, ac communibus expenſis ſunt colligendi. Quòd ſi ſemina non dum mandata terræ reperiantur tempore ſoluti matrimonij, fructus manent eius, cuius eſt prædium; verum ſoluere tenetur expenſas ſi quæ erogatæ fuerint in excolenda terra. Fœtus etiam animalium, eſtò non dum ſint nati, ſi concepti reperiantur tempore ſoluti matrimonij communes efficiuntur. Ita ſecundum Hiſpaniarum leges, præterquam Cordubæ, docent Anton. Gomeſ. l. 5. Taur. num. 17. Gregor. Lopez. l. 26. tit. 11. p. 4. Gloſ. vlt. & Molin. loco citato.

Communicantur etiam inter coniu-
40 ges fructus percepti, conſtante matrimonio ex bonis, quorum coniuges tempore matrimonij contracti nudam habebant proprietatem, & deinde conſtante matrimonio vſusfructus fuit conſolidatus cum proprietate, aut dominium vtile conſolidatum cum directo: aut fructus percepti fuerint ex bonis, quorum præſcriptio fuit incepta ante contractũ matrimonium, & deinde, eo conſtante completa, vt ſupra adnotauimus de capitale viri agentes, verſ. Item ad capitale viri, il 1. ibi Rurſus: & Verſ. Non tamen, cum ſeq.

Denique cæteris prætermiſsis, com-
41 municatur inter coniuges iuſpatronatus acquiſitum, conſtante matrimonio. Vnde ſi vir de communibus bonis ſibi cum vxore Eccleſiam ædificet, eiuſque Rectorem præſentandi ius ſibi reſeruet, ius illud commune eſt vxori cum viro; ita vt vxor cum viro ad hæredes ſuos ins ipſum tranſmittant. Etenim licèt iuſpatronatus indiuiduum ſit in ſe, ac totum totalitate iuris, ſed partialitate ius illud habentis, competat hæredibus viri, & vxoris; eſt tamen diuiduum quoad exercitium præſentandi; atque eo modo poſſe eos prædictum ius diuidere inter ſe.

Hæc & ſimilia bona communia inter
42 coniuges, appellantur bona ſuperlucrata; quorum dominium, & poſſeſsionem eo ipſo, quod comparat maritus, cenſetur etiam comparare vxor, abſque alia traditione, ita vt huiuſmodi bonorum vxor ſimul cum viro dicatur domina: ſicut, & vir vna cum vxore dicitur eorum dominus, quæ vxor ſua induſtria, ac labore acquirit, vt de iure Caſtellæ, ac Luſitaniæ, affirmat Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 19. num. 2. Guttier. pract qq. lib. 2. q. 118. & Molin. de contract. diſp. 434. num. 1.

Soluto deinde matrimonio, extrahun-
43 tur capitalia vtriuſque coniugis, pro quibus vxor maximè in multis tacitam habet hypothecam ſuper bonis viri, vt latè declarat Molin. diſp. 438. & 441. Eſt tamen verum, quòd pro dictis capitali-

matrimonij,nec proprietatem,nec vſu-
fructũ,vt in l.14.Taur.relata à Molin.
de cõtr.diſp. 434.ſub num.3. Eſt tamẽ
verum,quòd bona ſuperlucrata titulo
lucratiuo, quæ vnus ex cõiugibus ob-
tinuit ab altero, aut Lex ſimili modo
ex bonis alterius illi conceſſit,ſi tráſie-
rit ad alias nuptias,tenetur filiis primi
matrimonij reſeruare , vt habetur ex
Couar.in epith.de matr.p.2.cap.3.§.9.
n.7.Guttier.pract.qq.lib.2.q.123.Mo
lin.de contr.diſp.435.ſub.num.3.

Sic ampliata limitatur eadem cõclu
50 ſio, vt locum nõ habeat,vbi lucris fu-
turis ,fuerit renũciatum:quoniam tũc
ſuperlucrata nõ veniunt communicã-
da inter cõiuges, nec diuidẽda. Quod
verum eſt nõ ſolùm ſi renunciatio fa-
cta fuerit ante matrimonium, vt cõtin
get,vbi alter cõiugum eſſet valdè diues
alter verò pauper,& nolit matrimoniũ
cõtrahere,niſi renunciet lucri futuris:
ſed etiam vbi lucrorũ renunciatio fa-
cta fuerit;matrimonio cõſtante,vt ha-
betur per Couar.epith.de matr.p.2.ca;
7.§.1.n.11.Anton.Gomeſ.lib 50.Ta-
ur. n. 69 caſu 5.&tom.2.var.reſol.cap.
4.n.24. Guttier. pract.qq.lib.2. quæſt.
126.&alios,quos refert Molin.de cõtr.
diſp.445.ſub.n.1.quamuis ipſe Molin.
contrariam opinionem putet eſſe
veriorem hoc poſteriori caſu,quando
agitur de renunciatione ſuperlucrato-
rum. & ſuperlucrandorum,conſtante
matrimonio:quoniam hæc donatio eſ-
ſet facta inter virũ,& vxorem , quæ eſt
nullius momẽti, niſi morte confirme-
tur,& per alias rationes,quas ipſe Mo-
lin.adducit loco citato,ſub.num.2. vbi
contraria ſoluit,& limitat, niſi mulier
renũciet lucris,vt ſe à creditoribus li-
beret,vt per eundem Molin.d. num.2.
verſ.Ad ſecundum,vbi num.6.quoque
determinat quæſtionem illam , in qua
quæritur,An renunciatio lucris com-
munibus facta per alterum coniugem
valida ſit,ſi renuncians creditores ha-
beat,& reſpondet negatiuè.De renun-
ciatione denique ſuperlucratorum,diſ
ſolutio matrimonio,ſi renunciatio fiat
in fauorẽ renunciantis, vt liberetur ab
onere ſoluendi debita à marito cõſtã-
te matrimonio,contracta,valida eſt.Si
verò fiat in fauorem alterius,cùm do-
natio ſit eorũ bonorum, quorũ vxor
eſt completè domina.perinde de ea eſt
dicendum,de quacunque alia à vidua
de propriis eiuſdem bonis habita. Ita
Molin.d.diſp.435.in fin.

Secundò limitatur ipſa cõcluſio,vt
51 bona ſuperlucrata non communicen-
tur,nec diuidãtur modo quo ſupra in-
ter coniuges, quando nõ habitant ſi-
mul ob diuortium,Eccleſiæ decreto ha
bitum ex cauſa adulterij ab altero cõ-
iugum commiſſo: ſiquidem bona,quæ
poſtea acquirũtur,non omni ex parte
communia fiũt:nam ſi per viri adulte-
rium vxor diuortium petiit, tunc quæ
vxor acquirit,cum viro nõ communi-
cat.Et ſi vir ob adulterium vxoris di-
uortium procurauerit tũc quæſita per
virum,cum vxore nõ efficiuntur com-
munia. Ea verò bona, quæ alter coniu-
gum adulterii reus poſt diuortiũ quæ-
rit,communia ſunt:ſiquidẽ ſua culpa
diuiſus eſt è coniuge thori fidem vio-
lando,vt habetur ex Hiſpan.legibus,de
quibus Azor.p.3.Inſt.moral.lib. 9. de
ſociet.cap.18.q.1.& Filliuc.tom.2.qq.
moral.tr.38.c.7.q.4.cũ alijs à nobis re
latis ſupra not.2.n. fin.Imò l.5.Taur.
t.9.relata à Molin.de cõtract. diſ.434.
n.6.cauetur,vt vxor remanens vidua
ſi Luxurioſè vixerit,amittat bona ſu-
per lucrata tẽpore matrimonij indu-
ſtria mariti defũcti,ac ſua acquiſita , &
vt reuertãtur ad hæredes mariti. Non
tamẽ hãc pœnã vxor luet,ſi ſemel,bis,
vel etiã ter tãtum fornicetur:ſed opus
eſt,vt tali vitio ſit aſſueta: nã hæc pro-
priè diceretur luxurioſè viuere,ar tex
in l.cùm mulieri ff.de curat.fur.Gutti-
er.qq.pract. lib.2.q.122.& alijs , quos
refert,& ſequitur Molina.loco citato.
ſubn.7.vbi etiã.n.5.ex l.Taur. 11. tit.
9.ait, vxorẽ,matrimonio cõſtante,ob
delictũ poſſe aut in totũ,vel pro par-
te,inxta criminis grauitatẽ bona ſua
tã dotalia,quam ſuper lucrata,& quæ-
cunque alia amittere.

Tertiò limitatur,vt inter cõiuges
52 nõ veniãt cõmunicãda iniuſtè, ac in-
honeſtè quæſita: quia inhoneſtorũ non
datur ſocietas, vt in l.nec prætermittẽ-
dum,l.quod autem,& l.ſi fratres,ff.pro
ſoc.& nos latè ſupra diximus,c.1. q.4.
limit.3.Eſt tamẽ verum quòd limita-
tio hæc intelligẽda eſt de ijs rebus,quę
turpiter, & illicitè acquirũtur,ac reti-
nentur,vt sũt furto,ac vxoris extorta:
ſecus autẽ ſi turpiter acquirantur,ſed
licitè retineantur, vt sũt lucra,quæ ex
adulterio,& meretricio quærũtur,l.4.

5. ſed,& quod meretrici,& ibi Doctor. ff.de cond.ob turp.cau.& nos adnotauimus d.lim.3.

Quænam expenſæ, quæuæ dãna communicanda ſint inter coniuges, conſtante matrimonio; quæ vero diuidenda matrimonio ſoluto. Q. 5:

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ,ac bona qualiter communicentur,& diuidãtur inter coniuges in ſocietate arrharum,vi matrimonij contracta.*

IN hac re ſunt recolenda, quæ ſupra adnotauimus, cap. 1.q.5. Etenim,

2 ſicut in ſocietate omnium bonorum veniunt communicanda omnia lucra.debita, & expenſæ, ac damna,vt ibi latè oſtendimus,concl.1.2.&3.ita etiam in ſocietate,quæ in Hiſpaniarum Regnis vt matrimonii cõtrahitur inter coniuges,ſiue matrimonium celebretur contractu medietatis bonorum,ſiuè contractu arrharum, & dotis.Et ſicut expenſæ,debita,& damna, quæ proueniunt culpa lata, aut leui,aut ex delicto, vnius ex ſociis omnium bonorum ſimpliciter,nõ communicantur inter alios ſocios,ſed computanda veniũt in eiuſdem portionem, vt oſtendimus d.q.5. concl. 2.& 3.ita etiam dicendum eſt de damnis; ac debitis prouenientibus ex culpa lata, aut leui.aut ex delicto alterius coniuges vt rectè probat *Molin*.de contr. diſp. 421.num.3.& 4.eſt tamen verum quòd in adminiſtratione communium bonorum quæ marito incũbit,maritus ipſe nõ tenetur de leui,ſed de lata tantum culpa,& de dolo,iuxta ea,quæ habentur,ex eodem *Molin*.eod. tract. diſp. 275.& d.diſp.431.ſub num. 4.vbi etiam addit,quòd in *Regno* Caſtellæ maritus quoad lucra nõ tenetur vxori de aliqua culpa,niſi quando aliquid in vxoris fraudẽ alienauerit. Idem dicendum eſſe ait de debitis,quæ ant contractam ſocietatem omnium bonorum aliquis ſociorum habeat, & ſociis non manifeſtauit,quoniam eo caſu nõ communicantur.

An coniuges de bonis communibus, vel ſaltem ſuper lucratis; tenetur dotare filias. Q. 6:

SVMMARIVM.

1 *Dotare filiam de iure nõ pertinet ad matrem.*

2 *Dotare mater tenetur filiam pauperem, aliunde dotem non habentem.*

3 *Dotare tenetur qui tenetur alere.*

4 *Dotare mater filiam,aut donare filio propter nuptias tenetur. quando ſimul cũ patre dotare,aut donare promiſit:tunc enim tenetur pro ſua parte.*

5 *Dotis cauſa alienatio vxoris valida eſt in euentibus, in quibus alioquin non valeret.*

6 *Dotare tenetur filiam catholicam mater hæretica,vel aliter infidelis,eſto filia à patre,vel aliunde dotem haberet.*

7 *Dotare filiam ad patrem tãtùm pertinet de iure communi,ſicut,& filiis donare propter nuptias.*

8 *Pater compelli poteſt de iure ad dotandam filiam 25.annum excedentem,& voluntatẽ nubere,ſi virum pater ipſe nollet idem quærere.*

9 *Pater promittens dotẽ filiæ, aut donare propter nuptias filio,cenſetur de bonis ipſius patris promittere;non autem filiæ,& filij.*

10 *Pater dotando filiam ſi intentionem habeat eam dotare de bonis proprijs ipſius filiæ,ſi intentionem nõ manifeſtet, licèt quoad formã exterius præſumatur de bonis proprijs;quoad formam verò internum ſtandum eſt intentioni.*

11 *Lex fundat in præſumptione quoad forum conſcientiæ ceſſat,ſi in contrariũ ſit veritas.*

12 *Pater,aut mater in dubio an,& quando cenſeatur dotare filias,aut filijs donare propter nuptias de propriis bonis, aut de bonis ipſarũ filiarũ,ſeù filiorũ.*

13 *Dotem promittens Curator,aut quilibet alius adminiſtrator,cenſetur eam promittere de bonis pupilli, ſeù minoris. non autem propriis,niſi ſupra vires bonorum pupilli dotem, aut donationem propter nuptias promiſerit.*

14 De

14 *D iure Caſtellę Coninges de rebus cõmunibus ſuper lucratis tenetur dotare filiás,& filiis donare propter nuptias.*

15 *De iure Caſtellę coniuges tenetur dotare filias & filiis donare propter nuptias de bonis cõmunibus ſuperlucratis, ſi ſolus pater promiſerit,& conſenſum vxoris non præſtiterit.*

16 *De iure Luſitano Mater non tenetur dotare filiam ſed tantum pater, etiam matrimonium ſit celebratum contractu medietatis bonorum.*

17 *Dotem promittens pater,aut donationē propter nuptias de bonis mobilibus ſoluendam de iure Luſitano, an & quãdo poſſit eam ſoluere de bonis communibus etiam reluctante vxore.*

18 *Alienatio mobilium facta per virũ an, & quando præiudicet vxori,attẽto iure Luſitano.*

HAec controuerſia poteſt dupliciter diſputari. Primò de iure commun, ſecundò de iure muncipali, ſeù conſuetudine aliquorum *R*egnorum.& Ciuitatũ. His breuiter ſic aduotatis,ſit

Prima Concluſio

DE iure communi dotare filiã non pertinet ad matrem. Hæc conclu-
1 ſio patet ex tex. in l. neque mater, C. de iure dot.

Limitatur primò hæc concluſio, vt licèt mater nõ teneatur de iure dota-
2 re filiã;tenetur tamẽ ad eam dotandã, quando filia eſſet pauper,& aliũde dotem non haberet,vt colligitur ex tex. in d. l. neque mater ibi, *Niſi ex magna, & probabili cauſa &c.* Confirmatur,
3 quoniam ille tenetur dotare qui tenetur alere,vt per *Gloſ.* in l. ſi ſocius, ff. pro ſoc. vbi eam eſſe rationem ait,quia valet argumentum de vno ad aliud, cũ dos ſuccedat in locum alimẽtorum, l. fin. ff. de his quib. vt indign. & Rolan. à *Val.* conſ. 91. num. 45.

Secundò limitatur,vt licèt mater nõ teneatur dotare filiam; nihilominus
4 quandò tàm mater, quam pater ſimul aliquid promiſerũt in dotem filiæ, aut donationem propter nuptias filio;tũc vnuſquiſque eorum de iure cõmmni tenetur ſoluere medietatẽ:ſiquidem alie-
5 natio vxoris, dotis cauſa, valida eſt in euentibus,in quibus alioquin non vale ret,vt in l. dotare, & l. generaliter, C. ad Velleian. l. ſiue vxor, ff. de donat. inter vir. & vxor. cũ aliis apud Molin. de contr. diſp. 424. ſub num. 10. vbi etiam inquit, quòd licèt iura illa ſecundum aliquorum ſentẽtiam intelligenda ſint quando vxor habet alia bona extra dotem, de iure tamen communi ait, probabilius ſibi videri, validã eſſe promiſſionẽ vxoris, etiam de bonis dotalibus: & de iure Caſtellæ eſt l. 53. Taur. quæ 8. tit. 9. lib. 5.

Tertio limitatur eadẽ concluſio, vt locũ non habeat in matre hæretica, au
6 aliter infideli, quoniã ſi filiam habere fidelem, tunc cogi poteſt ad eam dotãdam vſque ad integrã legitimæ portionem in maternis bonis eidem debitam eſtò filia à patre aut aliunde dotem haberet competentem,vt habetur in l. cognouimus, C. de hęret. d. l. neque mater, C. de iur. dot. & *M*olin. d. diſp. 424. ſub num. 3. vbi etiam iure Luſitano id locum ſibi vendicare oſtẽdit ex l. 9. tit. 11. cap. 4.

*S*ecunda *C*oncluſio.

DE iure communi ad patrẽ ſolùm pertinet dotare filiam; ſicut, & fi-
7 liis tradere donationes propter nuptias. Hæc concluſio patet ex l. vlt. C. de dot. promiſ.

Ampliatur hæc concluſio, vt adeò ſit proprium patris onus dotandi filias
8 vt ſi haberet filiam vigeſimum quintũ; ſuæ ætatis annum exeedentem, eaque nubere vellet, nec pater virum eidem quæreret, cõpelli poſſit ad dotẽ ipſi præſtandã, etiã ſi filia ex matre, aut aliunde habeat propria bona, vt in l. qui liberos, ff. de rit. nupt. l. fin. *C.* de dot. promiſ. Latè *M*olin. de contr. diſp. 424. ſub num. 1. vbi teſtatur de communi, & id verum eſſe etiam ſecundũ Hiſpaniæ leges, & num. 2. declarans menſurã ad quam pater cogi poteſt ad dotandã filiam, ait, quòd talis menſura eſt legitima filiæ debita in bonis patris.

Secundò ampliatur eadem conluſio vt adeò ad patrẽ pertineat dotare fili-
6 ã, filiiſque tradere donationes propter nũptias, vt ſi *P*ater ipſe habeat alia bona propria filiæ aut filii; nẽpè ex parte matris defũctæ, aut aliũdè ad eos ſpectantia, & huiuſmodi filiæ promittat eis

tam ſum-

tam ſummã in dotem,aut tali filio do-
na ti ones propter nuptias, neque ex-
primat ex quibus bonis eas ſit ſolutu-
ras,cẽſetur dotẽ , & donationẽ prop-
ter nuptias de propriis ipſius patris
bonis promittere,atque adeo eas trade
re tenetur vltra bona,quæ talis filia;aut
filius aliũde habent , vt habetur in d.l.
fin.C.de dot. promiſ.& Molin. loco ci-
tat o, ſub num.4.vbi etiam ex eadem l.
fin.probat, quòd ſi pater expreſſit, ſe
dotem daturum filiæ,aut donationem
propter nuptias filio de proprijs bo-
nis.& de bonis talis filiæ, aut filii, nec
expreſſerit ſummã , quàm ſe daturum
promiſit de propriis bonis, & de bonis
filiæ,aut filij;tunc eam dumtaxat quã-
titatem cenſetur promiſiſſet de bonis
filiæ,aut filii,quam ipſe ob paupertatẽ
ſoluendo nõ fuerit de bonis ſuis;etiam
ſi filiorum bonorum ſit adminiſtra-
tor.Etenim cùm propriũ patris onus
ſit dotare filiã,& donare propter nup-
tias filio,in dubio,de iure præſumitur,
patrẽ dotare filiam,& donare propter
nuptias filio de propriis ipſius patris
bonis,quatenus ſoluẽdo erit in totum
vel pro parte: non autem de filiæ, aut
filii bonis, niſi ad ſupplementum , vt
ſupra. Quod quidem rationabile eſſe
ait lex illa, ne deceptus remaneat ge-
neraut nurus,ſi pater ſic donãs,aut do
tãs poſtea diceret, ſe ſolùm intendiſſe
dotare,aut donare de bonis filiæ,vel fi-
lii non autem de propriis. Quòd ſi
denique pater expreſſerit quantitatem,
quam velit filiis elargiri de propriis bo
nis, tunc eã quantitatem compellitur
ſoluere,quam expreſſit, vt habetur in
d.l.fin.C.de dot.promiſ.

Sic ampliata limitatur ipſa cõcluſio,
quoad ſecundam ampliationẽ , vt ita
10 demum pater in ſupradictis caſibus
cẽſeantur dotare filiam,& donare pro
pter nuptias filio de propriis patris
bonis,quãdo eſſemus in dubio,& quo
ad forũ exterius,ſecus autem quoad fo-
rum interius ſi pater citra dolum, ac
culpam,& citra animum decipiẽdi ge
nerum,vel nurum re vera intentionẽ
habeat dotandi filiã de bonis ipſius fi-
liæ:aut filio donandi de bonis eiuſdem
filii,non autem de propriis,quoniam
tunc in foro conſcientiæ nõ teneretur.
11 Etenim cùm lex illa fundata ſit in præ
ſumptione, in foro conſciẽtiæ ceſſat
præſũptio,& attenditur tantùm veri-
tas.Ita Molin.d.diſp.424. ſub num. 5.
vbi in verſ.Secũdum eſt,limitat quo-
que ſupradictam ſecundam ampilatio-
nem,veram eſſe in dote promiſſa filiæ,
aut in donatione propter nuptias pro
miſſa filio;ſecus autem ſi pater habeat
bona aliqua filii,aut filiæ , & conſum-
pſit aliqua ex eis in eorum alimentis,
aut in alia re vtili filio,vel filiæ,vt in l.
fin.ff.de petit.hæredit.& l.Neſennius
ff.de negot.geſt.Idem dicendũ eſſe aie
idẽ Molin ibi ſub n.6.& 7.vbi dotem
12 promittens,aut donans propter nup-
tias nõ eſſet pater;ſed eſſet mater , aut
alius cõſanguineus vel extraneus qui
haberet adminiſtrationem bonorum
filij,aut filiæ: ſiquidem in dubio non
cenſeretur promittere de proprijs bo-
nis, quia tex. in d. l.fin.C.de dot.pro-
miſ.locum ſibi vendicat in patre dum-
taxat,qui ex officio tenetur dotare fi-
liã,& filiis donare propter nuptias.Eſt
13 tamen verum,quòd ſi curator,aut qui
libet alius adminiſtrator bonorũ filiæ,
aut filij,dotẽ,vel donationem propter
nuptias promiſerit ſupra filij,ſeù filiæ
bonorum vires,ſi ſciens,id egerit , te-
netur ſupplere de ſuis proprijs bonis:
ſecus ſi bona fide, & ignorans, vt in l.
cum poſt ff.de admin. tutor. Quòd
ſi promittens eſſet mater, aut alius
aſcẽdẽs,ſub cuius poteſtate non eſſet,
is,pro quo dotem, aut donationem
propter nuptias promitteret, & pro-
miſerit dotẽ filiæ,aut donationẽ pro-
pter nuptias filio vltra eorũ bonorũ
vires;tũc indiſtinctè teneretur ad ſup-
plemẽtum;quoniam cenſeretur id do-
naſſe ex affectu,cõiunctione ſanguinis
ac naturali pietate,ar.tex.in l. Neſen-
nius,ff.de negot.geſt. In quo articulo
conſuluit Carolus de Lellis I.C.Nea-
politanus vir Patritius ſummæ erudi-
tionis, ac mihi ſatis dilectus.

Tertia concluſio.

De iure Caſtellæ Coniuges de re-
bus cõmunibus ſuperlucratis,te-
14 nẽtur dotare filias,& filiis donare pro-
pter nuptias,Hæc cõclùſio patet ex l.
53.Taur. queſt.8.&.9.l.5.nouæ collect.
Ampliatur hæc concluſio,vt in Re-
gno Caſtellæ adeò cõiuges rebus com-
15 munibus ſuperlucratis, cõſtante ma-
trimonio,teneãtur dotare filias,& do-
nare propter nuptias filiis,vt ſi ſolus
vir promittat aliquid in dotẽ filiæ,aut
in donationẽ propter nuptias filio ma
trimonio cõſtãte,cẽſeatur id promit-
tere

Digitized by Google

tere de bonis ſibi cum vxore communibus, & de illis eſt ſoluendum, eſtò quòd conſenſum non præſtet vxor, vt habetur ex Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 19. num. 3. & Molin. de contract. diſp. 424. ſub num. 8. vbi id ſublimitat, quando non adſint bona communia cum vxore, vel ad id non ſufficiant: tunc enim, quod deerit de bonis viri ſolui debet, vt colligitur ex ſupra relata l. Taur. Dixi *matrimonio coſtante*: quia ſi ſoluto matrimonio per mortem vxoris, vir dotem filiæ, aut donationem propter nuptias filio promittat, Gomeſ. ad l. 50. Taur. quem ſequitur Molin. loco citato, ſub num. 9. cenſetur de ſuis bonis promittere; non autem de communibus ſuperlucratis, quibus pro medietate ſuccedit filij tanquàm hæredes matris: quoniam lex illa 8. Taur. loquitur, conſtante matrimonio; quo tempore vir habet plenam poteſtatem alienandi ea bona: & propterea diſpoſitio illius legis non eſt extendenda ad dotem, ſeù donationem propter nuptias, conſtituendas, ſoluto matrimonio.

Sic ampliata limitatur eadem conclu-
16 ſio, vt licèt vera ſit de iure Caſtellæ, in quo celebratur matrimonium contractu arrharum, & dotis; nihilominis de iure Luſitano aliter eſt dicendum; etiam ſi matrimonium contrahatur contractu medietatis bonorum: Siquidem in Luſitania ſeruatur ius commune, quo iure mater non tenetur dotare filiam, vt in l. neque mater, C. de iur. dot. Eſt tamen verum, quòd de iure Luſitano, quando
17 pater ſolus promittit dotem filiæ, aut donationem propter nuptias filio, eamque ſolueret, ſi promiſsio, ac ſolutio eſſet de bonis mobilibus, & alijs filijs inofficioſa non eſſet; neque vxori obeſſet quoad bona dotalia, paraphernalia, ſpōſalitiam largitàtem, & arrhas, vbi matrimonium fuerit celebratum contractu arrharum, & dotis: aut quoad medietatem bonorum vxoris, ſi celebratum foret contractu medietatis bonorum; tunc valida eſſet tali promiſsio, ac ſolutio; etiam citra vxoris conſenſum. Etenim Luſitano iure, vir ſiue arrharum, & dotis, ſiue medietatis bonorum contractu matrimonium celebraſſet, liberam habet adminiſtrationem bonorum mobilium, ac ea alienandi ex rationabili cauſa, citra vxoris conſenſum, vt conſtat ex lib. 4. ordin. tit. 6. §. vlt. iuncto principio, & rectè declarat Molin. de cōtract. diſp. 428. ſub num. 12. vbi etiam probat eodem iure Luſitano prohibitam eſſe viro omninò alienationem bonorum immobilium, ſine conſenſu vxoris; eſtò contractu arrharum, & dotis matrimonium fuerit initum.

Imò & alienationem mobilium, etiā
18 ſi contractu medietatis bonorum, matrimonium fuerit celebratum. ſi talis alienatio vxoris medietati præiudicaret, nullam eſſe probat Molin. loco citato, vbi etiam num. 13. addit, quòd vir ſi filios, aut filias habeat prioris vxoris, poterit citra conſenſum poſterioris vxoris dotare eas filias, & donare propter nuptias filijs de bonis mobilibus: dummodo alii filii in legitima non remaneant grauati: & præiudicium non inferatur bonis poſterioris vxoris. Quòd ſi pater dotem magnam filiæ promittat, vel etiā tradat, & poſtea alii filii eidem patri naſcantur, quibus dos illa inofficioſa reddatur, tunc de iure communi, atque adeò in Luſitania, vbi nihil in contrarium fuit ſtatutum, reuocari, ac nulla reddi poteſt ſolùm, quatenus contigit legitimus filiorum: non autem quoad id, in quo pater potuit meliorare talem filiam, vt latè declarat Molin. ibi ſub num. 14.

De ſocietate particulari, & primò de ſocietate negotiationis. Caput IV.

SVMMARIVM.

1 *Continuatur tractatio ſocietatis particularis ad præcedentes.*

1 TRactauimus ſupra de ſocietate vniuerſali, quam triplicē eſſe per tria capita præcedentia ſupra oſtendimus; nempè ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter, ſocietatem omnium bonorum ex quæſtu, ſeu vniuerſalem ad quæſtum, & ſocietatem omnium bonorum inter coniuges, conſtante matrimonio: modo conſequenti ordine ſequitur videndū de ſocietate particulari: cuiuslicēt ſupra quāplurimas recenſerimus ſpecies; nos tamen de tribus dumtaxat promiſimus diſcutiendum: de ſocietate videlicet negotiationis: de ſocietate animalium: & de ſocietate officiorum Romanæ Cu-

ſcard. loco citato, num. 17. & alios, probari putat ſocietatem, ſi in aliqua partita libri rationum quis ſocius nominatur; dummodo huiuſmodi libri ſint inſcripti communi nomine: aliàs ſecus, vt conſuluit Riminal. ſen. conſ. 201. num. 5. lib. 2. Soc. conſ. 160. num. 4. quibus adde, quæ habentur ex Maſcar. d. concl. 1309. num. 36.

Illud autem in hac re nolui ſilentio
6 prætermittere, quòd quamuis omnis ſocietas ſit eſſentialiter communio; nihilominus datur communio citra ſocietatē aliquam: ſiquidem, vbi duobus res eadem teſtamento relicta eſt communis eſt inter eos; non tamen ſuper ea cenſetur contracta ſocietas. At ſi res eadem communi nomine empta fuerit in dubio cē-
7 ſetur inter eos contracta ſocietas, vt in l. 2. ff. commun. diuid. & l. 1. C. pro. ſoc. vbi etiam Bart. & Bald. Petr. de Vbald. in ſuo tract. de duob. fratr. p. 1. ſub num. 2. Alex. conſ. 38. ſub num. 1. lib. 5. Menoch. conſ. 46. ſub num. 1. lib. 1. Decian. conſ. 97. num. 35. lib. 2. Maſcard. de probat. concl. 1309 num. 10. & hanc opinionem communem eſſe teſtatur Felic. d. cap. 11. num. 21. & 28. vbi reſpondendo ad leges, quæ à Doctoribus in contrarium adducuntur dicit, leges ipſas eſſe intelligendas, quòd tunc ex emptione rei communiter facta, non cenſetur contracta ſocietas, quando aliquo modo conſtat, ementes communiter non habuiſſe intentionem contrahendi ſocietatem. Non tamē idem dicendum eſt de eo, cui data ſit margarita ad vendendum ea conditione quòd ſi decem vendiderit, decem redderentur, ſin pluris, illud plus ſibi retineāt; nam eo caſu in dubio non præſumitur contracta ſocietas, niſi conſtet de animo contrahendæ ſocietatis, vt in l. ſi margarita, l. ſi fratres §. item ex facto, l. ſi id quòd, ff. pro ſoc. & l. ſi tibi rem, ff. de præſcript. verb. & rectè declarat Felic. d. cap. 11. à num. 32. vſque in finem.

Quot modis contrahitur ſocietas negotiationis. Q. II.

SVMMARIVM.

1 *Societas negotiationis quot modis contrahatur.*
2 *Capitale in ſocietate ſumitur pro pecunijs præcipuè, quæ in ea conferuntur.*
3 *Pecunia quæ in ſocietate confertur, cur dicatur capitale, ac ſors.*
4 *Societas negotiationis, in qua fit pactum, vt communio fiat in lucro tantùm aliquando contrahitur eodem modo citra illum pactum.*

1 IN hac re Conrad. de contr. tract. 6. q. 93. ſuppoſ. 3. Molin. eod. tract. diſp. 415. num. 1. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3 q 1. num. 31. & alij volūt, quod ſocietas negotiationis, ſeu ad negotiationem, & lucrum tribus modis coiri poteſt. Primò ſub ea lege, vt vnus ex ſocijs ponat capitale tantùm: alter verò operam, induſtriam, vſum nauigij, aut alterius rei. Secundò vt in ſocietate ambo ponant capitale tantùm, conducentes vnum Tertium ad negotiandum. Tertiò, vt vterque ponat capitale, & operas æqualiter, vel inæqualiter. Sed re vera prædicti modi contrahendi ſocietatē non videntur ſufficienter allati à præfatis Doctoribus. Siquidem videtur poſſe contrahi ſocietatem negotiationis etiam quarto modo, cùm ſcilicet quis in ſocietate ponit non tantum capitale; verùm etiam operam, & induſtriam, vſum nauigij, retis, aut alterius rei: & alter ponit capitale tantùm, vt habetur ex Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 2. num. 20. Imò & quintò modo rectè videtur contrahi ſocietas, in qua duo, vel plures conferunt operam, & induſtriam dumtaxat, & neuter capitale, vt colligitur ex ijs, quæ habentur ex Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 9. num. 24. Vt ſi ita contrahant duo, vel plures artifices habentes communia omnia lucra, & damna vna cum impenſis. Etenim licèt hæc videatur ſocietas artis; ipſa tamen in re non differt à ſocietate negotiationis, cùm hæc etiam negotiatio quædam ſit ad lucrum, vt habetur ex Filliuc. tom. 2. qq. moral. tr. 38. cap. 1. q. 7. num. 9.

In ſocietate primi modi aliquando operæ æquiualent capitali, & quandoque non æquiualent, vt qui operæ, induſtriæ, &c. ſunt viliores, aut valentiores; comparatæ tamen ad capitalis ualorem, & proprietatem, aut quoad eiuſdem æſtimationem periculi, aut lucri ſperati, & ſic interuſurij, iuxta ea, quæ infra, Deo duce, ſuo loco dicemus. In ſocietate uerò ſecundi modi quandoque pecuniæ ſunt æquales; quandoque inæquales; ut cùm

unus ex ſocij plus pecuniæ ponit, vel minus. In ſocietate tertij modi aliquando pecuniæ, & operæ æquiualent pecuniæ, & operis; & quandoque non æquiualent: nam poteſt ſtare, quod pecuniæ ſint æquales; ſed operæ vnius ex ſocijs præualeant operis alterius, vt rectè declarat Conrad. loco citato. In ſocietate quarti modi poteſt eſſe pecuſiia vnius æqnalis pecuniæ, & operis alterius; & poteſt eſſe inæqualis: vt quia pecunia, & operę vnius ex ſocijs ſint valentiores, aut viliores pecunia alterius, vel à contra. Et denique in ſocietate quinti modi poteſt conſiderari æqualitas, vel inæqualitas operarũ, vel induſtriæ.

2 Per capitale hoc loco, pecunias præcipuè intelligimus, quæ in ſocietate conferuntur, vt habetur ex Conrad. in ſuo tract. de contract. tract. 6. q. 93. & 94. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 7. 8. & ſeq. num. 49. cum plur. ſeq. Felic. tract. de ſociet. cap. 15. & ex alijs. Dicitur autem pecunia capitale; quoniam multum, & ſuper omnia alia ſocietati confert; ita vt dicatur caput, ideſt præcipuum, quod ad ſocietatem adducitur, vt quæſtum pariat, & ex eo ſocii lucrum percipiant, velut ex principio, & origine. Appellatur etiam pecunia, quæ ſocietati confertur, ſors, quia ſorti ac fortunæ exponitur ad lucrum, & damnum. Vndè opera, vel induſtria, quam vnus ex ſocijs confert non dicitur capitale; ſiquidem ab initio ſocietatis in ea non confertur, vt fructum reddat; ſed à principio vſque in finem, temporibus debitis, adhibetur, vt rectè Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 3. in princ.

3 Contrahitur quoque negotiationis ſocietas cum pacto, vt communio fiat in lucro tantùm, ita vt capitale remaneat pro eo qui illud poſuit; atque adeò, extincta ſocietate, capitale ipſum ſit extrahendum à conferente, & ſolum lucrum diuidendum: quæ ſocietas appellari ſolet ad communionem in interuſurio: ſecundò cum pacto communionis in vtroque, nempè in lucro, ac capitali, vt habetur ex Molin. de contr. diſp. 411. num. 4. Filliuc. loco ſupra citato, & aliis: Et tertio contrahitur ſocietas ſimpliciter, citra pactum prædictum communionis in Lucro, vel in vtroque: de quibus omnibus, & ſingulis per proprias qq. latius, Deo duce agemus: & primo videndum de ſocietate ad negotiationem, in qua fit communio in lucro tantùm, atque adeò vnus in ea ponit pecuniam: & alter operas, induſtriam, vſum nauigii, aut alterius rei, & quæritur ante omnia.

An ſocietas negotiationis, in qua vnus ponit pecuniam, & alter operas cum pacto, vt fiat communio in lucro, ſit iniuſta, ſi in ea fiat pactum quòd capitale collatum ſaluum remaneat, atque adeò periculo non ſit ſuppoſitũ?

Q. 3.

SVMMARIVM.

5 *Pactum quòd capitale ſit ſaluum in ſocietate, in qua fit communio in lucro tantùm, non eſt contra ſubſtantiam contractus.*

6 *Pactum, quod non facit tranſire contractum ex vna in alia ſpeciem, non eſt contra illius ſubſtantiam.*

7 *Societas in lucro tantum, & ea lege vt capitale ſit ſaluum, quòd de iure licitè contrahi poſſit, multis iuribus comprobatur.*

8 *Societates ea lege initæ, vt capitale ſit ſaluum conſuetudine in varijs locis cõprobantur.*

9 *Conſuetudine comprobatur contractus, de quo dubitatur, an ſit licitus.*

10 *Actum faciens illicitum, qui communiter æſtimatur licitus, non cenſetur illicitus.*

11 *Societates officiorum, cùm ſint conſuetudine comprobatæ, reputantur licitæ; quamuis de earum iuſtitia inter Doctores magna ſit controuerſia.*

12 *Societatem in lucro, in qua ſit pactum vt capitale ſit ſaluum, iniuſtam eſſe communis tenet ſententia.*

13 *Commoda eum ſequi, quem ſequuntur incommoda, ſecundum naturam eſt.*

14 *Pactum quod capitale ſit ſaluum facit tranſire ſocietatem in contractum mutui vxurarÿ, atque ideò eſt contra eius eſſentiam.*

15 *Vſura eſt contra ius naturale, & rectam ratio-*

rationem.

16 *Lucrum percipere ex re qua propria non eſt irrationabile, & contra naturam dicitur.*

17 *Pactum quòd capitale ſit ſaluum, eſt iniquum in ſocietate, etiam inſpecta diſpoſitione iuris ciuilis.*

18 *Societas Leonina dicitur, in qua lucrum tantùm vnus ex ſociis, alter verò damnum ſentit.*

19 *L. ſi non fuerit, §. Ariſto, ff. pro ſoc. intellectus.*

20 *§. adeò in Inſt. de ſociet. intellectus.*

21 *L. Mutius, ff. pro ſoc. intellectus.*

22 *L. cum duobus, §. quidam ſagariam, ff. pra ſoc. intellectus.*

23 *Pactum in ſocietate, quòd capitale ſit ſaluum multo magis illicitum eſt de iure canonico.*

24 *Cap. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. intellectus.*

25 *Societas contracta cum intentione tantùm, & citra omne pactum, quòd capitale ſit ſaluum, eſt illicita.*

26 *Pactum in ſocietate capitale ſit ſaluum non poteſt fieri licitum, nec per legem, nec per conſuetudinem aliquam.*

27 *Pactum quòd capitale ſit ſaluum non ſolum illicitum eſt ſocietate negotiationis, ſed etiam in ſocietate animalium.*

28 *Pactum quòd periculum operarum tranſſferatur in conferentem pecuniam, & lucrum ſit commune, eſt illiciium.*

29 *Pactum quòd capitale non ſit periculo expoſitum, & lucrum ſit commune, ſi ratione talis pacti minus percipiatur de lucro, aut alio modo compenſetur, poteſt eſſe licitum in ſocietate.*

30 *Pactum, vt qui ponit operas, lucri partem habeat, & nullum damnum ſentiat capitalis, in ſocietate negotiationis poteſt eſſe validum.*

31 *In contractibus non attenditur, quod dictum fuerit, ſed quod actum.*

32 *Capetale in principio ſocietatis in lucro non communicatur, ſed cum eo comparantur merces.*

33 *Lex, aut conſuetudo non poteſt facere licitum, quod eſt intrinſecè, & ex obiecto malum.*

34 *Conſuetudo contro ius naturale excuſat à pœna, non autem à culpa.*

35 *Papa non poteſt vſuras permittere tanquam licitas.*

IN hac re non deſunt, qui partem affirmatiuam tueantur. Nam inter
1 alios Hoſtienſ. in ſum. tit. de vſur. §. in alijs autem, verſ. Porro fieri poteſt; Io. Andr. in c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. & Henric. conſ. 8. lib. 1. p. 1. relatus à Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 18. num. 10. putant, huiuſmodi pactum eſſe validum, nec aliquam vſuræ ſpeciem inuoluere. Probatur eorum ſententia ex eo, quòd huiuſmodi pactum non eſt contra ſubſtantialia, ſed præter naturam contractus dumtaxat: ergò eſt validum. Conſequentia patet ex ijs, quæ habentur per Doctor. in c. fin. de condit. appoſit. & extat Rota Rom. deciſ. 116. poſt noſtra commentar. in extrau. Pij V. de cenſib. impreſſa, in illa Bononienſis cenſus, 26. Iunij, 1600 coram Cardin. Pamphilio. Antecedens probatur, quoniam huiuſmodi pactum non remouet conſenſum contrahentium à contractu ſocietatis: ſiquidem contrahentes dicunt expreſsè ſe contrahere ſocietatem cum pacto, quòd capitale ſit ſaluum, & inde lucrum percipiatur. Vndè cum verba ſint ſignificatiua eorũ, quę ſunt in animo, vt habetur ex Decian. conſ. 12. num. 11. lib. 2. conſequenter fit, vt tale pactum non remoueat contrahentium conſenſum à contractu ſocietatis. Nec etiam pactum prædictum facit tranſire contractum ipſum in aliam ſpeciem: nam ſi hoc eſſet in nullum alium contractum faceret tranſire, quàm in contractum mutui; at in contractu mutui transferetur dominium rei mutuatæ in mutuatarium: capitalis autem in caſu, de quo agitur non transfertur dominium penes alterum ſocium illud recipientem; ſed ponens ſortem, ſeù capitale ad ſummam dicitur facere ſocium comparticipem tantùm dominij, & vſufructus eiuſdem. Si igitur pactum, de quo agitur, non remouet conſenſum
6 contrahentium à contractu ſocietatis, nec facit illum tranſire in alium contractum; ergo non eſt contra illius ſubſtantiam; ſed potius eidem accidit per ea, quæ cumulantur ex Surdo conſ. 243. num. 6. Gloſ. in l. pacta conuenta, ff. de contrah. empt. Gemin. in c. vt circa, §. 1. num. 13. de elect. in 6. ex extat ſupra relata Rot. Rom. deciſ. 116.

Secundò confirmatur hæc eadem ſententia ex tex. in cap. per veſtras, de do-
7 nat. inter vir. & vxor. vbi viro ad inopiam vergente, ſufficienter prouiſum fuit eiuſdem vxoris doti, ne pereat dum

ſtatuitur, eam deponi apud mercatorē,
vt de honeſto lucro vir ſuſtineat onera
matrimonii: id autem, ait Gloſ. in ver.
Honeſtum,& alii Doctor. fieri poteſt per
contractum ſocietatis: ergo datur con-
tractus ſocietatis cum pacto, vt ſors, ſeu
capitale periculo non ſit expoſitum: aliàs
dos non poſſet ſalua permanere. Præte-
rea hæc ipſa ſententia probatur ex tex.
in l. ſi non fuerint, §. 1. ff. pro ſoc. vbi Vlp.
ait, coiri ſocietatem poſſe, vt vnus par-
tem damni non ſentiat,& lucrum ſit cō-
mune: ergo valet pactum, vt capitale pe-
riculo non ſit expoſitum: alias confe-
rens pecuniam, non poſſet paciſci, vt par-
tem damni non ſentiat. Hoc idem patet
ex l. mutius, in fin. ff. eod. vbi in ſocietate
licitum eſt pactum de lucro, deducto
damno; atque adeò valet pactum, vt vnus
ex ſociis ſentiat lucrum,& non damnū:
eſt igitur licitum pactum vt capitale pe-
riculo non ſit expoſitum: ſiquidem hu-
iuſmodi pactum eſt de lucro, deducto
damno, ita vt alter ſentiat lucrum, & nō
damnum. Pro hac eadem ſententia facit
tex. reliquis prætermiſsis, in l. cum duo-
bus §. quidam ſagariam, ff. eod. tit. ſupra
citato, vbi idem Vlp. expreſsè cenſuit,
damnum capitalis non eſſe totum pecu-
niam conferentis; ſed commune: ergo
validum eſt pactum, quòd capitale pro
parte ſaltem periculo non ſit expoſi-
tum

Denique hæc eadem opinio probatur
8 per dictum Henric. & alios ex cōmuni
ferè omnium conſuetudine: ſiquidem
teſtantur, ſocietates cum eiuſmodi pa-
ctis non ſolùm in Germania, verum etiā
in toto ferè Chriſtiano Orbe contrahi:
ergo pactum, de quo agitur licitum eſſe
non eſt ambigendum: quoniam vbi in-
ter Doctores dubitatur de iuſtitia con-
9 tractus, poteſt per conſuetudinem de-
clarari, quòd ſit licitus. Si enim conſue-
tudo tollit legem, multo magis poteſt
declarare Doctorum opiniones. Etenim
non dicitur malè facere, qui id facit,
quod publicè licere arbitratur, l. qui ſit
fugitiuus, §. apud Labeonem, ff. de edil.
edict. Hinc Bart. ibi, quem ſequitur Cæ-
pol. in ſuo tract. de ſimul. contr. num. 4.
& num. 97. ait, quòd ſi quis facit actum
10 aliquem, qui æſtimatur cōmuniter lici-
tus, quamuis re vera non ſit talis; non
tamen ob id dicitur illicitus. Ad idem
etiam facit tex. in l. 1. ibi, *ex more Regio-
nis*, & in l. & in contraria, ibi, *eas autem,
quæ in Regione frequentantur.* ff. de vſur.
Adde quoque tex. in l. ſi pignore. §. fin. &
ibi Gloſ. in ver. Nam vſu hoc euenerat,
vbi etiam Bart. ff. de pign. Idem conſu-
luit Crau. conſ. 48. in fin. & conſ. 145. in
fin. Pariſ. conſ 13. col. 6. lib. 1. & habetur
ex Tiraq. de retr. conuent. num. 127. &
ſeq. Ob id etiam Caſtracan. in ſuo tract.
de ſociet. offic. cap. 4. num. 10. licitas eſſe
11 cenſet ſocietates officiorum: quoniam
licèt de earum iuſtitia fuerit inter Do-
ctores magna cōtrouerſia; à conſuetudi-
ne tamen fuerunt declaratæ licitæ.

His tamen,& ſimilibus, quæ in con-
12 trarium adduci poſſent, non obſtanti-
bus, in contrarium eſt communis ſen-
tentia, quam tenent Panor. & alii in d.
c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor.
Idem Panor. in c. fin. de Vſur. conſ. 77.
lib. 1. & conſ. 114. lib. 2. ſoc. in cap. 1. num.
120. de vſur. Lup. in c. nauiganti, com. 3.
§. 1. num. 24. eod. tit. Bald. in l. tam diù,
q. 9. C. pro ſoc. Saly. in l. mutui, num. 2.
ff. ſi cert. pet. Dec. in l. ſi paſcenda, num.
1. C. de pact. Aret. in §. de illo, in Inſt. de
ſociet. Alex. conſ. 131. lib. 5. Alex. de No-
uo conſ. 96. num. 6. Iaſ. conſ. 174. lib. 2. &
conſ. 33. lib. 3. Bertran. conſ. 48. lib. 1. Be-
ro. conſ. 168. num. 19 Natt. conſ. 403. lib.
2. Crauett. conſ. 145. num. 16. lib. 1. Go-
meſ. lib. 2. reſol. iur. cap. 5. ſub num. 5. Ri-
minal. iun. conſ. 399. & conſ. 400. Burſat.
conſ 310. num. 9. lib. 2. Hanc eadem ſen-
tentiam docent ex Theologis D. Thom.
2. 2. q. 78. ar. 2. ad 5. Riccard. in 4. d. 15.
ar. 5. q. 1. Conrad. de contract. q. 97. Sot.
lib. 6. de iuſt. & iu. q. 6 ar. 2. ad 3. & alii
Theologi. Summiſtæ quoque hanc ipſam
opinionem tuentur, nempè Angel. in
ſua ſum. in ver. ſocietas, num. 2. Tabien.
ver. ſura 3. Nauar. in Man. cap. 17. num.
252. & 253. Graff lib. 2. deciſ. 120. num.
10. Sylu. ver. ſocietas 1. q. 2. Azor. part. 3.
Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 3. Filliuc.
p. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. de ſociet.
negot. in ſpec. num. 61. & alii communi-
ter dicentes, ſocietatem cum tali pacto,
vt capitale ſit ſaluum, non ſolùm eſſe
iniuſtam, & irrationabilem; verùm etiā
plerique volunt eſſe vſurariam, atque
adeò inhoneſtam, & nullam. Probatur,
quoniam ſicut ſecundum naturam eſt,
13 eum ſequi commoda, quem ſequuntur
incommoda. vt l. ſecundum naturam, ff.
de regul. iur. ita etiam èconuerſo ſecun-
dum naturam eſt, vt ſequantur incom-
moda, quem ſequuntur,& commoda: ſi-

quidem

quidem argumentum à contrario ſenſu in iure eſt validiſſimum, l. 1. & ibi Doctor. ff. de offic. eius, &c. Latè Euerard. in loco, a contrario ſenſu. & facit regula iuris in c. rationi, de regul. iur. in 6. & c. qui ſentit, eod. tit. ergo irrationabile eſt, iniquum, & contra iuris regulas eſt pactum in ſocietate, vt capitale periculo non ſit expoſitum: ſiquidem ſocius ſentiret lucrum, & commodum ex ſocietate; non autem damnum, & incommodũ. Secundò pactum huiuſmodi eſt contra
14 eſſentiam, ac naturam ſocietatis, cùm faciat eam tranſire in contractum mutui vſurarij, atque adeò in alium contractum illicitum: ergo eſt iniquum, & irrationabile. Clara conſequentia; quia vſura
15 eſt contra ius naturale, & rectam rationem, & contra ius Diuinum, vt in c. ſuper eo, de vſur. latè D. Thom. 2. 2. q. 79. ar. 1. Conrad. de contract. q. 22. Molin. eod. tract. diſp. 304. cũ aliis à nobis cumulatis in noſtris Comment. in Bull. cœnæ. lib. 1. cap. 4. q. 7. num. 58. & Latius in noſtris Comment. in extrauag. Pij V. de cenſib. in explicatione proœmij, q. 4. à num. 20. ad 32. Antecedens probatur; quia dum ſocius transfert periculum capitalis ab eo collati in alterum ſocium, dicitur illius dominium in eundem transferre, atque ideò mutuare; quoniam mutui transfertur dominium penes mutuatarium, vt in l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. petar. ergo dum non exponit periculo capitale, & percipit ex eo lucrum, verè dicitur lucrum ex mutuo percipere, & ſic vſuram committere, quæ nihil aliud eſt, quàm lucrum ex mutuo; pretium mutui ſeu pretium vſus rei mutuatæ, vt aliàs diximus. Denique irrationabile, &
16 contra naturam eſt aliquem percipere lucrum ex re, quæ ſua non eſt: ergo pactum, de quo agitur eſt irrationabile, atque illicitum. Conſequentia clara; quia ſocius dum periculum ſortis, ſeu capitalis transfert in alterum ſocium, qui contulit operas, cenſetur lucrum percipere ex operibus ſocii, & ex eiuſdem pecunia, cum dominium ſortis translatum cenſeatur in ipſum ſocium, conferentem operas, & operæ ſint ipſius præſtantis.

Ampliatur hæc ſententia, vt locum ſibi vendicet, etiam inſpecta diſpoſitio-
17 ne iuris ciuilis: nam pro ea eſt tex. in l. ſi non fuerint, §. Ariſto, ff. pro ſoc. vbi Leoninam, & iniquiſſimam ſocietatem
18 Vlpian. appellat illam, in qua lucrum tantùm vnus ex ſocijs; alter verò damnum ſentit, his verbis, *Ariſto, refert, Caſſium reſpondiſſe, ſocietatem talem coiri non poſſe, vt alter lucrum tantùm; alter damnum ſentiret. Et hanc ſocietatem Leoninam ſolitum appellare, & nos cõſentimus, talem ſocietatem nullam eſſe, vt alter lucrum ſentiret; alter verò nullum lucrum, ſed damnum ſentiret: iniquiſſimum enim genus ſocietatis eſt, ex qua quis damnum, non etiam lucrum ſperet.* Societas autem huius generis eſſet, cùm quis ex pacto vult ſortem, ſeu capitale ab eo collatum, periculo non eſſe expoſitum: ſiquidem ex tali ſocietate lucrum tantùm ſperat, & nullum damnum timet. Hic tex. pro hac re adducitur à Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 18. num. 3. in fin. Sed re vera ex illo tex. proba-
19 rio dictæ ampliationis non colligitur: ſiquidem tex. non loquitur de eo, qui lucrum tantùm ſperat, & nullum damnum timet: ſed de illo, qui fecit pactum cum ſocio, vt ipſe ſocius nullum lucrum, ſed damnum ſentiret: vel damnum, non etiam lucrum ſperaret. Vndè licèt vnus ex ſociis lucrum tantum ſperaret, & nullum damnum timeret; non tamen ob id ſequeretur, vt alter ſocius damnum tantùm timeat; non autem lucrum ſperet: aut nullum lucrum, ſed damnum ſolum ſentiat. Quò circa dicta ampliatio melius probatur ex l. Mutius, ff. pro ſoc. vbi habetur, quòd inter ſocios eſt ſeruanda æqualitas, ſicut inter fratres: at cum periculum capitalis transfertur in eum, qui ponit operas, non ſeruatur æqualitas; quoniam vnus ex ſociis ſperat lucrum, & nullum timet damnum: & alter quamuis ſperet lucrum; nihilominus timet damnum.

Nec obſtat tex. in §. adeò. in Inſtit. de ſociet. vbi valet pactum in ſocietate,
20 vt alter lucri partem ferat, & nullam damni; quoniam ad dictum tex. multipliciter reſpondent Doctor. vt habetur per Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 3. q. 4. verſ. ad id verò, & Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 18. num. 26. Etenim Calder. in c. vult. de vſur. vult Iuſtinianum non loqui de damno ſortis, ſeu capitalis: ſed de damnis, quæ in ſocietate aliquando contingunt, ſaluo capitali. Corrad. loco ſupra citato, Panor. in d. c. per veſtras, & alij relati per eundem Azor. ibi putant, Iuſtinianum loqui de ea ſocietate, in qua vnus pecu-

niam;

niam; alter verò operam tantùm confert; hi enim poſſunt ſocietatem coire cum pacto, vt is qui operam ponit, lucri partem acquirat, & nullũ pecuniæ principalis damnum ſentiat: ſiquidem id videtur ſecundum naturam ſocietatis, de qua loquimur, vt pecunia illi pereat, qui eam contulit; ita vt eiuſdem periculum non transferatur in eum, qui præſtat operas. Ita etiam reſpondent aliqui ad l. ſi non fuerint, §. 1. ff. pro ſoc. nam ibi habetur, quòd plerunque tanta eſt induſtria ſocij, vt plus ſocietati conferat, quàm pecunia. Couar. autem lib. 3. var. reſolut. cap. 2. verſ. ſextò poterit, aliter interpretatur tex. in d. §. adeo: vult enim, Iuſtinianum loqui de ſocietate, in qua ſocij ambo pecuniam contulerunt, & conuenerunt, vt neuter ſentiat damnum ſortis principalis, quam alter in ſocietatem deducit; ita tamen, vt quis damnum ſuſtineat ſuæ pecuniæ principalis; & lucrum deinde in commune conferant. Non obſtat præterea tex. in l. Mutius, ff.
21 pro ſoc quem ſupra attulimus pro contraria opinione; quoniam reſpondet Felic. poſt alios in d. cap. 18. num. 27. quòd licet tex. ille velit, paciſci poſſe de lucro, deducto damno; nihilominus non ob id ſequitur, valere pactum de periculo capitalis non ſuſtinendo; quoniam de hoc in illo tex. non fit mentio. Vel melius dicamus, tex. illum velle, valere pactum de certo lucro, deducto omni damno, p r viam aſſecurationis, de qua infra dicemus. Denique non aduerſatur tex. in l.
22 cum duobus §. quidam Sagaria, ff. eod. quem pro contraria pariter ſententia ibidem adduximus; quoniam reſpondetur, quod tex. ille loquitur de pecunijs, quæ occaſione ſocietatis, vltra capitale expenduntur: & propterea, licèt ibi diſponatur, damnum pecuniarum amiſſarum debere eſſe commune; non tamen ſequitur valere pactum ſuper periculo capitalis non ſuſtinendo: nam capitale ponitur, habito reſpectu ad operas: atque adeò ſicut ponens operas, ponit eas ſub periculo; ita etiam ponens capitale, periculo debet illud exponere. At non ita dicendum eſt de pecunijs, quæ occaſione ſocietatis vltra capitale expenduntur pro vtilitate communi: nam de his damnum commune eſſe debet, vt rectè reſpondet Soc. d. conſ. 265. num. 1. lib. 2. & ſic remanent ſufficienter ſoluta iura Ciuilia, pro contraria opinione ſuperius allata.

Secundò ampliatur dicta concluſio,
23 vt multo magis locum habeat de iure canonico, vt per Abbat. Panor. in d. c. per veſtras, de donar. inter vir. & vxor. Etenim cum pactum, de quo agitur, faciat tranſire ſocietatem in mutuum, cum lucro vſurario, vt ſupra oſtendimus, dictum pactum iure canonico eſſe damnatum; ſicut eo iure damnatur vſura, vt in c. ſuper eo, & in c. cõſuluit, ac tot. tit. de vſur. Imò tale pactum fuit prohibitum heri in ſocietatibus per Sixt. V. in conſtitutione; quæ incipit, *Deteſtabilis*, per quam in vniuerſum prohibetur, ne ſocietas contrahatur, adiecto pacto, vt ſors in quolibet caſu fortuito ſalua maneat, vt rectè declarat Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. de ſociet. negoti. in ſpec. q. 10. per totam, Graff. p. 1. deciſ. lib. 2. cap. 120. num. 37. Fillinc. de ſociet. cap. 18. num. 10. & alij.

Nec obſtat tex. in d. c. per. veſtras, de
24 donat. inter vir. & vxor. à nobis relatus ſupra in relatione contrariæ opinionis, quoniam reſpondetur ex Panor. & non nullis alijs Doctor. ibi, ex Conrado de contract. q. 97. ad fin. & alij relatis ab Azor. Inſt. moral. p. 3 lib. 9. de ſocietate, cap. 3. q. 5. verſ Rogabis, quòd Roman. Pontifex in illo tex. conſtituit, dotem mercatori committi, vt vxor partem honeſti lucri inde percipiat: non tamen dicit, vt dos mercatori traditur ſub ea conditione, vt in omni caſu fortuito ſit ſalua. Secundò, & melius reſpondetur, vt dicemus infra, q. 6. verſ. Nec obſtat.

Tertiò ampliatur ipſa concluſio, vt
25 ſocietas de qua agitur, non ſolùm ſit illicita, ac vſuraria ſit, ſi fiat cum pacto, de quo agitur; verùm etiam ſi contrahatur abſque tali pacto; cum intentione tamen ſaltem principali, quòd in omnem euentum capitale ſit ſaluum: nam hæc intentio reddit ſocietatem vſurariam, vt habetur ex Gloſ. Archid. in c. plerique, 14. q. 3. Bald. in l. 1. C. pro ſoc. & ex alijs apud Syl. in ſum. in ver. ſocietas, q. 2.

Quartò ampliatur, vt huiuſmodi pactũ
26 licitum fieri nequeat per legem, nec per conſuetudinem aliquam: ſiquidem tale pactum cùm reddat ſocietatem vſurariam; atque adeò ſit contra ius naturale, nulla lege, aut conſuetudine licitum, ac rationabile reddi poteſt: nam contra ius naturale non datur Lex, nec conſuetudo, vt in c. quæ contra, 8. d. latè Panor. & alij in c. fin. de conſuet.

Quintò

Quintò ampliatur, quod ſicut non va-
27 let pactum, quòd capitale periculo non ſit ſuppoſitum, & lucrum ſit commune in ſocietate negotiationis; ita etiam nullum, atque iniquum erit huiuſmodi pactum in ſocietate animalium; non enim licita eſt ſocietas, in qua dantur animalia, vt communio fiat in eorum fructibus dumtaxat, ac in eorum commoditatibus, & periculum illorum transferatur in conſocium; ita vt ſi moriantur, aut deteriorentur quacunque ratione, & cauſa, etiam ex culpa leuiſsima ipſius conſocij, aut ex Dei iudicio, vel caſu fortuito, totum damnum ſpectet ad ipſum ſocium; non autem ad dominum animalium: vt infra dicemus cap. ſeq. q. 9. vbi etiam ampl. 3. probauimus vſurariam eſſe huiuſmodi ſocietatem, non ſolum ſi totum periculum animalium transferatur in conſocium; ſed etiam ſi pars periculi transferatur: etenim ſocietas animalium eodem modo venit explicanda, ac ſocietas negotiationis.

Sextò ampliatur, vt quemadmodum
28 non valet pactum, quòd capitale periculo non ſit ſuppoſitum, & lucrum ſit commune; ita quoque non valet pactum in ſocietate, vt ponens operas transferat periculum ſuarum operarum in conferentem pecuniam: ſiquidem cùm ex ſuis operis lucrum percipere intendat, conueniens eſt, vt earũ periculum ſuſtineat, vt habetur ex Soc. conſil. 265. in 1. dub. lib. 2. & Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 18. num. 2.

Sic ampliata limitatur eadem con-
29 cluſio, vt quamuis pactum, quòd capitale non ſit periculo ſuppoſitum ſit nullum, ac irrationabile; id tamen verum eſt, quando huiuſmodi pactum in ſocietatis contractu ſimpliciter apponitur, nulla conſiderata compenſatione ratione talis pacti in perſona ſuſtiĕntis periculũ: ſecus autem ſi ratione dicti pacti minus percipiatur de lucro, aut alio modo illius fiat compenſatio: tunc enim pactum ipſum erit rationabile, ac iuſtũ, cùm per illud non magis grauetur vnus ſocius, quàm alter. vt infra latius, Deo duce dicemus, q. 15.

Secundò limitatur, vt quamuis dictũ
30 pactum ſimpliciter ſumptum ſit irrationabile; nihilominus in ſocietate, de qua agitur, valet pactum, vt is qui ponit operas, lucri partem habeat, & nullum damnum ſentiat capitalis; quoniam contra huiuſmodi pactum adhuc periculum capitalis pertineret ad illud conferentem: & eo magis, quando tanta eſt induſtria ſocij, vt plus ſocietati conferat, quàm pecunia capitalis, vt in l. ſi non fuerint, §. 1. ff. pro ſoc. Idem dicendum eſt ſi ponens operas de certa mercede earum paciſcatur, aut de tali parte lucri, & quòd nullum damnum ſentiat: quia talis contractus non diceretur ſocietatis, ſed locationis operum, vt poſt Angel. docet Syl. in ſum. in ver. ſocietas, q. 3. & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. de ſociet. cap. 1. q. 3. num. 3.

Reſtat modo, vt ad contraria non dum euacuata reſpondeamus.

31 AD primum negatur antecedens: & ad probationem dicimus, quòd huiuſmodi pactum facit tranſire ſocietatem in contractum mutui vſurarij, vt ſupra oſtendimus. Et quamuis verba contrahentium ſonent contractum ſocietatis; in re tamen contractus cum tali pacto, diceretur mutui, & non ſocietatis: ſiquidem in contractibus non attenditur, quod dictum fuerit, ſed quod actum, l. ſi vnus, in prin. ff. loc. Et licèt conferens pecuniam faciat ſocium comparticipem illius dominij; non tamen à ſe abdicat dominium; ſed ita vt etiam faciat illius ſocium participem: ſiquidem duo poſſunt eiuſdem rei eſſe Domini; ſicut vnus æquè poteſt eſſe ſeruus plurium Dominorum, vt rectè poſt alios declarat Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. de ſocietat. negot. in ſpec. q. 5. ſub num. 47. in verſ. Hinc ſequitur. Imò in ſocietate, de qua agitur, ſi nõ fiat pactum, quòd communio fiat in capitale, de iure in
32 principio ſocietatis non communicatur, vt ſupra adnotauimus, lib. 1. cap. 4. q. 3. concl. 6. & dicemus infra, q. ſeq. Sed tunc communicatur, quando ex ipſa pecunia capitali comparantur merces, vt latè declarauimus d. concl. 6. limit. 1. & 2. Cùm igitur conferens pecuniam, & ſic capitale facit pactum, vt illud periculo non ſit expoſitum, tunc dicti capitalis dominij non ſolùm facit ſocium participem; ſed eiuſdem vi talis pacti in totum dominium; atque adeò pactum ipſum facit tranſire ſocietatem in contractum

tractum mutui, cuius dominij ea natura eſt, vt transferatur penes mutuatarium, l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. pet.

Ad iura tamen Ciuilia, tum etiam canonica in contrarium allata, fuit iam ſufficienter reſponſum ſupra ampl. 1. verſ. Nec obſtat tex. & limit. 2. verſ. Nec obſtat tex. in d. c. per veſtras.

Ad vltimum dicitur, quòd quicquid ſit de antecedente, negatur conſequen-
33 tia: quia vt ſupra oſtendimus nulla lex, aut conſuetudo poteſt facere licitum, quod eſt intrinſecè, & ex obiecto malum, atque adeò contra ius naturale. Nec iura in contrarium probant aliud,
34 niſi quòd conſuetudo huiuſmodi excuſat à pœna, non autem excuſat à culpa, vt per Iaſ. in l. 3. §. iurari, col. pen. de iureiur. Aym. conſ. 9. col. 22. verſ. Præterea, Rolan. conſ. 75. num. 42. & Caſtracan. de ſociet. officior. cap. 3. num. 25. vbi demum concludit, quòd adeò conſuetudine non poteſt effici licitum, quod eſt illicitum, vt ſi conſuetudo permitteret fœnerari, & contractus vſurarios exercere, eſſet nullius momenti, vt per Panor. & Anton. de Butr. in c. fin. de conſuet. Etenim nec Rom. Pontifex quidem poſſet vſuram permittere con-
35 tra ius naturale, ac Diuinum, vt in c. ſuper eo, de vſur. & nos latè probauimus in noſtris commentar. ad Bull. Cœnæ, lib. 1. cap. 4. q. 7. num. 53. cum plur. ſeq. Nec ſocietas officij, qui ſine officio contrahitur, conſuetudine rectificari valet, vt rectè probat Feliç. de ſociet. cap. 18. num. 51. & nos ſuo loco, latius, Deo duce, dicemus.

An ſocietas negotiationis, in qua vnus pecuniam ponit, & alter operas, cum pacto, vt communio fiat in lucro tantùm, & damnum capitalis ſit commune, ſit iuſta.

Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Societas, in qua ſit pactum, vt damnum capitalis ſit commune, eſt valida.*

2 *Societas negotiationis, in qua vnus pecuniam ponit, & alter operas, cum pacto vt communio fiat in lucro tantùm, & damnum capitalis ſit commune, eſt iniuſta.*

3 *Aequalitas in ſocietate ſeruanda eſt.*

4 *Capitalis deperditi damnum pertinet ad conferentem, ſiue deperditum fuerit ante, ſiue poſt operas per conſocium exhibitas.*

5 *Pactum de capitali ſaluo expreſſè damnatur per conſtitutionem Sixti V.*

6 *Pactum, quòd capitalis deperditi damnum ſit commune valet, quando opera, induſtria, vſus nauigij, &c. alterius ſocij non æqualia quoad valorem capitali.*

7 *Pactum quòd capitalis deperditi damnum proportionaliter ſit commune, poteſt eſſe iuſtum, etiam ſi conſocij opera, &c. capitali non ſint æqualia.*

8 *Pactum quòd capitalis deperditi damnum ſit commune æqualiter, vel proportionaliter, etiam poſt aliquas vel omnes operas exhibitas, an ſit rationabile.*

9 *Pactum, vt damnum capitalis deperditi poſt aliquas operas exhibitas ſit commune proportionaliter, ita demum valet quando is, qui promiſit operas, &c. nolit reliqua exhibere, aliàs ſecus.*

10 *Pactum, vt damnum capitalis deperditi ſit commune, valet cum arbitrio boni viri cum re aliqua compenſetur.*

IN hac difficultate pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia eſt
1 Iacobi de Aret. & aliorum in l. ſi non fuerint ff. pro ſoc. exiſtimantium, damnum capitalis deperditi debere eſſe commune; atque ideò valet pactum, vt damnū capitalis deperditi ſit commune. Probant eorum ſententiam ex tex. in l. ſi id quod, §. Item Celſus, ff. eo. vbi Vlpian. ait, quòd ſi pecunia conferatur, & pereat, perit vtrique ſocio. Idem habetur in l. cum duobus, §. quidam ſagariam, eod. tit. Et rationem hanc eſſe volunt, quia ſi totum damnum capitalis deperditi eſſet conferentis, tunc id eſſet contra naturam ſocietatis, in qua communia debent eſſe lucra, & damna, vt per Gloſ. in c. plerique, 14. q. 4. l. 1. & ſeq. & ibi Doctor. C. pro ſoc.

His tamen non obſtantibus, oppoſitā ſententiam puto veriorem, quam tenet
2 Gloſ. in d. l. ſi non fuerint, ff. pro Soc. Bart. & Bald. in l. 1. C. eo. tit. Molin. de contr. diſp. 416. ſub num. 2. & 3. Syl. in ſum. in ver. ſocietas, q. 6. Graff. lib. 2. deciſ.

deciſ. cap. 20. num. 22. & alij. Probatur primò; quoniam alter ſocius ponit operas, & propterea ſatis eſt ei deperditarum operarum damnum: ſiquidem ſicut de capitali non lucratur: ſed totum redit ad eum, qui poſuit, ſi in fine ſocietatis reperiatur ſaluum; ita quoque de ipſius damno nihil debet habere. Vndè cùm huiuſmodi pactum ſit contra iuris diſpoſitionem, & rectam rationem, quæ
3 expoſtulat, vt in ſocietate ſeruetur æqualitas, cùm ſit fraternitas quædam, vt in l. verum, ff. pro ſoc. conſequenter fit, vt tale pactum ſit irrationabile, & ſocietas iniuſta, ac irrationabilis. Confirmatur, quia in huiuſmodi ſocietate dominium capitalis non communicatur; ſed remanet penes eum, qui illud appoſuit, vt rectè declarat Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. de ſocier. cap. 1. q. 2. num. 2. & q. 4. num. 5. 6. & 7. & cap. 3. q. 5. concl. 3. verſ. Hinc ſequitur, ſub num. 47. & patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus, q. 3. in reſp. ad 1. atg. Ergo illius periculum ad eum ſpectat, non autem ad ſocium, qui contulit operas, cùm periculum rei pertineat ad ipſius rei Dominum, & in ſpecie eſt tex. in l. Mutius, ff. pro ſoc. & Gloſ. in c. plerique, 14. q. 3.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum ſibi vendicet, ſiue capitale perdatur an-
4 te operas, ſiue poſt: nam totum damnũ erit eius, qui capitale poſuit: quoniam eo caſu pretium operarum, induſtriæ, ſeù nauigij vſus intelligitur correſpondere inter uſurio pecuniæ capitalis; non autem capitali, vt habetur ex Syl. in ver. ſocietas, q. 6. Molin. & Graff. locis citatis, & ex aliis.

Secundò ampliatur, vt adeò vera ſit ſupradicta concluſio, vt huiuſmodi pa-
5 ctum ſit expreſsè contra conſtitutionem Sixti V. quæ incipit, *Deteſtabilis*. Qua prohibetur pactum de ſaluo capitali in contractu ſocietatis: ergo cenſetur prohibitum pactum, vt capitalis damnum ſit commune: nam tunc capitale eſſet ſaluum pro parte, & de iure eadem eſt ratio totius, & partis l. quæ de toto, ff. de rei vend. & in ſpecie Filliuc. loco ſupra citato.

Sic ampliata limitatur eadem concluſio, vt vera ſit, quando opera, induſtria,
6 atque vſus nauigij, aut alteriùs rei, quæ ab altero ſocio apponuntur, non ſunt æqualia capitali quoad valorem, quamuis prudentis arbitrio æqualia ſint capitali in ordine ad lucrum, nempè, vt ſocius, qui ea apponit æquè participet de lucro propter illa, ac alter propter capitale in tali, vel tali proportione, vt rectè declarat Molin. loco citato, concl. 2. Etenim ſicut opera, induſtria vſus nauigij, &c. pereunt conferenti; ita quoque debent perire capitale conferenti illud, ſi deperdatur, vt æqualitas ſeruetur: & hoc caſu, ait Molin. ita præſumi in dubio fuiſſe contractam ſocietatem. Secus autem, ſi opera, induſtria, & rei vſus eſſent æqualia capitali quoad valorem; quoniam tunc pactum, vt damnum capitalis deperditi ſit commune eſſet iuſtũ, ac rationabile; atque adeò ſocietas, in qua tale pactum apponitur, eſt rationabilis. Etenim quando opera, induſtria, & his ſimilia ſunt æqualia ſorti, ac capitali, vt ſupra, tunc lucrum, & damnum ex vi talis ſocietatis citra dictum pactũ, veniunt æqualiter diuidenda inter ſocios, iuxta ea, quæ habentur ex Caiet. 2. 2. q. 78. ar. 2. ad 5. & Molin. de contract. diſp. 416. num. 1. vbi ob id ait, quòd pactum eo caſu, quòd ſolùm lucrum diuidendum ſit æqualiter inter ſocios, & capitale ad eum, qui illud appoſuit integrum pertineat, eſt iniquum cum onere reſtituendi dimidium capitalis: Quòd ſi ex vi talis ſocietatis citra pactum aliquod lucrum, & damnum ſunt de iure æqualiter diuidenda; validum iuſtum; ac rationabile dicendum eſt pactum, de quò agitur, vt damnum capitalis deperditi ſit commune: ſi quidem tale pactum non ſolùm non eſſet contra, aut præter, quin potius ſecundum naturam ſocietatis eiuſmodi, vt habetur ex Molin. loco citato. Conrad. de contract. q. 93. corol. 3. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 11. & ex alijs.

Secundò limitatur ipſa concluſio, vt
7 locum non habeat etiam vbi opera induſtria, & cætera eiuſmodi capitali non eſſent æqualia, ſi fiat pactum, vt damnum capitalis deperditi proportionaliter ſit commune; ſiquidem hoc caſu pactum prædictum eſſet rationabile. Etenim quando operæ, & induſtria æquales eſſent in valore dimidio capitalis, valeret pactum, vt eas conferens accipiat tertiam partem totius ſummæ vt habetur ex Molin. d. diſp. 416. num. 1. ergo valet etiam pactum de damno capitalis deperditi, vt proportionaliter quoque ſit commune, atque adeò ſi deperdatur ca-

Digitized by Google

pita'e, qui poſuit operas, & induſtriam teneatur ſubire illius damnum pro tertia tantùm parte: nam pactum factum de lucro, intelligitur etiam de damno proportionaliter, vt in ſpecie Conrad. de contract. corol. 3. & Molin. vbi ſupra. Imò hæc ipſa limitatio vera eſt, etiam ſi capitale deperditum ſit ſtatim poſt ſocialem traditionem, ſeu communicationem, & ante operas exhibitas deperditum; quoniam adhuc ex natura talis cõtractus ſocietatis, & citra vllum pactum, deberet alter ſocius ſubire damnum medietatis capitalis deperditi; ſi operæ, & induſtria capitali eſſent ęquales: aut proportionaliter ſi non eſſent, iuxta ea, quæ ſupra diximus, & latè probat Conrad. loco citato. Vndè eo magis id fieri poſſet per pactum, cùm tale pactum non ſit nec præter, nec contra naturam contractus; ſed ſecundum eius naturam, & rectè rationi valdè conſentaneum, vt infra latius Deo duce, dicemus, q.

Non tamen rationabile eſſet prædi-
8 ctum pactum, ſi in caſibus prædictis fiat, vt damnum capitalis ſit cõmune æqualiter, aut proportionaliter vt ſupra etiã poſt aliquas, vel omnes operas exhibitas. Nam ſuppoſito, quòd omnes operæ exhibitæ eſſent in valore capitali æquales, & ſocietas eſſet contracta vt communio fiat in lucro, & capitali ſimul, ſi poſt exhibitionem omnium operum capitale fuiſſet deperditum, qui contulit opera nullum damnum capitalis teneretur ſubire; quoniam, & ipſe paſſus eſt iacturam omnium operum, quæ capitali ſunt æqualia: & propterea lucrum tantùm ſi ſuperſit, venit diuidendum, vt rectè probat Conrad. vbi ſupra. Sic etiam ſi medietatem operum exhibitarum capitale deperdatur, is qui poſuit operas de iure non teneretur ſubire, niſi quartam partem damni capitalis deperditi: nam dum qui ponit opera paſſus fuerit iacturam medietatis operum, cum opera ſint æqualia capitali, ratio expoſtulat, vt qui contulit capitale, patiatur etiam damnum medietatis capitalis. Verùm quia obligatus ad opera, non exhibuit aliam medietatem operum, vt æqua ſit ſocietas, tenetur ſoluere ei, qui contulit capitale medietatem, medietatis capitalis deperditi; atque ideò quartam tantũ partem, vt per eundem Conrad. loco ſupra relato. Ergo dum, mediante pacto, in caſu de quo agitur, quis vult damnum capitalis deperditi, eſſe æqualiter commune cum altero ſocio, tale pactum proculdubio non erit iuſtum, nec rationabile; & ſocietas eſſet irrationabilis.

Imò ita demum valet pactum, vt dam-
9 num capitalis deperditi poſt aliquas opera exhibitas ſit commune proportionaliter, iuxta ea, quæ ſupra diximus, quando is, qui promiſit operas, & induſtrias nolit reliquas operas exhibere: aliàs ſi præſtare velit reliquas operas, & de facto præſtiterit, non poteſt compelli ad ſubeundam partem damni capitalis deperditi: ſiquidem poſt omnes operas exhibitas, quando operæ capitali ſunt æquales is qui poſuit operas, non tenetur ad aliquam partem damni, vt ſupra oſtendimus. Ita Conrad. d. q. 93. corol. 2. verſ. Quintò, ſi pecunia eſt perdita. Vndè ex dictis patet, limitationem hanc veram eſſe, quando operæ capitali ſunt æquales, & capitale deperdatur ante omnes operas exhibitas: tunc enim valet pactum, vt damnum capitalis deperditi ſit commune æqualiter: vel ſi poſt aliquas ſit commune proportionaliter: ſecus autem ſi fiat pactum, vt damnum commune ſit, etiam poſt omnes operas exhibitas, vt rectè quoque declarat Molin. d. diſp. 416. Nec limitatio huiuſmodi aduerſatur iis, quæ ſupra adnotauimus ampliat. 1. quoniam ampliatio illa loquitur, quando operæ ſunt æquales capitali quoad interuſurium dumtaxat; non autem quando ſunt æquales quoad valorem, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, lib. 1. cap. 4. q. 2. Verſ. Ad cuius rei explicat.

Tertiò limitatur prædicta concluſio,
10 vt non procedat, vbi tale pactum compenſaretur arbitrio boni viri cum maiore parte lucri, vel pecunia aut cum alia re, vt infra, Deo duce, dicemus. q. ſeq.

An eo caſu, quòd pactum de ſalua ſorte in totum, vel pro parte in ſocietate in qua ſit communio in lucro tantùm, attenta eius natura, ſit irrationabile, fiat rationabile, ſi ad arbitrium boni viri compenſetur in lucro Q. V.

SVMMARIVM.

1 *Capitalis ſui periculum quilibet ex ſocijs tenetur ſubire.*

2 *Socie-*

2 *Societas eſt fraternitas quædam.*
3 *Pactum de ſalua ſorte in ſocietatibus eſt damnatum per Bullam Sixti V.*
4 *Pactum de ſalua ſorte in totum, vel pro parte in contractu ſocietatis, in qua ſit communio in lucro tantùm, poteſt eſſe rationabile, ſi ad arbitrium boni viri compenſetur in lucro.*
5 *Cap. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. intellectus.*
6 *Societas coiri poteſt, vt vnus partem damni non ſentiat, & lucrum ſit commune.*
7 *Pactum in ſocietate, vt alter lucri partem ferat, & nullum damnum.*
8 *Socij induſtria aliquando tanta eſſe poteſt, vt plus ſocietati conferat, quàm pecunia.*
9 *Socio conferenti pecuniam, & alteri conferenti operas, quæ pereant.*
10 *Pactum in ſocietate, vt ad vnum ex ſocijs pertineant duæ partes damni, & tertia lucri, & ad alterum duæ lucri, & tertia damni eſt de iure validum.*
11 *Pactum de ſalua ſorte, qualiter compenſetur cum lucro.*
12 *L. ſi non fuerint, & l. 1. ff. pro ſoc. intellectus.*
13 *Pactum in ſocietate, vt alter lucri partem ferat, & nullum damnum, qualiter iuſtificetur.*
14 *Conſtitutio Sixti V. damnans pactum de ſalua ſorte, qualiter ſit intelligenda.*
15 *Pactum de ſalua ſorte licitum eſt, ſi compenſetur in lucro.*

IN hac difficultate partem negatiuam
tuetur Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap.
1 19. num. 2. Mouetur ex eo, quòd tale
pactum eſt contra naturam ſocietatis,
cùm attenta eiuſdem natura, quilibet ſui
capitalis periculum teneatur ſubire, vt
in l. ſi non fuerint, ff. pro ſoc. Latè Doctor.
in l. 1. C. eod. At in caſu, de quo agitur,
alter ex ſocijs periculo ſui capitalis
non exponitur: ergo huiuſmodi pactum
eſt contra naturã ſocietatis, atque adeò
illicitum, atque irrationabile. Confirmatur,
quoniam de natura ſocietatis eſt,
vt in ea ſeruetur æqualitas. Etenim ſo-
2 cietas eſt fraternitas quædam, vt in l.
verùm, in prin. ff. pro ſoc. & propterea
pactum tollens æqualitatem inter ſocios
eſt contra ſubſtantiam contractus, vt habetur
ex Panor. conſ. 77. lib. 1. num. 2.
atque adeò illum annullat, vt ait Corn.
conſ. 139. col. 1. & conſ. 243. col. 2. lib.
1. quam ſententiam communem eſſe teſtatur
Decian. conſ. 11. num. 13. lib. 1.
& Tuſch. in ver. ſocietas, concl. 279. nu.
13. Sed cum pacto, de quo agitur, &
cum huiuſmodi recompenſationis inuolucro
non poteſt ſeruari æqualitas; ergo
tale pactum eſt illicitum, irrationabile,
& contra naturam, ac ſubſtantiam contractus,
eumdem irritans, & annullans.
Minor probatur; quia ponens capitale,
cùm id non exponatur periculo, ſtat
ſemper in tuto: ponens verò operas nihil
certi habet pro eius recompenſatione:
nam poteſt dari caſus, quòd in ſocietate
adſit damnum, vel ſaltem non
adſit lucrum, ex quo periculi iam ſuſcepti
recompenſationem habere poſſit.
Vndè non poteſt ſeruari æqualitas, vbi
vnus ex ſocijs ſemper eſt ſecurus non
poſſe ſentire damnum: & alter poſſit
ſentire damnum, & non ſit ſecurus poſſe
recipere compenſationem periculi iã
ſuſcepti. Denique hæc eadem ſententia
probatur per conſtitutionem Sixti V.
Deteſtabilis, qua in vniuerſum prohibetur,
ſocietatem contrahi, adiecto pacto,
vt ſors in quolibet caſu fortuito ſalua
maneat, atque ideò non eſt diſtinguendum,
an compenſatio fiat in lucro, vel
ne: quia lex generaliter loquens, generaliter
debet intelligi, & quando non
diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus,
l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. Non
igitur tale pactum eſt validum.

His tamen non obſtantibus, contrariam
ſententiam arbitror de iure veriorem
4 eſſe, quam tenet Io. Andr. in c. per
veſtras, de donat. inter vir. & vxor. dicens;
quòd, viro vergente ad inopiam,
poteſt deponi dos penes campſorem, qui
cauebit de dote cuſtodienda, & ſoluat
tot pro ſingulis centum: quod quidem
lucrum, non poteſt dicere percipi ex dote
depoſita, quia ex pecunia depoſita nõ
poteſt aliquid percipi citra vſuram, cùm
pecunia depoſita per aſſicurationem
tranſeat in mutuum; ergo intelligitur
lucrum recipi ex ſocietate, ſalua dote.
Probatur ex tex. in d. c. per veſtras, de
donat. inter vir. & vxor. vbi viro vergente
ad inopiam, ne dos conſumetur, præcipitur
deponi apud mercatorem, vt de
honeſto lucro vir ſuſtineat onera matrimonij:
id autem, mediante contractu
ſocietatis fieri poſſe, ait Gloſ. vbi, in ver.
Honeſti lucri. Ergo ſaltem ſi pactum de
ſalua dote, compenſetur in lucro percipiendo
minorem partem lucri.

Non obſtat ſi dicatur, quòd tex. ille
licèt ſtatuat, dotem mercatori commit-
5 ti, vt vxor partem honeſti lucri inde
percipiat; non tamen dicit, dotem pe-
riculo non eſſe ſuppoſitam; quoniam
reſpondetur, quòd dum Rom. Pontifex
eo modo conſulit doti, ne conſumetur,
tacitè vult periculo non eſſe ſuppoſitam,
atque adeo dotis aſſecurationem vult
compenſari in lucro, modo ſupra expli-
cato. Hinc viduæ, & pupilli maximè
in multis Regionibus, præſertim in to-
ta Liguria ſuas pecunias dare ſolent cã-
pſoribus, vt per ſpacium vnius anni, vel
etiam pluriam eas negotientur in cam-
bijs Nundinarum Lugduni, Placentiæ,
&c. periculo eorundem campſorum, cum
pacto, vt deponentibus ſingulis annis
reddantur quinque, vel ſex, licèt cambia
reddant minus: & ſi plus reddant totum
illud incrementum ſupra quippe, vel ſex
efficiatur ipſorum campſorum. Hanc
autem ſocietatem iuſtam eſſe, ac ratio-
nabilem, tenent Nau. in d. c. ſi fœnera-
ueris. num. 32. 14. q. 3. valent. 22. diſput.
5. q. 25. pu. 2. Azor. p. 3. Inſt. moral.
lib. 10. de camb. cap. 11. q. 1. Scac. de
commerc. & camb. q. 10. num. 2. & alij

Secundò probatur hæc eadem ſenten-
tia ex tex in l. ſi non fuerint, §. 1. ff. pro
6 ſoc. vbi habetur coiri ſocietatem poſſe,
vt vnus partem damni non ſentiat, & lu-
crum ſit commune: qood quidem licitè
fieri non poſſet, ſi aſſicuratio capitalis
non compenſetur in lucro. Confirma-
7 tur ex §. adeò, in Inſt. de ſociet. vbi ha-
betur pariter, quòd valet pactum in ſo-
cietate, ut alter lucri partem ferat, &
nullum damnum. Hæc autem pacta
nullo alio modo ſuſtineri poſſent, niſi
eorum fiat compenſatio in lucro. Eodem
modo poteſt intelligi tex. in l. Mutius,
in fin. ff. pro Soc. dum in eo ſimiliter
habetur, poſſe paciſci de lucro, deducto
damno.

Et quamuis demus cum Panor. in d.
c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor.
8 & conſ. 77. col. 2. circa medium, lib. 1.
quòd iura illa loquantur de ſocietate, in
qua vnus pecuniam: alter operam tan-
tùm conferat; pacto tamen adiecto, vt is,
qui operam ponit lucri partem acquirat
& nullum pecuniæ principalis damnum
ſentiat; nihilominus ſi iura illa rectè per-
pendantur, non fundantur in natura ſo-
cietatis, quæ eſt, vt pecunia illi pereat,
qui eam contulit; ſed in eo, quòd ple-
runque induſtria ſocij plus ſocietati cõ-
fert, quàm pecunia, vt patet ex illa l. ſi
non fuerint §. 1. ff. pro ſoc. ibi, *Plerum-
que enim tanta eſt induſtria ſocij, vt plus
ſocietati conferat, quàm pecunia.* Et pau-
lò ſupra, dictum pactum ita demum va-
leret, ait Iuriſc. *Si tanti ſit opera, quan-
ti damnum*. Et in d. §. adeò pariter ha-
betur, valere pactum in eo contentum,
*ſi in alia re lucrum, in alia damnum illa-
tum ſit, compenſatione facta, ſolùm quod
ſupereſt, intelligatur lucro eſſe.* Cùm
igitur pacta illa iuſtificentur in compen-
ſatione lucri cum damno: eò quòd ſup-
ponitur in ſupra relatis iuribus, indu-
ſtriam vnius ſocij plus conferre ſocieta-
tij, quàm pecunia alterius: ergo eodem
modo. pactum, de quo agitur, iuſtifi-
cabitur, quando pecunia vnius ſocij plus
confert ſocietati, quàm induſtria alte-
rius: & eo magis, quia communiter plus
importat pecunia in ſocietatibus, quàm
induſtria, vt probat Tuſch. in vet. ſocie-
tas, concl. 285. num. 9.

Tertiò probatur hæc eadem ſententia
9 ratione: ſiquidem in huiuſmodi ſocieta-
te cum tali pacto ſeruatur æqualitas in-
ter contrahentes, ita vt non magis vnus
grauetur altero: ergo licitum eſt pactũ,
de quo agitur. Clara conſequentia. Pro-
batur antecedens, & declaratur ſimul.
Nam in eo, qui pecuniam ponit in ſocie-
tate, non ſolùm conſideratur æſtimatio
periculi ipſius pecuniæ; ſed etiam æſti-
matio lucri ex eadem ſperati: at in eo,
qui confert operam, conſideratur tan-
tum æſtimatio operis. Vndè conferenti
pecuniam pereunt duo: nempè æſtima-
tio periculi, ſeu pretium aſſecurationis
capitalis, ſiuè periculum illud in ſe ſu-
ſcipiat, ſiue alteri perſoluat eius præ-
tium: Secundò perit illi æſtimatio lucri,
ab illa pecunia ſperati, ſeù prætium, quo
alteri vendi poteſt ſpes lucri, pecunia
ipſa percipiendi, detractis operis, & ex-
penſis. Ei verò, qui confert operam
ſolùm perit æſtimatio operis. Hæc enim
inter ſe comparanda ſunt, & ſecundum
horum proportionem lucrum eſt diui-
dendum, detracta ſorte pro eo, qui illam
poſuit. Ita Petr. Nau. lib. 3. de reſt.
cap. 2. num. 452. quem refert, & ſequi-
tur Leſſ. lib. 2. de Inſt. & iur. cap. 25.
dub. 2. q. 4. Nauar. in Man. cap. 12. num.
251. Molin. de contract. diſp. 416. ſub
num. 3. circa fin. qui cum Nauar. tenet
contra Sot. lib. 6. de Inſt. & iur. q. 6. ar. 1.

non

non rectè dicentem, quòd quando vnus confert pecuniã, & alter operas, pecunia æſtimatur ad conſequendum lucrũ iuxta quantitatem periculi, cui exponitur: non autem habetur ratio æſtimationis lucri ex ea ſperati.

Exemplum datur à Doctoribus de eo v. g. qui in ſocietate, de qua agitur, contulit mille aureos, quorum periculũ æſtimatur centum, & ſpes lucri detractis expenſis æſtimatur 200. Opera autem alterius ſocij æſtimatur 100. vndè, qui poſuit pecuniam, cenſetur contuliſſe 300. aureos, centum ſcilicet pro æſtimatione periculi, & ducentum pro æſtimatione ſperati lucri, qui ei omninò pereunt. Is autem, qui ponit operam cenſetur contuliſſe centum aureos dumtaxat, qui ei ex natura ſocietatis pariter pereant: & pecunia capitalis, quæ eſt 1000. aureorum, attenta natura ipſius ſocietatis, ſtat periculo eius, qui eam contulit; non autem periculo eius, qui contulit; operas. Demus modo, quòd in eiuſmodi ſocietate ſocij lucrentur 800. aureos, qui contulit operam habebit quartam partem lucri ideſt 200. aureos ideò quòd quartam partem contulit reſpectu alterius. Qui verò pecuniam poſuit, reliquas tres partes lucri, ideſt 600. aureos conſequetur; quoniã tres partes contulit reſpectu alterius. His igitur ſic ſtantibus, ſi is, qui pecuniam contulit, conueniret cum ſocio de ſalua ſorte; atque adeò, vt capitale ſit periculo conferentis operas, & lucrum ſit 800 aureorum: eo caſu, qui poſuit operas habebit quartam partem cum dimidio lucri, & ſic 300. aureos. Et qui poſuit pecuniam habebit reliquas duas partes cum dimidio, atque ideò 500. aureos. Vndè citra aſſecurationem ſortis lucraret 600. aureos; cum aſſecuratione verò lucratur modo 500. dumtaxat: ſiquidem, centum aureis ſupponimus fuiſſe æſtimatum periculum ſortis, quod in ſe ſuſcepit, qui contulit operas: totidem enim lucraſſent etiã, ſi aſſecurationẽ capitalis habuerit ab aliquo tertio, cui dederit centum pro aſſecuratione. Et ita damnum aſſecurationis rectè compenſatur cum lucro, & in tali contractu ſeruatur æqualitas, & non magis vnus grauatur alio.

Denique hæc ipſa opinio confirmari
10 poteſt ex eo quod valet pactum, vt ad vnum ex ſocijs pertineant duæ partes damni, & tertia lucri: & ad alterum duæ lucri, & tertia damni: quod non alia ratione fieri poſſe videtur; niſi quia ex propria natura ſocietatis ratione talis pacti interuenit compenſatio aliqua, vt patet ex §. 2. in Inſtit. de ſociet. Ergo pariter fieri poteſt pactum, vt quis lucri partem ferat, & nullum damnum, vt in d. §. adeò, in Inſt. eod. tit. quoniam eadem eſt ratio totius, & partis, l. quæ de tota, ff. de rei vendic. Nec obſtat ſi dicatur, quòd per ſortis aſſecurationem à conſocio, contractus ſocietatis tranſit in mutuum; cùm pecunia tranſeat in dominium eius, à quo aſſecuratur; quoniam reſpondetur, quòd per aſſecurationem alicuius rei, res illa non tranſit in dominium eius, à quo aſſecuratur, vt latè ex Nauar. probat Molin. de contract. diſp. 417. num. 10. verſ. Ad id verò: & eſtò, quòd tranſiret in dominium eius; non tamen ob id contractus ſocietatis tranſiret in contractum mutui: quia mutui dominium in tranſit in mutuatarium, vt de illo poſſit diſponere ad ſui libitum: at pecunia, de qua agitur, poſita in ſocietate licèt tranſiret in dominium ſocij aſſecurantis; de ea tamen non poſſet diſponere ad ſui libitum, ſed tantùm negotiari in beneficium ſocietatis, vt q. ſequenti latius, Deo duce declarabimus.

Limitatur tamen hæc concluſio, vt
11 vera ſit, quando ex lucro tantum conſequitur aſſecurator, quod ſit iuſtum pretium ſui oneris: aliàs ſi nullum lucrũ extiterit, vel ſi exter inſufficiens ſit ad pretium talis oneris, aſſecuratori aliundè deberetur prætium prædictum, aut ſupplementum pretij. Nam demus, quòd Tertius dederit Sembronio 100. aureos, quos ipſe Sempronius cùm ſuo periculo ſuſceperit, fuit inter eos conuentum, ut ex lucro ex negotiatione prouenientе tres, vel quatuor aureos in pretium ſui oneris ſeu periculi percipiat, & reliquum lucri inter eos æqualiter diuidatur; ſi nullum lucrum extiterit, proculdubio Sempronius aliundè deberet habere ſui oneris, ac periculi pretium: aliàs in ſocietate huiuſmodi non ſeruaretur æqualitas: ſiquidem Titius exponeretur lucro, & non damno, vt poſt alios ait Azor. par. 3. Inſt. moral. lib. 9. cap. 3. q. 6. verſ. Si quæras, in fin. Ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, quòd pactum de ſalua ſorte compenſandum in lucro ad arbitrium boni viri, tunc ſuum ſortitur eſſe-

Digitized by Google

effectum, cùm tanta quantitas lucri extat in partem cuiuslibet ſocij, quæ ſatis ſit pro pretio dicti oneris: aliàs ſi nullum lucrum fiat, aliundè deberetur aſſecuratori pretium ſui oneris: niſi lucrum veriſimiliter ſperatum ex ſocietate pro ſingulis ſocijs ſit magnum valdè, etiam habita ratione pretij oneris: tunc enim adeò magnum poſſet eſſe lucrum veriſimiliter ſperatum, vt conſideratis conſiderandis, ſi nullum lucrum deinde fiat, aſſecuratori in caſu, de quo agitur, non deberetur aliundè pretium oneris, ſeu periculi

Reſtat modo; vt ad contraria reſpondeatur.

AD primum negatur maior: & ad
12 tex. in d. l. ſi nō fuerint, & l. 1. dicitur, quòd quamuis de natura ſocietatis ſit, vt quilibet ſui capitalis teneatur periculum ſubire; nihilominus id verum eſt, quando nulla interuenit compenſatio in lucro, aut alio modo, vt in §. adeò, in Inſt. de ſociet. at in caſu, de quo agitur, ſupponimus compenſationem interuenire in lucro.

Ad ſecundum negatur minor, vt patet
13 ex iJs, quę diximus in tertia ratione ad probandam noſtram concluſionem: & ad minoris probationem dicitur, quòd licèt conferens pecuniam, quam vult ſaluam fieri, ſit in tuto ex hoc capite, quòd non poſsit amittere ſortem, & ponens operas nihil certi habeat pro eius recompenſatione, cùm poſsit dari caſus, quòd in ſocietate adſit damnum, vel ſaltem non adſit lucrum, ex quo periculi iam ſuſcepti recompenſationem habere poſsit: nihilominus ponens pecuniam eſt certus de iactura partis lucri, quam poterat conſequi, ſi ſortē ſaluam noluiſſet: & inſuper exponitur periculo amittendi æſtimationem lucri ex pecunia ſperati, ſi lucrum non fiat in ſocietate: hæc autem compenſantur cum periculo conferentis operas.

Ad conſtitutionem Sixti V. reſponde-
14 tur, eam loqui, quando fit pactum de ſaluanda ſorte ſimpliciter, nulla facta compenſatione in lucro, vel in alia re. Et quamuis generaliter loquatur: nihilominus lex generaliter loquens reſtringenda eſt ad limites rectæ rationis. Secundò reſpondetur, quòd pactum de ſalua ſorte, cùm compenſetur in lucro, eſt aſſecuratio ſortis, quam Sixt. V. per conſtitutionem illam non intendit prohibere, vt q. ſeq. latius, Deo duce, probabimus, & habetur ex Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 3. ſub num. 3. verſ. Nec obſtat, quòd Sixtus V.

Vndè his reiectis, concluditur, licitum
15 eſſe pactum de ſalua ſorte in ſocietate, ſi compenſetur in lucro. Ex qua concluſione patet etiam quid dicendum ſit de pacto, quòd vnus in ſocietate ponat operas tantùm alius vero 600. aureos ad tertiam partem lucri, & damni, 400. ſaluis remanentibus; ideſt ad lucrum, & damnum 200. aureorum dumtaxat, reliquis ſaluis. Etenim ſi opera non æſtimatur niſi tertia pars eius, quod contulit, pecuniam conferens, & periculum pecuniæ conferentis æſtimetur 20. & ſperatum lucrum ex pecunia alios 20. proculdubio contractus erit licitus; quoniā aſſecuratio 400. aureorum compenſatur in lucro: eo quod conferens operas conſequitur duas partes lucri, & conferens pecuniam vnam tantùm partem, & aliā partem poſſet conſequi, ſi illos 400. aureos ſaluos fore noluiſſet; atque ideò cū ſaluos voluit patitur damnū illius; vndè Sylu. in ver. ſocietas, q. 5. & Conrad. de contr. q. 95. qui damnant huiuſmodi cōtractum, ſunt intelligendi, quando æſtimatio aſſecurationis illorum 400. aureorum ad arbitrium boni viri, non compenſaretur in lucro: ſecus autem ſi compenſaretur, iuxta ea, quæ ſupra diximus; quia contractus eſſet licitus, & vnus ſocius non minus grauaretur alio. Et hanc ſententiam tenet Molin. de contract. diſp. 417. num. 12. verſ. Arbitror cum maiore.

An pactum, quod capitale ſit ſaluum ſimpliciter in totum, vel in parte, attenta natura ſocietatis in qua fit cōmunio in lucro tantùm inualidum, poſſit reddi iuſtum, & rationabile à contractu aſſecurationis ei adiuncto. Q. VI.

SVMMARIVM.

1 *Vſura eſt lucrum ex mutuo.*

2 *Socie-*

2 *Socius quòd particeps ſit lucri, & damni, eſt de ratione ſocietatis.*
3 *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*
4 *Societatis, & aſſecurationis contractus ſunt compatibiles ſimul.*
5 *Aſſecurationis definitio traditur.*
6 *Aſſecuratio qualis contractus ſit.*
7 *Aſſecurator non acquirit dominium rei aſſecuratæ.*
8 *Socius non acquirit dominium ſortis, quã aſſecurauit; ſed is cui ſit aſſecuratio remanet dominus ſicut prius.*
9 *Aſſecuratione non emuntur merces, ſed obligatio.*
10 *Aſſecurans pecuniam non acquirit dominium pecuniæ.*
11 *Aſſecurationis contractus eſt emptio.*
12 *Rei vendicatio rei domino competit.*
13 *Commodatum, aut locatum periculo commodatarij, ſeu conductoris ſuſceptum, cur nõ trãſeat in venditũ, ratio redditur.*
14 *Depoſitum pecuniæ apud aliquem factum, cum pacto vt ſuo periculo ſuſcipiat, & poſſit eo vti ad ſui libitum, tum tranſit in mutuum, & in dominium ſuſcipientis: ſecus autem ſi pecunia deponatur ſacculo incluſa, vel obſignata.*
15 *Societas, ſalua ſorte, citra ullam compenſationem eſt iniuſta.*
16 *Societas cum pacto, vt ſors ſalua fiat, licèt ſit iniuſta; poteſt tamen iuſtificari, ſi tale pactum compenſetur cùm iuſto pretio aſſecurationis.*
17 *Quæ inita cum diuerſis iuſta ſunt, cum eodem iuſta quoque erunt.*
18 *Pecunia collata in ſocietate, etiam ſi à conſocio aſſecurata ſit, cenſetur ea lege collata, vt in alio non expendatur, quàm in ſpectantibus ad ſocietatem.*
19 *Socius pecuniam acceptam ſi in alium vſum expendat, quàm ſocietatis, iniuriâ infert conſocio.*
20 *L. in nauem, §. idem iuris intellectus.*
21 *Lex generaliter loquens reſtringenda eſt ad limites rectæ rationis.*

IN hac re pugnantes extant opinio-
1 nes. Nam prima ſententia eſt negãs,
quam tenent Panor. in c. per veſtras,
num. 11. de donat. inter vir. & vxor. Sot.
lib. 6. de Iuſt. & iur. q. 6. ar. 2. Felic. in ſuo
tract. de ſociet. cap. 9. num. 25. & 26. &
alij, exiſtimantes, contractus huiuſmodi
non poſſe licitè celebrari cum eodem
ſocio, ſiue ſimul eodem inſtrumento celebrentur contractus ſocietatis, & aſſecurationis. In eandem ſententiam concurrit Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 3. q. 6. verſ. Ego autem; dum ait,
huiuſmodi ſocietatem coiri non poſſe;
niſi contractus aſſecurationis, & ſocietatis fiant cum tribus hominibus; atque
adeò aſſecuratio non fiat à conſocio, ſed
ab aliquo Tertiò. Mouentur ex eo, quòd
contractus ſocietatis hoc caſu tranſiret
in contractum mutui: ſiquidem capitale ex vi aſſecurationis tranſiret in plenum dominium conſocij aſſecurantis;
qui in fine ſocietatis teneretur idem
ſpecie, & tantundem reddere; & inſuper
lucrum, quod ex ipſa ſocietate fieret; atque adeò conferens capitale diceretur
lucrum ex mutuo percipere, quod citra
vſuram percipi nequit, cùm vſura nihil
aliud ſit, quàm lucrum ex mutuo. vt per
Abbat. & alios in reb. & in c. conſuluit,
de vſur. Secundò de ratione contractus
2 ſocietatis eſt, vt ſocius ſit particeps lucri, & damni, vt in l. 1. & ſeq. C. pro ſoc.
at in caſu de quo agitur, ſocius eſſet particeps lucri, & non damni; quia ipſius
pecunia per aſſecurationem conſtitueretur in tuto; atque ideò eſſet ſecurus
non poſſe pati damnum: & alter ſocius
damno exponeretur: ergo non eſſet vera
ſocietas, ſed vel mutuum vſurarium, vel
ſocietas Leonina. Denique confirmatur
hæc eadem ſententia ex conſtitutione
Sixti V. quæ incipit, *Deteſtabilis*. quæ in
vniuerſum prohibet, ſocietatem coiri ea
lege, vt ſors in quolibet caſu fortuitu
ſalua remaneat: nec diſtinguit, an pactũ
de ſalua ſorte, habeat contractum aſſecurationis annexum, vel non habeat: ergo conſtitutionis illius prohibitio in
3 vniuerſum generaliter, ac indiſtinctè eſt
intelligenda: ſiquidem lex generaliter
loquens, generaliter eſt intelligenda, &
quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. 1. §.* generaliter, ff. de
legat. præſt. Et eò maximè id verum eſt;
quoniam conſtitutio ipſa dat formam
ſocietati, cùm in ea conſtitutione dicatur, ſocietatem aliter contractam, iniquam, ac vſurariam eſſe: at conſtitutio,
quæ dat formam contractibus, in vniuerſum vim, ac locum ſibi vendicat.

Secunda ſententia eſt affirmans, atque
adeò exiſtimantium, ſocietatem cum tali
4 pacto rectificari poſſe per contractum
aſſecurationis; verum Doctores diuiſi
ſunt. Nam Caiet. in opuſc. tom. 1. tract.
31. reſp. 11. opinatur, contractum ſocietatis, & aſſecurationis fieri poſſe cum
ſocio;

ſocio; modo non eodem tempore fiant, ſed contractus aſſecurationis celebretur poſt ſocietatem contractam. Maior verò in 4. d. 15. q. 48. & 49. Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 4. num. 4. Nau. in Man. cap. 17. num. 254. & 255. & in cōment. de vxur. num. 32. & ſeq. Molin. de contract. diſp. 417. num. 8. Leſs. lib. 2. de Iuſtit. & iur. cap. 25. dub. 3. num. 31. & 32. & Io. Bapt. Lup. in ſuo tract. de vxur. com. 3. §. 1. num. 12. docent, ſocietatem prædictam rectificari poſſe per contractum aſſecurationis, ſiuè contractus ſocietatis, & aſſecurationis fiant ſimul, ſiue ſucceſſiuè: ſiuè expreſsè celebrentur, ſiuè tacitè, ſeù implicitè. Et Syl. in ver. ſocietas 1. q. 2. Tabien. ver. vſura 3. & Armil. ver. ſocietas, num. 6. volunt ſimpliciter, & abſolutè poſſe dictam ſocietatem coiri; non tamen exprimunt, an vno contractu, vel duobus ſeiunctis celebrari valeat. Hæc ſunt opiniones in hac controuerſia extantes; reſtat modo, vt quid nobis dicendum ſit videamus.

Pro determinatione huius difficultatis eſt adnot. primò, quòd aſſecuratio,
5 ſiue mercium ſit, ſiue pecuniarum ex communi omnium placito licita reputatur. Eſt enim aſſecuratio contractus, quo quis alienæ rei periculum in ſe ſuſcipit, obligando ſe gratis, vel ſub certo pretio ad eam compenſandam ſi
6 perierit. Et quamuis Syl. in ſum. ver. Negotium, q. 5. putet, aſſecurationem eſſe contractum innominatum, do, vt facias, ſeù do, ſi fiat; ſiquidem Titius dat mille, ſi nauis incolumis in Aſiam peruenerit: & Conrad. de contract. q. 71. reducat aſſecurationem ad contractum locationis operum: & alij denique, quos refert Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 11. cap. 8. de contract. aſſecurar. dub. 2. arbitrentur reduci ad contractum fideiuſſionis; nam aſſecurator nihil aliud videtur eſſe, quàm fideiuſſor, quia ſicut fideiuſſor ſe obligat ad ſoluendum debitum creditori, ſi debitor illud non ſoluerit, ita aſſecurator obligat ſe pro ſeruandis mercibus, ne pereant, & pro illis ſoluendis ſi perierint. Nihilominus ſecundum ſententiam magis receptam, quam tenent Aluer. valaſc. conſult. 64. num. 3. Molin. de contract. diſput. 507. ſub num. 2. Leſs. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 28. dub. 4. in prin. & alij, dicimus, contractum aſſecurationis reduci ad contractum emptionis, ac venditionis, eidemque eſſe valdè ſimilem: nam qui pretio aſſecurat videtur vendere ſuam obligationem, qua ſe obligat ad ſoluendum rei æſtimationem in euentum, quòd perierit: & alter hanc eandem obligationem videtur emere. Confirmatur, quia ſicut iactus retis, atque ideò ius ad piſces; qui retis iactu capientur, emitur, ac venditur, vt in l. ſi iactum, ff. de action. empt. ita onus, ſeù obligatio ſoluendi rem ſi pereat, emi; vel vendi poteſt, vt in l. periculi prætium, ff. de Naut. fœn.

Secundò eſt adnotandum, quòd quē-
7 admodum quando tertius aſſecurat merces vnius, vel plurium mercatorum, non acquirit eorum dominium; ſed eius remanent, cuius erat ante aſſecurationem, nihil impediente, quòd ſi pereant, non earum Domino, ſed aſſecuratori pereāt, vt probat Molin. ex Nau. & alijs de contract. diſp. 417. ſub num. 10. verſ. Ad id verò; ita etiam quando vnus ex ſocijs
8 mercatoribus aſſecurat partem mercıū tangentem alteri ſocio, non ob id acquirit dominium omnium mercium; ſed is, cui fit aſſicuratio, remanet dominus ſicut prius: quia, vt in præcedenti not. probauimus per contractum aſſecurationis non emuntur, ſeù venduntur mer-
9 ces, ſed tantùm emitur, ſeù venditur obligatio: ſiquidem qui pretio aſſecurat, videtur vendere ſuam obligationem, qua ſe obligat ad ſoluendum mercium æſtimationem ſi pereant. Ob id etiam cùm res commodata aſſecuratur à commodatario, vt in c. vnico, de commod. non tranſit in commodatarij dominium. Sic etiam depoſitum cum aſſecuratur à depoſitario, vt in l. 1. ff. depoſ. non poteſt dici tranſire in dominium depoſitarij; niſi id expreſſè concedatur, & depoſitum conſiſtat in pecunia numerata. Et res locata pariter cùm aſſecuratur à conductore, non tranſit in dominium illius: quoniam non res commodata, res depoſita, ſeù locata venditur per aſſecurationem; ſed tantùm emititur, ſeù venditur obligatio, quia commodatarius ſe obligat ad ſoluendum rei commodatæ æſtimationem ſi pereat: Depoſitarius ad ſoluendum rei depoſitæ, & conductor rei conductę æſtimationem pariter ſi res ipſæ pereant.

Tertiò eſt adnot. quòd quæ diximus de aſſecurationibus merces, extendimus
10 etiam ad aſſecurantes pecunias; atque ideo

ideò ſicut tertius aſſecurans merces, vel ſocius, qui aſſicurat partem mercium tangentem confocio non acquirit dominium earum; ita etiam Tertius aſſecurans Nauim pecunia onuſtã, aut ſocius, qui aſſecurat partem pecuniarum ſibi tangentem, quarum eſt onuſta nauis, non efficiuntur pecuniarũ Domini. Etenim per eiuſmodi aſſecurationis non emuntur pecuniæ, ſed tantùm obligationes, quibus obligantur aſſecuratores ad ſoluendas pecunias ſi pereant, vt ſupra diximus de aſſicuratione mercium, ita vt ambæ obligationes ſint eiuſdem rationis, nec poſsit aſſignari ratio, cur pecuniarum dominium transferatur in aſſecurantem eas, & mercium dominiũ non acquirant, qui aſſecurant illas.

Quartò eſt adnot. quòd ex dictis conſequitur, quòd quando duo contrahunt
11 ſocietatem, in qua vnus ponit pecuniã, & alter ponit operas, & is, qui operas ponit aſſecurat partem conferenti, & ſic pecuniam, iuſta pro aſſecuratione recepta mercede, aſſecurator non efficitur illius pecuniæ dominus: quia cùm aſsecurationis contractus ſit emptio, ſeu venditio quædam, in qua non emitur, nec venditur res, quæ aſſecuratur; ſed obligatio, qua aſsecurator ſe obligat ad illius pretium ſoluendum ſi pereat, proculdubio quando ſocius aſsecurat, & periculum in ſe ſuſcipit pecuniæ, ac ſortis collatæ à conſocio, illam non dicitur emere, nec illius acquirit dominium, ſed obligationem tantum vendere, qua aſsecurator ſe obligat, ſortem, ſeu pecuniam illam ſoluere, ne pereat. Nec dici poteſt, quòd dicta pecunia aſsecurata tranſeat in mutuum, ita vt mutuata cenſeatur aſsecuratori, atque ideò eiuſdem dominium in eo translatum, vt Sot. dicitur velle; quoniam id videtur omninò falſum: nam mutui adeò dominium transfertur penes mutuatarium, vt illius valeat ad ſui libitũ diſponere: ac ſocius aſsecurator ſortis non poteſt illam expendere: niſi in cauſam, ac beneficium ſocietatis. Imò ſi ſors illa furto ſubtrahatur, dum eſt in poteſtate ſocij, qui operas eſt collaturus, illius venditio ad eum pertinet, qui eam appoſuit; quod quidem non poſset, ſi non obſtante aſsecuratione, eiuſdem ſortis
12 dominus non remaneret: cùm rei vendicatio rei domino competat. l. doce ancillam, C. de rei vend. Et ſi ex ſorte illa merces fuerint comparatæ, earum dominium ad ambos ſocios ſpectat: quod vtique non eſser, niſi ſortis dominium maneret penes eum, qui eam contulit, vt rectè probat Molin. de contr. diſp. 417 ſub num. 8. in verſ. Hanc concluſionem: & in verſ. Imò verò: vbi alias rationes affert. Leſs. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25 dub. 3. ſub num. 29. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 35. cap. 3. de ſociet. ſub num. 54. Denique Commodatarij, ac Depoſitarij aſsecurantes commodatum, & depoſitum, non acquirunt dominium rei commodatæ, ac depoſitæ, vt in c. vnico, de commod. & l. 1. ff. depoſ. Molin. Leſs. & Filliuc. locis citatis. Sed dominium rei commodatæ remanet penes commodantem; ſicut dominium rei depoſitæ penes deponentem: & dominiũ rei locatæ penes locantem, quamuis conductor ſuo periculo eam ſuſcipiat, vt declarat quoque Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 4. q. 5. verſ. Tria in hac re.

Qui quidem Azor. vbi, idcircò ait cõ-
13 modum, aut locatum periculo commodatarij, aut conductoris ſuſceptum, non tranſire in venditum; quia commodato nequit quis ſuo arbitratu vti, ſicut nec re locata, cùm dentur ad certos vſus. Et eadem ratione, pecuniam depoſitam, inquit, non tranſire in mutuum, quãuis periculo depoſitarij ſacculo incluſa, vel obſignata ſuſcipiatur, vt l. ſacculũ ff. depoſ. ſiquidem depoſitarius non poteſt ea ad ſui libitum vti, ſed eãdem numero reſtituere debet. l. in nauem, ff. locat. Dixi, *Sacculo incluſa, vel obſignata.* Quia ſi pecunia deponatur apud aliquẽ
14 cum pacto, vt ſuo periculo ſuſcipiat, & poſſit ea vti, vt voluerit, tunc depoſitum huiuſmodi tranſit in mutuum, & in dominium recipientis, cùm poſſit impendere in vſus, quos maluerit, vt in l. certi conditio, §. depoſiti, & l. quod ſi ab initio, ff. de rebus credit. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima concluſio.

Societas, in qua ſit pactum, ſimpliciter, quòd ſors ſalua remaneat,
15 atque adeò capitale periculo nõ ſit ſuppoſitum citra compẽſationem aliquam, eſt iniuſta, ac irrationabilis. Hæc concluſio eſt communis, & patet ex ijs, quæ

 ſupra

ſupra adnotauimus, q. 5.

Secunda Concluſio.

QVamuis in contractu ſocietatis pactum de ſalua ſorte abſolutè ſum-
16 ptum, ſit iniquum; nihilominus iuſtificari, ac rectificari poteſt, ſi tale pactum compenſetur cum iuſto pretio aſſecurationis. Hæc ſententia eſt contra Sot. Azor. & alios relatos pro prima ſententia: & eſt omnium, quos citauimus pro ſecunda opinione, quibus adde quoque Angel. ver. ſocietas 1. §. 7. Gabr. in 4. d. 15. q. 11. dub. 11. Gregor. de Valent. diſp. 5. q. 24. pu. 2. Franc. Garz. de contract. p. 2. cap. 17. Lodou. Lopez. eod. tract. lib. 1. cap. 65. Bartol. Medin. in Inſtr. §. 27. Tol. lib. 5. ſuæ ſum. cap. 41. Ioſeph. Angles in Florib. 4. ſent. q. de ſociet. & nouiſsimè Fillinc. tom. 2. qq. moral. tract. 35. q. 9. num. 63. Probatur hæc concluſio primò ex l. ſi non fuerint: ff. pro ſoc. vbi habetur, quòd coiri ſocietas poteſt, vt nullam partem damni alter ſentiat: id autem nulla alia ratione fieri poteſt, niſi contractui ſocietatis addatur contractus aſſecurationis. Secundò probatur ratione; quia ſors, quam in ſocietate confert ſocius poteſt aſſicurari à Tertio, vt omnes concedunt, ergo poteſt aſſecurari à conſocio: ſiqui-
17 dem, quæ inita cum diuerſis iuſta ſunt, cum eodem iuſta quoque erunt, ſi liberè fiant, vt habetur ex Syl. Nauar. Lopez. Molin. Leſs. & ex alijs, quos ſupra retulimus. Etenim iuſtitia conſiſtit in æqualitate rei ad rem, non in habitudine ad perſonam, ſeù ſubiectum: & in hoc ab aliis virtutibus moralibus iuſtitia ipſa ſecernitur, vt ex communi Theologorũ, & Philoſophorum ſententia inquit Leſs. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 3. ſub num. 30. verſ. Tertiò iſti contractus, in fin. Tertiò, cæteris prætermiſſis, patet ex ijs, quæ probauimus ſupra, q. 6. dum oſtendimus, quòd pactum de ſalua ſorte in totùm, vel pro parte, licèt attenta natura ſocietatis ſit iniquum, & irrationabile; nihilominus iuſtificari, ac rectificari poteſt ſi ad arbitrium boni viri cōpenſetur in lucro: Ergo id fieri quoque poteſt, ſi pactum illud compenſetur iuſto pretio aſſecurationis. Etenim non poteſt aſſignari diuerſitatis ratio, cur tale pactum rectificetur compenſatione lucri, & non compenſatione iuſti pretij aſſecurationis: Et eò magis; quoniam illa compenſatio lucri eſt ſpecies aſſecurationis implicitæ. vt infra dicemus.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum
18 ſibi vendicet, etiam ſi ponens pecuniam in ſocietate cum aſſecuratione vt ſupra, expreſsè non proteſtetur, pecuniam illã nolle expendi ad libitum conſocij aſſecurantis; ſed tantùm expendi in rebus ad ſocietatem ſpectantibus: quoniam dum pecuniam confert in ſocietate, non modo tacitè, ſed etiam expreſsè cenſetur velle, vt in alio non ependantur, quàm in rebus ſpectantibus ad ſocietatem: & propterea non tranſit in dominium cōſocij, qui eam aſſecurauit. Imò ſi ſocius
19 pecuniam acceptam in alium vſum expenderet, iniuriam inferret eam ponenti: & tenetur quanti illius intereſt, non fuiſſe ſic impenſam, vt habetur ex Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 3. ſub num. 29. verſ. Secundò, quia mercator: falſum eſt igitur contractum aſſecurationis, pecuniam tranſire in dominium aſſecuratoris.

Nec obſtat tex. in l. in nauem, §. idem
20 iuris, ff. depoſit. vbi habetur, quod ſi quis pecuniam numeratam ita depoſuiſſet, vt neque clauſam, neque obſignatam traderet, ſed annumeraret, nihil aliud debere apud quem depoſita eſſet; niſi tantundem pecuniæ ſalueret, atque ideò eo caſu pecuniæ depoſitæ transfertur dominium penes depoſitarium; quoniam reſpondetur, quòd cum quis eo modo deponit pecuniam, depoſitum tranſit in mutuum: quia cenſetur ei tradita, vt ea vtatur, vt voluerit: at quando pecunia cum aſſecuratione confertur in ſocietate, non traditur in ſimplex depoſitum; ſed traditur in ſocietatem, vt cum ea negotietur, eademque vtatur ad emendas res ad ſocietatem ſpectantes dumtaxat: & ideò donec expendatur ad merces, dominium dictæ pecuniæ remanet penes eum, qui eam contulit, non obſtante aſſecurationis contractu: quia contractus aſſecurationis eſt quid diſtinctũ à contractu ſocietatis, & à prædicta pecunia, & ſic à ſorte: ſiquidem ſocietas eſt fraternitas quædam: pecunia eſt ſors, ſeu capitale collatum: & aſſecuratio eſt emptio obligationis, quia aſſecurator ſe obligat ſortem integram conſocio ſoluere, ſi in totum, vel pro parte pereat. Secundò reſpondetur, quòd pecuniæ numera-

mera-

mieratæ dominium, idcirco tranſit in depoſitarium; quia deponens cùm ex ea nullum lucrum intendat à depoſitario, cenſetur tacitè velle, vt ad ſui libitum ea vtatur, & in mutuum tranſeat, cùm de depoſito reddatur ſecurus ſi pereat: at cùm ſocius pecuniam confert in ſocietate, cùm ex ea velit emi merces, & res ad ſocietatem pertinentes, conſequenter vult, vt eam non expendat ſuo arbitratio; ſed expendat in gratiam ſocietatis, vt ex ea conſequi valeat ſperatum lucrũ. Præterea ſi vnus ex ſocijs det alteri ſuam pecuniam ea lege, vt illam ſuo periculo ſuſcipiat ad negotiationem, recepto iuſto aſſecurationis pretio, ita vt pecunia ipſa extra negotiationem vti non valeat; tunc pecunia proculdubio non tranſiret in mutuum, vt Aduerſarij met fatentur, vt habetur ex Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 4. q. 5. col. 4. verſ. Tertium eſt: ergo idem dicendum eſt, cum dat pecuniam ad ſocietatem ſimpliciter; quia tacitè cenſetur data cum tali pacto: at taciti, & expreſsi eadem eſt virtus, l. cùm quid, ff. ſi cert. petat. Pro hac eadem ampliatione faciunt etiam ea, quæ ſupra adnotauimus in 4. not.

Secundò ampliatur eadem concluſio, vt hoc ipſum pactum rectificari poſsit in ſocietate animalium, ſi compenſetur iuſto pretio aſſecurationis, vel in fructibus arbitrio boni viri, vt habetur ex Leſſ. loco citato, ſub num. 32. verſ. Notandum ſecundò, Molin. de contr. diſput. 417. num. 10.

Sic ampliata limitatur hæc eadem concluſio, cùm quis pecuniam in ſocietate ponit, & facit eam ſibi aſſecurari à ſocio, cum pacto, vt ea vtatur ad ſui libitum: tunc enim, quia huiuſmodi pecunia tranſit in mutuum, cùm aſſecurator poſsit eam expendere ad vſus, quos voluerit, vt in l. certi conditio, §. depoſiti, & l. quod ſi ab initio, ff. de reb. cred. & ſupra diximus, not. 4. in fin. tunc ex tali ſocietate citra vſuram non poteſt percipere incrementum aliquod, cùm vſura lucrum dicatur ex mutuo, vt ſæpè diximus. Eſt tamen verum, quod Molin. de contract. d. diſp. 417. num. 8. verſ. Illud admonuerim, ait, quòd hoc caſu, qui capitale ponit, ſi initurus erat verum ſocietatis contractum, eſtò quòd aſſecurationis contractum non celebraret, poſſet licitè propter lucrum ex eo ſibi ceſſans, incrementum aliquod ad arbitrium prudentis viri percipere.

Secundò limitatur dicta concluſio, vt locum non habeat, quando is, qui pecuniam in ſocietate confert cum contractu aſſecurationis ſciat, vel ſaltem probabiliter credat, conſocium aſſecuratorem ea pecunia non eſſe negotiaturum: nam tunc illicita eſſet huiuſmodi ſocietas: eo quod pecunia aſſecurata cenſetur tradita in mutuum potius, quàm ad ſocietatem: & propterea incrementum, quod ex ea percipitur, eſt reſtitutioni obnoxium; niſi recipiens excuſaretur ex capite lucri ceſſantis; quoniam ea via in gratiam accipientis, qui dat priuaretur æquali lucro, quod iuſtè ex ea pecunia erat percepturus. Ita Molin. d. diſp. 417. num. 9. concl. 2.

Tertia concluſio.

Societas cum pacto de ſalua ſorte, compenſato cum iuſto pretio aſſecurationis, vt ſupra, eſt iuſta, ac rationabilis, ſiue ſucceſſiuè fiant contractus ſocietatis & contractus aſſecurationis: ſiue ſimul eodem contractu. Hæc concluſio eſt contra Caiet. in opuſc. tom. 1. tract. 31. reſp. 11. aſſerentis contractus ſocietatis, & aſſecurationis fieri poſſe cum ſocio; modò non eodem tempore fiant; ſed cõtractus aſſecurationis celebretur poſt contractam ſocietatem. Probatur ipſa concluſio ex eo, quòd contractus ſocietatis, & aſſecurationis ſeorſum ſumpti, ſunt iuſti ac liciti: ergo ſunt etiam iuſti, ac liciti ſi ſimul fiant: ſiquidem ſimul, vel ſucceſſiuè aliquid fieri, non mutat iuſtitiam contractuum, & pactorum; dummodo ſeruetur æqualitas, & vtrimque libertas. Ita Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 3. ſub num. 30. verſ. ſi dicas.

Quarta concluſio.

Societas cum pacto de ſalua ſorte, compenſato cum iuſto pretio aſſecurationis, vt ſupra, eſt iuſta, ac rationabilis, ſiue contractus ſocietatis & aſſecurationis fiant explicitè, ſiuè implicitè. Hæc concluſio eſt Couar. Nauar. Io. Bapt. Lup. & aliorum, quos retulimus in relatione ſecundæ ſententiæ, paucis exceptis, qui generaliter, & non adeò diſtinctè in hac re loquuntur. Probatur

hæc concluſio: quia in contractibus idẽ operatur conſenſu implicitus, quod operatur explicitus: Si quidem taciti, & expreſsi eadem eſt virtus, l. cùm quid, ff. ſi cert. petat. Celebrantur autem in caſu, de quo agitur, duo contractus implicitè ſecundum Azor. poſt alios, p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 3. q. 6. verſ. ſi quæras, quando is, qui dat pecuniam ſocio, tanto minorem lucri portionem paciſcitur, ſeu exigit, quanto plus periculi ſuſcipit is, cui dat pecuniam. Vt ſi quis det ſuam pecuniam in ſocietatem cum pacto quòd ſit ſalua, & ſtipuletur tertiam; vel quartam partem lucri, cùm ex natura ſocietatis deberetur lucrum partiri pro æquali portione, is proculdubio, implicitè dicitur contrahere contractum aſſecurationis, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, q. præcedenti, in fin. noſtræ concluſionis.

Reſtat modo, vt contraria ſoluamus.

AD primum patet ſolutio ex quarto not. non enim pecunia tranſit in dominium aſſecuratoris, nec in contractum mutui. Nec intereſt, quòd pecunia illa miſceatur cum pecunia conſocij mercatoris: quoniam, qui contulit eam non ob id eiuſdem perdit dominium; quin potius facit illum dominum partialem totius ſummæ, cùm communi conſenſu miſceantur, vt in Inſt. de rer. diuiſ. §. ſi duorum, & Leſſ. lib. 2. de Iuſtit. & iur. cap. 25. dub. 3. ſub num. 29. verſ. Quod tripliciter, in fine.

Ad ſecundum dicitur, quòd l. 1. & ſeq. C. pro ſoc. loquuntur de ſocietate pura, & ſimplici: hæc enim exigit paritatem in lucris, & damnis: ſecus autem dicendum eſt de ſocietate habente alium contractum admixtum, nempè aſſecurationis, vt in caſu, de quo agitur. Et licèt conferens pecuniam, damni non ſit particeps; id tamen compenſatur alio contractu, ſpontè vtrinque inito, nempè cõtractu aſſecurationis, vt habetur ex Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 3. ſub num. 30. verſ. Ad argumentum 1 & propterea hæc ſocietas non poteſt dici Leonina.

Ad tertium reſpondetur, conſtitutionem Sixti V. loqui quando ſit pactum de ſoluenda ſorte ſimpliciter, nulla facta compenſatione in lucro, in pretio aſſecurationis, aut in alia re: quia huiuſmodi pactum eſſet contra naturam contractus, vt ſupra oſtendimus, q. 5. ſecus autem quando prædictum pactum aliquo ex dictis compenſaretur; quoniam tunc pactum huiuſmodi non eſſet contra naturam ſocietatis, ſed iuri naturali valdè conſentaneum, cùm ex eo quòd onus, & periculum ſuſcipit, vtilitatem, ac mercedem conſequitur, arg. tex. in l. ſecundum naturam, ff. de regul. iur. & in c. qui ſentit, eod. tit. in 6. Item reſponderi poteſt ex Azor. & Leſſ. de quibus infra q. ſeq. concl. 4. ampliat. 6.

21 Et quamnis conſtitutio illa generaliter loquatur; nihilominus lex generaliter loquens reſtringenda eſt ad limites rectę rationis: ſiquidem non eſt veriſimile, S.P. voluiſſe prohibere ſocietatem iuſtam, quæ talis decernitur à tot Doctoribus ſupra enumeratis: & eò maximè, quia ſumus in odioſis, ac in pœnalibus, in quibus ſtrictè facienda interpretatio, c. odia, de regul. iur. in 6. Ita Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 3. q. 7. verſ. Altera eſt, qui quamuis non teneat noſtram ſententiam; nihilominus ibidem, in fin. d. q. 7. teſtatur, ſe audiuiſſe à viris fide dignis, Sixtum V. viuæ vocis oraculo reſpondiſſe, cùm de dicta conſtitutione conſuleretur, ſe non condemnaſſe ſocietates tali pacto contractas, quas Claſsici Doctores ſua ſententia comprobarunt; ſed eas dumtaxat, quas illi communiter damnarunt. Hanc eandem interpretationem ad conſtitutionem ipſam tradit Leſſ. lib. 2. de Iuſtit. & iur. cap. 25. dub. 3. ſub num. 33. in ver. Primò quia; & nouiſsimè Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. de ſociet. cap. 3. ſub num. 59. vbi tamen cum Azor. loco citato. probat, poſſe Romon. Pontificem huiuſmodi contractum prohibere, cùm habeat quandam ſpeciem mali.

An

An iuſta ſit ſocietas negotiationis, in qua vnus confert pecuniam, alter operas, & fiat communio in lucro tantùm, cum pacto de ſalua ſorte, & de reddendo à recipiente ſortem, ſingulis annis, certum lucrum paruum pro incerto magno. Q. VII.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres viduæ præſertim, & alij in multis locis ſolent tradere Artificibus, & alijs negotiatoribus ad vtilem aliquam negotiationem ſub certo, ac determinato lucro ſuas pecunias cum pacto, vt ſaluæ fiant, & poſſint eas repetere poſt præfixum tempus.*

2 *Societas negotiationis ſub certo, ac determinato lucro quatuor modis contrahi contingit.*

3 *Societas negotiationis cum communione in lucro, ſalua ſorte, & ſub certo emolumento, eſt illicita: & perceptum ex ea eſt reſtitutioni obnoxium; ſi dans pecuniam ſciat probabiliter accipientem non eſſe eam negotiaturum, vel negotiaturum ad negotiationem illicitam.*

4 *Pecuniæ dominium in ſocietate cum trãſfertur in accipientem tranſit in mutuũ, & ex ea lucrum percipi nequit.*

5 *Pecuniæ depoſitæ dominium ſi transferatur in accipientem, depoſitum tranſit in mutuum.*

6 *Societas contracta ea lege, vt pecunia tradita negotietur, ſed ſalua ſibi reddatur ſub certo, ac determinatu lucro, quaſi in pretium, quòd ita negotiari permittatur, eſt vſuraria.*

7 *Pecuniã dans, negotiatori ſub certo, lucro quem credat ea eſſe negotiaturum, ſi ſimplex ſit, & idiota exiſtimans licitè contrahere; & lucrum intendat omni meliori, ac licito modo, non eſt condemnandus.*

8 *Pecuniam accipiens ad negotiandum, ſi illam non negotietur, tenetur ſoluere integrum capitale, & incrementum lucri ei, qui pecuniam ipſam bona fide tradidit, ratione lucri ceſſantis.*

9 *Pecuniam dans ſub periculo recipientis, & cum aſſecuratione, &c. ſub certo lucro, aut aliqua lucri parte, licitè poteſt accipere lucrum conuentum.*

10 *Aſſecuratione non amittitur rei aſſecuratæ dominium.*

11 *Conſuetudo in contractu ſocietatis valdè præualet.*

12 *Socius pecuniam conferens in ſocietate, videtur tacitè velle eam non expendi in alijs rebus, quàm in ſpectantibus ad ſocietatem.*

13 *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus.*

14. *Simul, vel ſuceſſiuè aliquid fieri non mutat iuſtitiam contractuum.*

15 *Pecuniam dans cum aſſecuratione ſortis, & lucri vt ſupra, licitè contrahit, ſiue contractus ſocietatis, aſſecurationis ſortis, & lucri ſperati fiant explicitè, ſiuè implicitè.*

16 *Pecuniam dans cum aſſecuratione ſortis, & lucri, qualiter dicatur implicitè celebrare tres contractus.*

17 *Pecuniam dans cum aſſecuratione vt ſupra dicitur rectè cõtrahere, etiam ſi ſimpliciter eam det ſub lucro ad rationem quinque pro centenario v.g. ſalua ſorte; dummodo intendat illud percipere omni iuſto titulo quo percipi poteſt.*

18. *Societas cum aſſecuratione ſortis, & lucri poteſt contrahi etiam in animalibus.*

19 *Societas cum aſſecuratione ſortis, & lucri poteſt coiri, etiam, attenta conſtitutione Sixti V.*

20 *Societas cum aſſecuratione ſortis, & lucri ita demum eſt iuſta, ſi aſſecuratio fiat ſponte, ac liberè; alias ſecus ſecundum aliquos.*

21 *Societatem cum aſſecuratione ſortis, & lucri celebrari poſſe etiam ſi ſponte non fiat, probabilius eſt dicendum.*

22 *Intentio recta in ſocietate quænam dicatur.*

1 AD quæſtionis tituli explicationem eſt adnot. quòd Molin. de cõtract. diſp. 417. in prin. ait, quòd Olyſsipone, & in alijs locis, ſolent non nulli, & præſertim viduæ proprias pecunias tradere artificibus, ac alijs negotiatoribus ad vtilem aliquam negotiationem ea lege, vt quandocunque, aut poſt aliquod determinatum tempus ad eorum libitum poſsint à ſocietate diſcedere, vt capitale in totum, vel pro parte ſit ſaluum, & denique, vt ex lucro ſingulis annis certum

quid

quid ipſius reddatur, nempè quinque, vel ſex pro quolibet centenario, ſiue negotiator multum, ſiue parum, ſiue nihil lucratur: vel eiſdem reddatur aliqua pars lucri, ita quòd ſi nullum comparetur lucrum, nihil præter capitale reddatur. Genuæ quoque in tota Liguria, & in multis alijs Regionibus viduæ, ac pupilli præcipuè ſuas pecunias Campſoribus tribuunt ſub ea lege, vt per ſpacium vnius, vel plurium annorum eas in cambijs negotientur, in nundinis v.g. Lugduni, Placentiæ, &c. periculo ipſorum campſorum, adiecto etiam pacto, vt deponētibus reddant pro lucro quinque, vel ſex pro ſingulis centum in anno, & ſi cambia reddant minus: verùm ſi plus reddant, totum illud incrementum ſupra quinque, vel ſex efficiatur dictorum campſorum. Huiuſmodi cōtractus mercatores, & campſores libenter coeunt; quia quò maiori pecuniarum copia negotiantur, eò plus lucrantur. Et vt ſe à cura, & labore ſuppurationum liberent, libenter quoque certum, ac determinatum lucrum promittunt; tanto magis quoniam ob id à conſcientiæ ſtimulis non agitantur: & ſocij capitale contribuentes à ſuſpicione, num plus lucri comparatum ſit, abſoluuntur. De huiuſmodi ergo, & alijs ſimilibus contractibus quæritur, an licitè celebrari poſſint: an verò ſemper illiciti ſint, ac vſurarij.

Quæſtionis huius determinatio pendet ex ijs, quæ, q. precedenti, determinauimus. Nam Doctores ferè omnes, quos in d. q. citauimus, loquuntur de huiuſmodi ſocietatibus. Vndè vt paucis ab hac re me expediam eſt adnot. cum Molin. loco citato, num. 7. quòd quatuor modis contingit dari pecuniam cum ſupradictis pactis. Primò dat quis pecuniam ad ſocietatem eo modo illi, quem credit ea non eſſe negotiaturum. Secundò contingere poteſt, dari pecuniam ei ab illo, quem putat pecunia ipſa eſſe negotiaturum; verùm non curat, an eadem negotiaturus ſit, vel non; Sed eiuſdem pecuniæ dominium transfert in accipientem cum ſupradictis pactis. Tertiò datur pecunia præcisè ad negotiandum, ea lege, vt eam accipiens in nullo alio poſſit inſumere, & ſuo periculo accipiat, ſub certo, ac determinato lucro, aut ſub aliquota lucri, quaſi in pretium, quòd ita in ſuum lucrum, & commodū illa negotiari permittatur. Denique dari contingit pecunia ad ſocietatem cū pacto, vt recipiens, ea ſalua remanente, negotietur, & pariat lucrum, ac perſeueraret in dominio dantis, ſoluto tamē ſibi certo lucro, aut eiuſdem aliquota iuxta caſus ſupra poſitos. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima Concluſio.

Dans pecuniam ad ſocietatē ei, quē credit ea non eſſe negotiaturū, aut
3 negotiaturū negotiatione illicita, ſub lege, quòd pecunia ipſa ſit ſalua, ac periculo accipientis ſi pereat, non poteſt aliquid ex huiuſmodi ſocietate percipere: & ſi quid percipiat reſtituere tenetur. Hæc concluſio eſt Molin. d. diſp. 417. conclu. 2. num. 9. Sot. lib. 6. de Iuſt. & iur. q. 7. art. 2. Lup. in c. nauiganti, num. 71. in fin. de vſur. Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 10. de camb. cap. 11. q. 1. Bcia p. 1. caſ. 22. Iuſtin. de contin. camb. q. 10. num. 4. & aliorum. Probatur, quia licèt is ore dicat pecuniam dare ad ſocietatem; re tamen pecuniam ipſam dat mutuo, quia ſcit, aut veriſimiliter credit, accipientem non eſſe ea negotiaturum: ergo lucrum ex tali pecunia percipi non poteſt, & perceptum eſt reſtitutioni obnoxium, cùm huiuſmodi lucrū ſit vſurarium: eo quòd vſura nihil aliud eſt, quàm lucrum ex mutuo. Et ſi dans prædictam pecuniam, ſciat, vel veriſimiliter credat, accipientem eſſe ea negotiaturum ad negotia illicita, quamuis dicat verbo dare ad ſocietatem; re vera tamen non dat: ſiquidem ſocietas non datur rei illicitæ, ac inhoneſtæ, cùm delictorum turpis, atque feda communio ſit, l. nec prætermittendum, l. quod autem, & l. ſi fratres, §. pen. ff. pro ſoc. Vndè illicitè acquiſita per ſocium non veniunt communicanda, nec inter ſocios diuiduntur, cùm nulla detur actio: & ſi præda collata fuerit ab eo, qui ſciente ſocio, maleficium admiſit, ſocius ipſe non ſolùm ablata reſtituere; verum etiam, & pœnam ſubire tenetur, l. ſi igitur, ff. eod. & nos latè ſupra adnotauimus, queſt. 12.

Secun-

Secunda concluſio

DAns pecuniam ad ſocietatem ſub certo lucro, ſeu ſub certa quota
4 lucri, transferendo in accipientem illius dominium, non curando, an ea ſit negotiaturus, vel non, quamuis credatur eam negotiaturum, & cum pacto, vt ſuo periculo ſuſcipiat; nihilominus ex huiuſmodi pecunia nullum lucrum percipere poteſt, & perceptum eſt reſtituendum. Hæc concluſio eſt Molin. loco citato, & aliorum. Probatur, quia cùm pecuniæ dominium transferat in accipientem, ſocietas tranſit in mutuum. Etenim cùm pecunia deponitur apud
5 aliquem cum pacto, vt ſuo periculo ſuſcipiat, & poſſit ea vti vt voluerit, tunc depoſitum huiuſmodi tranſit in mutuum, vt in l. certi conditio, §. depoſiti, & l. quod ſi ab initio, ff. de reb. credit. ergo ex eo non poteſt emolumentum aliquod percipere, & perceptum, tanquam vſurarium tenetur reſtituere, c. cùm tu, de vſur.

Tertia Concluſio.

DAns pecuniam alicui præcisè ad negotiandum, ita vt accipiens in
6 nullo alio poſſit eam expendere, transferendo illius periculum in accipientē ſub certo, ac determinato lucro, aut ſub aliqua quota lucri, quaſi in pretium, quòd ita in ſuum lucrum, & commodum negotiari permittatur, vſurā committit, & perceptum ex ea reſtituere tenetur. Hæc concluſio eſt eiuſdem Molin. vbi ſupra. Probatur, quoniam licèt verbo dicat dare dictam pecuniam ad ſocietatem, & ad negotiandum; re vera tamen dat mutuo: quoniam incrementum illud à ſocio non intendit ex ſocietate; ſed in pretium vſus ipſius pecuniæ, quæ ita in ſuum lucrum, & commodum negotiari permittit; id autem eſt vſura, quæ ex D. Thoma 2. 2. q. 78. art. 1. nihil aliud eſt, niſi pretium vſus rei mutuatæ. Præterea illa pecunia licèt negotiationi applicetur; non tamen cooperatur ad lucrum, vt dantis, ſed vt accipientis, ac ea negotiantis, cùm illius dominium translatum cenſeatur in accipientem, vt habetur ex Molin. ſub d. num. 9. concl. 2. in fin. vbi in verſ. Duo tamen ait duo quoque admonet.

Primum eſt, quòd vbi negotiatori datur pecunia ab aliquo cum ſupradictis
7 pactis, qui putet illum ea eſſe negotiaturum, & ex eadem lucrum intendat omni meliori, ac licito modo, ſi ſimplex ſit atque idiota, exiſtimans licitè negotiari, non eſt condemnādus: ſiquidem virtualiter ſaltem intendit celebrare tres contractus; nempè ſocietatis, aſſecurationis ſortis, & aſſecurationis lucri, vt concl. ſeq. dicemus. Vndè ſi mulier det Mercatori ſuam pecuniam ad rationem quinque, vel ſex pro ſingulis centum, quolibet anno, ſalua ſorte vt ſupra, & intentionem habeat lucrum illud conſequi omni iuſto titulo, quo poteſt, & aſſentiat mercator, huiuſmodi contractus eſt licitus: nam quamuis ſit vnus formaliter; nihilominus eſt triplex virtualiter, nempè ſocietatis, aſſecurationis ſortis, & aſſecurationis lucri; Etenim ſi demus mercatorem huiuſmodi eſſe lanarum; quæ mercatura probabiliter ſperetur redditura ad rationem quindecim pro quolibet centenario, & induſtria mercatoris æſtimetur quatuor, vel quinque pro negotiatione ſingulorum centum aureorum; pro aſſecurationis ſortis, & lucri iuſta cenſetur ſolutio quatuor aureorum; atque adeò donans pecuniam licitè percipere, poteſt ſex aureos, ſingulis annis, pro quolibet centenario, vt rectè docet Leſs. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. num. 24. Valent. 2. 2. diſp. 5. q. 24. & 25. pu. 2. Tolet. lib. 5. ſuæ ſum. cap. 4. Graff. in ſuis deciſ. lib. 2. cap. 120. num. 39. Iuſtin. de contin. camb. q. 10. num. 2. & ſeq.

Secundum quod idem Molin. loco
8 citato admonet, eſt, quod accipiens pecuniam ad negotiandum vt ſupra, ſi illa non negotietur, tenetur tamen ſoluere integrum capitale, & incrementum lucri; quoniam per ipſum non ſtat, quominus negotietur, & quòd ſuo periculo, ac damno proſequi nolit ſocietatis contractum. Idem dicendum eſt, ſi accipiens pecuniam ad negotiandum, negotietur eam in negotijs illicitis, vbi dans pecuniam credat veriſimiliter accipientem ipſum negotiaturum in negotijs licitis: tunc enim poſſet lucrum illud ſibi retinere ratione lucri ceſſantis, ſi pecuniam illam alij dediſſet, qui ad iuſtas negotiationes

tiones implicaſſet : ſecus autem ſi pecuniam prædictam non fuiſſet applicatutus ad aliam negotiationem , vt habetur ex Ioan.de Salas,de camb. dub. 15. num.2. Salon.eod.tract.q.4.art.2.contr.7. num. 3.Fabian. Genu. p.1. in prin. Romoald. Col.cap.14.in fin.eod. tract. de camb. & Bonac.de contract.diſp.3.q.5.pu. vnico, prop.5. Imò eo caſu poſſet exigere quoque intereſſe damni emergentis,& ſecundum aliquos intereſſe, iuxta ea , quæ habentur per Cagnol.in l.vnica , num. 45. in 2.dub.C.de ſent.quæ pro eo, &c. Gabr.lib.3.concl.tit. de ſolut. concl. 10. in fin.limit.,3.ſub num.6. Ioan. Bapt. Lup. in l.curabit , §. 6. ſub num. 19. verſ. ſed contrarium,& num.20. verſ. Sed aduertendum,C. de action. emp. latè Scac. de commerc.& camb.§.1.q.7.p.2. ampl.17. num.25.cum plur.ſeq.

Quarta concluſio.

9 DAns pecuniam cum aſſecuratione , vt ſupra , ita vt recipiens ea negotietur , & pariat lucrum , ac perſeueret dantis,ſoluto tamen ſibi certo lucro aut aliqua lucri parte , licitè poteſt accipere lucrum conuentum tanquam iuſtum , & perceptum licitè poteſt ſibi retinere , nec ad illius reſtitutionem tenetur. Hæc concluſio eſt Maior.in 4. d. 15. q. 48. & 49. Gabr.ead.d.q.11.dub.10. Gregor. de Valent.diſp.5. q.24. pu.2. Couar. lib.3. var.reſolut.cap. 2.num.4. Angel. in ver. ſocietas,§.7.Syl.eod.ver.q.2. Armil.eod. ver.num.6.Tabien.ver. vſura 3. num. 3. Molin.de contract.diſput. 417. concl. 1. Garz.de contract. par.2.cap. 17. Ludou. Lopez eod.tract.lib.1.cap.65. Leſſ.lib.2. de Iuſt.& iur.cap.25.dub.3. num. 31. & 32. Barthol. Medin. in Inſtr. §. 27. Tolet.lib.5.ſuæ ſum.cap. 41. Nauar. in Manuali, cap. 17. num. 254. & 255. & in Commentar.de vſur. num. 32. & ſeq. & in conſ.8.9. & 10. ſub tit. de vſur. Ioan. Bapt.Lup.tract.de vſur.com.3.§.1.num. 12.Ioſeph Angles in Florib. 4. ſent. q.de ſocietate, Filliuc.tom.1.qq.moral. tract. 35.cap. 3.q. 9.num. 53. Probatur hæc concluſio ex dictis in concl. præcedenti, verſ. *P*rimum eſt.Etenim huiuſmodi cõtractus licèt ſit vnus formaliter ; eſt tamen triplex virtualiter : ſiquidem vnus dicitur ſocietatis , in qua vnus confert pecuniam;& alter induſtriam, & operã : Secundus eſt aſſecurationis capitalis ab accipiente pecuniam : & tertius tandem eſt contractus aſſecurationis fructuum , ſeu lucrorum . At ſi huiuſmodi contractus ſeorſim celebrentur cum pluribus perſonis numero diſtinctis,liciti ſunt:atque ideò citra omnem controuerſiam licitè Titius contrahit ſocietatem cum Sempronio,in qua pecuniam conferat,& alter operas:& iuſtè quoque Titius contrahit contractũ aſſecurationis ſortis cũ Meuio;ac contractum aſſecurationis,ſeu venditionis lucri incerti pro certo cum Pamphilo:ergo eodem modo poteſt huiuſmodi tres contractus contrahere cum vna,& eadem perſona, nempè cum Sempronio , cum quo ſocietatem contrahit : quia iuſtitia conſiſtit in æqualitate rei ad rem;non autem in habitudine ad perſonam.

Confirmatur hæc concluſio ex eo
10 quòd in huiuſmodi contractu nulla conſpicitur iniquitas . Nam ſi eſſet aliqua iniquitas , aut id proueniret ex eo quòd non ſeruetur æqualitas inter ea , quæ commutantur : vel quòd mercator obligetur ad aliquid ſupra naturam cõtractus: vel denique ex eo quòd ratione aſſecurationis præſtandæ à mercatore ſit implicitum mutuum , ex quo non eſt licitum citra vſuram incrementum percipere.Non poteſt dici primum; quia ſupponimus eſſe æqualitatem ſecundum peritorum æſtimationem inter ea , quæ vtrinque præſtantur,vt optimè declarat Leſſ.loco citato, num. 25. verſ. Non ex primò: & verſ. 26. Neque poteſt dici ſecundum ; quia conſocius non obligatur ad ſubeundum periculum ſortis, quia id eſſet iniquum;ſed obligatur ex alio contractu , in quo noua datur compenſatio ęqualis illi grauamini:nam ideò pars aliqua lucri ſperati ei conceditur. Nec poteſt dici tertium; ſiquidem falſum eſt, quòd ratione aſſecurationis præſtandæ à mercatore , cui datur pecunia amittatur dominium , & fiat implicitum mutuum,vt contra Sot.probauimus,q.præcedenti.not.4.& concl.2.ampl.2. & latè probat Leſſ.d.dub.3.num.29.& 30. Molin.d.diſp.417.ſub num.8.Nauar.Couar. & alij Doctor.ſupra relati.

Denique probatur ex vſu , & conſue-
11 tudine quamplurimarum Regionum, in quibus citra ſcrupulum aliquem huiuſmodi contractus celebrantur , vt teſtantur Leſſ. Nauar. Et alij : ergo huiuſ-

modi

Digitized by Google

modi contractus eſt licitus;quia in contractu ſocietatis maximè conſuetudo magnam vim babet.Pro hac eadem concluſione faciunt ea, quæ ſupra cumulauimus,q.præced.concl.2.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum
12 ſibi vendicet, etiam ſi dans pecuniam ad ſocietatem, ac ad negotiandum cum aſſecuratione ſortis, & lucri, vt ſupra, expreſsè non proteſtetur, pecuniam illam nolle expendi ad libitum ſocij; ſed tantùm expendi in rebus ad ſocietatem ſpectantibus : quia dum pecuniam conferr in ſocietate,cenſetur tacitè velle, vt in alio non expendatur, cùm ſua interſit pro lucro captando : modò taciti, & ex-
13 preſsi eadem eſt virtus, l.cùm quid, ff. ſi cert. petat. & latè de hac re egimus, ſupra q.præced.concl.2. ampl.1. ſeu ampl. 2.vbi contraria ſoluimus.

Secundò ampliatur dicta concluſio,
14 vt vera ſit, ſiue ſucceſsiuè fiant dicti cõtractus, ſiue ſimul : ſiquidem huiuſmodi contractus ſeorſum celebrati ſunt iuſti, ac liciti:ergo ſunt iuſti, ac liciti ſi ſimul fiant:nam ſimul vel ſucceſsiuè aliquid fieri non mutat iuſtitiam contractuum, & pactorum;dummodo ſeruetur æqualitas.Ita contra Caiet.Nauarrus,Leſſ. Molin.& alij Doctor. ſupra relati pro hac ipſa concluſione,& ſupra q.præced.concl.3.

Tertiò ampliatur eadem concluſio, vt
15 locum habeat ſiue contractus ſocietatis, aſſecurationis ſortis, & lucri ſperati fiant explicitè,ſiue implicitè, vt habetur ex Nauar. Molin. Couar. Leſſ. & alijs, paucis exceptis, quos retulimus ad probandam hanc eandem concluſionem: nam in contractibus idem operatur cõſenſus implicitus, quod operatur explicitus,l.cùm quid,ff.ſi cert.petat. & patet ex ijs,quæ ſupra diximus,q.præced.concl.4.Confirmatur ex tex.in c.per veſtras, & ibi Gloſ. de donat. inter vir. & vxor. vbi viro vergente ad inopiam, nec valente dare ſufficientem cautionem pro dote vxoris conſeruanda, præcipitur, eam tradi mercatori, vt ex eius lucro valeant matrimonij onera ſuſtinere : quod quidem fieri non poſſet,niſi cum mercatore ſaltem implicitè tres illi contractus celebrarentur. Idem colligitur ex l.ſi non fuerint, ff. pro ſoc. vbi habetur,ita coiri ſocietatem poſſe, vt nullam partem damni alter ſentiat: quod quidẽ alia ratione fieri nequit, niſi per tres illos contractus explicitè, vel implicitè.

Cenſetur autem celebrari implicitè
16 huiuſmodi contractus, ait Leſſ.lib.2.de Iuſt.& iur.cap.25. dub. 3. ſub num. 31. verſ.Reſpondeo : quando quis ſuam pecuniam traderet mercatori, vt ſingulis annis ſoluat quinque,vel ſex, ſalua ſorte, eo modo quo Doctores docent: ſatis enim per hæc verba prædicti tres contractus implicitè intenduntur. Item implicitè dicuntur celebrari dicti tres contractus, ſi negotiator aliquis publicè proteſtaretur, ſe paratum ad accipiendam pecuniam à quacunque volente illi conferre illam in ſocietatem cum pacto de aſſecuratione ſortis, ad rationem quatuor pro centum, & lucri certi quatuor pro duodecim lucri incerti: nam ſi quis ſciens hanc proteſtationem conferat ei centum dicens ea tradere in ſocietatem negotiationis cum ſecuritate ſortis, & redemptione lucri incerti, iuxta proteſtationem, vt per Nauar. in Man. cap.17.num.55.

Quartò ampliatur, vt concluſio vera
17 ſit,etiam ſi dans pecuniam mercatori, ſimpliciter eam det ſub lucro ad rationem quinque, vel ſex, ſingulis annis,ſalua ſorte, intendens tamen dictum lucrum percipere omni iuſto titulo, quo percipi poteſt:ſiquidem huiuſmodi contractus quamuis præcisè ſumptus videatur vſurarius; nihilominus cùm dans pecuniam illam,intendat lucrum ex iuſto titulo proueniendum expreſsè, poteſt illud percipere ex titulo lucri ceſſantis, ſi re vera lucrum ceſſans tanti æſtimetur, etiam id non excogitauerit. Item poterit incrementum illud percipere titulo ſocietatis per tres illos contractus implicitè. Præterea per contractum cenſus vtrinque redimibilem,aut per alium eiuſmodi : ſiquidem ſatis eſt ſi intendat omni iuſto titulo id lucrari, vt habetur ex Gregor. de Valent. diſp.5.q. 25.num.2.& Leſſ. lib.2. de Iuſtit. & iur. cap.20.dub.12.ſub num.105.verſ.Primo ſi quis. vbi rationem hanc eſſe ait, quoniam ad iuſtitiam,ſeu æqualitatem ſatis eſt ſi titulus ſit cognitus, & volitus in genere, quamuis non cognoſcatur in ſpecie: modò extet,& propter illum exigatur æquiualens.

Quintò ampliatur,vt talis ſocietas coi-
18 ri poſsit etiam in animalibus. Vndè poteſt quis tradere centum oues ea lege, vt Paſtor præſtet eas ſaluas ſupplendo

Digitized by Google

ſiquid etiam furtiuito petierit: & propterea ſoluat aliquid certi pro fructibus: dūmodo ſpes fructuum ex dictis ouibus tanta ſit, vt iudicio prudentis æquiualeat oneribus, quæ Paſtori imponuntur, nempè obligationi præſtandi integrum numerum, & ſoluendi quotannis certam penſionem, vt rectè declarat Molin. d. diſp. 417. num. 10. & Leſſ. lib. 2. de Inſtit. & iur. cap. 25. dub. 3. ſub num. 32. verſ. Notandum ſecundò.

Sextò ampliatur hæc ipſa concluſio,
19 vt locum habeat, etiam attenta conſtitutione Sixti V. quæ incipit, *Deteſtabilis*. & damnat ſocietatem ea lege contractā, vt capitale, & certa pars lucri ex capitale ſint ſalua: ſiquidem d. conſtitutio eſt ſimilis diſpoſitioni c. nauiganti. de vſur. & propterea ſimilem recipere debet interpretationem, vt infra dicemus, lim. 1. Præterea dicta conſtitutio damnat ſocietates, in quibus vnus ſocius aſſecurat capitale alterius, non ſoluto iuſto pretio aſſecurationis; atque ideò conſtitutio illa deſtatur in contractu ſocietatis pacta tantùm illicita, quæ ſunt contra iuris diſpoſitionem, vt patet ex eiuſdem inſcriptione, & rectè aduertit Scac. de commerc. & camb. §. 3. Gloſ. 3. num. 36. vel denique dici poteſt, dictam conſtitutionem noſtræ concluſioni non aduerſari, quoniam ſecundum aliquos non eſt vſu recepta, præſertim in Belgio, vt per Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 10. de ſociet. cap. 22. q. 2. verſ. Secundò quæritur, il 2. & Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 3. num. 33. verſ. Nec obſtat in Belgio.

Sic ampliata limitatur ſupradicta cō-
20 cluſio, vt ita demum ſocietas cum pactis in d. concluſione contentis ſit licita, quando à conſocio fit aſſecuratio ſortis, & certi lucri ſponte, ac liberè: ſecus autem ſi ſocius nolit aliàs ſocietatem contrahere; niſi ſors ſibi aſſecuretur à conſocio, vt habetur ex Scac. de commerc. & camb. §. 3. Gloſ. 3. ſub num. 36. dum reſpondendo ad conſtitutionem Sixti V. ſupra relatam ait, dictam conſtitutionē eſſe ſimilem diſpoſitioni c. nauiganti, de vſur. & propterea ſimilem debere recipere interpretationem, vt ſicut dans mutuo non poſsit obligare mutuatarium ad recipiendam aſſecurationem mutui à mutuante, cùm obligatio illa ſit pretio æſtimabilis, atque ideò augeatur ſors mutuata; ita etiam dans ſuam pecuniam ad ſocietatem, non poteſt obligare ſocium ad aſſecurandum capitale; quoniā obligatio huiuſmodi eſt etiam pretio æſtimabilis, & ideò ex tali obligatione reſultaret iniuſtitia in ſocietate: ſecus autem ſi aſſecuratio ſit ſpontè, quia tunc ceſſat diſpoſitio dictæ conſtitutionis.

Sed re vera hæc limitatio nobis non
21 probatur: quoniam non video cur quis non poſsit nolle inire ſocietatem, niſi etiam alter ineat contractum aſſecurationis, ac lucri: ſiquidem poteſt quis nolle vendere, niſi emptor contentus ſit de pacto de retrouendendo: & eo magis, quia ſocij hoc modo magis expetunt ſocietatem coire, cùm magis lucrentur, vt inquit Filliuc. tom. 2. qq. moral. cap. 3. q. 9. num. 55. & propterea dicimus diſparem eſſe rationem mutui, ac ſocietatis: quia ex mutuo nihil expeti poteſt, vt in c. conſuluit, de vſur. at ex pecunia data ad ſocietatem iuſtè, ac rationabiliter poteſt lucrum intendi, ac percipi. Et quāuis ſocius obliget ſocium ad contrahendum ſecum contractum aſſecurationis modo prædicto, aliàs ſuam pecuniā ad ſocietatem non daturus: non tamen dicitur compellere conſocium ad contrahendam ſocietatem cum tali pacto; ſed remanet liber ad contrahendam ſocietatem: verùm ſi velit inire, vult ſocius eam contrahere cum pacto aſſecurationis, mediante iuſto pretio, ad arbitrium boni viri; atque ideò ex tali contractu nulla reſultat iniuſtitia, cùm in taxando pretio aſſecurationis eiuſdem obligationis à bono viro habeatur etiā ratio.

Secundò limitatur præfata concluſio,
22 vt licita ſit ſocietas, de qua agitur cum ſupradictis pactis, ceſſante omni fraude, ac ſimulatione, aliàs ſi intentio deprauara eſſet, lucrum ex tali ſocietate perceptum, eſſet reſtitutioni obnoxium, vt per Nauar. in Man. cap. 17. ſub num. 54. in fin. & Syl. in ſum. ver. ſocietas 1. q. 2. dum ait, valere ſocietatem cum pacto, quòd ſors ſit ſalua, etiam ſi aſſecuratio fieret à conſocio; modò intentio ſit recta. Eſt tamen verum, quòd per intentionem rectam intelligit ipſe Syl. quòd etiam citra ſocietatem ſocius aſſecuraret, & ipſe ponens pecuniam tale quid ſolueret, ſiue lucretur, ſiue non. Re tamen vera hanc rectitudinem intentionis, quam in caſu, de quo agitur, Syl. expoſtulat, arbitror non eſſe neceſſariam ad iuſtitiam huiuſ-

huiuſmodi ſocietatis. Satis enim ſupra limit. 1. oſtendimus, poſſe ſocium nolle contrahere ſocietatem, niſi conſocius contrahat etiam cum eo contractum aſſecurationis ſortis, iuſto pretio mediante.

An iuſta cenſeatur ſocietas, in qua vnus ponit centum aureos: alter verò operam, & induſtriam, valentes quoque centum aureos, cum pacto, vt lucrum dumtaxat æqualiter diuidatur. Q. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Capitale ſi pereat totũ dãnũ eſt cõferẽtis.*

2 *Operæ, & induſtria vnius ſocij quando æquales ſunt in volore cum pecunia alterius, ſi fiat pactum quòd lucrum tantùm æqualiter diuidatur, eſt iniquum.*

3 *Aequalia in ſocietate conferens, æquum eſt vt æqualia quoque reportet.*

4 *Operæ, & induſtria vnius ſocij ſi ſunt æquales in valore mercibus ab altero collatis, non fieri pactum, vt in fine ſocietatis lucrũ tãtũ æqualiter diuidatur.*

5 *Societas in dubio cenſetur contracta, vt in fine ſocietatis diuidatur lucrum proportionaliter, non autem æqualiter.*

6 *Operæ, & induſtria vnius ſocij ſi ſint æquales in valore capitali alterius, poteſt licitè fieri pactum ſimpliciter de diuidẽdo lucro in fine ſocietatis; dummodo non exprimatur de eo diuidendo æqualiter, vel proportionaliter.*

7 *Nemo præſumitur delinquere.*

8 *Lucrum qualiter diuidendum ſit in ſocietate, in qua vnus confert ſolùm pecuniã, & alter pecuniã, & operã, vsũ nauigij, aut alterius rei: aut vterque pecuniam, & operam inæqualiter.*

9 *Socius qui ponit operas licèt eas certò amittat in ſocietate, in qua ſit communio in lucro tantum; nihilominus qui ponit pecuniam certò quoque amittit æſtimationem periculi, & lucri ſperati, & ſic par eſt conditio vtriuſque.*

10 *Capitale operum in ſocietate, in qua ſit communio in lucro tantùm, non dicuntur ipſæ operæ, induſtria, &c. ſed perſona operatiua.*

11 *Operæ, & pecuniæ in ſocietate collatæ ſi ſint inæquales, ſi aliter non ſit conuentum præſumitur, quòd ſocietas ſit contracta in lucro tantum, non autem in capitali: ſecus autem ſi operæ, & pecuniæ ſint æquales in valore; nam tunc in dubio præſumitur ſocietas inita non tantùm in lucro, ſed etiam in capitali.*

12 *Aequalia in ſocietate conferentes, ea finita, æqualia debent reportare: qui verò inæqualia, inæqualia.*

13 *Operæ in principio ſocietatis impoſſibile eſt eſſe ſorti æquales, ac interuſurio; ſed eſſe poteſt, quòd ſocius ſuis operibus, & induſtria in principio ſocietatis ſolùm correſpondeat interuſurio, & poſt aliquot tempus correſpondeat interuſurio, & parti ſortis: & in fine interuſurio, & toti ſorti.*

14 *Capitale ſi pereat poſt poſitas operas, induſtriam, vſum nauigii, &c. qui huiuſmodi res contulit, nihil tenetur conſocio reddere: ſi pereat ante operas tenetur ad dimidium capitalis deperditi: ſi denique pereat poſt partem operarum, tunc teneretur reddere dimidium tantùm valoris eius, quod apponendum reſtaret.*

1 IN hac difficultate videtur prima facie affirmatiuè reſpondendum eſſe. Nã pro hac ſententia videtur D. Thom. 2.2.q.78.art.2.ad 5. Sot. lib. 6. de Iuſt. & iur. q. 6. art. 1. Bald. in l. 1. num. 1. vbi etiã Cyn. & Iacob. de Arena, C. pro ſoc. Syl. in ſum. ver. ſocietas, Angel. eod. ver. num. 10. Nauar. in Man. cap. 17. num. 252. verſ. Ad hoc autem, Azor. tom. 3. Inſtit. moral. lib. 9. cap. 14. de ſociet. q. 1. & cap. 5. q. 1. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 5. concl. 1. num. 54. & aliorum, dicentium, quòd in ſocietate, in qua vnus ponit pecuniam, & alter operas, ſeu induſtriam, de iure in fine ſocietatis diuiditur lucrum tantum inter ſocios, non autem pecunia collata; atque ideò capitale ſi ſuperſit, illud integrum debetur conferenti. Siquidem ſi capitale pereat, totum damnum eſt conferentis. ſiue pereat ante operas, ſiue in progreſſu, ſiue in fine, vt per Gloſ. in l. ſi non fuerint, in ver. ſocius, ff. pro ſoc. Bart. & Bald. in l. 1. C. eod. Et hanc ſententiam veriorem eſſe teſtatur idem Azor. d. cap. 4. q. 3. verſ. ſecunda opinio. Rationem autem hanc eſſe volunt; quia cùm pecuniæ

collatæ dominium remaneat penes conferentem, eidem etiam perire debet, ſi pereat: eo quòd res perit ſuo Domino: ergo recta ratio ſuadet, vt ſi capitale integrum remaneat, totum ſit eius, qui illud contulit;aliàs non ſeruaretur æqualitas, quæ in ſocietatis contractu omnino exigitur,d.l.1. C. pro Soc. Cùm igitur hæc omnia vera ſint, conſequenter ſit vt valida, ac rationabilis ſit ſocietas, de qua agitur, cùm ſit iuri communi conformis.

His tamen non obſtantibus contrariã ſententiam puto veriorem eſſe, quam te-
2 net Molin. de contr. diſp. 416. num. 1. dicens, quòd quando operæ, induſtria, nauigij vſus, aut alterius rei, qua vnus ex ſocijs apponit, æquales ſunt in valore cum capitali, quod alter apponit; ſi fiat pactum, quòd ſolùm lucrum diuidendum ſit æqualiter inter eos, & capitale ad eum integrum pertineat, qui illud appoſuit, huiuſmodi pactum eſt iniquum cum onere reſtituendi dimidium capitalis. Probatur hæc ſententia ex eo, quòd vnus ſocius cum confert centum aureos, & alter operas, vſum nauigij, &c. eiuſdem valoris, de iure pecunia illa efficitur communis vtrique ſocio,vt per Gloſ. in l. 1.C. pro ſoc.Conrad. de contract. tract. 6. q. 93. corol. 3. & Couar. lib.3. var. reſolut. cap. 2. num. 2. ſiquidem tantundem confert vnus,ac confert alter, & perinde eſt,ac ſi ab ipſis ſocijs collati fuerint in ſocietate 200. aurei, atque adeò de iure non tantùm lucrum; ſed etiam capitale in fine ſocietatis veniunt diuidenda; ergo iniquum,& contra iuris diſpoſitionem eſt pactum in ſocietate, de quo agitur, vt lucrum tantùm, & non capitale diuidatur. Confirmatur. quia talis ſocietas cum tali pacto videtur Leonina, de quà in l. ſi non fuerint, §. fin. ff. pro ſoc. Nam in ea vnus ſociorum poteſt pati ſolum damnum, & alter poteſt habere ſolum lucrũ: eò quòd ſi nullum lucrum ex ſocietate proueniat; ſed tantùm capitale ſaluum remanſerit,qui contulit operas, eas perdet, & qui contulit pecuniam, eam integram repetit. Denique ſi in caſu,de quo agitur tam capitale, quàm lucrum diuideretur æqualiter, proculdubio inter ſocios ſeruaretur æqualitas, cùm æqualia quoad valorem ſocietati conferrant: at huiuſmodi æqualitas non ſeruaretur, ſi fiat pactum, vt lucrum tantum diuidatur, & capitale integrum ad eum permaneat,qui contulit:ſiquidem æqualia quoad valorem contribuunt in ſocietate: ergo vt in huiuſmodi ſocietate ſeruetur æqualitas, æqualia debent portare,finita ſocietate; atque adeò ſatis non eſt,vt diuiditur lucrum, niſi diuidatur etiam capitale.

Hanc eandem ſententiam tenet Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 2.
3 num. 8. verſ. ſecundò, vt iſ. Conrad. loco citato, Couar. vbi ſupra, & Maior. in 4. d. 15. q. 47. Siquidem inquiunt,eo caſu non ſeruari æqualitatem; quia cum ſocij æqualia,quoad valorem in ſocietate contribuerint, æquum pariter eſt, vt finita ſocietate,æqualia reportent: quod quidem non eſſet, ſi tantum lucrum eſſet diuidendum.

Ampliatur hæc concluſio, vt idem dicendum ſit, vbi vnus confert merces va-
4 loris centum aureorum; alter verò operas, induſtriam, vſum nauigij, aut alterius rei eiuſdem valoris, vt per Molin. loco ſupra relato: ſiquidem hoc caſu idem eſt, ac ſi in huiuſmodi ſocietate ſinguli contuliſſet centenos aureos:quapropter in fine ſocietatis veniunt diuidendã de iure non ſolùm lucra æqualiter,ſed etiam merces;atque adeò iniquũ eſſet pactum,quòd ſolùm lucrum æqualiter ſit diuidendum: nam cùm ſocij æqualia quoad valorem in ſocietate cõtribuerint, æquum pariter eſt, vt finita ſocietate æqualia reportent, aliàs æqualitas in ſocietate non ſeruaretur contra tex. & ibi Gloſ. in l. 1. C. pro ſoc.

Secundò ampliatur eadem concluſio, vt iniquum etiam ſit pactum de diuidẽ-
5 do lucrum æqualiter in ſocietate,in qua vnus ex ſocijs apponit pecuniam, aut merces, & alter operas, induſtriam, vel vſum nauigij; & valor operarum eſt plus, vel minus, quàm valor pecuniæ collatæ. Etenim de iure in dubio cenſetur inita ſocietas, vt in fine ſocietatis, diuidatur lucrum tantùm, non æqualiter; ſed proportionaliter, vt colligitur ex ijs, quæ habentur ex Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. q. 2. Molin. d. diſp. 416. & ex alijs. Vndè ſi vnus ex ſocijs ponat in ſocietate aureos 1500. quorum interuſurium, & periculi æſtimatio ſint valoris 150. iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, q. 6. ver. Tertiò probatur:& verſ. exemplum datur.Et alter ponat operas, & induſtri-

& induſtriam, vſum nauigij, aut alte-
rius rei valoris 50. aureorum, ſi conue-
niant, vt in fine ſocietatis lucrum æqua-
liter diuidatur, tale pactum erit iniquū:
quia ſi in fine ſocietatis lucrum ſit 200.
aureorum, qui poſuit operas de iure ha-
bebit lucri quartam tantum partem, nē-
pè 50. aureos, & qui poſuit pecuniam
habebit tres partes, nempè 150. aure-
os: quo caſu in ſocietate huiuſmodi in
re nemo lucraretur, nec damnum pati-
tur: quoniam qui poſuit pecuniam ha-
bet tantùm æſtimationem illius inter-
uſurijs, & periculj; & qui poſuit operas,
&c. conſequitur earum æſtimationem
dumtaxat. Eſt tamen verum, quòd ſi
in dicta ſocietate lucrum ſit 800. aureo-
rum, qui poſuit operas habebit lucri
200. aureos: & qui poſuit pecuniam ha-
bebit aureos 600. vltra 150. quos con-
tulit; & ita vterque lucratur.

Sic ampliata limitatur dicta concluſio,
vt locum habeat in caſu, de quo agitur,
6 quando fit pactum de diuidēdo lucrum
æqualiter: ſecus autem ſi agatur de ſo-
cietate, in qua vnus ex ſocijs ponit cen-
tum aureos:. & alter operas, induſtriam,
&c. valentes totidem aureos, & ſimpli-
citer fiat pactum, vt in fine ſocietatis di-
uidatur lucrum dumtaxat, & non capi-
tale; nec exprimatur, an æqualiter, vel
proportionaliter lucrum ſit diuidēdum:
ſiquidem huiuſmodi pactum eſt iuſtum;
quoniam tale pactum in dubio poteſt
intelligi, vt lucrum non æqualiter, ſed
7 proportionaliter diuidatur; cùm nemo
præſumatur velle delinquere: & tunc
operæ non comparantur cum capitale,
quoad eius valorem, & proprietatem;
ſed quoad eiuſdem periculi, ac lucri ſpe-
rati æſtimationem: quo caſu pactum erit
iuſtum, & in huiuſmodi ſocietate ſerua-
retur æqualitas. Nam demus, quòd pe-
riculum, & lucrum ſperatum dictorum
aureorum 100. penſatis penſandis ad ar-
bitrium boni viri, æſtimetur 25. aureis;
& operæ induſtria, vſus nauigij, &c. ſint
valoris quoque centum aureorum: ac
lucrum denique in fine ſocietatis ſit au-
reorum 250. tunc diuiſio lucri iuſtè fiet,
ſi quinta pars lucri detur ei, qui poſuit
pecuniam, & aliæ quatuor partes den-
tur illi, qui poſuit operas: quia dum
æſtimatio periculi, & lucri ſperati pecu-
niæ appoſitæ ſit tantum 25. aureorum,
& operæ, induſtria, &c. fuerint æſtima-
tæ centum aureis; perinde eſt, ac ſi is,
qui poſuit operas contuliſſet centum:
& propterea lucrum diuidendum eſt in
quinque partes; atque adeò vna pars lu-
cri debetur ei, qui poſuit pecuniam,
nempè debentur 50. aurei, & capitale,
quod ſaluum remanſit: & ei, qui contu-
lit operas debentur quatuor partes,
nempe 200. aurei: eo quòd ipſe contu-
lit in ſocietate quatuor partes, 100. ſci-
licet aureos operarum: & alter vnam
partem, & ſic 25. aureos.

Ex dictis patet modò quid dicendum
8 ſit de ſocietate; in qua vnus confert ſo-
lùm pecuniam, & alter pecuniam, & ope-
ram, vſum nauigij, aut alterius rei: aut
vterque ponit pecuniam. & operam inæ-
qualiter. Etenim, ſecundum huiuſmodi
contrahendi modum, æſtimandum eſt
periculum ſortis, & ſpes lucri per talem
ſortem obtinendi, deductis operis, &
expenſis. Deinde ſingulorum operæ
ſunt æſtimandæ, & cum pretio periculi
ſortis, & lucri ſperati duo ſummæ vtrin-
que conflandæ, & iuxta harum propor-
tionem facienda eſt lucri partitio, vt ha-
betur ex Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25.
dub. 2. ſub num. 20. qui etiam addit, num.
21. idem dicendum eſſe de ſocietate cir-
ca animalia.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd in præfa-
9 ta ſocietate non ſeruatur æqualitas: quo-
niam ſocius, qui contulit operas certò
illas amittit: alter verò ſaluum retinet
capitale, vel ſaltem non certò amittit:
quoniam reſpondetur, quòd licèt, qui
confert operas, certò illas perdat, nihilo-
minus, qui ponit pecuniam certò quo-
que amittit æſtimationem periculi, &
lucri ſperati, & ſic par eſt conditio vtri-
uſque. Et ſi dicatur, quòd in caſu, de
quo agitur perdens operas, perdit cen-
tum aureos: & qui amittit æſtimationem
periculi, & lucri ſperati, amittit tantùm
25. aureos: Tunc reſpondebimus, quòd
tale damnum compenſatur in lucro:
cùm ponens operas ſi lucrum fiat, con-
ſequatur lucri quatuor partes: & ponens
capitale, conſequatur lucri tantùm vnā
partem, & exponitur periculo amitten-
di non ſolùm æſtimationem periculi, ac
lucri ſperati, ſi lucrum non fiat; ſed etiam
perdendi capitale, vt colligitur ex Fil-
liuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q.
2. num. 45. vbi etiam aliam reſponſionem
affert.

Adde ad probandam æqualitatem in
10 huiuſmodi ſocietate, quòd ſi res ipſa
recte

rectè perpendatur, capitale operum, induſtriæ,&c. non dicuntur ipſæ operæ, & induſtria, ſed perſona operatiua, vt habetur ex Conrad. de contract. q. 93. col.2.verſ.Secundum argumentum:ſicut capitale interuſurij, & æſtimationis periculi eſt pecunia in ſocietate collata: ergo ſicut, ſoluta ſocietate, ſi perſona, qui contulit operas, incolumis permanſerit,ſibi, ac ſuæ vtilitati incolumis permanet;ita etiam,qui pecuniam contulit, ſi ſalua maneat, ſibi ſalua manet, & ſic rectè in tali contractu ſeruatur æqualitas: vt infra latius, Deo duce,q. ſeq. declarabimus.

Reſtat modo, & contrarium diluamus.

AD rationem igitur in contrarium reſpondemus diſtinguendo ante-
11 cedens; quod aut pecunia,& operæ ſunt inæquales quoad valorem, & proprietatem: aut ſunt æquales. Si primum concedimus, quod ſi aliter non ſit conuentum, dominium pecuniæ collatæ remanet apud conferentem; ſiquidem ſi aliter non ſit conuentum, aut conſuetudine introductum in ſocietate huiuſmodi ſemper cenſetur facta communio in lucro, non autem in capitali, vt patet ex Doctoribus cõmuniter, præſertim Bald. in l. 1. vbi etiam Cyn. Iacob. de Aren. C. pro ſoc. Idem Bald. conſ. 260.num.4. verſ. Sed vnum conſiderandum,lib.1.vbi dicit hanc ſententiam eſſe magis communem,Alex. conſ. 117.in fin. lib.Tuſch. in ver. ſocij, concl. 287. num. 2. cum plur. ſeq. & Azor. tom. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 3. q. 1. verſ. Altera opinio: quo caſu ſi capitale pereat,adeò illud totum conferenti perit,vt ſi is,qui, operas erat appoſiturus, non dum illas appoſuit,aut non dum integras eas contulit, ad nihil tenetur: quoniam ea lege cenſetur contractus celebratus, vt rectè docet Molin. diſp. 416. num. 3. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q.5. num. 44. & alij ſupra relati Doctores. Quod ſi dicas ſecundum negatur antecedens. Etenim ſocietas, in qua vnus ſociorum ponit v.g. centum aureos quoad valorem, & proprietatem: & alter ponit operas, induſtriam, & vſum nauigij valentes totidem aureos, de iure cenſetur inita, vt in fine ſocietatis æqualiter ſint diuidenda lucrum, & capitale; quia perinde eſt,ac ſi tantundem pecuniæ poſuiſſet, qui poſuit operas: & propterea ſicut damnum æqualiter partitur inter ſocios; ita etiam in fine ſocietatis æqualiter partitur lucrum, & capitale, vt habetur ex Caiet.2. 2.q. 79. ar. 2. ad 5. Molin. loco citato, ſub num. 1. Vndè eo caſu iniquum eſt pactum, vt communio fiat in lucro, & lucrum tantùm æqualiter diuidatur, & non capitale: Siquidem non ſeruaretur æqualitas,
12 quæ exigit, vt æqualia quoad valorem contribuentes, finita ſocietate æqualia reportent: qui verò inæqualia contulerunt; inæqualia percipiant,iuxta tex. & ibi Gloſ. in l. 1. C. pro ſoc. Et quoniam impoſſibile eſt vt detur caſus in principio huius ſocietatis, quòd operæ, & in-
13 duſtria in totum,vel in parte correſpondeant ſorti,& interuſurio; ſed eſſe poſſe, quòd ſocius ſuis operibus, & induſtria in principio ſocietatis ſolùm correſpondeat interuſurio, & poſt aliquot tempus correſpondeat interuſurio, & parti ſortis, & demum in fine ſocietatis correſpondeat interuſurio, & toti ſorti,vt poſt alios Felic. de ſociet. cap. 9. num. 34. idcirco Molin. d. diſp. 416. ſub num. 1. concl. 1. circa fin. cum alijs, quos allegat, ait, quòd ſi capitale pereat poſt
14 appoſitas operas, induſtriam,& nauigij vſum, qui huiuſmodi res contulit, nihil tenetur conſocio reddere, qui capitale poſuit; quoniam capitale commune fuit effectum, & ipſe quoque operas perdidit æqualis valoris. Si verò ante quam operas apponeret, capitale periret; tunc qui promiſit operas, tenetur conferenti capitale ſoluere dimidium capitalis deperditi: ſiquidem non dum ex ſua parte tantundem valoris appoſuit, quem conferre tenebatur: & dimidium æſtimationis illius pertinet ad eum,qui capitale in pecunia, aut in mercibus contulit. Si denique capitale periret poſtquam alter ſocius partem operarum, &c.& reſtaret pars quoad valorem apponenda; tunc teneretur reddere dimidium tantùm valoris eius, quod apponendum reſtaret.

Digitized by Google

An ſi vnus ex ſocijs conferat 100. aureos: & alter conferat operas valentes totidem aureos, poſſit inter eos conueniri, vt in fine ſocietatis vnus poſſit repetere ſortem ſi ſalua remaneat; alter verò pretium operarum: & lucrum, quod ſupereſt diuidi inter ipſos. Q. IX.

SVMMARIVM.

1 *Operæ in principio ſocietatis impoſsibile eſt, vt correſpondeant ſorti, & interuſurio.*

2 *Aequalitas vt ſeruetur in ſocietate, ſi vterque ſocius æqualia contulit, æqualiter ſunt partiendæ lucri partes.*

3 *Socii, qui in ſocietate æqualia contulerunt, æquum eſt, vt in fine ſocietatis æqualia reportent.*

4 *Socius ſi conferat 100. aureos, & alter ſi conferat operas valentes totidem aureos, an poſsint conuenire, vt in fine ſocietatis vnus poſsit repetere ſortem ſi ſalua remaneat: alter verò pretium operarum: & lucrum quod ſupereſt diuidi inter eos.*

5 *Operum capitale eſt perſona operatiua, non autem opera.*

1 IN hac difficultate pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia fuit Angel. in ſum. ver. ſocietas 1. q. 17. Angel. de Perigl. in ſuo tract. de ſociet. q. 1. & Azor. 3. p. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 4. q. 1. exiſtimantium, ſocietatem, de qua agitur eſſe iniuſtam. Mouentur ex eo, quòd opera ſocij non poteſt haberi tanquam ſors principalis, ſeu tanquam capitale, tum quia in principio ſocietatis in commune non conferuntur operæ: imò impoſsibile eſt, vt detur caſus, quod operæ in principio ſocietatis in totum, vel in parte correſpondeant ſorti, & interuſurio, vt ex Felic. poſt alios diximus ſupra q. præced. in reſp. ad rationem cõtrariam, poſt med. verſ. Et quoniam: tum etiam, quia opera cuiuſcunque dicitur fructus eius, l. 7. & ſeq. ff. de oper. ſeruor. l. 1. ff. de operib. Libert. & ſupra etiam declarauimus, q. præced. limit. vnica, verſ. Adde ad probandam. Hinc ait Azor. loco citato, quòd ſi Titius conferat centum aureos: & Caius ponat ſuas operas valentes ſimiliter 100. aureos, ſi lucrum ſit 200. aureorum; Titius ſuos 100. aureos prius accipiet: & deinde 200. aurei negotiatione acquiſiti ſunt æqualiter inter ipſos diuidendi: & ſic ſeruatur æqualitas, quia opera Caij tantum valet, quanta eſt ſumma 100. aureorum, quos Titius ſocietatis contulit. Vndè ſi in huiuſmodi ſocietate fiat pactum, vt in fine ſocietatis vnus ex ſocijs poſsit repetere ſortem, ſi ſalua remaneat; alter verò pretium operarum: & deinde lucrum, quod ſupereſt, inter eos diuidatur; tale pactum erit iniuſtum, ac contra debitam æqualitatem, quæ requiritur in ſocietate.

Secunda ſententia eſt Maior. in 4. d.
2 17. Piſanel. in ſum. ver. ſocietas 1. §. 1. Goffred. quem refert Angel. d. ver. ſocietas. 1. q. 17. & aliorum dicentium, quod quando vnus ſociorum confert pecuniã, & alter operas eiuſdem valoris, in fine ſocietatis citra omne aliud pactum, qui contulit pecuniam repetet illam, ſi ſalua permanſerit: & qui præſtitit operas recipiet pretium perſonæ ſuæ, & ſic induſtriæ, ac operarum ſuarum: & deinde quicquid ſupererit de lucro, æqualiter eſt diuidendum inter ſocios. Rationem autem hanc eſſe volunt; quia opera vnius tanti æſtimatur, quanti pecunia alterius: ergo ſicut vnus ex ſocijs ante omnia ſuos centum aureos percipit: Sic etiam alter totidem retinere ſibi debet in pretium ſuarum operarum: & quoniam vterque in ſocietate æqualia contulit, æqualiter ſunt partiendæ inter eos lucri partes, vt æqualitas, quam ſocietas exigit ſeruetur, iuxta tex. in l. 1. & ibi Gloſ. C. pro ſoc. Si igitur hæc vera ſunt citra vllum pactum: ergo pactum, de quo agitur, tanquam iuri conſentaneum licitum eſſe cenſetur; atque adeò ſocietas cum tali pacto licita dicitur.

Pro hac eadem opinione faciunt quoque
3 ea, quæ ſupra cumulauimus, q. præced. verſ. His tamen non obſtantibus, ex Molin. Leſſ. & alijs, qui volunt, quod in ſocietate, in qua vnus ponit pecuniam, & alter operas eiuſdem valoris, pecunia illa

illa efficitur communis vtrique ſocio, & in fine ſocietatis veniunt diuidenda inter ſocios tam lucrum, quàm capitale; quia cùm in eiuſmodi ſocietate ſocij æqualia contribuerint, æquum pariter eſt, vt in fine ſocietatis æqualia reportent. Ergo ſi ſocij nolint in d. ſocietate communionem fieri in lucro, & capitali; ſed in lucro dumtaxat, ſatis æquum videtur, vt ſicut vnus ex ſocijs ſuam pecuniam ante omnia ſumit: ita etiam alter, vt ſuarum operarum pretium conſequatur: & deinde æqualiter eſſe diuidendum lucrum.

Hæc ſententia quamuis plures Do-
4 ctores habeat pro ſe, quàm prior: nam in eam videtur quoque inclinare Conrad. de contr. q. 93. concl. 2. corol 3. Couar. lib. 3. var. reſolut. cap. 2. num. 2. cum alijs, quos allegat; nihilominus prior ſententia in rigore nobis videtur verior: nam ſi citra vllum pactum dicta ſocietas contrahatur, in qua ſcilicet vnus poneret 100. & alter operas eiuſdem valoris: & in fine ſocietatis vnus vellet extrahere ſuam pecuniam, & alter operas, & diuidere inter eos lucrum profectò huiuſmodi ſocietas eſſet iniuſta: nam aut ſocietas cenſeretur coita, vt communio fiat in lucro, & capitali: aut in lucro tantùm. Non primum: quoniam in hac ſocietate non poteſt vnus ante omnia pecuniam, quam contulit extrahere, & alter pretium operarum: quia ex pecunia collata, & pretio operarum fit vna maſſa & in fine ſocietatis diuiduntur cum lucro æqualiter, vel proportionaliter iuxta ea, quæ habentur ex Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 2. num. 9. Quòd ſi ſecundum ex vi talis ſocietatis capitale tantum venit extrahendum ſi ſaluum remaneat, & operæ comparantur cum interuſurio, & periculo capitalis, non autem cum eiuſdem proprietate, vt per eundem Leſſ. loco citato, num. 12. & nos ſupra declarauimus, q. præced. atque adeò operæ non computantur pro capitali; eò magis, quoniam operarum ca-
5 pitale eſt perſona operatiua, non autem operæ. Vndè ſicut qui poſuit pecuniam ſi in fine ſocietatis ſalua maneat, ſalua manet conferenti; ita etiam qui contulit operas ſi incolumis permanſerit, ſibi, ac ſuæ vtilitati incolumis permanet, vt ſupra adnotauimus, q. præced. verſic. Adde. & ſic verior videtur prior ſententia. Eſt tamen verum quòd eo caſu puto lucrum non eſſe diuidendum æqualiter; ſed proportionaliter: nam ſi demus operas vnius ſocij in fine ſocietatis valere centum aureos: & periculum, ac lucrum ſperatum, ſeu interuſurium 100. aureorum, quos alter ſocius contulit, valere tantum 50. Si lucrum ſit 300. aureorum vltra capitale. qui contulit pecuniam ante omnia habebit centum aureos, quos poſuit: & inſuper alios centum, & ſic tertiam partem lucri: & qui contulit operas habit alias duas partes lucri, & ſic 200. aureos. Siquidem, qui poſuit pecuniam pro periculo, & interuſurio cenſetur contuliſſe in hac ſocietate 50. tantum, & qui poſuit operas centum; atque adeò ille vnam partem, & idest duas, nimirum igitur ſi de iure in huiuſmodi ſocietate, in qua fuerunt lucrati 300. aurei, ex eis 100. competunt conferenti pecuniam, & 200. ei, qui contulit operas. Quod ſi periculum, & interuſurium pecuniæ æſtimentur tantum 25. aureis; tunc ſi lucrum ſit 50. aureorum, qui poſuit ſortem 100. aureorum habebit ante omnia ſortem præcipuam, & ſic 100. aureos: & inſuper lucri alios 10. aureos, & ſic quintam partem lucri: & qui poſuit operas valentes 100. aureos, lucrabitur alios aureos 40. eo quòd iſte cenſetur contuliſſe quatuor partes: & ille vnam tantum. atque ita lucrum proportionaliter venit diuidendum: quo circa ſi fiat pactum, vt lucrum diuidatur æqualiter iniuſta eſſet huiuſmodi ſocietas: ſecus ſi inæqualiter, iuxta ea quæ ſupra adnotauimus, q. præced. limit. vnica. Et hæc ſatis probabiliter dicta ſint de hac difficultate.

An ſi vnus conferat 100. aureos: alter verò operas, & conueniat, quòd ſi in fine ſocietatis nullum reperiatur lucrum; ſed tantùm capitale ſaluum, illud integrum reddatur, conferenti, tale pactũ ſit rationabile. Q. 10.

SVMMARIVM.

1 In ſocietate in qua ſit communio in lucro tan-

tantùm, ſicut qui contulit pecuniam perdit emolumentum, quod ex ea potuit percipere, ita etiam, qui contulit operas debet eas perdere.

2 *In ſocietate ſeruari debet æqualitas.*

3 *Inter ſocietatem; in qua ſit communio in lucro tantùm, & ſocietatem, in qua communio ſit in lucro, & capitali, quænam differentia conſtituatur.*

4 *Societas, in qua ſit communio in lucro, & capitali, & vnus ſocij confert 100. & alter operas, ſi conueniant, vt ſi in fine ſocietatis nullum reperiatur lucrũ, ſed tantum capitale ſaluum, illud integrum reddatur conferenti, eſt iniuſta.*

5 *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus.*

6 *Societas in qua ſit communio in lucro, & capitali, expreſſa qualiter contrahatur.*

7 *Societas tacita, in qua ſit communio in lucro, & capitali qualiter contrahatur.*

8 *In ſocietate, in qua vi pacti, aut conſuetudinis communicatur tota ſumma, in omnibus debet ſeruari æqualitas, ita vt qui plus confert, maiorem portionem tũ lucri, tum capitalis percipiat; qui verò minus, minorem: ſi tandem æqualia conferantur, capitale & lucrum veniunt pro æquali portione diuidenda.*

9 *Exempla afferuntur de ijs, quorum alter in ſocietate confert 900. aureos, alter operas valentes 100. & communicatio fiat in lucro, & capitali: & de ijs quorum alter qui confert 200. aureos, & alter operas valentes totidem aureos.*

10 *Vnus ex ſocijs ſi conferat ſolùm pecuniã, & alter pecuniam, & operam, aut vterque conferat pecuniam, & operam inæqualiter, qualiter facienda ſit diuiſio lucri, & capitalis in ſocietate, in qua ſit communio in lucro, & capitali.*

11 *Societas, in qua ſocii conferunt æqualia in dubio cenſetur inita, vt communio fiat in lucro, & capitali.*

12 *Societas, in qua ſit communio in lucro tantùm, poteſt eſſe licita quamuis in ea fiat pactum, vt ſi in fine ſocietatis capitale tantum ſit ſaluum, totum reddatur conferenti.*

13 *Aequalitas rectè ſeruatur in ſocietate, ſi qui contulit operas, eas amittit, & qui contulit pecuniam nullum ex eo emolumentum conſequitur.*

14 *Nemo præſumitur velle delinquere.*

15 *Societas, in qua vnus pecuniam, & alter operas confert, eſt formaliter ſocietas, non autem contractus locationis operũ.*

16 *Societas an ſit, vel potius contractus locationis operum, quando operas conferens paciſcitur aliquotam lucri, quam merentur operæ.*

17 *Locatio ſtrictè non datur, niſi merces, quæ pro re locata tribuitur conſiſtat in pecunia numerata.*

IN hac re Azor. tom. 3. Inſtit. moral.
lib. 9. de ſociet. cap. 5. q. 1. ait quòd
2 ſi Titius, & Caius ſocietatem cõtrahant,
in qua Titius conferat 100. & Caius
operam, & induſtriam, & in fine ſocie-
tatis nihil lucri, ſed tantùm capitale ſal-
uum permanſerit; ſi nullum aliud pactũ
interceſſerit, ex vi ſocietatis nihil debetur
Caio in recompenſationem ſuarum ope-
rarum. quoniam ſicut Titius amittit
emolumentum, & commodum, quod
potuit ex ſuis centum percipere; ita etiã
Caius debet ſuam operam, & induſtriam
perdere: etiam ſi opera, & induſtria Caij
æſtimaretur quoque centum: etenim
vterque pecuniam, & operam periculo
ſubijcit, & propterea ſicut Caius perdi-
dit operam, ſic Titius potuit ſua centum
amittere. Quòd ſi in caſu, de quo agitur
ex vi ſocietatis nihil debetur ei, qui con-
tulit operas; ergo valet pactum, quòd ſi
in fine ſocietatis nullum reperiatur lu-
crum; ſed tantùm capitale ſaluum, illud
integrum conferenti tradatur.

Ex alia parte videtur dicendum hu-
2 iuſmodi pactum eſſe iniuſtum, atque
irrationabile: ſiquidem conferens capi-
tale in hac ſocietate nihil damni ſenti-
ret: & conferens operas, & induſtriam
eas omnino perderet, atque adeò non
ſeruaretur æqualitas contra tex. in l. ve-
rum, & in l. ſi non fuerint, ff. pro ſoc. Se-
cundò huiuſmodi pactum iniquum eſſe
oſtendimus ſupra, q. 9. vbi iniuſtam eſſe
ſocietatem oſtendimus, in qua vnum
ponit centum aureos: alter verò operam,
& indſtriam, valentes quoque centum
aureos cum pacto vt lucrum dumtaxat
diuidatur. Ergo idem dicendum eſt de
ſocietate, & pacto, de quibus agitur: ſi-
quidem idem eſt coiri ſocietatem cum
pacto, vt lucrum dumtaxat diuidatur, ac
ſi fieret pactum, vt ſi nullum lucrum
fiat, & capitale tantùm ſit ſaluum, illud
totum ſit conferentis: nam in vtroque
caſu ſemper capitale ſi maneat ſaluum,
integrum pertineret ad conferentem.
Denique non deſunt, qui velint, huiuſ-
modi contractum non eſſe ſocietatis: ſed

eſſe locati,ac conducti;atque ideò ſi nullum lucrum ex negotiatione prouenerit, ſed ſaluum tantum remaneret capitale, debetetur operas conferenti iuſta merces ad arbitrium boni viri. Vndè iniquum dicendum eſt prædictum pactum, cum vi illius nullam mercedem conſequeretur is, qui locauit ſuas operas, & induſtriam.

Pro determinatione huius difficultatis eſt diſtinguendum; quod pactum,de quo agitur aut fit in ſocietate, in qua fit communio in lucro,& in capitali ſimul: aut initur in ſocietate,in qua fit communio in lucro tantùm, & non in capitali. Differunt autem huiuſmodi ſocietates in hoc,quòd in priori ſocietate, qui confert operas non ſolùm fit particeps lucri; ſed etiam capitalis ſecundum æſtimationem operarum; ita vt negotijs peractis, ex tota ſumma, quæ ex lucro, & capitali conflata erit, tantum extrahat, quantum ſi loco operarum pecuniam æquiualentem contuliſſet. Eſt tamen verum,quòd ſi capitale pereat ante præſtitam totam operam,qui contulit operas, tenetur ſoluere alteri, cuius ſors perit, partem æſtimationis operarum,quæ cōferendæ reſtabant: ſiquidem ſicut, ſalua ſorte, & opera exhibita debetur ſocio, qui contulit operam certa pars ſortis; ita quoque deperdita ſorte, & opera ſalua, ideſt non dum exhibita, debetur ſocio, qui capitale, ſeu ſortem contulit, pars æſtimationis operæ reſtantis, vt rectè declarat Leſſ.lib.2.de Iuſt.& iur. cap. 25.dub.2.num.9.10. & 11. In poſteriori verò ſocietate non eſt conflanda vna ſumma ex capitali, & pretio operarum; ſed conſideranda ſunt, quæ vtrique pereunt, & hæc inter ſe comparanda. Etenim conferenti pecuniam, ſeu capitale pereunt duo, nempè æſtimatio periculi, ſeu pretium aſſecurationis capitalis, ſiue illud periculum in ſe ſuſcipiat, ſiue alteri perſoluat eius pretium: & æſtimatio lucri ex illa pecunia ſperati detractis expenſis: ei verò qui contulit operam ſolum perit æſtimatio operæ, vt declarat idem Leſſ.loco citato,num.12.cum plur. ſeq.& nos aliàs diximus. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima Concluſio.

SI pactum, de quo agitur fiat in ſocie-
4 tate, in qua fit communio non tantùm in lucro, verum etiam in capitali, proculdubio eſt iniuſtum. Probatur: quoniam ex vi huiuſmodi ſocietatis, ſalua ſorte, & opera exhibita, debetur ſocio,qui contulit operam certa pars ſortis, vt diximus ſupra ex Leſſ. Ergo non valet pactum, quòd ſi in tali ſocietate nullum lucrum reperiatur, ſed capitale tantùm ſaluum, illud integrum reddatur conferenti.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum
5 ſibi vendicet,ſiue ſocietas,de qua agitur, contrahatur tacitè, ſiuè expreſsè: ſiquidem taciti, & expreſsi eadem eſt virtus, l.cum quid,ff.ſi cert. petat. Contrahitur
6 autem expreſſe ſocietas, in qua fit communio in lucro,& capitali, quando verbis expreſsis coitur,vt per Gloſ. in. c. plerique, 13. q.3.vt quando vnus ex ſocijs ponit v.g.1000.aureos: & alter operam valentem centum, & fiat pactū expreſſum, vt in fine ſocietatis diuidatur non modo lucrum; verùm etiam capitale,quo caſu diuiſio fit proportionaliter, iuxta ea, quæ habentur ex Leſſ. loco ſupra relato, num.9. Bald. l.1. C. pro ſoc. Conrad. de contract. q. 93. verſ. Ex illa concluſione, Angel. ver. ſocietas, num. 29. & ex alijs, quos refert, & ſequitur Azor.tom.3.Inſtit.moral.lib.9.de ſociet. cap.3 q.2. qui quidem Azor. pro hac re allegat conſtitutionem Sixti V. quæ incipit,deteſtabilis,quæ ſtatuit, in ſocietatibus ſortem eſſe reſtituendam cùm extat,ſoluta ſocietate,ei, qui eam in ſocietate contulit, niſi fuerit cum ſocio communicata. Rationem autem hanc eſſe volunt præfati Doctores, quia tale pactum cum natura, & ſubſtantia ſocietatis non pugnat: imò ſocietati eſt valde conſentaneum, cùm in ea ſociorum bona communicentur,l.1.ff.pro ſoc. & aliquando contingit, vt induſtria, vel opera vnius tantum conferat ſocietati, quātum pecunia alterius, l.ſocietas,ff. eod.& §.de illa, in Inſtit. de ſociet. Nec ſocius communicando pecuniam eo caſu dicitur abdicare à ſe dominium pecuniæ, ſed ſuum dominium facit cum ſocio commune: ſicut ſi ambo ſocij conferrent in ſocietate pecunias; quoniam

tunc

tunc facerent eas communes, non quòd vnus ſuæ pecuniæ dominium à ſe abdicaret,& ad alterum transferret; ſed vterque alterum ſuæ pecuniæ dominium facit:ſiquidem non pugnat cum natura ſocietatis, vt duo vnius, & eiuſdem rei æqualiter ſint domini; ſicut vnus poteſt eſſe æqualiter duorum dominorum ſeruus, vt rectè declarat Azor. loco citato, verſ. Ad id vero.

Contrahitur verò tacitè ſocietas, in
7 qua ſit communio non tantum in lucro, verum etiam in capitali, quando vnus ex ſocijs ponit pecuniam, & alter operam,citra pactum aliquod:verùm in loco celebrati contractus adeſt conſuetudo celebrandi huiuſmodi ſocietates eo modo, vt in fine ſocietatis diuidendum ſit inter ſocios non tantùm lucrũ, ſed etiam capitale. Etenim ſi ſocietas ſimpliciter celebretur modo ſupradicto, neç ſocij exprimant, an in fine ſocietatis diuidendum ſit lucrum tantùm, vel non tantùm lucrum,ſed etiam capitale, tunc licèt de iure cenſeatur ſocietas contracta, vt diuidatur lucrum tantùm in fine ſocietatis; nihilominus ſi adſit conſuetudo in aliqua Regione contrahendi huiuſmodi ſocietates, ea lege, vt in fine ſocietatis diuidatur tam lucrum, quàm capitale, tunc tacitè cenſetur contracta ſecundum dictam conſuetudinem,atque adeò ſtandum eſt conſuetudini: quia in dubio præſumitur iuxta loci conſuetudinem ſocietas contracta, vt habetur ex Syl.in ſum.ver.ſocietas, 1.q.6. Molin.de contr.diſp.416.num.2.Azor.d.q.2. verſ. Sed quid dicendum, Filliuc. tom.2. qq. moral.tract.38.cap.3.q.5.concl.2. num. 46.& ex alijs.

Eſt tamen verum,quòd quando vi pa-
8 cti, aut conſuetudinis communicatur tota ſumma,ita vt in fine ſocietatis diuidenda ſint tam lucrum,quàm capitale, tunc in omnibus ſeruanda eſt æqualitas, ita vt,qui plus confert maiorem portionem tum lucri, tum capitalis percipiat: qui verò minus minorem partem: ſi denique tantum in valore conferat vnus ſocius, quàm alter, tam lucrum, quàm capitale veniunt diuidenda pro æquali portione.

Hinc ſequitur, quòd ſi quis conferat
9 in ſocietate 900. aureos, & alter ſocius operas,valentes centum aureos, & communicatio fiat in lucro, & capitali vt ſupra:& lucrum ſit 1000. aureorum, tunc in fine ſocietatis ei, qui contulit pecuniam debentur nouem partes, nempè 1800. aurei;ei verò, qui contulit operas debetur pars decima, atque adeò 200. aurei.Si verò maioris valoris ſint operæ, quàm capitale, vt quia operæ, & induſtria vnius ſocij ſint valoris 200. aureorum, & capitale alterius ſit 100. aureorum, & lucrum ſit 300. aureorum, tunc duæ partes totius ſummæ debentur ei, qui contulit operas, & vna tantùm ei, qui contulit pecuniam; atque adeò ex ſumma 600.aureorum, in quibus conſiſtunt lucrum,& capitale, 400. aurei debentur ei, qui contulit operas, & induſtriam,& 200.illi, qui contulit pecuniã. Quòd ſi denique æqualis valoris ſint operæ, & capitale, vt ſi capitale valoris ſit 200.aureorum, & operæ ac induſtria totidem valeant, & lucrum ſit 200. aureorum,ſecundum Conrad. de contr. q. 93. corol.3. & alios quilibet ſocius habebit 300. aureos: ſiquidem ſecundum horum ſententiam, quando in ſocietate ſit communicatio totius ſummæ, ita vt in fine ſocietatis tam capitale, quàm lucrum veniant diuidenda, tunc operæ æquiualent pecuniæ, & idem eſt, ac ſi vterque ſocius contuliſſet pecunias, vt ait Conrad.ibi:& propterea ſicut in fine ſocietatis pecuniæ eſſent vna cum lucro diuidendæ æqualiter,aut proportionaliter iuxta quantitatem pecuniarum, quã vnuſquiſque ſociorum contulit, iuxta ea,quæ habentur ex Azor.d.q.2.verſ.Ad id verò;ita quoque æqualiter,ac proportionaliter in fine ſocietatis diuidenda ſunt opera, & capitale vna cum lucro, quando vi pacti,ſeu conſuetudinis in ſocietate ſit communicatio totius ſummæ.

Ex quibus patet etiam quid dicendũ
10 ſit de conferente ſolùm pecuniam: & de altero conferente pecuniam,& operam aut de vtroque conferente pecuniam, & operam inæqualiter: ſiquidem iuxta huiuſmodi contrahendi modum omnia reuocanda ſunt ad æſtimationem pecuniarum, ac vna ſumma conflanda, quæ ſocijs ſit communis, & finita ſocietate, diuiſio totius ſummæ, quæ reperta fuerit, facienda eſt ſecundum proportionẽ eorùm,quæ ſinguli contulerunt, vt rectè Leſſ.lib.2. de iuſt. & iur. cap. 25.dub.2. num.20.qui num.21.idem dicendum eſſe ait de ſocietate animalium.

Illud in hac re nolui eſſe ſilentio præ-

tereundum,quòd ait Molin.de contract. d.diſp.416.ſub num.1.exiſtimans, quòd ſocietas, in qua vnus ſociorum ponit 200.aureos quoad valorem, & proprietatem:& alter ponit operam, induſtriā, & vſum nauigij valentes totidem aureos, erit iniqua, ſi in ea fiat pactum, quod capitale ad eum integrum pertineat,qui illud contulit:quaſi velit, quòd citra omne pactum, & conſuetudinem ex vi talis ſocietatis cenſeatur ipſa tacitè contracta, vt diuiſio non ſolum fiat in lucro, ſed etiam in capitali in fine ſocietatis. Sed reuera ſi res ipſe rectè perpendatur, Molin. & nonnulli alij id non dicunt,niſi pactum intercedat,aut conſuetudo in Regione adſit contrahendi huiuſmodi ſocietatem,in qua in fine ipſius diuidatur non ſolum lucrum,ſed etiam capitale, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus: & dum Molina damnat illud pactum,in tantum damnat,in quantum eſt coniunctum cum pacto, vt lucrum tantum æqualiter diuidatur, vt concl. ſeq. latius explicabimus in reſponſione ad argumenta. Eſt tamen verum prædictam ſocietatem tacitè eo modo fuiſſe contractam videtur velle Gloſ.in l.1.C. pro ſoc.Conrad. de contract. q. 93. corol.3. & Couar.lib.3.var.reſolut. cap. 2. num. 2.& nos ſupra adnotauimus q.9.

Secunda Concluſio.

12 SI pactum, de quo controuertitur fiat in ſocietate,in qua fiat communio in lucro dumtaxat,non autem in capitali.tunc pactum huiuſmodi poteſt eſſe iuſtum, atque adeò rationabile. Hæc concluſio eſt Leſſ. lib.2. de Iuſtit. & iur. cap.25.dub.2. num. 12. Probatur, quia in huiuſmodi ſocietate nō communicatur capitale, ſed operæ tantum, ac æſtimatio periculi capitalis, ac eiuſdem interuſurium, ſeu æſtimatio lucri ex ipſo capitali ſperati.Etenim in ſocietate prædicta non eſt conſtanda vna ſumma ex capitali, & pretio operarum iuxta ea quæ ſupra diximus in præcedenti concluſione;ſed conſideranda ſunt,quæ vtrique pereunt,& inter ſe comparanda. Siquidem capitale conferenti duo pereunt, vt aliàs diximus,æſtimatio periculi, ſeu pretium aſſecurationis capitalis, & æſtimatio lucri ex capitali pecunia ſperati, ſeu pretium, quo alteri vendi poterat ſpes lucri ex illa capitali pecunia percipiendi, detractis expenſis. Ei vero qui confert operas perdit tantùm æſtimatio operarum. Hæc igitur inter ſe comparari oportet, & ſecundum horum proportionem lucrum eſt diuidendum, detracto prius capitali ab eo, qui illud contulit, vt habetur ex Leſſ. loco citato poſt Petr.Nauar.de reſtit.lib. 3. cap.2. num. 452. Nam capitale cùm in tali ſocietate non communicetur, ſicut totum periculum pertinet ad eum,qui capitale poſuit; ita etiam ſi capitale ſaluum remaneat finita ſocietate, totum ſpectat ad eundem, ſiue lucrum factum fuerit in ſocietate, ſiue lucrum factum non fuerit, vt per Leſſ.ibidem num. 14. & 17. Quòd ſi hæc vera ſunt ex natura ſocietatis huius, proculdubio, valet pactum, vt ſi in fine ſocietatis nihil ſuperſit præter capitale, illud totum pertineat ad eum, qui illud poſuit.

Vndè his ſic ſtantibus, ad contraria
13 facile reſpondetur:ſiquidem ad primum dicimus, quòd in huiuſmodi ſocietate rectè ſeruatur æqualitas, ac eſt conditio vtriuſque:nam ſi qui contulit operas eas amittit, qui contulit pecuniam nullum ex ea emolumentum conſequitur,& periculo expoſitus fuit eandem perdendi.

Ad ſecundum ex ijs ſupra diximus,
14 q.9. reſpondetur,quòd tunc dictum pactum diximus eſſe iniquum, cùm communio fit in lucro tantum æqualiter diuidendo: ſecus autem ſi ſimpliciter fiat pactum de diuidendo lucrum, & non exprimatur,an æqualiter,vel proportionaliter ſit diuidendum, vt ſupponimus in caſu noſtro: ſiquidem tale pactum oſtendimus d. q. 9. limit. vnica non eſſe iniquum;nam huiuſmodi pactum in dubio intelligitur, vt lucrum diuidatur proportionaliter iuxta æſtimationem periculi ſortis,& lucri ex ea ſperati, cùm nemo præſumatur velle delinquere,vt in d.limit.vnica,latius declarauimus.

Ad vltimum reſpondet Azor. c.5. q.1.
15 verſ.Sed enim: quòd fuit quidam Neotericus ſcriptor, tract.de contr.par.2.cap. 17.qui ait, contractum, de quo agitur, non eſſe ſocietatis, cùm ſocij non ſint pares in damno, ſed locationis operum: verùm huius auctoris opinionem eſſe contra iuris diſpoſitionem: nam eſt contra tex.in l. 1. C. pro ſoc. vbi apertè habetur,poſſe coiri ſocietatem, in quo vnus pecuniam,& alter operam conferāt. Idē

proba-

Digitized by Google

probatur in l. ſi non fuerint, & in l. ſocietas, ff. eod. Air etiam eſſe contra communem Doctorum opinionem, qui volunt, ſuo damno, ac periculo in commune conferre pecuniam; niſi aliter expreſsè, vel tacitè conuentum fuerit: vel niſi conſuetudo aliter habuerit.

Eſſet tamen contractus locationis
16 operum; quando, is qui præſtat operas, vſum nauigij, &c. paciſcitur aliquo tam lucri, quàm merentur operæ, & vſus nauigij: translato periculo capitalis in cōferentem illud; ſicut, & commodo ſi ſaluum fiat, vna cum reliquis lucri partibus: vt patet ex ijs, quæ habentur ex Nauar. in Man. cap. 17. num. 252. & Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 2. num. 7. qui dicunt, huiſmodi contractum multoties inire mercatores cum ſuis factoribus, nolentes eos admittere in ſocietatem; ſed vt diligentiores ſint danr eis in mercedem partem lucri. Eſt tamen verum, quòd huiuſmodi contractus non poteſt dici locatio operum, ſtricto modo ſumpta; ſed locatio, lato ſumpto vocabulo:
17 ſiquidem non datur locatio ſtrictè conſiderata, niſi merces, quæ pro re locata datur conſiſtat in pecunia numerata, vt in l. 1. §. ſi quis ſeruum, & ibi latè Doctor. ff. depoſ. Molin. de contract. diſp. 486. ſub num. 2. verſ. Deinde nomine mercedis, Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 8. de locat. cap. 4. q. 4. & infra latius, Deo duce, dicemus, cap. ſeq. q. 1.

An ſi vnus ponat pecuniam 100. aureorum; alter verò operas, poſſint paciſci, vt qui confert operas nullum damnum ſentiat; ſed habeat aliquam partem lucri, quā ipſius opera meretur, & reliquum ſit eius, qui pecuniam contulit. Q. XI.

SVMMARIVM.

1 *Socius ſi centum aureos conferat, & alter ſocius operas poſſunt paciſci, vt qui confert operas nullum damnum ſentiat; ſed habeat aliquam partem lucri, quam ipſius opera meretur, & reliquum ſit eius, qui pecuniam contulit.*

2 *Societas dici non poteſt ſi præſtans operas paciſcatur de certa, ac determinata parte lucri: ſecus autem ſi ſimpliciter fiat pactum de quota lucri.*

3 *Locatio ſtrictè ſumpta, & locatio lato ſumpto vocabulo, qualiter differant inter ſe.*

AD hanc difficultatem reſpondetur affirmatiuè. Eſt tamen verum,
1 quòd huiuſmodi contractus tunc erit contractus ſocietatis, quando ſimpliciter fit pactum de quota lucri, non facta mentione nec formaliter, & expreſsè, nec tacitè, ſeù virtualiter, quòd illa quota lucri detur conferenti operas in
2 ſtipendium ſuarum operarum: aliàs talis contractus non eſſet ſocietatis, ſed locationis operum, vt patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus q. præcedenti in fine, & ex ijs, quæ docet Molin. de contract. diſp. 411. num. 2. & Filliuc. tom. 2. qq. Moral. tract. 38. cap. 1. q. 3. num. 3. quæ quidem locatio dicitur talis, lato ſumpto vocabulo, vt ſupra diximus, q. præced. in fine. Eſſet tamen formalis, verè, ac propriè locatio operum, ſi is, qui confert operas conueniat cum altero ſocio, qui pecuniam ponit de certa, ac determinata mercede, ſibi danda in pecunia numerata, nempè in tot aureis, aut argenteis, ſiue lucrum obueniat, ſiue non: & ſiue parum, ſiue magnum lucrū: nec velit damnum ſuſtinere in illa ſua mercede, nec etiam in capitali pecunia, vt rectè declarat Conrad. de contract. q.
3 93. ſuppoſ. 1. Differunt autem locatio largè ſumpta, & ſtricto modo in hoc; quoniam pro priori datur actio præſcriptis verbis; pro poſteriori verò datur actio locati, vt infra dicemus, cap. ſeq. q. 1. Imò ſatis intereſt ſcire, an contractus, de quo agitur ſit formaliter ſocietas; vel locatio: ſiquidem ſi eſt ſocietatis contractus eſt de eo iudicandum iuxta leges, & priuilegia ſocietatis: eiuſdemque iuſtitia aliter expendenda erit ex proportione induſtriæ ad capitale, & ad lucrum. Quòd ſi ſit locatio, ſatis eſt ſi lucrum in ſpecie ſit æquale valori operæ, ac induſtriæ collocandæ in negotiatione, vt bene explicat Filliuc. loco citato, num. 4.

An

An vnus conferens pecuniam, & alter operas poſſint paciſci, vt vnus ſocius habeat duas partes lucri, & vnam damni, & alter duas damni, & vnum lucri Q 12.

SVMMARIVM.

1 *Vnus ſocius non poteſt plus de lucro, quàm de damno participare.*
2 *Societas eſt fraternitas quædam, & ideò æqualitatem exigit.*
3 *Societas, in qua vnus confert pecuniam, & alter operas, & fit pactum, vt vnus ſocius habeat duas partes lucri, & alter duas damni, & vnum lucri poteſt eſſe iuſta.*
4 *Vnus ex ſocijs non ſolùm poteſt reijcere duas partes damni in alterum, ſed etiã totum periculum, & damnum.*
5 *Societas, in qua reiicitur totum damnum vni ex ſociis vt plurimum eſt iniuſta.*
6 *L. Mutius, ff. pro ſoc. intellectus.*

IN hac re Syl. poſt Angel. ver. ſocietas
1. q. 11. putat huiuſmodi pactum
1 eſſe illicitum: Mouentur ex tex. in l. Mu-
tius, ff. pro ſoc. vbi habetur, quòd vnus
ſociorum non poteſt plus de lucro, quã
de damno participare; atque adeò lu-
crum, & damnum debet eſſe commune;
2 quia ſocietas eſt quædam fraternitas,
quæ æqualitatem exigit, l. verum, ff. eo.
Vndè pactum quòd lucrum, & damnum
non ſint æqualia, dicitur contra ſubſtan-
tiam ſocietatis, vt habetur ex Panor.
conſ. 77. lib. 1. & Tuſch. ver. ſocietas,
concl. 285. num. 10. Non ergo pactum,
in ſocietate initum, vt vnus ſocius ha-
beat duas partes lucri, & vnum damni:
& alter duas damni, & vnam lucri, eſt
iuſtum.

His tamen non obſtantibus, contra-
riam ſententiam puto veriorem, quam
3 tenet Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de
ſociet. cap. 4. Filliuc. tom. 2. qq. moral.
tract. 38. cap. 3. q. 4. concl. 1. num. 41.
& q. 12. num. 66. & Molin. de contract.
diſp. 415. num. 8. Probatur ex tex. in
§. de illa, in Inſt. de ſociet. vbi appro-
batur ſententia Seruii Sulpitij approbã-
tis pactum, de quo agitur: & reijcitur
opinio Quinti Mutij, dictum pactum
damnantis, his verbis, *De illa ſanè conuentione quæſitum eſt, ſi Titius, & Scius inter ſe pacti ſint, vt ad titium lucri duæ partes lucri pertineant, damni tertia: ad ſeium duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conuentio? Quintus Mutius contra naturam ſocietatis talem pactionem eſſe exiſtimauit, & ob id non eſſe ratam habendam. Seruius Sulpitius, cuius ſententia præualuit, contra ſentit; quia ſæpè quorundam ita pretioſa eſt opera in ſocietate, vt eos iuſtum ſit conditione meliore in ſocietatem admitti.* Confirmatur ex tex. in l. ſi non fuerint, ff. pro ſoc. vbi idem fuit reſolutum. Denique probatur exemplo allato ab Azor. poſt Sot. loco citato, verſ. Quæres, de titio, qui in ſocietate contulit 200. aureos; & Caius 100. & ſimul etiam induſtriam, vel operam, valentem 300. aureos: tunc enim titius dicitur ſocietati conferre ſcutos 200. Caius verò 400. centum in pecunia, & trecentos in opera. Supponamus modo lucrum eſſe 300. aureorũ: ad titium ex lucro pertinebunt 100. atque ideò tertia pars lucri: ad Caium 200. nempe duæ lucri partes. At ſi caſu fortuitu principalis pecunia, quam vterque ſocietati contulit periret: titius duas damni partes ſentiret; Caius verò tertiam tantum: quoniam pecunia, quæ eſt commune collata eſt 300. aureorum, quorum 200. ſuo periculo titius poſuit: Caius verò ſuo item periculo 100. Et ſic datur caſus, vt in ſocietate ſeruetur æqualitas, etiam ſi contrahatur cum pacto, vt vnus ſocius habeat duas partes lucri, & vnam damni: & alter duas dãni, & vnam lucri.

Ampliatur hæc concluſio, vt vnus ex
ſocijs nõ ſolùm poſſit reiicere duas par-
4 tes damni in alterum; verum etiam po-
teſt reiicere à ſe totum periculum, &
damnum in alterum: ſiquidem omnia
hæc poſſunt compenſari vel appoſitione
maioris capitalis, vel operarum pluriũ,
& quæ magis æſtimentur, vt patet ex d.
§. de illa, in Inſt. de ſociet. in illis ver-
bis, *Et ideò contra Quinti Mutii ſententiam obtinuit, vt illud quoque conſliterit, poſſe conuenire, vt quis lucri partem ferat, de damno non teneatur.* hoc ipſum probatur ex tex. in l. ſi non fuerint, ff. pro ſoc. vbi habetur, ita coiri ſocietatem poſſe, vt nullam partem damni alter ſentiat. Quod Azor. loco citato, exemplificat in

titio

Digitized by Google

Titio in ſocietatem afferente 200. aureos; Caio verò apponente operam, vel induſtriam valentem 400. aureis: & lucrum extiterit 300. aureorum: nam pecunia Titij pereunte, Caius nullum pecuniæ damnum ſuſtinebit; quamuis duæ lucri partes ſpectent ad Caium: & vna tantùm ad Titium. Et re verà nec Syl. quidem d. q. 11. id negat dum ait, quòd in conſcientia ſi prædicta pacta arbitrio boni viri deteriorem non faciunt partē alterius, ſunt licita.

Eſt tamen verum, quòd ſocietas in
5 qua reijcitur totum damnum vni ex ſocijs, licèt iuſtificari poſsit per magnum exceſſum in capitali, aut in operis, & induſtria; nihilominus vt plurium eſt iniuſta: quoniam, omnibus computatis, inæqualitas eſt, vt particularia damna, quæ in progreſſu negotiationis euenirent, ad vnum tantùm ſociorū ſpectare debeant: & propterea reprobatur in d. §. de illa, & in d. l. Mutius: & niſi tale pactum compenſetur, ſocietas Leonina diceretur; quæ ſola, & propria eſt, in qua ſtatuitur, vt ad vnum pertineat totum damnum, & nihil lucri, vt in d. l. ſi non fuerint, Molin. loco citato, num. 9. & Filliuc. d. q. 4. num. 42.

Ad contrarium modo ex tex. in d. l.
6 Mutius, patet reſponſio: tunc enim vnus ſocius non poteſt plus de lucro, quàm de damno participare, quando nulla interuenit compenſatio: aliàs ſecus in d. §. de illa, in fine, & d. l. ſi non fuerint, ff. pro ſoc.

An ſi vnus ponat 100. aureos, & alter operas, & fiat pactum, vt ſocietas duret per quinquennium, ſi ante quinquennium capitale perierit, teneatur, qui contulit pecuniam aliam conferre. Q. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Capitale deperdito, non tenetur qui illud contulit aliud conferre in ſocietate ad certum tempus contracta.*

2 *Capitale deperdito, ſtatim extinguitur ſocietas.*

1 AD hanc quæſtionem reſpondetur breuiter negatiuè, vt per Gloſ. in l. ſi non fuerint, ff. pro ſoc. & in l. 1. C. eod. Syl. in ſum. ver. ſocietas 1. q. 14. & alij. Probatur quia deperdito capitali, ſiue illius periculum commune ſit, ſiue non, ſtatim extinguitur ſocietas: & pro-
2 pterea cenſetur facta conuentio ponendi capitale ſemel dumtaxat, & non pluries, vt in l. ſi ſocius pro filia, §. nec ſi prior, ff. pro ſoc. Eſt tamen verum, quòd capitale ſi non perierit in totum; ſed partem eius remanſerit: & alter non vult ponere operam, vel rem ſuam, quæ magna eſt cum re ſocij, quæ parua eſt, iſte talis non poteſt compelli, vt per Bald. in l. 1. C. pro ſoc. & Syl. d. q. 14. per tex. in l. ita autem in prin. ff. de admin. tutor. Quibus adde, quæ infra dicemus, cap. 5. q. 11.

De ſocietate in qua fit communio in lucro, & capitali, an ſit licita. Q. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Societas, in qua fit communio in lucro, & capitali, eſt licita.*

2 *Societas in lucro, & capitale non ſolum pacto contrahi poteſt, ſed etiam induci conſuetudine.*

3 *Pactum in ſocietate, vt communio fiat in lucro, & capitali non ſolum non eſt ſocietatis ſubſtantiæ contrarium, ſed eius naturæ eſt valde conſentaneum.*

4 *Societas in lucro, & capitali quot modis contrahatur.*

5 *In ſocietate in lucro, & capitali, qui plus confert, in fine ſocietatis plus conſequitur lucri, & capitalis: qui minus, minus: ſi verò conferant æqualia, æqualiter inter eos fiet diuiſio.*

1 BReuiter reſpondetur affirmatiuè, vt habetur ex Syl. in ſum. ver. ſocietas 1. q. 6. Azor. tom. 3. Inſt. moral. lib. 9. cap. 3. de ſociet. q. 2. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 5. concl. 2. num. 46. Cōrad. de contract. q. 93. corol. 3. & Molin. eod. tract. diſp. 416. num. 2. verſ. Sed quid dicen-

Digitized by Google

2 dicendum. Hæc autem ſocietas non ſolum conſuetudine induci poteſt; vt per Doctores ſupra citatos; ſed etiam coiri poteſt pacto, vt per Gloſ. in c. plerique, 13.q.3.verſ.Negotiatoribus, Bald. in l. 1.C.pro ſoc.Conrad.loco citato, verſ.ex illa concluſione,Syl. vbi ſupra, & Azor. d.q.2. qui pro hac re allegat conſtitutionem Sixti V.quæ incipit, Deteſtabilis, & declarat in ſocietatibus ſortem eſſe reſtituendam,cùm extat, ſoluta ſocietate, ei, qui illam in ſocietate contulit, niſi fuerit cum ſocio communicata. Rationem autem hanc eſſe volunt præfati Doctores,quia tale pactum cum natura, ac
3 ſubſtantia ſocietatis non pugnat: imò ſocietati eſt valdè conſentaneum, cùm in ea ſociorum bona communicentur, l.1.ff. pro ſocio. Poteſt autem contrahi
4 huiuſmodi ſocietas non ſolùm quando vterque in ſocietate confert pecuniam, aut vterque operam, & pecuniam, vel vnus pecuniam,& operam, & alter tantùm pecuniam,vt infra dicemus; verùm etiam quando vnus confert ſolam pecuniam, & alter tantùm operas: quoniam aliquando contingit, vt induſtria, vel opera vnius tantum conferat ſocietati, quantum pecunia alterius, l.ſocietas, ff. pro ſoc.& §.de illa,in Inſt.de ſociet. Nec ſocius communicando pecuniam eo caſu dicitur abdicare à ſe dominium pecuniæ, ſed ſuum dominium facit commune cum ſocio, vt rectè declarat Azor. loco citato, verſ. Ad id verò quibus adde quæ ſupra adnotauimus lib. 1. cap.4. q.2.verſ.Ad cuius rei.

Eſt tamen verum, quòd quando vi
5 pacti,aut conſuetudinis contrahitur huiuſmodi ſocietas, atque adeò communicatur tota ſumma, ita vt in fine ſocietatis diuidenda ſint tàm lucrum,quàm capitale, tunc in omnibus ſeruanda eſt æqualitas,ita vt, qui plus confert, maiorem portionem tum lucri, tum capitalis percipiat:qui verò minus,minorem partem: ſi denique tantum in valore conferat vnus ſocius,quàm alter,tam lucrum, quam capitale veniunt diuidenda pro æquali portione, vt habetur ex Leſſ. lib. 2.de Iuſt.& iur.cap.25.dub.2. num.9. & 10.Couar.lib.3.var.reſol. cap. 2. Nauar. in Man.cap. 17. num. 251.& alijs.Hinc ſequitur, quòd ſi quis conferat in ſocietate 900.aureos, & alter ſocius conferat operas,valentes 100.aureos, ita vt communicatio fiat in tota ſumma, vt ſupra, & lucrum ſit mille aureorum, tunc in fine ſocietatis,ei, qui contulit pecuniam debentur nouem partes, nempè 1800. aurei:illi verò, qui contulit operas debetur pars decima, atque ideò 200. aurei. Si verò maioris valoris ſint operæ, quàm capitale, vt quia operæ, & induſtria vnius ſocij ſint valoris 200. aureorum, & capitale alterius ſit centum aureorum, & lucrum ſit 300. aureorum, tunc duæ partes totius ſummæ debentur ei,qui contulit operas,& vna tantum ei, qui contulit pecuniam; atque adeò ex ſumma 600.aureorum, in quibus conſiſtunt lucrum & capitale, 400. aurei debentur ei,qui contulit operam, & induſtriam, & 200.illi qui contulit pecuniã. Quòd ſi denique æqualis valoris ſint operæ, & capitale, vt ſi capitale valoris ſit 200.aureorum, & operæ, ac induſtria totidem valeant, & lucrum ſit 200. aureorum, quilibet ſocius habebit 300.aureos: ſiquidem quando in ſocietate ſit communicatio totius ſummæ, ita vt in fine ſocietatis tam capitale, quàm lucrum veniant diuidenda, tunc operæ æquiualent pecuniæ, & idem eſt, ac ſi vterque ſocius contuliſſet pecunias, vt per Conrad. d. q. 93. corol. 3. & propterea ſicut in fine ſocietatis pecuniæ eſſent vna cum lucro diuidendæ æqualiter, aut proportionaliter iuxta quantitatem pecuniarum, quam vnuſquiſque ſociorum contulit,iuxta ea, quæ habentur ex Azor. d. q. 2. verſ. Ad id verò;ita quoque æqualiter, ac proportionaliter in fine ſocietatis diuidenda ſunt capitale, & operæ vna cum lucro.

An ſocietas, in qua vnus ex ſocijs confert pecuniam, & alter operas in dubio cenſeatur contracta, vt communio fiat in capitali, & lucro ſimul, vel tantùm in lucro

Q. XV.

SVMMARIVM.

1 *Societas, in qua vnus ex ſocijs ponit pecuniam, alter operas, in dubio cenſetur contracta,vt communio fiat in lucro tantùm, non autem in capitali.*

2 Societas

2 *Societas in qua vnus ex ſocijs pónit animalia, & alter operas in dubio cenſetur coita vt communio fiat in lucro tantum, & non in animalibus.*

3 *Societas, in qua vnus ex ſociis confert ſortem, alter operas ita demum cenſetur contracta vt communio fiat in lucro tantum; niſi in loco contractus extaret conſuetudo contrahendi ſocietates in lucro, & capitali ſimul.*

AD quæſtionem reſpondetur, huiuſmodi ſocietatem in dubio præſumi
1 coitam, vt cõmunio fiat in lucro tantùm non autem in lucro, & capitali. *Hæc* concluſio eſt D. Tom. 2.2. q. 78. art. 2. ad 5. & ibi Caiet. Bald. in l. 1. & ibi etiam Iacob. de Aren. Cyn. & alij, C. pro ſoc. Syl. ver. ſocietas, 1. q. 6. Azor. tom. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet cap. 3. q. 1. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 5. concl. 1. cum alijs, quos allegant, & patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus, lib. 1. cap. 4. q. 3. concl. 6. Etenim in hac ſocietate non communicantur capitalis dominium, vt per Doct. in d. l. 1. Bald. conſ. 61. in princ. lib. 2. Alex. conſ. 117. & ibi Addent. lib. 1. & alij, quos refert, & ſequitur Felic. de ſociet. cap. 9. num. 55. atque adeò non conflatur vna ſumma ex capitali, & pretio operarum; ſed conſideranda ſunt quæ vtrique pereunt, & hæc inter ſe comparanda, iuxta ea quæ ſupra diximus lib. 1. cap. 4. q. 2. verſ. Ad cuius rei explicationem.

Ampliatur primò hæc concluſio, vt locum ſibi vendicet non ſolùm ſi capita-
2 le conſiſtat in pecunia numerata; verum etiam ſi conſiſtat in animalibus, aut in alia re fructifera: quoniam in dubio in hac ſocietate cenſetur poſitus vſus rei, non ipſa res, vt ſupra latius declarauimus d. lib. 1. cap. 4. q. 3. concl. 6. ampliat. 1.

Sic ampliata eadem concluſio, vt vera ſit, niſi in aliqua Regione extaret conſuetudo contrahendi ſocietates, in quibus fiat communio in lucro, & capitali, vt latè oſtendimus d. concluſ. 6. lim. 1. vbi etiam rem hanc alijs modis limitauimus. Quibus adde ea, quæ iuſta dicemus cap. ſeq. q. 8. & 14.

An ſi vnus ex ſocijs conferat 100. aureos: alter verò operas, induſtriam, aut vſum nauigij valentes 100. quoque aureos, in dubio cenſeatur cõtracta, vt communio fiat in lucro tantum, vel non ſolùm in lucro, ſed etiã in capitali. Q. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Socii æqualia conferentes, æquum eſt, vt finita ſocietate, æqualia reportent.*
2 *Opera ſocii nõ poteſt haberi tanquam ſors principalis.*
3 *Operæ vniuſcuiuſque ſunt fructus eius.*
4 *Societas, in qua vnus confert 100. aureos, & alter operas, induſtriam, & e. valentes 100. quoque aureos, licet in dubio ſecundum opinionem magis communem cenſeatur contracta in lucro, & capitali; nihilominus, quòd cenſeatur inita in lucro tantum probabilior in rigore videtur opinio; niſi in contrarium extaret conſuetudo.*
5 *Conſuetudo in ſocietatibus multum præualet.*
6 *Contractus quando aliud non exprimitur cenſentur in dubio celebrati ſecundum conſuetudinem loci.*

IN hac difficultate pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia
1 eſt Caiet. 2.2. q. 78. art. 2. ad 5. quem refert, & ſequitur Molin. de cõtract. diſp. 416. ſub num. 1. Maior. in 4. d. 15. q. 47. Couar. lib. 3. var. reſolut. cap. 2. nu. 2. Conrad. de contr. q. 93. corol. 3. & aliorum æſtimantium, huiuſmodi ſocietatem in dubio cenſeri contractam, vt communio fiat nõ tantum in lucro; ſed etiam in capitali: eoquòd volunt, in fine huiuſmodi ſocietatis æqualiter eſſe diuidenda lucrum, & capitale: quia perinde, eſt, ac ſi tantundem pecuniæ poſuiſſet, qui poſuit operas. Vndè ſicut damnum æqualiter partitur inter ſocios ita etiã hoc caſu in fine ſocietatis æqualiter diuiditur lucrum. Etenim tunc

rectè ſeruatur æqualitas: nam cùm ſocij æqualia qu oad valorem contribuerint in ſocietate, æquum pariter eſt, vt finita ſocietate, æqualia reportent; & ita huius ſententiæ ſectatores intelligunt Gloſ. in l. 1. C. pro ſoc. Pro hac eadem ſententia faciunt ea, quæ ſupra cumulauimus, q. 9. verſ. His tamen non obſtantibus, vbi poſt Molin. oſtendimus, quòd ſi in ſocietate de qua agitur fiat pactum, quòd ſolùm lucrum diuidendũ ſit æqualiter inter ſocios, & capitale ad eum integrum pertineat, qui illud appoſuit, huiuſmodi pactum eſſet iniquum cum onere reſtituendi dimidium capitalis: ergo ex ſui natura talis ſocietas exigit vt fiat communio in lucro, ac capitali; aliàs pactum non eſſet iniuſtum; atque adeo citra omne pactum cenſetur contracta, vt communio fiat non tantùm in lucro, ſed etiam in capitali. His etiam adde quæ adnotauimus ſupra, q. 10.

Secunda ſententia eſt Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 4. q. 1. &
1 aliorum, quos ipſe ſequitur, ac refert, dicentium, quòd ſi vnus ex ſocijs conferat centum aureos: & alter operam, induſtriam, vſum nauigij, aut alterius rei valentes totidem aureos, non poteſt inter eos conueniri, vt in fine ſocietatis vnus poſſit repetere ſortem ſi ſalua remaneat; alter verò pretium operarum, & lucrum, quod ſupereſt diuidi inter eos æqualiter. Probant eorum ſententia ex eo; quòd opera ſocij non poteſt haberi tanquam ſors principalis, & ſic tanquam capitale: tum quia in principio ſocietatis non conferuntur operæ: tum
3 etiam, quoniam operæ vnius, cuiuſque ſunt fructus eius, vt ſupra diximus, q. 10. Quòd ſi ex vi huius ſocietatis capitalia non communicantur, proculdubio ſocietas, de qua agitur non poteſt in dubio cenſeri illa, in qua communio fit in lucro, & in capitali ſimul, cùm in ea ex capitali, operibus, & lucro fiat vna maſſa, vt ſupra oſtendimus, q. 15.

Hæc ſententia re vera nobis videtur
4 probabilior, quamuis prior videatur magis communis, vt patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus, q. 10. verſ. Hæc ſententia, cui nos remittimus, ne bis idem repetere videamur. Et quoniam in contractibus maximè ſocietatum multum
5 præualet conſuetudo; ſi in aliqua Regione extaret conſuetudo contrahendi dictam ſocietatem, vt communio fiat non ſolum in lucro; ſed etiam in capitali, & operæ in huiuſmodi ſocietate tanquam pecunia haberentur, tunc in dubio arbitror talem ſocietatem eſſe cenſendam, vt communio fiat tam in lucro, quam in capitali: quoniam contractus quando
6 aliud non exprimitur, cenſeutur celebrati iuxta cõſuetudinem loci, in quo fiunt, vt in l. quòd ſi nolit, §. qui aſsidua, ff. de ædil. edic. & l. prius, §. placuit, ff. de aqua plu. arcen. Syl. in ver. ſocietas 1. q. 6. Molin. de contrã. diſp. 416. num. 2. Azor. tom. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 3. q. 2. ver. ſed quid dicendum, Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 5. concl. 2. num. 46. & alijs.

An ſocietas, in qua omnes ſocij ponunt pecuniam capitalẽ, cenſeatur coita, vt communio non ſolùm fiat in lucro, ſed etiam in capitali, vel in lucro tantũ. Q. 17.

SVMMARIVM.

1 *Societas in qua omnes ſocij ponunt pecuniam capitalem, in dubio cenſetur contractã, vt communio fiat tam in lucro, quam in capitali.*

2 *Societas in qua omnes ſocii conferunt pecuniam in dubio cenſetur contracta in lucro, & capitali, ſiue æqualem pecuniæ ſummam conferant, ſiue inæqualem.*

3 *Societas in qua omnes ſocii conferunt animalia, vel merces in dubio cenſetur inita in lucro, & capitali.*

4 *Societas in qua ſinguli ſocii conferunt capitalia, ſi pars capitalium conſiſtat in nominibus debitorum, vel in re futura non cenſetur facta in loco, & capitali.*

5 *Societas, in qua ſocii omnes conferunt capitalia licèt in dubio cenſeatur contracta in lucro, & capitali; ſocii tamen poſſunt conuenire, vt communio fiat in lucro tantum, & non in capitali.*

Ad

1 AD hanc difficultatem reſpondetur, quòd ſocietas, in qua omnes ſocij ponunt capitale regulariter cenſetur contracta, vt communio non tantùm fiat in lucro, ſed etiam in capitali, ſeu in ſorte. Vt habetur ex Leſſ.lib.2. de Iuſt.& iur.cap.25.dub.2. ſub num. 9. Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap.9. ſub num. 54. Soc.conſ.264.ſub num.2. lib.5. & alijs. Ratio autem hæc eſt, quia in caſu de quo agitur, ſtatim contracta ſocietate capitalia communicantur, vt per Soc. loco citato, Azor.tom.3.Inſt.moral. lib.9. de ſociet.cap.3.q.2. verſ. ad id vero. Felic. d.num.54. & alios. & patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus lib.1.cap.4.q.3.concl.5.

2 Ampliatur hæc concluſio, vt locum ſibi vendicet ſiue capitalia æqualia ſint, ſiue inæqualia; quoniam in huiuſmodi ſocietate poteſt ſeruari æqualitas proportionaliter, vt ſi æqualia ſint capitalia, ipſa quoque in fine ſocietatis vna cum lucris damnis, & expenſis veniant æqualiter diuidenda: Si verò ſint inæqualia ſecundum portionem, quam quiſque contulit diuidenda ſint lucra, capitalia damna,& expenſæ, iuxta ea, quæ habentur ex Felic.& Leſſ. locis citatis,& Syl.in ſum.ver.ſocietas 1.q. 8. Etenim contrahentes tacitè cenſentur conueniſſe, vt qui plus oneris, ac periculi ſuſtinet, plus lucri conſequatur, l.ſecundum naturam,ff.de regul.iur.

3 Secundò ampliatur, vt concluſio vera ſit, non ſolùm ſi capitalia conſiſtant in pecunia; ſed etiam in animalibus, in mercibus,& in alijs rebus. Vndè non ſolum ſocij conferentes ſingulos centenos aureos in ſocietate cenſentur illorum dominium communicare inuicem; verum etiam ſi animalia conferant: ſiquidem cenſentur pariter inuicem communicata, vt habetur ex Conrad. de contr. q.92.in prin. Tabien. in ſum. ver. vſura 3.num.2.& Felic.d.cap.9.num.56. ſiquidem eadem ratio militat in vtroque caſu, arg.tex.in l.illud, ff. ad l.Aquil.

4 Sic ampliata limitatur ipſa concluſio, quando pars capitalium conſiſteret in nominibus debitorum: quoniam tunc illa pars debita non communicaretur, vt patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus lib.1.cap.4.q.3.concl.5.limit. 2. vbi etiã lim. 3. idem diximus de ſocietate inita ſuper re futura.

Secundò limitatur dicta concluſio, vt
5 quamuis in ſocietate particulari, in qua ſinguli ſocij ponunt capitalia, cenſeatur ſtatim contracta ſocietas, in qua fiat communio non ſolùm in lucro; verùm etiam in capitali; nihilominus poſſunt ſocij conuenire, vt communio fiat tantum in lucro,& non in capitalibus, vt latè declarauimus d.q.3. concl.5. limit. 1. cui nos remittimus, ne bis eadem repetere videamur.

An conferens mille aureos, & alter operas valentes 100. poſſint paciſci, vt communio fiat non tantũ in lucro; ſed etiam in ſorte, ſeu capitali. Q. 18.

SVMMARIVM:

1 *Societas, in qua cõferuntur inæqualia, de iure præſumitur contracta, vt communio fiat in lucro tantùm, & non in capitali.*

2 *Societas, in qua vnus confert mille aureos, alter vero 100. poteſt contrahi ea lege, vt communio fiat non tantum in lucro, ſed etiam in capitali.*

1 IN hac re videtur prima facie negatiuè reſpondendum eſſe: nam de iure cùm res, quæ conferuntur ſunt diſpares, communio cenſetur facta tantùm in lucro; non autem in capitali. Vndè ſi quis ponat operas valentes 100. & alter ſocius ponat 900.aureos, quorum periculum, & interuſurium, ſeu lucrum ſperatum æſtimentur ſimiliter 100.aureis, & conuenerint, vt finita ſocietate fiat diuiſio per partes æquales; tunc de iure in dubio cenſetur inita ſocietas, vt diuiſio per partes æquales fiat in lucro, non autem in capitali; quoniam eo caſu, qui pecuniam contulit, illius dominium non cenſetur à ſe abdicaſſe, & tranſtuliſſe in ſocium, & propterea ſi capitale pereat, ſoli conferenti illud perit; quoniam res perit Domino ſuo: ergo vt ſeruetur æqualitas in ſocietate, de qua agitur, ſi in fine ſocieraris capitale ſaluum maneat, ad conferentem tantùm pertinet,

atque adeò ex vi talis ſocietatis lucrum tantùm; non autem capitale de iure venit communicandum,& ita quidam putant intelligendos eſſe Bald.Cyn.Iacob. de Aren.& alios in l.1.C.pro Soc. Caiet. in ſum. in ver. Mercimonialis ſocietas, Sot.lib.6.de Iuſt.& iur.q.6.art.1. & alios apud Azor.tom.3.Inſtit.moral. lib.9. de ſociet.c.3.q.1.verſ. Altera opinio. Quòd ſi hæc vera ſunt, inſpecta natura talis ſocietatis, proculdubio iniqua erit ſocietas, in qua vnus ex ſocijs ponit mille aureos, & alter operas valentes 100. & fiat pactum, vt fiat communio non tãtùm in lucro; ſed etiam in capitali.

Oppoſitis non obſtantibus, contrarium puto verius. Probatur, quia pa-
2 ctum, de quo agitur, quòd communio fiat non tantùm in lucro; ſed etiam in ſorte, intelligitur ſecundum proportionem operum, iuxta ea, quæ habentur ex Leſſ. lib.2. de Iuſt. & iur.cap.25.dub. 2. num. 9. & propterea in tali contractu ſeruatur æqualitas: ſiquidem quia conferens operas confert tantùm 100.& ponens pecuniam cõfert 1000.ponẽs pecuniam dicitur conferre 10. partes;& conferens operas dicitur ponere vna rãtùm partem: atque ideò cùm de iure, qui plus confert, plus emolumenti conſequi debeat; qui contulit pecuniam, in fine ſocietatis habebit decem partes; & qui contulit operas vnam tantùm partem. Vndè ſi deductis expenſis, lucretur 100. aureos,qui contulit operas habebit 200. aureos: & qui contulit pecuniam habebit 2000. Hanc ſocietatem iuſtam eſſe cenſet Leſſ. loco citato: quoniam in huiuſmodi contractu opera ſocij æſtimanda eſt pecunia,eaque æſtimatio ſorti addenda, ita vt fiat vna ſors communis: quò circà qui ponit operas non minus debet eſſe particeps lucri,& ſortis, quàm qui tantundem poneret pecuniæ, cùm non minus conferat ad ſocietatem. quã qui tantundem pecuniæ contuliſſet. Vndè ſicut is, qui hoc caſu contuliſſet 100. aureos conſequeretur vndecimam partem non ſolùm lucri, ſed etiam capitalis; ita etiam dicendum eſt de eo, qui contulit operas eiuſdem valoris; & ſi eiuſdem operæ valerent quanti ſors alterius, deberetur ei dimidium totius ſummæ. Si verò eſſet æqualis tertiæ,quartæ, quintæ, ſextæ, aut ſeptimæ parti pecuniæ, deberetur ei tertia, quarta, quinta, ſexta, vel ſeptima pars totius ſummæ, quæ reperietur, finita ſocietate, vt rectè declarat Leſſ. loco citato.

Ex dictis igitur patet reſponſio ad cõtrarium. Etenim quamuis de iure ſocietas prædicta cenſeatur coita ſuper lucro dumtaxat; nihilominus ſi fiat pactũ, vt communio fiat non tantùm in lucro, ſed etiam in capitali,huiuſmodi pactum poteſt eſſe licitum, ſi communio, & diuiſio lucri, ac capitalis fiat proportionaliter, vt ſupra declarauimus.

De ſocietate, in qua ambo ſocij pecuniam dumtaxat cõferunt, conducentes operam tertij, qui eam exerceat, an ſit licita. Q. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Societas, in qua omnes ſocij pecuniam tantùm conferunt, conducentes operam tertii, qui eam exerceat, eſt licita.*

2 *Societas tunc dicitur iuſta, cùm computatis omnibus,quæ ſinguli ſocii appoſuerint, æqualitas proportionaliter in eis comperiatur tàm in expenſis, quàm in lucro, & in damnis.*

3 *Societas, in qua vnus ponit pecuniam, alter operas quomodo differat à ſocietate, in qua vterque ponit pecuniam.*

AD hanc quęſtionem breuiter reſpondetur affirmatiuè; dũmodo inter ſo-
1 cios proportionaliter diuidantur expenſæ, lucra, ac damna iuxta quantitatem pecuniarum à ſingulis ſocijs appoſitarũ, vt habetur ex Molin. de contract. diſp. 415. num. 1. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap.3.q.1. num. 35.& ex alijs. Etenim omnis ſocietas tunc dicitur iu-
2 ſta, cùm computantis omnibus, quæ ſinguli ſocij appoſuerint, æqualitas proportionaliter inter eos comperiatur tam in expenſis, quàm in lucro, ac in damnis: atque ideò ſi duo, vel plures ſocij æqualia in ſocietate contulerunt, æqualiter etiam participare debent de expenſis, lucro, & damno: Si uerò poſuerint inæqualia, inæqualiter quoque participes eſſe debent expenſarum, lucri, & damni, ſeruata proportione iuxta quantitatem eorum, quæ ſinguli ſocij contulerunt, vt rectè declarat Molin. loco citato,

tato, num. 2. cum plur. ſequentibus.

Eſt tamen verum, quòd licèt in omni ſocietate exigatur communicatio dominij rerum collatarum, vt in l. 1. in fin. & in l. ſi id quod verſ. Cæterum, ff. pro Soc. Riminal. Iun. conſ. 218. lib. 2. latè Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 9. num. 42. cum pluribus ſeq. nihilominus poſt multorum relatas ſententias, idem Felic. ibi, num. 54. cum plur. ſeq. inquit, in hoc differre ſocietatem, in qua vnus ponit pecuniam, & alter operas à ſocietate, in qua vtetque ponit pecuniam: quòd in priori ſocietate, ſi ſimpliciter contrahatur, non adiecto pacto, quòd fiat communio in lucro, & in ſorte, tunc pecunia non cenſetur communicata, & ſuper eam ſocietatem non fuiſſe contractam, ſed contractam cenſeri ſuper lucro dumtaxat ab ipſa pecunia, & operibus peruenturo, ſicut contracta cenſetur ſocietas animalium, de qua idem Felic. ibi, num. 56. At in poſteriori ſocietate, in qua ſocij omnes pecunias conferunt in pari, vel diſpari quantitate, interueniente mutua collatione, fuiſſe inductā communionem, & ſocietatem tàm in lucro, quàm in pecunia in paribus partibus, ſtante pari collatione: verùm, ſtante diſpari collatione, ſecundum proportionem, quam quiſque poſuit iuxta, quæ ſupra adnotauimus, q. 17. 18. & 19 quibus adde etiam quæ diximus ſupra, q. 16.

An ſocietas, in qua omnes ſocij ponunt pecunias, & operas ſit licita.

Q. XX.

SVMMARIVM.

1 *Licita eſt ſocietas, in qua omnes ſocii ponunt pecunias, & operas.*

2 *Societas, in qua omnes ſocii conferunt pecunias, & operas qualiter contrahatur ſi fuit conuentum, vt communio fiat in lucro, & capitali: Et qualiter fiat bonorum diuiſio.*

3 *Societas, in qua fuit conuentum, vt communio fiat in lucro tantum, & vnus ponit pecunias, & alter operas, qualiter contrahatur, & fiat diuiſio lucri.*

Breuiter reſpondetur affirmatiuè. Etenim ſocij in huiuſmodi ſocieta-
1 tem poſſunt ſeruare æqualitatem: nam ſi omnes contulerunt æqualiter, omnes æqualiter quoque debent participare de lucro, & damno: ſi verò pecunias, & operas contulerit inæqualiter, & inter ſocios fuerit conuentum, quod communio fiat tàm in lucro, quàm in capitali,
2 tunc omnia reuocanda ſunt ad æſtimationem pecuniarum, & vna ſumma conflanda, quæ ſocijs ſit communis, & finita ſocietate, diuiſio totius ſummæ, quæ reperta fuerint, facienda eſt iuxta proportionem eorum, quæ ſinguli contulerunt, vt rectè declarat Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 2. num. 20. & nos ſupra quoque adnotauimus, q. 19. Quibus adde ea quoque, quæ habentur per Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 9. num. 54. cum plur. ſeq. & Leſs. loco citato, vbi idem dicendum eſſe putant de ſocietate animalium, in qua ambo ſocij ponunt animalia, operas, & paſturam, ſed inæqualiter: ſiquidem poteſt fieri æſtimatio paſturæ, & ipſorum animaliū, vt ex vtroque conſletur vna res communis, & finita ſocietate poſt aliquos annos conuentos, poteſt fieri diuiſio totius ſummæ, iuxta æſtimationem eorum, quæ ſinguli contulerunt.

Quòd ſi fuerit conuentum, vt com-
3 munio fiat in lucro dumtaxat, & non in capitali, & ſocii pecunias, & operas poſuerint inæqualiter, vt ſupra, vel citra dictum pactum fuerit ſimpliciter inita ſocietas, iuxta ea, quæ ſupra diximus, q. 16. tunc æſtimandum eſt periculum vtriuſque ſortis, & ſpes lucri per tales ſortes obtinendi, deductis operis, & expenſis. Deinde æſtimandæ ſunt operæ ſingulorum: & ex hac æſtimatione iuncta cum periculo capitalium, & lucri ſperari ſunt duæ ſummæ, conflandæ, & ſecundum harum proportionum facienda eſt diuiſio lucri. Ita Leſſ. loco citato; qui etiam addit num. 21. idem dicendum eſſe de ſocietate circa animalia: ſiquidem quando ſimpliciter contrahitur ſocietas, cenſetur in dubio inita, vt communio fiat in lucro tantùm, non autem in capitali; niſi adit conſuetudo in contrarium; quia tunc ſtandum eſſet conſuetudini, vt patet ex iis, quæ latè habentur ex Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 3. q. 2. verſ. Ad id verò, & verſ. Sed quid dicendum. Felic. loco ſupra relato, & nos

ſupra

Digitized by Google

ſupra adnotauimus,q.16. & lib.1.cap.4. q.3.concl.6.

De ſocietate,in qua vnus ponit capitale tantùm:alter verò capitale,operam,& induſtriam, an ſit licita.Q. 21.

SVMMARIVM.

1 *Societas, in qua vnus ponit capitale tantùm: alter verò capitale,operam,& induſtriam,eſt licita.*

2 *Diuiſio lucri,vel etiam capitalis qualiter fiat in fine ſocietatis, in qua vnus ponit capitale tantùm:alter verò capitale operam,& induſtriam.*

3 *Damnum qualiter veniat communicandum in ſocietate,in qua vnus confert capitale tantum:alter verò capitale, operam,& induſtriam.*

1 RESpondetur affirmatiuè.Patet concluſio ex iis,quæ ſupra diximus in præcedenti quæſt. Etenim in hac ſocietate poteſt rectè ſeruari æqualitas, ſi fiat cómunicatio in lucris, & damnis, iuxta ea quæ adnotauimus in d. q. Vndè ſi vnus ex ſociis conferat in ſocietate 100. aureos:alter vero 50. aureos, & operas valentes etiam 50. ſi in fine lucrum ſit 200. aureorum, lucrum illud inter eos venit æqualiter diuidendum,atque adeò vnuſquis habet lucri ſingula centum:ſiquidem eadem proportio ſit capitalis vnius collati cum alio, quæ lucri reportati ab vno cum lucro, quod aliud retulit: nam quamuis vnus tantum 50. contulerit in commune; opera tamen, & induſtria, quas appoſuit, æſtimatur totidem: & propterea ſi in fine ſocietatis tota ſumma ſit 350.aureorum, qui contulit 100. aureos, illos primum ex dicta ſumma extrahit: qui verò contulit 50. extrahet pariter 50. & deinde lucrum 200. aureorum diuidendum eſt æqualiter: vt colligitur ex iis, quæ tradita ſunt à Filliuc.tom.2.qq.moral.tract. 38. cap. 3.q.2.num.37. Quòd ſi opera, ac induſtria illius, qui contulit 50. non valeant alios quinquaginta, aut plus æſtimentur,tūc vnuſque accipiet capitale ſuum, & lucrum diuidendum proportionaliter arbitrio boni viri: & ita intelligitur Nauar.in Man.cap.17.num.52.dum ait, quòd quando vnus confert pecuniam, & alius pecuniam, & operam; vterque pecuniam,quam contulit,accipiet: & ex lucro qui pecuniam,& operam contulit, pluſquam alius arbitrio mercatoris accipiet: ſiquidem vt ait idem Filliuc. ibidem poſt alios.q.5.num.44. de iure quādo vnus apponit capitale, & alter operam, vel induſtriam, diuiditur lucrum tantum,non autem capitale: quoniam dominium capitalis non efficitur commune; niſi poſt quam ex eo emptæ ſunt merces, & comparata eſt alia pecunia: tunc enim capitale miſcetur cum lucro, quamuis in fine ſocietatis ſit extrahendum ſi ſaluum remaneat, iuxta ea, quæ habentur ex Filliuc. d.cap.3.q.8.num.5.

2 Eſt tamen verum, quòd locum ſibi vendicant in ſocietate, in qua fit communio in lucro tantùm, non autem in capitale: quo caſu facienda eſt æſtimatio periculi ſortis, & lucri ex ea ſperati, deductis expenſis: iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus.q.9. & 16. & iuxta tradita per Filliuc.d.cap.3. q.12. num. 71. At ſi agatur de ſocietate, in qua communio fiat non tantùm in lucro, verum etiam in capitali, & vnus conferat ſolùm pecuniam;alter verò pecuniam,& operam vt ſupra;tunc omnia reuocantur ad æſtimationem in pecunia,& ex iis conflanda eſt vna ſumma,quæ ſit communis ſociis: & deinde finita ſocietate facienda eſt diuiſio totius,quod repertum fuerit, iuxta proportionem collatam à ſingulis, vt rectè declarat Filliuc.loco citato, num. 70.

3 Sed iuxta hanc difficultatem quæritur, qualiter damnum veniat communicandum in prædicta ſocietate, in qua vnus confert 100.aureos: alter verò 50. & inſuper ſuam operam: & in tali ſocietate 100.ſupponimus perite. Ad hanc difficultatem reſpondet Azor. tom.3. Inſt.moral.lib.9.de ſociet.cap. 5.q.3. dicens, perire 75. ei qui contulit 100. & qui contulit 50. tantum 25. atque adeò inquit, quòd vſura eſſet, ſi damnum ex æquis partibus fieret commune, niſi tota ſors pecuniaria ſit etiam æquis partibus vtrique communis.

De

Digitized by Google

De ſocietate, in qua omnes ſocij conferunt operas, & induſtriam, an ſit licita. Q. 22.

SVMMARIVM.

1 *Iuſta poteſt eſſe ſocietas, in qua omnes ſocii conferunt operas, & induſtriam.*

2 *Societas, in qua ſocii conferunt inæqualiter, an ſit iuſta ſi fiat pactum, vt in fine diuiſio lucri fiat æqualiter.*

1 AD hanc difficultatem reſpondentes quoque dicimus, huiuſmodi ſocietatem eſſe licitam: ſiquidem in ea ſeruari pariter poteſt æqualitas, ita vt non magis vnus grauetur alio, & ex ipſa ſocietate non minus lucri percipiat vnus, quam alter. Nam ſi ſingulorum ars, opera, ac induſtria ſint eiuſdẽ valoris; quod ex eis percipitur, diuiditur pro æquali portione, ſicut, & damna ex ipſa ſocietate prouenientia & ex eiuſdem occaſione. Etenim cùm ſocij æqualia quoad valorem contulerint in ſocietate, æquum pariter eſt, vt finita ſocietate, æqualia reportent tam quoad lucrùm, quàm quoad damnum, iuxta ea, quæ habentur ex Conrad. de contract. q. 93. corol. 3. & alijs. Quòd ſi ſingulorum induſtria, & operæ ſint diſpares in valore, tunc operæ reducendæ ſunt ad æſtimationem pecuniarum, ita vt, qui plus ſocietati contulit, maiorem partem lucri habebit, ſicut, & maiorem partem damni, & expenſarum patietur.

2 Illud autem in hac re nolui ſilentio prætereundum eſſe, quod habetur ex Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 5. q. 6. dum ait, quòd in ſocietate, in qua vnus pecuniam in commune confert, & alter ſuam operam tantum, quæ pluris æſtimetur, ſi fiat pactum inter ſocios, vt qui ex eis minorem portionem in ſocietate contulit æqualem habeat lucri partem, atque ij, qui maiorem portionem poſuerunt; tunc lucrum erit in commune: ſed non ita damnum ſortis, quæ in ſocietate confertur: quia poteſt is, qui operam ponit eam alteri ſocio locare minori pretio. At quando ſociorum ſinguli pecuniam ſuam in commune conferunt; tunc non valet pactum, vt qui minorem portionem contulit, ſit æqualiter lucri particeps. Etenim ſi ſupponamus, doctrinam hanc eſſe veram; non tamen ob id ſequitur, vt ſi duo, aut plures conferant eorum induſtriam, & operas inæqualiter, & fiat pactum, vt lucrum diuidatur æqualiter, huiuſmodi pactum eſſe validum, cùm poſsit is, qui operam ponit eam locare ſocio minori pretio: quia quando vterque ſocius confert operas, & induſtriam dumtaxat, tunc operæ reducuntur ad æſtimationem pecuniarum, vt diximus: & propterea vnus ſocius non diceretur locare operam, & induſtriam alteri.

An ſi quis det mercatori 100. aureos ea lege, vt accipiens teneatur reſpondere de lucro, vel de danno, ſecundum quod ſimiles alij 100. aurei apud Titium lucrabuntur, aut peribunt, tale pactum ſit iuſtum. Q. 23.

SVMMARIVM.

1 *Dans mercatori 100. aureos ea lege, vt accipiens teneatur reſpondere de lucro, vel damno ſecundum quod ſimiles 100. aurei apud Titium lucrabuntur, aut peribunt dicatur iuſtè contrahere.*

2 *Intereſſe lucri ceſſanti quas conditiones exigat.*

1 IN hac re diſtinguendũ videtur, quòd aut, qui pecuniam Mercatori ea lege tribuit, erat aliàs eam daturus ad ſocietatem Titio, aut alij ſimili negotiatori: aut non erat aliàs daturus ad ſocietatem. Primo caſu ait Syl. poſt alios in ſum. in ver. ſocietas 1. q. 15. in fin. validũ eſſe huiuſmodi contractum non in vim ſocietatis; quoniam pecunia nonfuit data ad negotiandum, ſed in vim mutui; dummodo quatuor concurrant. Primò lucrum intendatur ratione intereſſe. Secundò quòd tenebatur ex præcepto ei
2 mutuare. Tertiò quòd non contrahatur pactum,

Digitized by Google

pactum ad ſemper, ſed ad tempus rationabile. Et quartò quòd non intendat magis principaliter per hãc viam, quàm per negotiationem lucrari. Sed re vera non omnes conditiones neceſſariò exiguntur ad iuſtificationem contractus; dummodo præfatam pecuniam tribuat in gratiam mutuatarij: quoniam ad iuſtificandum intereſſe, non exigitur vt mutuans teneatur ex præcepto mutuare: nec habere intentionem per aliam viam lucrandi, vt late habetur ex Nauar. in Man. cap. 17. num. 29. Salon. 2. 2. q. 78. art. 2. contr. 9. Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 20. dub. 11. & alijs.

An ſi quis det Mercatori Neapoli 100. aureos recepturus Siciliæ tantùm 50. ſi perierint in mari: & ſi non perierint, 120. iſte contractus ſit ſocietatis, & licitus Q. 24.

SVMMARIVM.

1 *Societas non eſt, ſed potius ſponſionis contractus dicitur, quo quis dat mercatori Neapoli* 100. *aureos recepturus Siciliæ tantùm* 50. *ſi perierint in mari: & ſi non perierint* 120. *imò poteſt eſſe licitus.*

2 *Sponſio eſt contractus licitus; niſi ex aliqua circumſtantia vitietur.*

1 PArtem negatiuam tenet Syl. ver. ſocietas 1. q. 16. poſt alios. Mouentur ex eo quòd ſi mercator aureos illos expenderit, iſte lucrum intenderet ex re non ſua, cùm merces emptæ ſint ementis, in cuius dominium pecunia transferat. Si verò non expenderit, talis contrahens lucrum intenderet, quod mercator non fecit. Imò ipſe Syl. ait, hunc contractum eſſe vſurarium; quia vult partem capitalis eſſe ſaluam. Sed re vera iſte contractus non eſt ſocietatis, quia nulla in eo interuenit communio, quæ eſt de ratione ſocietatis, vt late ſupra probauimus lib. 1. cap. 4. q. 3. concl. 1. Sed potius dicitur contractus ſponſionis: & poteſt eſſe licitus, ſi arbitrio boni viri vterque æqualiter exponatur lucro, & damno.

2 Etenim ſponſio eſt contractus licitus, niſi ex aliqua circumſtantia vitietur, vt habetur ex Gom. tom. 2. var. reſolut. cap. 11. num. 4. & Io. Medin. de reſt. q. 21. §. penul. Couar. in regul. peccatum, p. 2. §. 4. num. 2. Molin. de contract. diſp. 508. vbi num. 2. inter licitas ſponſiones eam enumerat, qua vnus ſpondentium exponit ſe periculo amittendi in gratiam alterius ſi non euenerit, quod dicit: & alter æquali periculo ſi euenerit: ſiquidem vterque ſe exponit incommodo, & lucro: & propterea iuſtum eſſe talem contractum, ait ibi Mol. vbi plures ſponſionis ſpecies recenſet, & rectè declarat. & latius Azor. tom. 3. Inſtit. moral. lib. 9. cap. 19. 20. & 21. de ſponſionib.

De regulis ad cognoſcendam iuſtitiam negotiationis, ſeu quæſtuariæ ſocietatis. Q. 25.

SVMMARIVM.

1 *Tres regulæ communiter aſſignantur ad cognoſcendam iuſtitiam ſocietatis.*

TRes regulæ communiter aſſignatur ad cognoſcẽdã iuſtitiam ſocietatis;
1 quarum prima eſt, quando in ſocietate ſit proportio rei, quæ collata eſt cum lucro, quod reportatur. Vt ſi vnus ex ſocijs contulit 100. alter verò 50. & lucrum ſit 150. aureorum; tunc iuſta erit ſocietas, ſi qui contulit 100. lucri percipiat 100. aureos: & qui contulit 50. quinquaginta pariter aureos habeat. Secunda regula eſt, vt ſocietas, in qua ſit communio in lucro tantùm, & non in ſorte, tunc dicatur iuſta, ſi fiat comparatio æſtimationis operũ cum æſtimatione periculi capitalis, ac eiuſdem lucri ſperati, & in fine ſocietatis diuidatur lucrum proportionaliter, ſi adſit, & capitale ſit periculo conferentis illud: ſicut operæ periculo eas præſtantis, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, q. 11. concl. 2. Tertia regula eſt, vt ſocietas, in qua ſit commu-

communio in lucro, & capitali, tunc ſit iuſta quando omnia collata reducuntur ad pecuniam, & ex eis fit vna maſſa, ſeu ſumma, & in fine ſocietatis proportionaliter lucra, & capitali vna cum damnis, & expenſis diuiduntur, iuxta ea, quæ diximus d. q. 11. concl. 1. & rectè declarat Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 2. num. 36. 37. 38. & 39. quibus adde ea quæ ſupra cumulauimus lib. 1. cap. 4. q. vl. concl. 4. & 5. & ſupra hoc eod. lib. 2. cap. 2. 9. vbi egimus qualiter lucra, & damna in ſocietate vniuerſali ad quæſtum veniant diuidenda: nam poſſunt applicari particularibus ſocietatibus, vt ibi diximus.

Quæ expenſæ, ac damna veniant communicanda in particulari ſocietate negotiationis. Q. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Conuentioni ſtandum eſt, ſi per eam non magis vnus ſocius grauetur, quàm alter*

2 *Conſuetudini ſtandum eſt circa communionem damnorum, & expenſarum inter ſocios, quando nulla inter eos præceſſit conuentio.*

3 *Conſuetudo magnam vim obtinet in ſocietatibus.*

4 *Expenſæ, ac damna, quæ proueniunt ex cauſa ſocietatis communicari debent inter ſocios particularis negotiationis.*

5 *Socius ſocietati intendens ſi in latrones inciderit, aut ab hoſtibus captus fuerit, vlnera ſuſceperit morbo correptus, aut naufragium paſſus fuerit, an, & quando damna, & expenſæ communicentur inter alios ſocios.*

6 *Capti ab hoſtibus damna, & expenſæ prò eius redemptione an & quando nō communicentur, etiam ſi agatur de ſociis omnium bonorum ſimpliciter.*

7 *Socius intendens ſocietati ſi expenſas faciat pro itinere, quas domi manens erogaſset, an communicentur cum aliis ſociis.*

8 *Expenſæ, quæ erogantur pro conſeruatione mercium in ſocietate negotiationis communicantur.*

9 *Expenſæ pro conducendis iumentis, aut nauibus ad merces aſportandas, &c. ſunt communicandæ.*

10 *Damna, & diſpendia habita propter delictum commiſſum ab vno ex ſociis negotiationis, non veniunt communicanda, etiam ſi delictum fuerit commiſſum pro vtilitate ſocietatis, vt quia vnus ex ſoci is gabellas defraudauerit.*

11 *Socius non intendens ſocietati ſi vulneratus fuerit occaſioni alicuius negotii ſocietatis damna, & expenſæ non communicatur.*

12 *Expenſæ ſuperfluæ factæ in conuiuiis non veniunt communicandæ in ſocietate negotiationis.*

13 *Damna, & impendia, quæ ſocietati proueniunt culpa alicuius ex ſociis an, & quando veniant communicanda.*

14 *Culpa pacto remitti an poſſit in ſocietate.*

15 *Cuſtodiam ſuſcipiens alicuius rei, mediante mercede, tenetur etiam de leuiſsima.*

16 *Damna prouenienti ſocietati dolo vnius ex ſociis non communicantur.*

17 *Dolus pacto remitti non poteſt.*

18 *Dolus præſumptus futurus an & quando pacto remitti poſsit.*

19 *Prodiga adminiſtratio non eſt adminiſtratio, ſed profuſio.*

PRo determinatione huius difficultatis non nulla proſunt, quæ diximus
1 ſupra cap. 1. q. 5. & cap. 2. q. 9. ac lib. 3. cap. 6. q. 6. latius adnotabimus. Illud tamen, & præcipuum eſt in hac re inſpiciendum, quod inter ſocios in huiuſmodi ſocietate fuerit conuentum: nam ſi conuentio iuſta, ac rationabilis ſit, ita vt non magis grauetur vnus ſocius, quā alter, ſtandum eſt conuentioni. Quòd ſi nihil conuentum fuerit inter ſocios, de
2 damnis, & expenſis ſtandum eſt rationabili conſuetudini: ſiquidem in ſocietatibus conſuetudo magnam vim obtinet, vt habetur ex Molin. de contractibus,
3 diſp. 418. num. 2. Leſs. lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 25. num. 35. cum alijs, quos ſupra cumulauimus q. 17. circa fin. Vbi
4 verò non adeſt conſuetudo, nec aliud fuerit conuentum; tunc regula iuris eſt, vt ſola damna, ac impendia, quæ cauſa negotiationis ſocietatis obueniunt, communicanda ſint, & non alia.

Ex hoc infertur primò, quòd ſi vnus ex ſociis ſocietati intendens, & ad mer-
5 ces coemendas profectus in latrones inciderit, ſpoliatus fuerit, ipſe ac eiuſdem

ſerui vulnera ſuſceperint, morbo corri-
piantur, naufragium patiantur, & alia
eiuſmodi; tunc talia damna, & medico-
rum impendia communia ſunt omnibus
ſocijs, vt in l. cùm duobus, §. venit,
ff. pro ſoc. *Bart.* & Bald. in l. 1. C. eod.
tit. Molin. loco cirato, num. 7. Azor. p.
3. Inſtit. moral. lib. 9. cap. 5. de ſociet.
q. 4. Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25.
dub. 4. num. 35. Filliuc. tom. 2. qq. mo-
ral. tract. 38. cap. 4. q. 4. num. 76. &
alij: atque ideò ſi capiatur à latroni-
bus tenētur alij ſocij cōtribuere redem-
ptioni. Idem dicendum eſt ſi vnus ex
ſociis ſocietatis cauſa fuerit captus ab
hoſtibus: quoniam alij tenentur contri-
buere redemptioni, vt habetur ex Petr.
Anch. conſ. 103. in prin. lib. 2. pro qua
re allegat tex. in d. l. cum duobus, §. ſa-
gaciam, Bald. conſ. 172. circa med. verſ.
Reſtat, lib. 5. Sed re vera id verum eſt
tantùm in ſocietate omnium bonorum,
6 & quando fortuitò fuerit captus, vt per
eundem Bald. ibi conſ. 177. eod. lib. &
Tuſch. in ver. ſocij, concl. 287. num. 9. &
nos diximus ſupra cap. 1. q. 5. Secus
autem ſi non agatur de ſocietate omniū
bonorum. *I*mò ſi culpa ſua in captiui-
tatem fuerit redaptus; etiam ſi frater ſo-
cius eſſet, & ageretur de ſocietate om-
niū bonorum, teneretur de ſuo; non au-
tem de communi, vt per Alex. conſ. 99.
lib. 2. & Tuſch. loco citato, num. 13. Item
7 veniunt communicanda impendia iti-
nerum, etiam ſi agatur de expenſis, quas
domi manens erogaſſet, vt habetur ex
Nauar. in Man. cap. 17. num. 283. Molin.
d. diſp. 418. ſub num. 2. circa fin. & num.
3. vel ſaltem præfatis expenſis deductis,
niſi aliud fuerit deductum in pactum, vt
per Bald. in d. l. 1. C. pro ſoc. & Syl. ver.
ſocietas, 1. q. 12. quorum opiniones am-
bas probabiles putat eſſe Leſſ. loco cita-
to; quamuis dicat ſententiam Nauar. eſ-
ſe iuri, ac praxi conformiorem, quam
non ſequitur Azor. tom. 3. Inſt. moral.
lib. 9. de ſociet. cap. 5. q. 8. niſi expreſsè de
hac re inter ſocios fuerit conuentum,
aut extaret Regionis conſuetudo. Præ-
8 terea communicantur expenſæ, quæ ero-
gantur pro conſeruatione mercium, ne
pereant, aut ne deteriores fiant: quas ex-
penſas ex iuſtitia ſocius tenetur erogare
de ſuo, ſi alia ratione non poſsit dam-
num commune vitare: ſiquidem tenetur
eam diligentiam rebus communibus
adhibere, quam quiſque propriis adhi-
bere ſolet: cùm igitur pro rebus ſuis cō-
ſeruandis quilibet de ſuo impendit; er-
go idem dicendum eſt pro conſeruandis
rebus ſocietatis, vt habetur ex Leſſ. lo-
co ſupra relato. Vbi id quoque confir-
mat ex eo quòd talis ſocius tenetur pe-
tere mutuo, ſi damnum commune ſocie-
tatis non valeat aliter euitare. Denique,
9 cæteris prætermiſsis, veniunt communi-
candæ expenſæ pro conducendis iumen-
tis, aut nauibus ad ipſas merces condu-
cendas, vel pro conducenda domo ad
eaſdem cuſtodiendas, doliis pro merci-
bus ipſis conſeruandis: & omnes aliæ ex-
penſæ, quæ neceſſariæ ſunt, vel vtiles ſo-
cietati, vt habetur ex Molin. & Azor.
locis citatis. Hæc omnia ſunt communi-
canda ſicut communicantur, & lucra,
nempè æqualiter, & proportionaliter,
iuxta proportionem eorum, quæ à ſin-
gulis ſociis in ſocietate conferuntur, vt
per Bald. conſ. 260. & conſil. 304. lib. 1.
Corn. conſ. 27. num. 12. lib. 2. Tuſch. in
ver. ſocii, concl. 287. num. 1.

Secundò infertur, quòd damna, & di-
10 ſpendia habita propter delictum ali-
quod commiſſum ex vno, vel altero ex
ſociis, non veniunt cnmmunicanda in-
ter ſocios in ſocietate, de qua agitur; ſed
debent ſolui de portione eius, qui deli-
ctum patrauit, vt per Bald. conſ. 491.
num. 3. lib. 2. & conſ. 272. lib. 5. ac Tuſch.
loco citato, num. 12. Quod quidem ve-
rum eſt, etiam ſi ſocius delictum com-
miſerit pro vtilitate ſocietatis, quia ad
id mandatum non habet, vt per Angel.
Aret. conſil. 105. in prin. & Tuſch. verſ.
ſocius, concl. 294. num. 12. quod eſt not.
pro damno paſſo ex defraudatione ga-
bellarum. Idem dicendum eſt, ſi damnū
ſubijt, aut vulneratus fuerit occaſione
11 quidem negotij ſocietatis, quod agebat;
ſed non quia intenderet ſocietati, vt
per Moliu. d. diſp. 418. num. 7. & Filliuc.
d. cap. 4. q. 3. num 76. qui exemplum po-
nunt in eo, qui dum pergeret ad nego-
tia ſocietatis rixatus fuit cum aliquo, à
quo fuerit vulneratus, vel ob particu-
lares inimicitias in via caſu comprehen-
ſus ab inimicis, damnum paſſus fuerit in
perſona, vel in bonis; etiam ſi aliàs com-
prehenſus non fuiſſet, ſi iter illud ſocie-
tatis cauſa non ſuſcepiſſet; quoniam
eiuſmodi periculis non dicitur expoſi-
tus ſocietatis cauſa, ac propter ſocieta-
tem. Hoc ipſum dicendum eſt, ſi occaſio-
ne ſocietatis vnus ex ſocijs legatum ali-
quod

Digitized by Google

quod perdidiſſet, vt quia non potuit ad
lucrum peruenire, vbi relictum fuerit, à
ſocietatis negotijs detemptus, vt habe-
tur ex Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38.
12 cap. 4. q. 6. Item non veniunt commu-
nicandæ expenſæ ſuperfluæ factæ in
conuiuijs, & in alijs rebus non neceſſa-
rijs; quoniam non dicuntur factæ ſocie-
tatis cauſa, vt habetur ex Molin. d. diſp.
418. ſub num. 2. verſ. Si is, qui operam.

Tertiò infertur, quòd damna, & impen-
13 dia, quæ ſocietati proueniunt culpa ali-
cuius ex ſocijs, non ſunt communican-
da: quia huiuſmodi damna, & impendia
non dicuntur obuenire ex cauſa ſocie-
tatis. Tenetur autem ſocius alteri ſocio
de culpa lata, & leui; non autem de le-
uiſsima, l. cùm duobus, §. venit, l. rei com-
munis, & l. ſocius ſocio, ff. pro ſoc. §. fin.
in Inſt. de ſociet. Bart. in l. quod Nerua,
ſub num. 26. ff. depoſ. & alij apud Felic.
in ſuo tract. de ſociet. cap. 21. num. 1. Vn-
dè ſi res furto ablatæ fuerint ex defe-
ctu debitæ cuſtodiæ, hoc damnum non
communicatur. Non tamen tenetur ſo-
cius de leuiſsima culpa, quia non tene-
tur ad exactiſsimam diligentiam; ſed ad
talem, qualem rebus proprijs ſocii com-
muniter ſolent, vt habetur ex Leſſ. lib. 2.
de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 4. num. 37. &
patet ex tex. in d. l. ſocius ſocio.

Imò licèt aliqui velint, culpam pacto
14 remitti poſſe; nihilominus ſi contraha-
tur ſocietas, conſiderata ſocii diligentia,
ſolertia: & æqualitas, habita earum con-
ſideratione, determinetur, culpam ipſam
remitti non poſſe, tenet Felic. loco cita-
to, ſub num. 5. quoniam eſſet remittere
id, quod in ſocietate ad eam æqualiter
introducendam conſideratum fuit con-
tra ipſius ſocietatis naturam, & eſſentiã.
Adde, quòd quamuis regulariter ſocius
ſocio non teneatur de culpa leuiſsima;
nihilominus de ea tenetur, ſi rerum ad
15 ſocietatem pertinentium in ſe cuſtodiã
ſuſcepit, l. qui mercedem, ff. locat. Me-
noch. conſ. 353. num. 17. lib. 4. ſicut, &
negotiationi præpoſitus, cùm ſalarium
pro cuſtodia conſequitur, vt fuit deci-
ſum per Rotam Genuẽſ. deciſ. 182. num.
2. Riminal. Iun. conſ. 52. num. 132. lib. 1.
Felic. vbi ſupra, cap. 21. & cap. 22. 23. &
24. vbi latè tractat, quomodo probetur
culpa, & quando ſocius ab ea excuſetur.
Quòd ſi ſocius ſocio tenetur de culpa
16 lata, & leui: & aliquando etiam de culpa
leuiſsima, multo magis tenetur de dam-
nis, ac diſpendiis, quæ proueniunt ex
dolo ipſius ſocii, l. quidam, in princ. ff. de
eden. d. l. cùm duobus, §. venit, & l. rei com-
munis, & l. ſocius ſocio, ff. pro ſoc. quem
quidem dolum pacto remitti non poſſe,
17 Doctores communiter docent. Siqui-
dem remittere dolum futurum, bonæ fi-
dei iudicio eſt contrarium, l. contractus,
ff. de regul. iur. & daretur occaſio delin-
quendi, l. illud conuenire, ff. de pact. dot.
quod adeò verum eſt, vt nec quidem
iuramento remitti poſsit dolus futurus,
Seraf. in tract. de priuil. iuram. priu. 180.
num. 5. Et id quidem locum ſibi vendi-
cat, ſiuè remiſsio doli facta fuerit dire-
ctè, ſiue indirectè, vt poſt alios probat
Felic. de ſociet. cap. 20. num. 3. 4. & 5. Vbi
etiam ait, quòd licèt aliqui velint, dolum
futurum præſumptum nec quidem re-
18 mitti poſſe; nihilominus, dolum futurũ
præſumptum remitti poſſe, inquit eſſe
communem, Doctor. opinionem, vt con-
ſuluit Pariſ. conſ. 49. num. 35. lib. 1. Dec.
conſ. 177. & conſ. 491. lib. 1. & conſ. 418.
lib. 2. cum alijs ab eodem Felic. allegatis,
vbi num. 6. id intelligit verum eſſe de
dolo præſumpto in omittendo, non au-
tem de dolo præſumpto in cõmittendo,
vt per Dec. loco citato, Menoch. de præ-
ſump. 3. præſump. num. 9. & alij, quos
refert idem Felic qui latè rem hanc per
tractat.

Quartò infertur non communicari
19 diſpendia, & damna, quæ ex culpa vnius
ex ſocijs prouenerunt in ſocietatis lu-
cro. Vndè non deſunt, qui velint, quòd in
contractu ſocietatis inter maritum, &
vxorem, vbi lucra ſunt communia ex
Hiſpaniarum legibus, ac conſuetudine,
ſi maritus, cui commiſſa eſt adminiſtra-
tio prodigè agat, ſoluto matrimonio il-
lius hæredes, teneri vxori ea reficere:
quia prodiga adminiſtratio, non eſt ad-
miniſtratio, ſed profuſio, vt latè habetur
ex Petr. Nauar. lib. 3. de reſt. cap. 1. num.
114. Quæ quidem ſententia licèt non
probetur Nauar. in Man. cap. 17. num.
155. nihilominus eam ſequitur Leſſ. lib.
2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 4. in fin. qui
reſpondet ad rationem, qua mouetur ip-
ſe Nauar.

De locatione, ac ſocietate animalium. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Animalia duobus modis tradi, vt plurimum ſolent.*

2 *Animalium locatio multipliciter fieri contingit.*

1 AD euidentiam eorum, quæ in hac re dicenda erunt, eſt adnot. quòd animalia duobus modis tradi, vt plurimum ſolent: nempè per viam locationis, & per viam ſocietatis, quæ vulgo dicitur, *socida* ſeu *ſocietà*, vt habetur ex Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 9. num. 56. & cap. 19. num. 38. Et quoniam locatio ani-
2 malium multipliciter fieri cõtingit, ſicut & eorum ſocietas; idcirco modos tum locationis, tum ſocietatis per ſequentes quæſtiones diſcutientes, contractus, qui in ea re celebrari ſolent, eorumque iuſtitiam, ac iniuſtitiam paucis, Deo duce, declarabimus.

An licita ſit animalium locatio, & conductio; & primò de conductione perſonæ ad cuſtodienda animalia. Q. I.

SVMMARIVM.

1 *Locatio ſtrictè, & propriè non datur, niſi merces conſiſtat in pecunia numerata.*

2 *Locatio, lato ſumpto vocabulo dicitur, cùm pro re locata datur non merces in re, non autem pecunia.*

3 *Locatio animalium poteſt fieri dupliciter.*

4 *Locatio perſonæ ex parte recipientis animalia, & locatio rei ex parte tradentis animalia qualiter inter ſe differant: & in quibus conueniant.*

5 *Locatio, ſeu conductio perſonæ ex parte recipientis animalia iuſta, ac licita eſſe poteſt.*

6 *Locatio ſeu conductio perſonæ ex parte recipientis animalia iuſta eſſe poteſt, ſiue locatio ſtrictè fiat, ſiue lato ſumpto vocabulo.*

7 *Locatio ſtrictè ſumpta, & locatio lato ſumpto vocabulo licet differant quoad forum exterius; quoad forum autem interius non differunt.*

8 *Locationem ſtrictè ſumptam dari poſſe etiam ſi merces non conſiſtat in pecunia numerata, qui volint.*

9 *Locatio perſonæ ex parte recipientis animalia iuſta eſt ſi debita concurrant circumſtantiæ.*

1 PRo determinatione huius difficultatis eſt adnot. quòd non datur locatio ſtrictè, & propriè conſiderata, niſi merces, quæ pro re locata datur, conſiſtat in pecunia numerata, vt infra q. 5. verſ. eſt etiam de ſubſtantia latius declarabimus. Vndè ſi quis pro conductione equi det certam frumenti menſuram,
2 aut alterius rei, locatio equi non diceretur propriè, ac ſtrictè locatio ſeu conductio; ſed locatio lato ſumpto vocabulo, ſeu contractus innominatus: atque adeò quamuis pro priori detur actio locati; pro poſteriori verò competit actio præſcriptis verbis, cùm ſit contractus innominatus, vt in l. 1. §. ſi quis ſeruum, & ibi latè Doctor. ff. depoſ. Molin. de contract. diſp. 486. ſub num. 2. verſ. Deinde nomine mercedis, Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 8. de locat. cap. 4. q. 4. & Conrad. de contract. q. 87. ſuppoſit. 6. vbi locationem latè ſumptam, ait poſſe etiam dici, quando pro mercede rei locatæ datur ſpecies aliqua indeterminatè, nempè ouis columba, & plauſtrum feni, &c. & ſuppoſit. 2. diuidit locationem generaliter ſumptam in eam, quæ fit pro ſpecie alia ab ea, quæ prouenit à re locata: & in eam, quæ fit pro eadem ſpecie, etiam in numero, quæ prouenit ex re locata. De his omnibus igitur in hac quæſtione agemus, de locatione ſcilicet tam ſtrictè, quæ fit pro mercede in pecunia numerata, quàm de locatione largè ſumpta, ſiue fiat pro re alia ab ea, quæ prouenit de re locata, ſiue pro eadem ſpecie, etiam in numero, ex ipſa re locata prouenienti.

Secundò eſt adnot. quòd locatio, ſeu
3 conductio animalium poteſt fieri dupliciter. Primò, vt per talem contractum fiat locatio perſonæ ex parte recipientis anima-

animalia, & conductio perſonæ ex parte tradentis, conducentis ruſticum, ſeu paſtorem, vt pro determinata mercede ſibi, recipiat paſtor tot libras caſei: quæ quidem locatio, ſeu conductio dicitur quoque locatio operum, non quia operæ ſint, quæ locentur; ſed quia perſona locatur ad opera, vt rectè Conrad. de contract. q. 87. ſuppoſit. 3. ſecundò celebrari poteſt locationis, ſeu conductionis contractus, vt locatio ſit rei ex parte tradentis animalia, & conductio rei ex parte ruſtici, ſeu paſtoris, recipientis ea: ſiuè ſtrictè fiat locatio, ſeu conductio pro mercede conſiſtente in pecunia; ſiuè largè, tam ſi merces conſiſtat in re prouueniente ex animalibus, quàm in re alia prouueniente ab eis.

Conueniunt inter ſe huiuſmodi con-
4 tractus; quia in vtroque caſu animalia manent in dominio tradentis, & non fiant de dominio recipientis. Côueniunt pariter, quoniam in vtroque caſu recipiens animalia non tenetur tradenti, niſi de dolo, lata, & leui culpa; non autem de leuiſſima, nec de caſu fortuito: ſiquidem hæc ſunt de natura contractus locationis, ſeu conductionis. Differunt autem inter ſe prædicti contractus. Primò quia in priori contractu eſt locatio perſonæ, & conductio perſonæ: in poſteriori verò eſt rei locatio, & conductio rei. Secundò in illo contractu fit locatio ex parte recipientis animalia, & conductio ex parte tradentis: in illo verò contractu è contra fit locatio ex parte tradentis animalia, & conductio ex parte recipientis. Tertiò differunt; quia in primo contractu tradens animalia retinet tam dominium, quàm vſum eorum: in ſecundo autem tradens animalia dominium tantùm retinet animalium; vſum verò eorum transfert in recipientem. Quartò differunt, quoniam in priori tradens animalia, dat mercedem recipienti: at in poſteriori tradens recipit mercedem à recipiente, vt rectè declarat Conrad. de contract. q. 88. concl. 1. & 3. Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 7. q. 2. Molin. de contract. diſp. 420. ſub num. 1. & alij. In hac igitur controuerſia agemus de locatione perſonæ reſpectu recipientis animalia: & deinde diſcutiemus de locatione ipſorum animalium. His igitur adnotatis, ſit

Vnica concluſio.

Locatio, ſeu conductio perſonæ, ſeu
5 operarum ex parte animalia recipientis iuſta, ac licita eſſe poteſt. Hæc concluſio eſt communis, vt habetur ex Conrad. de contract. q. 90. in prin. concluſ. 1. & 2. & patet ratione. Etenim côtractus locationis operum ex ſuo genere eſt licitus, vt patet ex tex. in l. qui operas, ff. locat. latè Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 8. de locat. & conduct. cap. 2. verſ. Secundo diuiditur, & alij communiter; ergo licita eſſe poteſt locatio, ſeu conductio, de qua agitur.

Ampliatur hæc concluſio, vt vera ſit
6 non ſolùm de locatione, ſeu conductione ſtrictè ſumpta, mediante mercede pecuniaria; ſed etiam de locatione, ſeu conductione, lato ſumpto vocabulo, nempè mediante mercede, quæ non ſit pecunia numerata, iuxta, quæ ſupra diximus, not. 1. & id maximè quoad forum interius.
7 Nam licèt quoad forum exterius ſatis interſit, an locatio, ſeu conductio fiat, mediante mercede in pecunia numerata, vel in re alia à pecunia numerata, cùm in priori competat actio locati: in poſteriori verò actio præſcriptis verbis, vt ſupra probauimus, not. 1. nihilominus quoad forum interius nihil refert, vt habetur ex Côrad. de contr. q. 87. ſuppoſit. 6. ſiquidem locatio ſiuè fiat, mediante mercede pecuniaria, ſiue in re, aut in ſpecie, ſi merces ſit iuſta, non eſt contra ius naturale: & locatio largè ſumpta quamuis non ſit contractus nominatus; eſt tamen contractus innominatus, qui reducitur ad contractus locationis, & conductionis, cùm nulli alij contractui ſit magis ſimilis: & natura contractus innominati ea eſt, vt reducantur ad contractum aliquem nominatum ipſi magis ſimilem.

Imò non deſunt, qui velint, dari loca-
8 tione ſtrictè ſumptam etiam ſi merces non ſit in pecunia numerata; ſed aliquid aliud; atque adeò de intrinſeca ratione locationis non eſſe mercedem pecuniariam, vt habetur ex Pinel. in rub. C. de reſcind. vend. p. 2. cap. vlt. num. 29. Aluer. Valaſc. de iur. emphyt. q. 10. num. 5. & ex alijs, qui monentur ex l. ſi olei, C. locat. & l. hæc diſtinctio, §. vlt. in fin. ff. eod.

Sed

Sed non eſt recedendum à communi opinione: nam præter tex. in l. 1. §. ſi quis ſeruum, ff. depoſ. quem ſupra retulimus in 1. not. Eſt tex. in l. naturalis, §. at cùm do, ff. de præſcr. verb. tenoris ſequentis, *At cùm do vt facias, ſi tale ſit factum, quod locari ſoleat, puta vt tabulas pingas pro pecunia data, locatio erit, vt in ſuperiori caſu (quando ſcilicet do pecuniam, vt rem accipiam) emptio: ſi res ſit, non erit locatio; ſed naſcetur vel ciuilis actio in hoc, quod mea intereſt, vel ad repetendum conditio.* Vnde ad d. l. ſi olei, & l. hæc diſtinctio, rectè reſpondet Molin. de contract. diſp. 486. ſub num. 3. & Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 8. de locat. cap. 4. q. 4.

Secundò ampliatur eadem concluſio,
9 vt locatio, & conductio, de qua agitur, non ſolùm poſsit eſſe iuſta, ac licita; verùm etiam eſt actu, ac ſimpliciter talis; cùm debitæ in ea concurrant circumſtantiæ; nempè, quòd merces ſit iuſta, vt in l. ſi quis ff. locat. Quòd is, qui locat perſonam, ſeu operas non prohibeatur locare, & qui conducit non prohibeatur conducere: & aliæ conditiones, de quibus Conrad. de contract. q. 90. concl. 2. & 3. & latè Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 8. de locat. cap. 3. & 4.

An tradens alicui 100. oues paſcendas, ac cuſtodiendas, & promittens ei aliquam partem fructuum, nempè octauam, aut decimam, cenſeatur contractum inire ſocietatis, vel potius locationis, ſeu conductionis perſonæ, ſeu operarum. Q. II.

SVMMARIVM.

1 *Definitio cui competit, definitum.*
2 *Societas quid*
3 *Locatio à ſocietate qualiter differat.*
4 *Fructuum quota, quæ promittitur recipienti animalia, dupliciter contingit promitti.*
5 *Oues tradens alicui ſimpliciter ad eas paſcendas, ac cuſtodiendas ſub quota fructuum in dubio præſumitur contrahere ſocietatem.*
6 *Fundum tradens ad culturam ſub quota fructuum, cenſetur contrahere ſocietatem in dubio.*
7 *Luſitaniæ ſi quis tradat vineam, aut fundũ ſub quota fructuum ad decemnium; & infra cenſetur contrahere ſocietatem, ſi vltra decemnium, emphyteuſim.*
8 *Prepoſitus cuicunque negotiationi ſub aliqua quota lucri dicitur ſocietatem contrahere, non autem contractum conductionis, ſeu locationis.*
9 *Contrahentium mentes potiuſquàm verba attenduntur.*
10 *Oues alicui tradens ad eas paſcendas, & cuſtodiendas ſub aliquota fructuum in ſtipendium ſuarum operum, dicitur cõtrahere locationis, non autem ſocietatis contractum.*
11 *Oues alicui tradens paſcendas ſimpliciter ſub aliqua parte fructuum, vt iuſtè dicatur contrahere ſocietatem, debet ſeruare ſocietatis regulas.*
12 *Oues ſi tradantur alicui paſcendæ ſub aliquota fructuum in ſtipendium ſuarum operum, talis contractus eſt iudicandus iuxta regulas locationis.*
13 *Societatis contractus vt ſit iuſtus quas conditiones exigat.*
14 *Locationis contractus quid exigat ad ſui iuſtitiam.*
15 *Locator operum tenetur de dolo, lata, & leui culpa.*
16 *Tradens decẽ vitulos alicui cuſtodiendos, & paſcendos ea lege, vt in fine triennij vendantur, & diuidatur lucrum, ſaluo capitali; illicitè contrahit: & qualiter talis contractus iuſtificetur.*

1 IN hac re videtur dicendum, quòd hoc caſu contrahatur ſocietatis, non autem conductionis, ſeu locationis perſonæ, ſeu operum contractus. Probatur; quia cui cõpetit definitio, competit definitum: ſed huiuſmodi contractui competit definitio ſocietatis: ergo talis contractus eſt ſocietatis. Maior patet. Minor probatur ex definitione ſocietatis in genere, quam ſupra attulimus, lib. 1. q. 2.
2 dum diximus, ſocietatem eſſe rationabilem conuentionem duorum, vel pluriũ ad conferendum aliquid in communem vſum, lucrum, vel quæſtum. Etenim in caſu, de quo agitur, concurrit duorum conuentio, & communio in lucro futuro, quæ ſunt de eſſentia, ac ratione ſocietatis:

tatis: ſiquidem de ratione ſocietatis ſatis eſt, vt communio fiat in lucro futuro; neque neceſſaria eſt communio in capitali; quamuis ex pacto fieri poſsit communio in vtroque, vt rectè docet Molin. de contract. diſp. 411. ſub num. 13. verſ. circa eandem. Cùm igitur in caſu, de quo agitur fiat communio in aliqua fructuum parte, nempè in octaua, aut in decima parte agnorum, lanæ, caſei, &c. proculdubio dicitur fieri communio in lucro futuro; atque adeò contractus, de quo eſt cõtrouerſia, eſt cõtractus ſocietatis, non autem locationis operum.

Confirmatur; quoniam hæc eſt diffe-
3 rentia inter locationem, ſiuè ſtrictè con-
ſideretur, ſiuè largè, & ſocietatem: prior
enim fit pro certa, ac determinata mer-
cede, ſeu pro certo, ac determinato pre-
tio; nempè pro decem, aut viginti aureis,
10. aut 20. menſuris tritici, aut olei: po-
ſterior verò fit pro aliquota fructuum,
ſeu lucri, l. ſi merces, §. vis maior, ff. locat.
Molin. de contract. diſp. 486. à num. 4.
vſque in finem, & aiij communiter. At
in caſu noſtro oues dantur pro aliquota
fructuum: caſus noſter eſt contractus ſo-
cietatis, autem locationis, ſeu conductio-
nis perſonæ, ſeu operum.

Pro determinatione huius difficulta-
4 tis eſt adnot. quòd illa quota fructuũ, quę
promittitur recipienti illas 100. oues in
caſu, de quo agitur dupliciter contingit
promitti. Primò in ſtipendium diligen-
tia adibendæ in cuſtodiendis, ac paſcen-
dis ouibus. Secundo ſimpliciter, nulla
facta mentione ſtipendij nec expreſsè,
nec tacitè; ſed contractus ſimpliciter ce-
lebratur, exprimendo tot partes fructuũ
futuras eſſe tradentis oues, & talem ali-
quotam futuram eſſe eas recipientis. His
breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima concluſio.

TRadens alicui oues ſimpliciter ad
5 eas paſcendas, ac cuſtodiendas, ſub
pacto, vt recipiens illas, aliquotam fru-
ctuum ex eiſdem percipiendorum ſibi
retineat, & reliquas partes tradenti tri-
buat, cenſetur in dubio contrahere ſo-
cietatem, non autem locationem, ac cõ-
ductionem perſonæ, ſeu operum. Hæc
concluſio eſt Molin. de contractib. diſp.
411. ſub num. 3. & diſp. 486. ſub num. 4.
& patet ex Gloſ. in l. 1. §. ſi quis ſeruum,
ver. Non datur, ff. depoſ. & ex rationibus
ſupra allatis.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum
habeat, non ſolùm quando traduntur
6 oues, aut alia animalia modo ſupradi-
cto, verum etiam quando traditur fun-
dus ad culturam pro parte aliquota fru-
ctuum: quoniam huiuſmodi contractus
non erit locationis, ſeu conductionis;
ſed ſocietatis, vt rectè probat Molin. d.
diſp. 486. ſub num. 4. verſ. Atque iuxta
hanc doctrinam; & verſ. ex his facile in-
telligis. Eſt tamen verum, quòd idem
Molin. in d. verſ. Atque, & diſp. 414.
ſub num. 3. ait quòd lib. 4. Luſitan. or-
dinat. tit. 60. ſtatuitur, quòd ſi quis tra-
7 dat alicui vineam, aut alium fundum
ad colendum cum pacto, quòd reddat
medietatem, tertiam, quartam, vel ali-
am aliquotam partem fructuum, ſi con-
tractus fiat ad decennium, & infra, cen-
ſeri contractum ſocietatis: quòd ſi fiat
vltra decennium cenſeri contractum
emphiteoticum.

Secundò ampliatur, vt prædicta con-
cluſio procedat in omni alia negotiatio-
8 ne. Imò frequens eſt huiuſmodi con-
tractus inter Mercatores. Etenim præ-
ficere ſolent eorum negotiationi aliquẽ,
& illi conſtituere partem aliquam lucri,
quod, deducto capitali, & expenſis, re-
manſerit negotijs completis: & id vt eo-
rum negotia diligentius peragant: ſiqui-
dem hi ſocietatis, non autem locationis,
ſeù conductionis contractum celebrare
cenſentur, vt habetur ex Molin. de con-
tract. diſp. 411. ſub num. 3.

Sic ampliata limitatur eadem conclu-
ſio veram eſſe, niſi apertè adſint conie-
9 cturæ, quibus probetur, contrahentium
mentem fuiſſe celebrandi contractum
locationis, ſeu conductionis, non autem
ſocietatis: quoniam tunc attendenda eſt
mens contrahentium, quæ inſpicitur in
contractibus, vt in l. ſicut, C. de action.
& obligat. & in ſpecie Molin. d. diſp.
486. ſub num. 4.

Secunda concluſio

TRadens alicui oues ad eas paſcen-
das, & cuſtodiendas ea lege, vt
10 recipiens illas, aliquotam fructuum ex
eiſdem percipiat in ſtipendium, ac mer-
cedem ſuarum operarum, laborum, &
expen-

Digitized by Google

expenſarum in eiſdem paſcendis;tunc & eo caſu non cenſetur celebrare contractum ſocietatis; ſed contractum locationis ſeu conductionis largè conſideratũ. Hæc concluſio eſt eiuſdẽ Molin. d. diſp. 411. & 486. & patet ex eo, quòd in tali contractu cum ſtipendij, ſeu mercedis mentio habeatur, clarè colligitur,mentem contrahentiũ fuiſſe celebrandi contractum locationis, ſeu conductionis operum; non autem ſocietatis. Hæc concluſio ampliatur eiſdem modis, quibus ampliatur præcedens concluſio.

Tertia Concluſio.

AD hoc vt contractus in prima concluſione contentus ſit iuſtus cùm
11 ſit contractus ſocietatis, debet iudicari ſecundum regulas, ac priuilegia ſocietatis. Et cùm contractus in ſecunda con-
12 cluſione ſit locationis,ſeu conductionis, iudicandus eſt pariter iuxta regulas eiuſdem contractus. Hæc concluſio eſt eiuſdem Molinæ d. diſp. 411. ſub num. 3. & non indiget alia probatione, ſed tantùm, vt declaretur. Etenim ſi eſt contractus ſocietatis, vt ſit iuſtus debet
13 ſeruari in eo æqualitas; ita vt fiat collatio capitalis ad operam, & induſtriam, tum inter ſe, tum etiam comparatione lucri, iuxta ea quæ cap. præced. q. 22. Quòd ſi ſit contractus locationis, tunc
14 ve iuſtus cenſeatur, ſatis eſt ſi lucrum, quod conſtituitur illi, qui operam, & induſtriam poſuit, æquale ſit operæ in valore, aut induſtriæ appoſitæ, nulla relatione facta talis operæ, ac induſtriæ ad oues traditas, aut ad lucrum, quod ex eis ſperetur. Ad cognoſcendum autem iuſtitiam huius contractus plures regulæ aſſignantur quoque à Conrad. de contract. q. 90. concl. 4. inter quas eam eſſe ait, vt tradens oues, aut aliud capitale, retineat periculum fortuitum ipſarum ouium,aut alterius capitalis: ſiquidem locator operarum, non tenetur de caſu fortuito ouium,vel alterius capita-
15 lis; ſed tantùm de dolo,lata, & leui culpa; quoniam locatio eſt in vtilitatem vtriuſque, locatarius ſcilicet, & conductoris, vt in l. ſiquis fundum, §. ſi colonus prædiorum, & l. ſi de damno, ff. locat. ac l. ſi vt certo, §. nunc videndum, & §. ſi vtriuſque, ff. commod. & præterea addit aliam regulam,quæ coincidit cum priore, nempe, quod ſi oues, alia capitalia minoris pretij reddentur, quã fuerint æſtimata traditionis tempore, locator operarum, qui oues ſuſcepit cuſtodiendas, aut aliud capitale negotiandum,non teneatur ob id ſupplere: aliàs capitale eſſet ſaluum, quod non licet;niſi interueniat aſſecuratio,vt infra dicemus quæſt. 4.

Ex hoc infertur, quòd ſi Titius tradat
16 Sempronio v.g. decem vitulos appretiatos 100. aureos cuſtodiendos,& in vtriẽdos per tres annos,ea lege,vt in fine triennij vendantur,& Titius ante omnia ſuum capitale extrahat, & deinde diuidatur lucrum; tunc huiuſmodi contractus ſiuè ſit ſocietatis iuxta primam concluſionem: ſiuè ſit locationis, ſeu conductionis operum, iuxta ſecundam non aliter dicetur iuſtus, niſi vituli ſlent periculo ipſorum Domini, & medietas lucri veriſimiliter tanta ſit affutura, quæ Sempronio ſatis ſit pro opera, expenſis, curis, & periculis, quæ ſubit ex contractu.& etiam pro illo periculo,quod contingere poteſt, ſi nullum lucrum fiat:& propterea oportebit perdidiſſe operas, & impenſas, vt rectè declarat Conrad. de contract. q. 90. concl. 4. verſ. ex illis ſequitur. Hæc ſatis dicta ſint de locatione perſonæ, ſeu operum eius qui animalia recipit:reſtat modo diſcutiendum de contractu locationis rei, atque adeò animalium, an ſit licita.

De locatione, ac condutione animaliũ an ſit licita. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Locatio animalium eſt licita.*
2 *Locatio, ſeu conductio animalium eas conditiones exigit,quas expoſtulant alia rum rerum locationes.*
3 *Locationis ſubſtantialia quænam ſint.*
4 *Res locata debet extare, vt valida ſit locatio.*
5 *Merces pecuniaria eſt de ſubſtantia locationis propriè dictæ.*
6 *Conſenſus contrahentium eſt de ſubſtantia locationis.*
7 *Conſenſus omnium dominorum exigitur in locatione fundi communis,*
8 *Tacita locatio, ſeu conductio quando dicatur.*

9 *Milites*

9 *Milites probibentur prædia conducere, oues, boues, &c.*

10 *Res multæ ſunt, quæ licèt vendi poſſunt; non tamen poſſunt locari.*

11 *Locatio, ſeu conductio ad eius iuſtitiam quaſnam conditiones exigat.*

12 *Locatio ouium ea lege, vt recipiens paſcat, & conſeruet eas, & elapſo biennio reddat locatori, retenta ſibi dimidia parte fructuum pro debita ſibi mercede, poteſt eſſe iuſta, ſi debitæ conditiones concurrant.*

13 *Locatio duorum bobum æſtimatorum 60. aureis, ſub mercede decem modiorum frumenti ſingulis annis, an & quando ſit licita.*

14 *Locatio ouium ea lege, vt damnum, & periculum, ac lucrum ſint communia danti, ac recipienti, an, & quando ſit iuſta.*

15 *Locatio bobum ad laborandum ad quartã partem lucri, ac damni pro mercede, iuſta eſſe poteſt.*

16 *Locatio duorum bobum æſtimatorum ea lege, vt conductor laboret ſibi cum ipſis bobus 12. bubulcas terræ in anno: & in fine anni, bobus venditis, locator ſuum capitale totum extrabat, tradita conductori medietate lucri, an & quando ſit iuſta.*

17 *Locatio vnius vaccæ æſtimatæ decem aureis ea lege, vt conductor ſuis ſumptibus paſcat, & conſeruet vna cum fructibus, & fœtibus, locatori aſſignandis, donec ſit ipſi de pretio vaccæ ſatisfactum, & deinde aſſignet medietatem dictorum fructuum, & fœtuum, an & quando ſit licita.*

AD hanc quæſtionem reſpondetur breuiter affirmatiuè: ſiquidem nõ
1 modò locatio perſonæ, ſeu operum ad paſcenda, ac cuſtodienda animalia vera, formalis, ac iuſta eſſe poteſt, vt oſtendimus ſupra, q. 1. verùm etiam locatio, & conductio ipſorum animalium. Non enim poteſt aſſignari diuerſitatis ratio, cur quis poſſit vſufructum, vel vſum ſui prędij alteri locare, retenta illius proprietate, vt in l. qui pignoris, ff. de acquir. poſſeſ. & Gloſ. in l. emptorem, C. locat. & non poſſit alteri locare vſufructum, aut vſum animalium, retenta ſibi animalium proprietate, ac dominio, cũ ijs quoque competat locationis, ſeu cõductionis definitio, quæ licita eſt ex ſuo genere: & nihil aliud eſt, niſi contractus quo quis vſum alicuius rei, vel perſonæ in alium transfert pro mercede, retenta proprietate, ac dominio eiuſdem, vt latè Conrad. de contract. q. 87. in prin. iunctis ijs, quæ per eundem cumulantur, q. 89. vbi etiam ait, quod animalia, quæ locantur ſunt in duplici differentia: nam quædam ſunt minuta, vt oues, capræ, canes, aues rapaces, & alia animalia eiuſmodi: & quædam ſunt magna, ſeu maiora, vt equi, aſini, boues, vaccæ, &c. Ouium vſufructus, ſeu vſus conſiſtit in lacte, lana, & agnis: imo in earundem fimo, cùm ſit valdè vtilis pro prædijs impinguandis. Caprarum verò vſufructus, & vſus ſunt lac, hædi. Canes quoque deſeruiunt ad venandum, & ad cuſtodiendas oues: aues ad aucupandum, & alia altilia ad ouorũ productionem. vaccarum quoque fructus conſiſtunt in lacte, & vitulis. Boues deſeruiunt ad arandum, muli ad vectúram equi ad equitandum, &c. & denique animalia maſculini generis deſeruiunt ad generãdum, quales ſunt Tauri, Capri, arietes, equi, aſini, & alia animalia eiuſmodi, quæ ob id locari poſſunt ad tales effectus, vt habetur ex Conrad. loco citato.

Eſt tamen aduertendum, quòd locatio ſeu conductio animalium eas condi-
2 tiones exigit, quas expoſtulant aliarum rerum locationes; & propterea regulari debet ſecundum regulas aliarum locationum, vt habetur ex Syl. in ver. ſocietas, 2. q. 2. Sunt autem ſubſtantialia
3 contractus locationis, ſeu conductionis vt ſic, tria; nempè, res, merces, & conſenſus. Eſt enim res de ſubſtantia locationis, & conductionis; ſicut & res eſt de ſubſtantia emptionis, ac venditionis, cum qua locatio, ſeu conductio maximam habet affinitatem: nec differt in alio, niſi quòd rei venditæ transfertur dominium in venditorem: rei verò locatæ non transfertur in conductorem, ſed tantùm vſus, vt in l. non ſolet, ff. locat. Hinc ſequitur fictam eſſe locationem bouis, quem quis non habet; & vſura
4 in hac re de facili committitur, vt declarat Syl. ver. vſura, 2. q. 5. Tabien. ver. vſura, 5. q. 7. Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 8. de locat. cap. 4. q. 3. & alij, qui exemplum ponunt in Ruſtico, qui mutuo petijt à Titio 20. aureos: & ipſe Titius dixerit; Nolo tibi mutuo dare dictam pecuniam; ſed à te volo emere bouem pro pretio 20. aureorum: quem li-

pactum ad ſemper, ſed ad tempus rationabile. Et quartò quòd non intendat magis principaliter per hāc viam, quàm per negotiationem lucrari. Sed re vera non omnes conditiones neceſſariò exiguntur ad iuſtificationem contractus; dummodo præfatam pecuniam tribuat in gratiam mutuatarij: quoniam ad iuſtificandum intereſſe, non exigitur vt mutuans teneatur ex præcepto mutnare: nec habere intentionem per aliam viam lucrandi, vt late habetur ex Nauar. in Man.cap.17.num.29.Salon.2.2. q.78. art.2.contr.9. Leſſ. lib.2. de Iuſt. & iur. cap.20.dub.11.& alijs.

An ſi quis det Mercatori Neapoli 100. aureos recepturus Siciliæ tantùm 50. ſi perierint in mari: & ſi non perierint, 120. iſte contractus ſit ſocietatis, & licitus Q. 24.

SVMMARIVM.

1 *Societas non eſt, ſed potius ſponſionis contractus dicitur, quo quis dat mercatori Neapoli 100. aureos recepturus Siciliæ tantùm 50. ſi perierint in mari: & ſi non perierint 120. imò poteſt eſſe licitus.*

2 *Sponſio eſt contractus licitus; niſi ex aliqua circumſtantia vitietur.*

PArtem negatiuam tenet Syl. ver. ſo-
1 cietas 1.q.16. poſt alios. Mouentur ex eo quòd ſi mercator aureos illos expenderit, iſte lucrum intenderet ex re non ſua, cùm merces emptæ ſint ementis, in cuius dominium pecunia tranſierat. Si verò non expenderit, talis contrahens lucrum intenderet, quod mercator non fecit. Imò ipſe Syl. ait, hunc contractum eſſe vſurarium; quia vult partem capitalis eſſe ſaluam. Sed re vera iſte contractus non eſt ſocietatis, quia nulla in eo interuenit communio, quæ eſt de ratione ſocietatis, vt late ſupra probauimus lib.1.cap.4.q.3.concl.1. Sed potius dicitur contractus ſponſionis: & poteſt eſſe licitus, ſi arbitrio boni viri vterque æqualiter exponatur lucro, & damno.
2 Etenim ſponſio eſt contractus licitus, niſi ex aliqua circumſtantia vitietur, vt habetur ex Gom.tom.2.var.reſolut.cap. 11.num.4.& 10.Medin. de reſt. q. 22. §. penul.Couar.in regul. peccatum, p.2.§. 4.num.2. Molin. de contract. diſp.508. vbi num. 2. inter licitas ſponſiones eam enumerat, qua vnus ſpondentium exponit ſe periculo amittendi in gratiam alterius ſi non euenerit, quod dicit: & alter æquali periculo ſi euenerit: ſiquidem vterque ſe exponit incommodo, & lucro: & propterea iuſtum eſſe talem contractum, ait ibi Mol. vbi plures ſponſionis ſpecies recenſet, & rectè declarat. & latius Azor.tom.3.Inſtit.moral.lib.9. cap. 19.20.& 21.de ſponſionib.

De regulis ad cognoſcendam iuſtitiam negotiationis, ſeu quæſtuariæ ſocietatis. Q.25.

SVMMARIVM.

1 *Tres regulæ communiter aſſignantur ad cognoſcendam iuſtitiam ſocietatis.*

TRes regulæ communiter aſſignatur ad cognoſcēdā iuſtitiam ſocietatis;
1 quarum prima eſt, quando in ſocietate fit proportio rei, quæ collata eſt cum lucro, quod reportatur. Vt ſi vnus ex ſocijs contulit 100. alter verò 50. & lucrum ſit 150. aureorum; tunc iuſta erit ſocietas, ſi qui contulit 100. lucri percipiat 100. aureos: & qui contulit 50. quinquaginta pariter aureos habeat. Secunda regula eſt, vt ſocietas, in qua fit communio in lucro tantùm, & non in ſorte, tunc dicatur iuſta, ſi fiat comparatio æſtimationis operū cum æſtimatione periculi capitalis, ac eiuſdem lucri ſpetati, & in fine ſocietatis diuidatur lucrum proportionaliter, ſi adſit, & capitale ſit periculo conferentis illud: ſicut operæ periculo eas præſtantis, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, q. 11. concl. 2. Tertia regula eſt, vt ſocietas, in qua fit commu-

Digitized by Google

communio in lucro, & capitali, tunc ſit iuſta quando omnia collata reducuntur ad pecuniam, & ex eis fit vna maſſa, ſeu ſumma, & in fine ſocietatis proportionaliter lucra, & capitali vna cum damnis, & expenſis diuiduntur, iuxta ea, quæ diximus d. q. 11. concl. 1. & rectè declarat Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 2. num. 36. 37. 38. & 39. quibus adde ea quæ ſupra cumulauimus lib. 1. cap. 4. q. vl. concl. 4. & 5. & ſupra hoc eod. lib. 2. cap. 2. 9. vbi egimus qualiter lucra, & damna in ſocietate vniuerſali ad quæſtum veniant diuidenda: nam poſſunt applicari particularibus ſocietatibus, vt ibi diximus.

Quæ expenſæ, ac damna veniant communicanda in particulari ſocietate negotiationis. Q. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Conuentioni ſtandum eſt, ſi per eam non magis vnus ſocius grauetur, quàm alter*
2 *Conſuetudini ſtandum eſt circa communionem damnorum, & expenſarum inter ſocios, quando nulla inter eos præceſſit conuentio.*
3 *Conſuetudo magnam vim obtinet in ſocietatibus.*
4 *Expenſæ, ac damna, quæ proueniunt ex cauſa ſocietatis communicari debent inter ſocios particularis negotiationis.*
5 *Socius ſocietati intendens ſi in latrones inciderit, aut ab hoſtibus captus fuerit, vlnera ſuſceperit morbo correptus, aut naufragium paſſus fuerit, an, & quando damna, & expenſæ communicentur inter alios ſocios.*
6 *Capti ab hoſtibus damna, & expenſæ pro eius redemptione an & quando nõ communicentur, etiam ſi agatur de ſocijs omnium bonorum ſimpliciter.*
7 *Socius intendens ſocietati ſi expenſas faciat pro itinere, quas domi manens erogaſſet, an communicentur cum aliis ſociis.*
8 *Expenſæ, quæ erogantur pro conſeruatione mercium in ſocietate negotiationis communicantur.*
9 *Expenſæ pro conducendis iumentis, aut nauibus ad merces aſportandas, &c. ſunt communicandæ.*
10 *Damna, & diſpendia habita propter delictum commiſſum ab vno ex ſocijs negotiationis, non veniunt communicanda, etiam ſi delictum fuerit commiſſum pro vtilitate ſocietatis, vt quia vnus ex ſoci is gabellas defraudauerit.*
11 *Socius non intendens ſocietati ſi vulneratus fuerit occaſioni alicuius negotii ſocietatis damna, & expenſæ non communicatur.*
12 *Expenſæ ſuperfluæ factæ in conuiuiis non veniunt communicandæ in ſocietate negotiationis.*
13 *Damna, & impendia, quæ ſocietati proueniunt culpa alicuius ex ſociis an, & quando veniant communicanda.*
14 *Culpa pacto remitti an poſſit in ſocietate.*
15 *Cuſtodiam ſuſcipiens alicuius rei, mediante mercede, tenetur etiam de leuiſſima.*
16 *Damna prouenienti ſocietati dolo vnius ex ſociis non communicantur.*
17 *Dolus pacto remitti non poteſt.*
18 *Dolus præſumptus futurus an & quando pacto remitti poſſit.*
19 *Prodiga adminiſtratio non eſt adminiſtratio, ſed profuſio.*

PRo determinatione huius difficultatis non nulla proſunt, quæ diximus
1 ſupra cap. 1. q. 5. & cap. 2. q. 9. ac lib. 3. cap. 6. q. 6. latius adnotabimus. Illud tamen, & præcipuum eſt in hac re inſpiciendum, quod inter ſocios in huiuſmodi ſocietate fuerit conuentum: nam ſi conuentio iuſta, ac rationabilis ſit, ita vt non magis grauetur vnus ſocius, quã alter, ſtandum eſt conuentioni. Quòd ſi nihil conuentum fuerit inter ſocios, de
2 damnis, & expenſis ſtandum eſt rationabili conſuetudini: ſiquidem in ſocietatibus conſuetudo magnam vim obtinet, vt habetur ex Molin. de contractibus,
3 diſp. 418. num. 2. Leſs. lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 25. num. 35. cum alijs, quos ſupra cumulauimus q. 17. circa fin. Vbi
4 verò non adeſt conſuetudo, nec aliud fuerit conuentum; tunc regula iuris eſt, vt ſola damna, ac impendia, quæ cauſa negotiationis ſocietatis obueniunt, communicanda ſint, & non alia.

Ex hoc infertur primò, quòd ſi vnus ex ſociis ſocietati intendens, & ad mer-
5 ces coemendas profectus in latrones inciderit, ſpoliatus fuerit, ipſe ac eiuſdem

ſerui vulnera ſuſceperint, morbo corri-
piantur, naufragium patiantur, & alia
eiuſmodi; tunc talia damna, & medico-
rum impendia communia ſunt omnibus
ſocijs, vt in l. cùm duobus, §. venit,
ff. pro ſoc. *Bart.* & Bald. in l. 1. C. eod.
tit. Molin. loco citato, num. 7. Azor. p.
3. Inſtit. moral. lib. 9. cap. 5. de ſociet.
q. 4. Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25.
dub. 4. num. 35. Filliuc. tom. 2. qq. mo-
ral. tract. 38. cap. 4. q. 4. num. 76. &
alij: atque ideò ſi capiatur à latroni-
bus tenẽtur alij ſocij cõtribuere redem-
ptioni. Idem dicendum eſt ſi vnus ex
ſociis ſocietatis cauſa fuerit captus ab
hoſtibus: quoniam alij tenentur contri-
buere redemptioni, vt habetur ex Petr.
Anch. conſ. 103. in prin. lib. 2. pro qua
re allegat tex. in d. l. cum duobus, §. ſa-
gaciam, Bald. conſ. 172. circa med. verſ.
Reſtat, lib. 5. Sed re vera id verum eſt
tantùm in ſocietate omnium bonorum,
6 & quando fortuitò fuerit captus, vt per
eundem Bald. ibi conſ. 177. eod. lib. &
Tuſch. in ver. ſocij, concl. 287. num. 9. &
nos diximus ſupra cap. 1. q. 5. Secus
autem ſi non agatur de ſocietate omniũ
bonorum. *I*mò ſi culpa ſua in captiui-
tatem fuerit redaptus; etiam ſi frater ſo-
cius eſſet, & ageretur de ſocietate om-
niũ bonorum, teneretur de ſuo; non au-
tem de communi, vt per Alex. conſ. 99.
lib. 2. & Tuſch. loco citato, num. 13. Item
7 veniunt communicanda impendia iti-
nerum, etiam ſi agatur de expenſis, quas
domi manens erogaſſet, vt habetur ex
Nauar. in Man. cap. 17. num. 283. Molin.
d. diſp. 418. ſub num. 2. circa fin. & num.
3. vel ſaltem præfatis expenſis deductis,
niſi aliud fuerit deductum in pactum, vt
per Bald. in d. l. 1. C. pro ſoc. & Syl. ver.
ſocietas, 1. q. 12. quorum opiniones am-
bas probabiles putat eſſe Leſſ. loco cita-
to; quamuis dicat ſententiam Nauar. eſ-
ſe iuri, ac praxi conformiorem, quam
non ſequitur Azor. tom. 3. Inſt. moral.
lib. 9. de ſociet. cap. 5. q. 8. niſi expreſsè de
hac re inter ſocios fuerit conuentum,
aut extaret Regionis conſuetudo. Præ-
8 terea communicantur expenſæ, quæ ero-
gantur pro conſeruatione mercium, ne
pereant, aut ne deteriores fiant: quas ex-
penſas ex iuſtitia ſocius tenetur erogare
de ſuo, ſi alia ratione non poſsit dam-
num commune vitare: ſiquidem tenetur
eam diligentiam rebus communibus
adhibere, quam quiſque propriis adhi-
bere ſolet: cùm igitur prò rebus ſuis cõ-
ſeruandis quilibet de ſuo impendit; er-
go idem dicendum eſt pro conſeruandis
rebus ſocietatis, vt habetur ex Leſſ. lo-
co ſupra relato. Vbi id quoque confir-
mat ex eo quòd talis ſocius tenetur pe-
tere mutuo, ſi damnum commune ſocie-
tatis non valeat aliter euitare. Denique,
9 cæteris prætermiſsis, veniunt communi-
candæ expenſæ pro conducendis iumen-
tis, aut nauibus ad ipſas merces condu-
cendas, vel pro conducenda domo ad
eaſdem cuſtodiendas, doliis pro merci-
bus ipſis conſeruandis: & omnes aliæ ex-
penſæ, quæ neceſſariæ ſunt, vel vtiles ſo-
cietati, vt habetur ex Molin. & Azor.
locis citatis. Hæc omnia ſunt communi-
canda ſicut communicantur, & lucra,
nempè æqualiter, & proportionaliter,
iuxta proportionem eorum, quæ à ſin-
gulis ſociis in ſocietate conferuntur, vt
per Bald. conſ. 260. & conſil. 304. lib. 1.
Corn. conſ. 27. num. 12. lib. 2. Tuſch. in
ver. ſocii, concl. 287. num. 1.

Secundò infertur, quòd damna, & di-
10 ſpendia habita propter delictum ali-
quod commiſſum ex vno, vel altero ex
ſociis, non veniunt communicanda in-
ter ſocios in ſocietate, de qua agitur; ſed
debent ſolui de portione eius, qui deli-
ctum patrauit, vt per Bald. conſ. 491.
num. 3. lib. 2. & conſ. 272. lib. 5. ac Tuſch.
loco citato, num. 12. Quod quidem ve-
rum eſt, etiam ſi ſocius delictum com-
miſerit pro vtilitate ſocietatis, quia ad
id mandatum non habet, vt per Angel.
Aret. conſil. 105. in prin. & Tuſch. verſ.
ſocius, concl. 294. num. 12. quod eſt noi.
pro damno paſſo ex defraudatione ga-
bellarum. Idem dicendum eſt, ſi damnũ
ſubijt, aut vulneratus fuerit occaſione
11 quidem negotij ſocietatis, quod agebat;
ſed non quia intenderet ſocietati, vt
per Molin. d. diſp. 418. num. 7. & Filliuc.
d. cap. 4. q. 3. num 76. qui exemplum po-
nunt in eo, qui dum pergeret ad nego-
tia ſocietatis rixatus fuit cum aliquo, à
quo fuerit vulneratus, vel ob particu-
lares inimicitias in via caſu comprehen-
ſus ab inimicis, damnum paſſus fuerit in
perſona, vel in bonis; etiam ſi aliàs com-
prehenſus non fuiſſet, ſi iter illud ſocie-
tatis cauſa non ſuſcepiſſet; quoniam
eiuſmodi periculis non dicitur expoſi-
tus ſocietatis cauſa, ac propter ſocieta-
tem. Hoc ipſum dicendum eſt, ſi occaſio-
ne ſocietatis vnus ex ſocijs legatum ali-

quod

quod perdidiſſet, vt quia non potuit ad
lucrum peruenire, vbi relictum fuerit, à
ſocietatis negotijs contemptus, vt habe-
tur ex Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38.
12 cap. 4. q. 6. Item non veniunt commu-
nicandæ expenſæ ſuperfluæ factæ in
conuiuijs, & in alijs rebus non neceſſa-
rijs; quoniam non dicuntur factæ socie-
tatis cauſa, vt habetur ex Molin. d. diſp.
418. ſub num. 2. verſ. Si is, qui operam.

Tertiò infertur, quòd damna, & impē-
13 dia, quæ ſocietati proueniunt culpa ali-
cuius ex ſocijs, non ſunt communican-
da: quia huiuſmodi damna, & impendia
non dicuntur obuenire ex cauſa ſocie-
tatis. Tenetur autem ſocius alteri ſocio
de culpa lata, & leui; non autem de le-
uiſsima, l. cùm duobus, §. venit, l. rei com-
munis, & l. ſocius ſocio, ff. pro ſoc. §. fin.
in Inſt. de ſociet. Bart. in l. quod Nerua,
ſub num. 26. ff. depoſ. & alij apud Felic.
in ſuo tract. de ſociet. cap. 21. num. 1. Vn-
dè ſi res furto ablatæ fuerint ex defe-
ctu debitæ cuſtodiæ, hoc damnum non
communicatur. Non tamen tenetur ſo-
cius de leuiſsima culpa, quia non tene-
tur ad exactiſsimam diligentiam; ſed ad
talem, qualem rebus proprijs ſocii com-
muniter ſolent, vt habetur ex Leſſ. lib. 2.
de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 4. num. 37. &
patet ex tex. in d. l. ſocius ſocio.

Imò licèt aliqui velint, culpam pacto
14 remitti poſſe; nihilominus ſi contraha-
tur ſocietas, conſiderata ſocii diligentia,
ſolertia: & æqualitas, habita earum con-
ſideratione, determinetur, culpam ipſam
remitti non poſſe, tenet Felic. loco cita-
to, ſub num. 5. quoniam eſſet remittere
id, quod in ſocietate ad eam æqualiter
introducendam conſideratum fuit con-
tra ipſius ſocietatis naturam, & eſſentiā.
Adde, quòd quamuis regulariter ſocius
ſocio non teneatur de culpa leuiſsima;
nihilominus de ea tenetur, ſi rerum ad
15 ſocietatem pertinentium in ſe cuſtodiā
ſuſcepit, l. qui mercedem, ff. locat. Me-
noch. conſ. 353. num. 17. lib. 4. ſicut, &
negotiationi præpoſitus, cùm ſalarium
pro cuſtodia conſequitur, vt fuit deci-
ſum per Rotam Genuēſ. deciſ. 182. num.
2. Riminal. Iun. conſ. 52. num. 132. lib. 1.
Felic. vbi ſupra, cap. 11. & cap. 22. 23. &
24. vbi latè tractat, quomodo probetur
culpa, & quando ſocius ab ea excuſetur.
Quòd ſi ſocius ſocio tenetur de culpa
16 lata, & leui: & aliquando etiam de culpa
leuiſsima, multo magis tenetur de dam-
nis, ac diſpendiis, quæ proueniunt ex
dolo ipſius ſocii, l. quidam, in princ. ff. de
eden. d. l. cùm duobus, §. venit, l. rei com-
munis, & l. ſocius ſocio, ff. pro ſoc. quem
quidem dolum pacto remitti non poſſe,
17 Doctores communiter docent. Siqui-
dem remittere dolum futurum, bonæfi-
dei iudicio eſt contrarium, l. contractus,
ff. de regul. iur. & daretur occaſio delin-
quendi, l. illud conuenire, ff. de pact. dot.
quod adeò verum eſt, vt nec quidem
iuramento remitti poſsit dolus futurus,
Seraf. in tract. de priuil. iuram. priu. 180.
num. 5. Et id quidem locum ſibi vendi-
cat, ſiuè remiſsio doli facta fuerit dire-
ctè, ſiue indirectè, vt poſt alios probat
Felic. de ſociet. cap. 20. num. 3. 4. & 5. Vbi
etiam ait, quòd licèt aliqui velint, dolum
futurum præſumptum, nec quidem re-
18 mitti poſſe; nihilominus, dolum futurū
præſumptum remitti poſſe, inquit eſſe
communem Doctor. opinionem, vt con-
ſuluit Pariſ. conſ. 49. num. 35. lib. 1. Dec.
conſ. 177. & conſ. 491. lib. 1. & conſ. 418.
lib. 2. cum alijs ab eodem Felic. allegatis,
vbi num. 6. id intelligit verum eſſe de
dolo præſumpto in omittendo, non au-
tem de dolo præſumpto in cōmittendo,
vt per Dec. loco citato, Menoch. de præ-
ſump. 3. præſump. num. 9. & alij, quos
refert idem Felic. qui latè rem hanc per-
tractat.

Quartò infertur non communicari
19 diſpendia, & damna, quæ ex culpa vnius
ex ſocijs prouenerunt in ſocietatis lu-
cro. Vndè non deſunt, qui velint, quòd in
contractu ſocietatis inter maritum, &
vxorem, vbi lucra ſunt communia ex
Hiſpaniarum legibus, ac conſuetudine,
ſi maritus, cui commiſſa eſt adminiſtra-
tio prodigè agat, ſoluto matrimonio il-
lius hæredes, teneri vxori ea reficere:
quia prodiga adminiſtratio, non eſt ad-
miniſtratio, ſed profuſio, vt latè habetur
ex Petr. Nauar. lib. 3. de reſt. cap. 1. num.
114. Quæ quidem ſententia licèt non
probetur Nauar. in Man. cap. 17. num.
155. nihilominus eam ſequitur Leſſ. lib.
2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 4. in fin. qui
reſpondet ad rationem, qua mouetur ip-
ſe Nauar.

De locatione, ac ſocietate animalium. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Animalia duobus modis tradi, vt plurimum ſolent.*

2 *Animalium locatio multipliciter fieri contingit.*

1 AD euidentiam eorum, quæ in hac re dicenda erunt, eſt adnot. quòd animalia duobus modis tradi, vt plurimum ſolent: nempè per viam locationis, & per viam ſocietatis, quæ vulgo dicitur, *ſocida* ſeu *ſocietà*. vt habetur ex Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 9. num. 56. & cap. 9. num. 38. Et quoniam locatio ani-
2 malium multipliciter fieri cõtingit, ſicut & eorum ſocietas; idcirco modos tum locationis, tum ſocietatis per ſequentes quæſtiones diſcutientes, contractus, qui in ea re celebrari ſolent, eorumque iuſtitiam, ac iniuſtitiam paucis, Deo duce, declarabimus.

An licita ſit animalium locatio, & conductio; & primò de conductione perſonæ ad cuſtodienda animalia. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Locatio ſtrictè, & propriè non datur, niſi merces conſiſtat in pecunia numerata.*

2 *Locatio, lato ſumpto vocabulo dicitur, cùm pro re locata datur merces, non autem pecunia.*

3 *Locatio animalium poteſt fieri dupliciter.*

4 *Locatio perſonæ ex parte recipientis animalia, & locatio rei ex parte tradentis animalia qualiter inter ſe differant: & in quibus conueniant.*

5 *Locatio, ſeu conductio perſonæ ex parte recipientis animalia iuſta, ac licita eſſe poteſt.*

6 *Locatio ſeu conductio perſonæ ex parte recipientis animalia iuſta eſſe poteſt, ſiue ſtrictè fiat, ſiue lato ſumpto vocabulo.*

7 *Locatio ſtrictè ſumpta, & locatio lato ſumpto vocabulo licet differant quoad forum externum; quoad forum autem interius non differunt.*

8. *Locationem ſtrictè ſumptam dari poſſe etiam ſi merces non conſiſtat in pecunia numerata, qui volint.*

9 *Locatio perſonæ ex parte recipientis animalia iuſta eſt ſi debitæ concurrant circumſtantiæ.*

1 PRo determinatione huius difficultatis eſt adnot. quòd non datur locatio ſtrictè, & propriè conſiderata, niſi merces, quæ pro re locata datur, conſiſtat in pecunia numerata, vt infra q. 3. verſ. eſt etiam de ſubſtantia latius declarabimus. Vndè ſi quis pro conductione equi det certam frumenti menſuram,
2 aut alterius rei, locatio equi non diceretur propriè, ac ſtrictè locatio ſeu conductio; ſed locatio lato ſumpto vocabulo, ſeu contractus innominatus: atque adeò quamuis pro priori detur actio locati; pro poſteriori verò competit actio præſcriptis verbis, cùm ſit contractus innominatus, vt in l. 1. §. ſi quis ſeruum, & ibi latè Doctor. ff. depoſ. Molin. de contract. diſp. 484. ſub num. 2. verſ. Deinde nomine mercedis, Azor. p. 3 Inſt. moral. lib. 8. de locat. cap. 4. q. 4. & Conrad. de contract. q. 87. ſuppoſit. 6. vbi locationem latè ſumptam, ait poſſe etiam dici, quando pro mercede rei locatæ datur ſpecies aliqua indeterminatè, nempè ouis columba, & plauſtrum feni, &c. & ſuppoſit. 8. diuidit locationem generaliter ſumptam in eam, quæ fit pro ſpecie alia ab ea, quæ prouenit à re locata: & in eam, quæ fit pro eadem ſpecie, etiam in numero, quæ prouenit ex re locata. De his omnibus igitur in hac quæſtione agimus, de locatione ſcilicet tam ſtrictè, quæ fit pro mercede in pecunia numerata, quàm de locatione largè ſumpta, ſiue fiat pro re alia ab ea, quæ prouenit de re locata, ſiue pro eadem ſpecie, etiam in numero, ex ipſa re locata prouenienti.

3 Secundò eſt adnot. quòd locatio, ſeu conductio animalium poteſt fieri dupliciter. Primò, vt per talem contractum fiat locatio perſonæ ex parte recipientis anima-

animalia, & conductio perſonæ ex parte tradentis, conducentis ruſticum, ſeu paſtorem, vt pro determinata mercede ſibi, recipiat paſtor tot libras caſei; quæ quidem locatio, ſeu conductio dicitur quoque locatio operum, non quia operæ ſint, quæ locentur; ſed quia perſona locatur ad opera, vt rectè Conrad. de contract. q. 87. ſuppoſit. 3. ſecundò celebrari poteſt locationis, ſeu conductionis contractus, vt locatio ſit rei ex parte tradentis animalia, & conductio rei ex parte ruſtici, ſeu paſtoris, recipientis ea: ſiuè ſtrictè fiat locatio, ſeu conductio pro mercede conſiſtente in pecunia; ſiuè largè, tam ſi merces conſiſtat in re prouenìente ex animalibus, quàm in re alia prouenìente ab eis.

Conueniunt inter ſe huiuſmodi con-
4 tractus; quia in vtroque caſu animalia manent in dominio tradentis, & non fiant de dominio recipientis. Cóueniunt pariter, quoniam in vtroque caſu recipiens animalia non tenetur tradenti, niſi de dolo, lata, & leui culpa; non autem de leuiſsima, nec de caſu fortuito: ſiquidem hæc ſunt de natura contractus locationis, ſeu conductionis. Differunt autem inter ſe prædicti contractus. Primò: quia in priori contractu eſt locatio perſonæ, & conductio perſonæ: in poſteriori verò eſt rei locatio, & conductio rei. Secundò in illo contractu fit locatio ex parte recipientis animalia, & conductio ex parte tradentis: in illo verò contractu è contra fit locatio ex parte tradentis animalia, & conductio ex parte recipientis. Tertiò differunt; quia in primo contractu tradens animalia retinet tam dominium, quàm vſum eorum: in ſecundo autem tradens animalia dominium tantùm retinet animalium; vſum verò eorum transfert in recipientem. Quartò differunt, quoniam in priori tradens animalia, dat mercedem recipienti: at in poſteriori tradens recipit mercedem à recipiente, vt rectè declarat Conrad. de contract. q. 88. concl. 1. 2. & 3. Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 7. q. 2. Molin. de contract. diſp. 420. ſub num. 1. & alij. In hac igitur controuerſia agemus de locatione perſonæ reſpectu recipientis animalia: & deinde diſcutiemus de locatione ipſorum animalium. His igitur adnotatis, ſit

Vnica concluſio.

Locatio, ſeu conductio perſonæ, ſeu
5 operarum ex parte animalia recipientis iuſta, ac licita eſſe poteſt. Hæc concluſio eſt communis, vt habetur ex Conrad. de contract. q. 90. in prin. concluſ. 1. & 2. & patet ratione. Etenim cõtractus locationis operum ex ſuo genere eſt licitus; vt patet ex tex. in l. qui operas, ff. locat. late Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 8. de locat. & conduct. cap. 2. verſ. Secundo diuiditur, & alij communiter; ergo licita eſſe poteſt locatio, ſeu conductio, de qua agitur.

Ampliatur hæc concluſio, vt vera ſit
6 non ſolùm de locatione, ſeu conductione ſtrictè ſumpta, mediante mercede pecuniaria; ſed etiam de locatione, ſeu conductione, lato ſumpto vocabulo, nempè mediante mercede, quæ non ſit pecunia numerata, iuxta, quæ ſupra diximus, not. 1. & id maximè quoad forum interius.
7 Nam licèt quoad forum exterius ſatis interſit, an locatio, ſeu conductio fiat, mediante mercede in pecunia numerata, vel in re alia à pecunia numerata, cùm in priori competat actio locati: in poſteriori verò actio præſcriptis verbis, vt ſupra probauimus, not. 1. nihilominus quoad forum interius nihil refert, vt habetur ex Cõrad. de contr. q. 87. ſuppoſit. 6. ſiquidem locatio ſiuè fiat, mediante mercede pecuniaria, ſiue in re, aut in ſpecie, ſi merces ſit iuſta, non eſt contra ius naturale: & locatio largè ſumpta, quamuis non ſit contractus nominatus; eſt tamen contractus innominatus, qui reducitur ad contractus locationis, & conductionis, cùm nulli alij contractui ſit magis ſimilis: & natura contractus innominati ea eſt, vt reducantur ad contractum aliquem nominatum ipſi magis ſimilem.

Imò non deſunt, qui velint, dari loca-
8 tione ſtrictè ſumptam etiam ſi merces non ſit in pecunia numerata; ſed aliquid aliud; atque adeò de intrinſeca ratione locationis non eſſe mercedem pecuniariam, vt habetur ex Pinel. in rub. C. de reſcind. vend. p. 2. cap. vtl. num. 29. Aluer. Valaſc. de iur. emphyt. q. 10. num. 5. & ex alijs, qui monentur ex l. ſi olei, C. locat. & l. hæc diſtinctio, §. vlt. in fin. ff. eod.

Sed

Sed non eſt recedendum à communi opinione: nam præter tex. in l. 1. §. ſi quis ſeruum, ff. depoſ. quem ſupra retulimus in 1. not. Eſt tex. in l. naturalis, §. at cùm do, ff. de præſcr. verb. tenoris ſequentis, *At cùm do vt facias, ſi tale ſit factum, quod locari ſoleat, puta vt tabulas pingas pro pecunia data, locatio erit, vt in ſuperiori caſu (quando ſcilicet do pecuniam, vt rem accipiam) emptio: ſi res ſit, non erit locatio; ſed naſcetur vel ciuilis actio in hoc, quod mea intereſt, vel ad repetendum conditio*. Vndè ad d. l. ſi olei, & l. hæc diſtinctio, rectè reſpondet Molin. de contract. diſp. 486. ſub num. 3. & Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 8. de locat. cap. 4. q. 4.

Secundò ampliatur eadem concluſio,
9 vt locatio, & conductio, de qua agitur, non ſolùm poſſit eſſe iuſta, ac licita; verùm etiam eſt actu, ac ſimpliciter talis, cùm debitæ in ea concurrant circumſtantiæ; nempè, quòd merces ſit iuſta, vt in l. ſi quis ff. locat. Quòd is, qui locat perſonam, ſeu operas non prohibeatur locare, & qui conducit non prohibeatur conducere: & aliæ conditiones, de quibus Conrad. de contract. q. 90. concl. 2. & 3. & latè Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 8. de locat. cap. 3. & 4.

An tradens alicui 100. oues paſcendas, ac cuſtodiendas, & promittens ei aliquam partem fructuum, nempè octauam, aut decimam, cenſeatur contractum inire ſocietatis, vel potius locationis, ſeu conductionis perſonæ, ſeu operarum. Q. II.

SVMMARIVM.

1 *Definitio cui competit, definitum.*
2 *Societas quid*
3 *Locatio à ſocietate qualiter differat.*
4 *Fructuum quota, quæ promittitur recipienti animalia, dupliciter contingit promitti.*
5 *Oues tradens alicui ſimpliciter ad eas paſcendas, ac cuſtodiendas ſub quota fructuum in dubio præſumitur contrahere ſocietatem.*
6 *Fundum tradens ad culturam ſub quota fructuum, cenſetur contrahere ſocietatem in dubio.*
7 *Luſitaniæ ſi quis tradat vineam, aut fundũ ſub quota fructuum ad decemnium; & infra cenſetur contrahere ſocietatem, ſi vltra decemnium, emphyteuſim.*
8 *Prepoſitus cuicunque negotiationi ſub aliqua quota lucri dicitur ſocietatem contrahere, non autem contractum conductionis, ſeu locationis.*
9 *Contrahentium mentes potiusquàm verba attenduntur.*
10 *Oues alicui tradens ad eas paſcendas, & cuſtodiendas ſub aliquota fructuum in ſtipendium ſuarum operum, dicitur cõtrahere locationis, non autem ſocietatis contractum.*
11 *Oues alicui tradens paſcendas ſimpliciter ſub aliqua parte fructuum, vt iuſtè dicatur contrahere ſocietatem, debet ſeruare ſocietatis regulas.*
12 *Oues ſi tradantur alicui paſcendæ ſub aliquota fructuum in ſtipendium ſuarum operum, talis contractus eſt iudicandus iuxta regulas locationis.*
13 *Societatis contractus vt ſit iuſtus quas conditiones exigat.*
14 *Locationis contractus quid exigat ad ſui iuſtitiam.*
15 *Locator operum tenetur de dolo, lata, & leui culpa.*
16 *Tradens decẽ vitulos alicui cuſtodiendos, & paſcendos ea lege, vt in fine triennij vendantur, & diuidatur lucrum, ſaluo capitali; illicitè contrahit: & qualiter talis contractus iuſtificetur.*

1 IN hac re videtur dicendum, quòd hoc caſu contrahatur ſocietatis, non autem conductionis, ſeu locationis perſonæ, ſeu operum contractus. Probatur; quia cui cõpetit definitio, competit definitum: ſed huiuſmodi contractui competit definitio ſocietatis: ergo talis contractus eſt ſocietatis. Maior patet. Minor probatur ex definitione ſocietatis in genere, quam ſupra attulimus, lib. 1. q. 2.
2 dum diximus, ſocietatem eſſe rationabilem conuentionem duorum, vel pluriũ ad conferendum aliquid in communem vſum, lucrum, vel quæſtum. Etenim in caſu, de quo agitur, concurrit duorum conuentio, & communio in lucro futuro, quæ ſunt de eſſentia, ac ratione ſocie-

tatis:

tatis : ſiquidem de ratione ſocietatis ſa-
tis eſt , vt communio fiat in lucro futu-
ro ; neque neceſſaria eſt communio in
capitali ; quamuis ex pacto fieri poſsit
communio in vtroque , vt rectè docet
Molin. de contract. diſp. 411. ſub num.
13. verſ. circa eandem. Cùm igitur in ca-
ſu , de quo agitur fiat communio in ali-
qua fructuum parte , nempè in octaua ,
aut in decima parte agnorum, lanæ , ca-
ſei , &c. proculdubio dicitur fieri com-
munio in lucro futuro; atque adeò con-
tractus, de quo eſt cõtrouerſia, eſt cõtra-
ctus ſocietatis , non autem locationis
operum.

Confirmatur ; quoniam hæc eſt diffe-
3 rentia inter locationem, ſiuè ſtrictè con-
ſideretur, ſiuè largè, & ſocietatem: prior
enim fit pro certa , ac determinata mer-
cede , ſeu pro certo, ac determinato pre-
tio; nempè pro decem, aut viginti aureis,
10. aut 20. menſuris tritici, aut olei : po-
ſterior verò fit pro aliquota fructuum ,
ſeu lucri, l. ſi merces, §. vis maior, ff. locat.
Molin. de contract. diſp. 486. à num. 4.
vſque in finem , & aiij communiter . At
in caſu noſtro oues dantur pro aliquota
fructuum: caſus noſter eſt contractus ſo-
cietatis, autem locationis, ſeu conductio-
nis perſonæ, ſeu operum.

Pro determinatione huius difficulta-
4 tis eſt adnot. quòd illa quota fructuũ, quę
promittitur recipienti illas 100. oues in
caſu, de quo agitur dupliciter contingit
promitti . Primò in ſtipendium diligen-
tia adibendæ in cuſtodiendis, ac paſcen-
dis ouibus. Secundo ſimpliciter, nulla
facta mentione ſtipendij nec expreſsè,
nec tacitè; ſed contractus ſimpliciter ce-
lebratur, exprimendo tot partes fructuũ
futuras eſſe tradentis oues, & talem ali-
quotam futuram eſſe eas recipientis. His
breuiter ſic adnotatit, ſit

Prima concluſio .

TRadens alicui oues ſimpliciter ad
5 eas paſcendas, ac cuſtodiendas, ſub
pacto , vt recipiens illas, aliquotam fru-
ctuum ex eiſdem percipiendorum ſibi
retineat , & reliquas partes tradenti tri-
buat , cenſetur in dubio contrahere ſo-
cietatem, non autem locationem, ac cõ-
ductionem perſonæ , ſeu operum . Hæc
concluſio eſt Molin. de contractib. diſp.
411. ſub num. 3. & diſp. 486. ſub num. 4.
& patet ex Gloſ. in l. 1. §. ſi quis ſeruum,
ver. Non datur, ff. depoſ. & ex rationibus
ſupra allatis.

Ampliatur hæc concluſio , vt locum
habeat , non ſolùm quando traduntur
6 oues , aut alia animalia modo ſupradi-
cto , verum etiam quando traditur fun-
dus ad culturam pro parte aliquota fru-
ctuum : quoniam huiuſmodi contractus
non erit locationis , ſeu conductionis ;
ſed ſocietatis , vt rectè probat Molin. d.
diſp. 486. ſub num. 4. verſ. Atque iuxta
hanc doctrinam; & verſ. ex his facile in-
telligis . Eſt tamen verum , quòd idem
Molin. in d. verſ. Atque , & diſp. 414.
ſub num. 3. ait quòd lib. 4. Luſitan. or-
dinat. tit. 60. ſtatuitur, quòd ſi quis tra-
7 dat alicui vineam , aut alium fundum
ad colendum cum pacto , quòd reddat
medietatem , tertiam, quartam , vel ali-
am aliquotam partem fructuum, ſi con-
tractus fiat ad decennium, & infra, cen-
ſeri contractum ſocietatis : quòd ſi fiat
vltra decennium cenſeri contractum
emphiteoticum .

Secundò ampliatur , vt prædicta con-
cluſio procedat in omni alia negotiatio-
8 ne . Imò frequens eſt huiuſmodi con-
tractus inter Mercatores . Etenim præ-
ficere ſolent eorum negotiationi aliquẽ,
& illi conſtituere partem aliquam lucri ,
quod , deducto capitali , & expenſis , re-
manſerit negotijs completis: & id vt eo-
rum negotia diligentius peragant: ſiqui-
dem hi ſocietatis, non autem locationis,
ſeù conductionis contractum celebrare
cenſentur, vt habetur ex Molin. de con-
tract. diſp. 411. ſub num. 3.

Sic ampliata limitatur eadem conclu-
ſio veram eſſe , niſi apertè adſint conie-
9 cturæ, quibus probetur, contrahentium
mentem fuiſſe celebrandi contractum
locationis, ſeu conductionis, non autem
ſocietatis : quoniam tunc attendenda eſt
mens contrahentium , quæ inſpicitur in
contractibus, vt in l. ſicut, C. de action.
& obligat. & in ſpecie Molin. d. diſp.
486. ſub num. 4.

Secunda concluſio

TRadens alicui oues ad eas paſcen-
das , & cuſtodiendas ea lege , vt
10 recipiens illas , aliquotam fructuum ex
eiſdem percipiat in ſtipendium , ac mer-
cedem ſuarum operarum , laborum , &
expen-

expenſatum in eiſdem paſcendis; tunc & eo caſu non cenſetur celebrare contractum ſocietatis; ſed contractum locationis ſeu conductionis largè conſideratū. Hæc concluſio eſt eiuſdē Molin. d. diſp. 411. & 486. & patet ex eo, quòd in tali contractu cum ſtipendij, ſeu mercedis mentio habeatur, clarè colligitur, mentem contrahentiū fuiſſe celebrandi contractum locationis, ſeu conductionis operum; non autem ſocietatis. Hæc concluſio ampliatur eiſdem modis, quibus ampliatur præcedens concluſio.

Tertia Concluſio.

AD hoc vt contractus in prima concluſione contentus ſit iuſtus cùm
11 ſit contractus ſocietatis, debet iudicari ſecundùm regulas, ac priuilegia ſocietatis. Et cùm contractus in ſecunda con-
12 cluſione ſit locationis, ſeu conductionis, iudicandus eſt pariter iuxta regulas eiuſdem contractus. Hæc concluſio eſt eiuſdem Molinæ d. diſp. 411. ſub num. 3. & non indiget alia probatione, ſed tantùm, vt declaretur. Etenim ſi eſt contractus ſocietatis, vt ſit iuſtus debet
13 ſeruari in eo æqualitas; ita vt fiat collatio capitalis ad operam, & induſtriam, tum inter ſe, tum etiam comparatione lucri, iuxta ea quæ cap. præced. q. 22. Quòd ſi ſit contractus locationis, tunc
14 vt iuſtus cenſeatur, ſatis eſt ſi lucrum, quod conſtituitur illi, qui operam, & induſtriam poſuit, æquale ſit operæ in valore, aut induſtriæ appoſitæ, nulla relatione facta talis operæ, ac induſtriæ ad oues traditas, aut ad lucrum, quod ex eis ſperetur. Ad cognoſcendum autem iuſtitiam huius contractus plures regulæ aſſignantur quoque à Conrad. de contract. q. 90. concl. 4. inter quas eam eſſe ait, vt tradens oues, aut aliud capitale, retineat periculum fortuitum ipſarum ouium, aut alterius capitalis: ſiquidem locator operarum, non tenetur de caſu fortuito ouium, vel alterius capita-
15 lis; ſed tantùm de dolo, lata, & leui culpa; quoniam locatio eſt in vtilitatem vtriuſque, locatarius ſcilicet, & conductoris, vt in l. ſiquis fundum, §. ſi colonus prædiorum, & l. ſi de damno, ff. locar. ac l. ſi vt certo, §. nunc videndum, & §. ſi vtriuſque, ff. commod. & præterea addit aliam regulam, quæ coincidit cum priore, nempe, quod ſi oues, alia capitalia minoris pretij reddentur, quā fuerint æſtimata traditionis tempore, locator operarum, qui oues ſuſcepit cuſtodiendas, aut aliud capitale negotiandum, non teneatur ob id ſupplere: aliàs capitale eſſet ſaluum, quod non licet; niſi interueniat aſſecuratio, vt infra dicemus quæſt. 4.

Ex hoc infertur, quòd ſi Titius tradat
16 Sempronio v.g. decem vitulos appretiatos 100. aureos cuſtodiendos, & nutriēdos per tres annos, ea lege, vt in fine triennij vendantur, & Titius ante omnia ſuum capitale extrahat, & deinde diuidatur lucrum; tunc huiuſmodi contractus ſiuè ſit ſocietatis iuxta primam concluſionem: ſiuè ſit locationis, ſeu conductionis operum, iuxta ſecundam non aliter dicetur iuſtus, niſi vituli ſlent periculo ipſorum Domini, & medietas lucri veriſimiliter tanta ſit affutura, quæ Sempronio ſatis ſit pro opera, expenſis, curis, & periculis, quæ ſubit ex contractu, & etiam pro illo periculo, quod contingere poteſt, ſi nullum lucrum fiat: & propterea oportebit perdidiſſe operas, & impenſas, vt rectè declarat Conrad. de contract. q. 90. concl. 4. verſ. ex illis ſequitur. Hæc ſatis dicta ſint de locatione perſonæ, ſeu operum eius qui animalia recipit: reſtat modo diſcutiendum de contractu locationis rei, atque adeò animalium, an ſit licita.

De locatione, ac condutione animaliū an ſit licita. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Locatio animalium eſt licita.*
2 *Locatio, ſeu conductio animalium eas conditiones exigit, quas expoſtulant aliarum rerum locationes.*
3 *Locationis ſubſtantialia quænam ſint.*
4 *Res locata debet extare, vt valida ſit locatio.*
5 *Merces pecuniaria eſt de ſubſtantia locationis propriè dictæ.*
6 *Conſenſus contrahentium eſt de ſubſtantia locationis.*
7 *Conſenſus omnium dominorum exigitur in locatione fundi communis,*
8 *Tacita locatio, ſeu conductio quando dicatur.*

9 *Milites*

9 *Milites prohibentur prædia conducere, oues, boues, &c.*

10 *Res multæ ſunt, quæ licèt vendi poſſunt, non tamen poſſunt locari.*

11 *Locatio, ſeu conductio ad eius iuſtitiam quaſnam conditiones exigat.*

12 *Locatio ouium ea lege, vt recipiens paſcat, & conſeruet eas, & elapſo biennio reddat locatori, retenta ſibi dimidia parte fructuum pro debita ſibi mercede, poteſt eſſe iuſta, ſi debita conditiones concurrant.*

13 *Locatio duorum bobum æſtimatorum 60. aureis, ſub mercede decem modiorum frumenti ſingulis annis, an & quando ſit licita.*

14 *Locatio ouium ea lege, vt damnum, & periculum, ac lucrum ſint communia danti, ac recipienti, an, & quando ſit iuſta.*

15 *Locatio bobum ad laborandum ad quartã partem lucri, ac damni pro mercede, iuſta eſſe poteſt.*

16 *Locatio duorum bobum æſtimatorum ea lege, vt conductor laboret ſibi cum ipſis bobus 12. bubulcas terræ in anno: & in fine anni, bobus venditis, locator ſuum capitale totum extrabat, tradita conductori medietate lucri, an & quando ſit iuſta.*

17 *Locatio vnius vaccæ æſtimatæ decem aureis ea lege, vt conductor ſuis ſumptibus paſcat, & conſeruet vna cum fructibus, & fœtibus, locatori aſſignandis, donec ſit ipſi de pretio vaccæ ſatisfactum, & deinde aſſignet medietatem dictorum fructuum, & fœtuum, an & quando ſit licita.*

AD hanc quæſtionem reſpondetur breuiter affirmatiuè: ſiquidem nõ
1 modò locatio perſonæ, ſeu operum ad paſcenda, ac cuſtodienda animalia vera, formalis, ac iuſta eſſe poteſt, vt oſtendimus ſupra, q. 1. verùm etiam locatio, & conductio ipſorum animalium. Non enim poteſt aſſignari diuerſitatis ratio, cur quis poſſit vſufructum, vel vſum ſui prædij alteri locare, retenta illius proprietate, vt in l. qui pignoris, ff. de acquir. poſſeſ. & Gloſ. in l. emptorem, C. locat. & non poſsit alteri locare vſufructum, aut vſum animalium, retenta ſibi animalium proprietate, ac dominio, cũ ijs quoque competat locationis, ſeu cõductionis definitio, quæ licita eſt ex ſuo genere: & nihil aliud eſt, niſi contractus quo quis vſum alicuius rei, vel perſonæ in alium tranſferr pro mercede, retenta proprietate, ac dominio eiuſdem, vt latè Conrad. de contract. q. 87. in prin. iunctis ijs, quæ per eundem cumulantur, q. 89. vbi etiam ait, quod animalia, quæ locantur ſunt in duplici differentia: nam quædam ſunt minuta, vt oues, capræ, canes, aues rapaces, & alia animalia eiuſmodi: & quædam ſunt magna, ſeu maiora, vt equi, aſini, boues, vaccæ, &c. Ouium vſufructus, ſeu vſus conſiſtit in lacte, lana, & agnis: imo in earundem fimo, cùm ſit valdè vtilis pro prædijs impinguandis. Capratum verò vſufructus, & vſus ſunt lac, & hœdi. Canes quoque deſeruiunt ad venandum, & ad cuſtodiendas oues: aues ad aucupandum, & alia altilia ad ouorũ productionem. vaccarum quoque fructus conſiſtunt in lacte, & vitulis. Boues deſeruiunt ad arandum, muli ad vecturam equi ad equitandum, &c. & denique animalia maſculini generis deſeruiunt ad generãdum, quales ſunt Tauri, Capri, arietes, equi, aſini, & alia animalia eiuſmodi, quæ ob id locari poſſunt ad tales effectus, vt habetur ex Conrad. loco citato.

Eſt tamen aduertendum, quòd locatio ſeu conductio animalium eas condi-
2 tiones exigit, quas expoſtulant aliarum rerum locationes; & propterea regulari debet ſecundum regulas aliarum locationum, vt habetur ex Syl. in ver. ſocietas, 1. q. 2. Sunt autem ſubſtantialia
3 contractus locationis, ſeu conductionis vt ſic, tria; nempè, res, merces, & conſenſus. Eſt enim res de ſubſtantia locationis, & conductionis; ſicut & res eſt de ſubſtantia emptionis, ac venditionis, cum qua locatio, ſeu conductio maximam habet affinitatem: nec differt in alio, niſi quòd rei venditæ transfertur dominium in venditorem: rei verò locatæ non transfertur in conductorem, ſed tantùm vſus, vt in l. non ſolet, ff. locat. Hinc ſequitur fictam eſſe locationem bouis, quem quis non habet; & vſura
4 in hac re de facili committitur, vt declarat Syl. ver. vſura, 2. q. 5. Tabien. ver. vſura, 5. q. 7. Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 8. de locat. cap. 4. q. 3. & alij, qui exemplum ponunt in Ruſtico, qui mutuo petijt à Titio 20. aureos: & ipſe Titius dixerit; Nolo tibi mutuo dare dictam pecuniam; ſed à te volo emere bouem pro pretio 20. aureorum: quem licet non

cèt non habeat ipſe ruſticus: nihilominus vendit eum Titio: deinde ipſe Titius locat ruſtico figuratum illum, ac non extantem bouem pro certa, ac determinata mercede;atque adeò non conſequitur lucrum ex locatione bouis cùm non ſit, ſed lucrum percipit ex dictis 20. aureis, & ſic ex mutuo palliato, & propterea vſuram committit.

Eſt etiam de ſubſtantia locationis, ſeù conductionis merces pecuniaria, vt in l.
5 1. §. ſi quis ſeruus, ff. depoſ. & l. naturalis, §. at cùm dò, ff. de præſcript. verb. Vndè ſi merces detur in alia re, quàm in pecunia numerata, locatio, ſeu conductio pr[illegible] jè dicta non contrahitur; ſed locati[illegible]atè ſumpta; atque ideo contractus innominatus, vt habetur in dictis iuribus, & rectè declarat Azor. loco citato, q. 4. & Molin. de contract. diſp. 486. ſub num. 2. verſ. Deinde: & verſ. Recedendum tamen non eſt, ſub num. 3. vbi ait hanc ſententiam eſſe communem & contraria ſoluit: & nos etiam adnotauimus ſupra, q. 1. quamnis non deſinit, qui velint, locationem propriè quoque eſſe, cum merces ſoluitur ex pacto in fructu, qui conſiſtat in pondere, vel menſura: ſiquidem talis fructus eſt loco pecuniæ, vt per Azor. & Molin. locis citatis.

Denique de ſubſtantia locationis, ſeu conductionis eſt conſenſus contrahenti-
6 um, vt in l. 1. C. loc. Hinc ſequitur, quòd ſi duo, vel plures domum, vel fundum communem habeant, ad eum locandum
7 non eſt ſatis vt vnius concurrat conſenſus; ſed exigitur vtriuſque: nec ſufficit conſenſus maioris partis, nec eius, qui potiùs ius habeat, l. per fundum, C. de ſeruit. ruſtic. præd. & l. fin. ff. commun. præd. Non tamen expreſſus conſenſus neceſſario expoſtulatur; ſed ſatis eſt ſi conſenſus ſit tacitus; quia taciti, & ex-
8 preſsi eadem eſt virtus, l. cùm quid, ff. ſi cert. petat. Dicitur autem quis tacitè conduxiſſe rem, qui completo conductionis tempore, adhuc perſeuerat in locatione; atque adeò cenſetur tacitè facta reconductio, vt in l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locat. & Azor. vbi ſupra, q. 1. & 2. Adde quòd ex parte contrahentium non ſolùm exigitur conſenſus ad validitatem locationis, & conductionis: verum etiam exigitur potentia. Hinc eſt, quòd ſicut Milites non poſſunt
9 conducere prædia ad colendom, vt in l. milites, & l. licèt ratio, C. locat. ita multo minus poſſunt concedere oues ad eas paſcendas, boues ad colenda prædia, & alia eiuſmodi. Imò ſatis non eſt potentia ex parte contrahentium, atque adcò ex parte cauſæ efficientis; verum etiam requiritur capacitas ex parte cauſæ ma-
10 terialis: ſiquidem non nullæ res ſunt, quæ licèt vendi poſſint; locari tamen nequeunt, de quibus latè Azor. loco citato: cap. 3. & 4. vbi latè tractat de perſonis, quæ locare, & conducere poſſunt, & de rebus, quæ locari, & conduci valent.

Hæc omnia igitur pertinent ad ſub-
11 ſtantiam, & validitatem locationis, & conductionis. Ad eiuſdem verò iuſtitiã expoſtulatur, quòd merces ſit iuſta, vt in l. ſi quis, ff. locat. Dicitur autem iuſta merces in locationibus, quando 20. annis collecta correſpondent iuſto rei pretio, vt habetur ex Gloſ. in auth. perpetua, C. de ſacros. Eccl. & §. ſi vero alicuius, in auth. de reb. Eccl. non alien. Ruin. conſ. 423. & Alex. de Neno, conſ. 95. Vel dicamus melius, illam dici iuſtam mercedem, quæ iuxta loci conſuetudiuem dari conſueuit, vt per Bart. in l. ſi merces, §. vis maior, num. 3. ff. locat. & Panor. in c. cum cauſa, & c. dilecti, de empt. & vendit. Vel demum ad iudicandam iuſtam mercedem, arbitrio boni viri ſtandum eſſe, inquit Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 8. de locat. cap. 5. q. 4. & 5. Quòd denique res locata ſtet periculo locatoris, & quòd conductor teneatur de dolo, lata, & leui culpa, non pertinent ad ſubſtantiam contractus locationis, ſeu conductionis; ſed hæc omnia ſpectant ad eiuſdem naturalia, vt infra latius dicemus q. ſeq. & latè habetur ex Conrad. de contract. q. 87. concl. 4.

Ex dictis infertur primò, iuſtam eſſe
12 poſſe locationem, ſeu conductionem, quæ Titius v.g. locat Sempronio 100. oues per biennium, vt ſuis expenſis eas paſcat, & conſeruet; ea tamen lege, vt elapſo biennio, Sempronius ipſe oues ipſas Titio reddat vna cum dimidia parte fœtuum, & fructuum pro debita ſibi mercede. Et ſi in totum, vel pro parte pereant, vel deteriorentur, totum damnum pertineat ad ipſum Titium, & id non ſolùm ſi caſu fortuito, aut ex alio accidenti; ſed etiam ſi proueniat ex leuiſsima cuſtodis culpa. Quòd ſi ex dolo, lata culpa, aut leui eiuſdem Sempronij

dam-

Digitized by Google

damnum euenerit, totum damnum ipſi, non autem Titio ſit imputandum. Etenim ſi medietas illa fœtuum, & fructuũ ſit iuſta merces arbitrio boni viri, vel iuxta loci rationabilem conſuetudinem, locatio, ſeu conductio prædicta proculdubio erit etiam iuſta: ſiquidem in ea concurrunt non ſolùm ſubſtantialia, ſed etiam, quæ de natura ſunt huiuſmodi cõtractus. Concurrunt enim primò res, merces, & contrahentium conſenſus, quę omnia ſupra diximus pertinere ad ſubſtantiam contractus locationis, ſeu conductionis. Et dum Titius locat, conſequenter transfert ouium locatarum fructus, ſeu vſufructum in conductorem: quod naturale eſt prædicto contractui, vt ſupra oſtẽdimus. Et dum in fine biennij vult oues ſibi reſtitui; id etiam naturale eſt ipſi contractui: quia res locata manet in dominio, ac proprietate locatoris, vt ſupra diximus. Præterea dum contrahentes volunt, damnum proueniens eiſdem ouibus, earumque fœtibus, & fructibus ex leuiſsima culpa, caſu fortuito, aut Dei iudicio, & ex alio accidenti pertinere ad Titium locatorem, id quoque naturale eſt contractui locationis, & cõductionis, vt latè probat Azor. par. 3. Inſt. moral. lib. 8. de locat. cap. 7. & Conrad. de contr. q. 89. concl. 3. corol. 2. caſu 1. vbi etiam ait, quòd quamuis locator velit, quòd conductor fidem faciat de illis caſu fortuito, Dei iudicio, & leuiſsima culpa, id tali contractui non eſt innaturale. Et denique dum ſic pactum, vt damnum proueniens ex dolo, lata, & leui culpa conductoris ad ipſum pertineat: eidemque imputetur, tale pactum eſt etiam connaturale contractui locationis, quia citra huiuſmodi pactum conductor tenetur de damno rei locatæ obuenro ex ipſius dolo, lata, & leui culpa, vt habetur ex Azor. & Conrad. locis citatis: qui quidem Conrad. addit, quòd ex quo merces non conſiſtit in pecunia numerata in caſu, de quo agitur, huiuſmodi contractus non poteſt dici propriè contractus locationis; ſed contractus innominatus; atque adeò locatio largè ſumpta, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, q. 1. & 3. Imò merces cùm non conſiſtat in quantitate determinata, contractus ipſe dicetur potius partiarius accedens ad ſocietatem.

Secundò infertur, quod iuſta quoque
13 poterit eſſe locatio, ſeu conductio, qua quis locat duos boues æſtimatos 60. aureos v.g. ſub mercede decem modiorum frumenti, ſingulis annis: ſiquidem merces illa arbitrio boni viri, aut ſecundum laudabilem Regionis conſuetudinem, poteſt eſſe commenſurata vſui bouum, & conſequenter iuſta: dummodo eorum periculum pertineat ad locatorem, niſi boues pereant, aut deteriores fiant dolo, culpa lata, aut leui ipſius conductoris, iuxta ea quæ ſupra diximus in præcedẽti illatione: ſecus autem ſi merces commenſurata non foret vſui dictorum bouum, aut ſi eſſet commenſurata, locãs vellet totum periculum transferre in conductorem, vt rectè declarat Conrad. de contract. q. 89. concl. 3. coral. 2. caſu 2. quod quidem verum eſt niſi locator huiuſmodi periculum in alio compenſaret, minuendo mercedem, aut ſoluendo iuſtum pretium aſſecurationis. Etenim quamuis ex natura contractus locationis, ſeu conductionis conductor non teneatur de caſu fortuito, nec de leuiſsima culpa, ſed tantum de leui, lata, & de dolo; nihilominus valet pactum, vt conductor etiam de leuiſsima, & caſu fortuito teneatur, atque adeò, vt rei conductæ totum periculum ad eum pertineat: nã huiuſmodi pactum non eſt contra, ſed præter ſubſtantiam contractus: & poteſt eſſe iuſtum ſi compenſetur iuſto pretio aſſecurationis, aut mercedis diminutione, vt probat Azor. tom. 3. Inſtit. moral. lib. 8. cap. 7. de locat. q. 1. Idem dicendum eſt cum in locatum, ſeu in cuſtodiam dantur oues cum pacto vt lucrum, &
14 damnum communia ſint danti, ac recipienti: ſiquidem fieri poteſt, vt opera, ac diligentia, cura ac cuſtodia, quam locat is, qui oues recipit tantum mercedem mereatur; tum etiam, vt tantum pretium debeatur ei, qui oues locat alteri: etenim ſicut oues meliores factæ cedunt in bonum vtriuſque; ita quoque ſi deteriores reddantur, commune eſt detrimentum, vt poſt alios declarat Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 7. q. 4. Eſſet tamen pactum iniquum ſi totum damnum ex pacto ſpectaret ad recipientem, niſi ex dolo lata, & leui culpa conductoris eueniret, aut pactum illud iuſto pretio aſſecurationis, aut alio modo cõpenſaretur, vt ſupra diximus: quamuis in re huiuſmodi contractus ſocietatis potius, quam locationis, ſeu conductionis dici poſsit.

Digitized by Google

15 Tertiò infertur ex eodem Conrad. loco citato, caſu 3. licitam poſſe eſſe locationem, ſeu conductionem, qua quis locat boues ad laborandum ad quartam partem lucri, ac damni pro mercede: ſiquidem poteſt eſſe, vt illa quarta pars lucri prouenientis cum expectatione ſolutionis quartæ partis damni, ſi damnum eueniat, ſit adequatæ locationi bouum. Verum ſi eſſet nimis parua, contractus eſſet illicitus conductori; ſi verò nimis magna eſſet illicitus locatori.

16 Quartò infertur ex eodem Conrad. ibidem, caſu 4. licitam eſſe locationem, ſeu conductionem, qua quis locat duos boues æſtimatos ea lege, vt conductor laboret ſibi cum ipſis bobus duodecim bubulcas terræ in anno: & in fine anni, bobus venditis, locator ſuum capitale totum extrahat, & conductor habere debeat medietatem lucri dictorum bouum; dummodo periculum mortis, aut deteriorationis bouum pertineat ad locatorem: & æqualis conditio ſit vtriuſque, ac iuſta merces. Eſt tamen verum, quod hæc locatio non ſolùm eſt rei, ſed etiam perſonæ: ſiquidem eſt rei, cum locentur boues ſub ea mercede, vt conductor teneatur locatori laborare illas bibuleas terræ: eſt etiam perſonæ, cum ipſe conductor habeat medietatem lucri ſperati loco mercedis in recognitionem operarum, præſertim pro laborandis bibulcis, vt rectè declarat ibi Conrad. qui addit, quòd ſi merces illa laborandi bibulcas eſſet magna nimis, maximè ſi conductor obligetur etiam ad nutriendos boues ſuis expenſis, non obſtante medietate lucri ſperati, iniuſtus eſt contractus ex parte locatoris. Si verò merces prædicta arbitrio boni viri, eſſet nimis parua, & non commenſurata vſui bouū, tunc contractus eſſet iniuſtus ex parte conductoris.

17 Quintò infertur ex eodem Conrad. d. q. 89. concl. 3. corol. 2. caſu 6. iuſtam poſſe eſſe locationem illam, qua quis locat vnam vaccam alicui, æſtimatam decem aureis v.g. ea lege, vt conductor eam cuſtodiat, & ſeruet vna cum eiuſdem fructibus, & fœtibus ſuis ſumptibus; atque adeò fructus, & fœtus citra locatoris licentiam non alienet; & inſuper de dictis fructibus, & fœtibus prioribus teneatur eam quantitatem locatori aſsignare, donec ſit ipſi locari de prædicta æſtimatione vaccæ integraliter ſatisfactum: & deinde ſibi aſsignare in futurum medietatem ipſorum fructum, & fœtuū. Si tamen vacca, vel eius fœtus, & fructus dolo, lata, vel leui culpa conductoris pereant, totum damnum ad ipſum conductorem pertineat. Quòd ſi leuiſsima culpa eiuſdem, aut Dei iudicio, vel caſu fortuito intereat, aut deteriorentur; damnū totaliter ſit locatoris. Etenim quamuis conductor valdè grauari videatur ratione poſsibilis euentus mortis vaccæ, ſi pereat poſt ſalutam eiuſdem æſtimationem; nihilominus è contra multum releuatur expectando lucroſum euentum longiori vitæ vaccæ, & fœtus: quoniam vacca ſi longo tempore viueret, percepturus eſſet tot medietates fructuum, & fœtuum, vt ſupra, & ita fieret mutua compenſatio euentus damnoſi cum lucro. Quod quidem verum puto ſi talis compenſatio arbitrio boni viri, ac vi laudabilis, ac præſcriptæ conſuetudinis iuſta cenſeatur: nam in contractibus multum præualet conſuetudo, vt ſæpe diximus.

An cum quis animalia locat, ea lege vt conductor eorum in ſe periculum ſuſcipiat, tum mortis, tum etiam deteriorationis; etiam ſi ex leuiſſima conductoris culpa, Dei iudicio, aut caſu fortuito proueniat, locatio ſit licita. Q. IV.

SUMMARIUM.

1 *Conductor ex vi contractus locationis non tenetur de leuiſſima culpa.*

2 *Locatio animalium ea lege vt conductor ſuſcipiat in ſe eorum periculum mortis, vel deteriorationis caſu, vel culpa etiā leuiſſima conductoris poteſt eſſe iuſta.*

3 *Contractus omnes ex conuentione legem accipiunt.*

4 *Locatio, ſeu conductio perſonæ ad paſcenda animalia facta ea lege vt eorum periculum ſit apud conductorem, an, & quando ſit iuſta.*

5 Con-

5 *Conductor animalium quibuſdam caſibus tenetur de culpa leuiſſima, & caſu fortuito, etiam ſi nulla præceſſerit conuentio.*

6 *Res locata ad vnum ſi vſum ſi pereat eo quòd conductor re illa fuerit ad alium vſum, conductor ipſe, tenetur etiam de culpa leuiſſima, & caſu fortuito; ſi mora præceſſerit caſum: & inſuper furtum committit.*

7 *Conductio perſonæ ad paſcenda animalia cum eorum aſſecuratione poteſt eſſe iuſta ſiue aſſecuratio fiat eodem contractu; ſiue ſeparatim à contractu locationis.*

8 *Simul, & ſucceſſiuè aliquid fieri non mutat iuſtitiam contractus.*

9 *Locatio animalium cum pacto aſſecurationis ita demum eſt iuſta, quando compenſatur illud cum aſſecurationis pretio.*

10 *Conductor animalium cum pacto aſſecurationis, ita vt teneatur etiam de caſu fortuito, & culpa leuiſsima, an, & quando teneatur de omni caſu fortuito, etiam expreſſo.*

11 *Locans animalia cum translatione eorum dominij dicitur venditionis, non autem locationis contractum celebrare.*

12 *Animalia tradens ad omnem vſum dicitur ea mutuare potius, quàm locare; & propterea nihil poteſt ex eis percipere citra vſuram.*

13 *Animalia tradita ad certum vſum, quãuis fuerint tradita æſtimata; non tamen cenſentur vendita, dilata pretij ſolutione.*

14 *Aſſecuratione non transfertur rei dominium, ſed venditur obligatio, qua aſſecurator ſe obligat ad illius pretium ſoluendum.*

15 *Pactum aſſecurationis rei locatæ non eſt contra ſubſtantiam contractus.*

16 *Contractus ſubſtantia eſt contrahentium diſpoſitio.*

17 *Contractus natura eſt qualitas innata contractui à principio eiuſdem generationis.*

18 *Locatio animalium cum pacto, vt eorum periculum ſit conductoris eſt iuſta, ſi tale pactum compenſetur iuſto aſſecurationis pretio.*

19 *Locatio duorum bobum ſub mercede ſex modiorum frumenti; & cum pacto vt totum eorum periculum ſit conductoris, an & quando ſit iuſta.*

20 *Aeſtimatio rei non ſemper facit tranſire contractum in venditum.*

21 *Locatio duorum bobum æſtimatorum 40. aureis, pro mercede ſeptem modiorum frumenti cum pacto, vt conductor ſuſcipiat periculum tertiæ eorum partis, an & quando ſit licita.*

22 *Locatio, qua quis locat alicui per aliquot annos duos boues ſub communi lucro, & damno, ſub mercede decem ſextariorum frumenti ſingulis annis, quando ſit licita.*

23 *Locatio 100. ouium facta alicui monaſterio ſub mercede 10. aureorum ſingulis annis, ea lege vt ſi omnes pereant, tradens, ſua vita durante, habeat dictam mercedem: & poſt eius obitum, ſi oues extent, etiam ſi valdè multiplicatæ fuerint, ſint ipſius monaſterij, eſt licita.*

PArtem negatiuam tuetur Conrad.
1 de contract. q. 91. concl. 2. corol. 2.
dicens prædictum pactum eſſe iniquum:
quoniam perinde eſt, ac ſi locator de-
diſſet conductori tantum pecuniæ quã-
tum valent animalia, vt tantundem ſibi
reddat vna cum mercede. Confirmat
ſuam ſententiam ex eo, quòd dans præ-
dicta animalia, idem eſt, ac ſi ea recipien-
ti vẽdidiſſet, dilata pretii ſolutione, & ob
id pluris diſtraxerit: quod citra vſuram
fieri nequit. Denique conductor ex na-
tura contractus locationis, ſeu condu-
ctionis, non tenetur de leuiſsima culpa,
& caſu fortuito rei locatæ obueniente;
ſed tantum de dolo, lata, & leui culpa, vt
in l. ſi quis fundum, §. ſi colonis prædio-
rum, & l. ſed & de damno, ff. loc. ergo pa-
ctum quod conductor ſuſcipiat in ſe pe-
riculum rei locatæ, eſt iniquum; atque
adeò locatio animalium, de qua agitur,
eſt iniqua.
His tamen non obſtantibus, oppoſi-
2 tum puto verius: quam ſententiam te-
nent Syl. in ſum. ver. ſocietas 2. q. 2. Fil-
liuc. tom. 2. qq. moral. tract. 37. cap. 5. q.
1. & alii communiter. Probatur ex tex.
in c. 2. de depoſ. & l. ſi vt certo, §. nunc
videndum, ff. commod. vbi quamuis de-
poſitarius non teneatur de leuiſsima
culpa, & caſu fortuito; nihilominus ex
pacto tenetur: ergo idem dicendum eſt
3 in contractu locationis: ſiquidem con-
tractus omnes ex conuentione legem
accipiunt, vt l. 1. §. ſi conueniat, ff. depoſ.
& eò magis; quia huiuſmodi pactum
non eſt contra ſubſtantiam, ſed præter
naturalia contractus locationis, & con-
ductionis, vt ſupra adnotauimus, q. præ-
ced.

Digitized by Google

ced.illat.2.Syl. loco citato, Piſanel. ver. ſocietas,§. 1. in Addit.2. Azor.tom, 3. Inſtit.moral.lib.9. de ſociet. cap.7. q. 1.& 3.& alii. Vel ſaltem dato, quod tale pactum ſit contra naturalia,non tamen eſt contra ſubſtantialia locationis,iuxta ea, quæ habentur ex Conrad.de contr.q.87. ſuppoſ.8. Denique vi huius pacti aſſecuratur res locata, vt per Syl. loco citato: at aſſecurationem in contractibus licitam eſſe omnes fatentur, & contractu locationis fieri poſſe, expreſsè docet Conrad.d.q.87.ſuppoſ.8.Sil.vbi ſupra,& Azor.loco citato,q.1.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum
4 ſibi vendicet non ſolùm in locatione animalium; verùm etiam in conductione perſonæ ad paſcenda, ac cuſtodienda animalia: nam poteſt paciſci animalium Dominus cũ paſtore de reficiendo damno contingente ipſis animalibus, etiam ex culpa eius leuiſſima, & caſu fortuito: ſiquidem huiuſmodi contractus non eſt ſimplex conductionis; ſed eſt mixtus cũ contractu aſſecurationis, iuxta ea, quæ habētur ex Conrad.d.ſupp.8. & propterea, quamuis Paſtor ex natura contractus non teneatur de caſu fortuito, vt in l. in iudicio, C, loc. & Azor. d. cap. 7. q. 2. nihilominus vi pacti tenetur: quia huiuſmodi pactum non eſt contra; ſed præter ſubſtantiam contractus locationis, ac conductionis, vt patet ex iis,quæ habentur ex Azor. d. cap. 7. q. 1.

Secundò ampliatur d. concluſio, vt in aliquibus caſibus conductor ouium, aut
5 aliorum animalium teneatur de culpa leuiſſima,& caſu fortuito; etiam ſi conuentum non fuerit, vt teneatur. Vndè ſi quis locauit alicui oues cum pacto, vt cum eas incluſerit in tugurio, non adhibeat in eo ignem, ſi adhibuit, & ignis caſu citra omnem culpam conductoris, comburerit tugurium cum ouibus, conductor ipſe proculdubio teneretur de damno, vt in l. videamus, §. ſi hoc, ff. loc. his verbis, *ſi hoc in locatione conuenit, ignem ne habeto, & habuit, tenetur etiam ſi caſus fortuitus admiſit incendium; quia non debuit ignem habere*. Similis caſus habetur in eadem l. videamus,§.inter conductorem: vbi inter conductorem, & locatorem conuenerat, ne in villa vrbana fœnum componeretur, poſuit deinde ſeruus, & igne illato, ſuccedit: & ait Labeo teneri conductorem ex locato, quia ipſe cauſam præbuit inferendo.

Imò tenetur de damno conductor,etiam ſi extraneus ignem iniecerit, vt in l. ſed etſi, ff. loc. quæ immediatè ſequitur. Idem erit dicendum ſi fœnum ignem ſibi ipſi concipiat, vt ſæpè accidit, vt per Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 8. de locat. cap.7. q. 3. vbi plures alios caſus recenſet, in quibus in locatione tenetur etiam de leuiſſima culpa; non tantum in foro externo, ſed etiam in foro interno; quamuis aliqui contrariũ ſentiant quoad forum internum, quam opinionem valdè probabilem eſſe,ait Azor. loco citato, verſ. ſed aliorum opinio.

Idem dicendum erit de re alicui locata ad certum vſum, qui ad alium vſum
6 fuerit vſus: nam ſi caſu, aut leuiſſima culpa conductoris perierit, tenetur ipſe conductor. Imò furtum dicitur committere eo caſu conductor,vt per Cõrad. de contract. q. 87. concl. 4. Et denique tenetur de caſu fortuito, ac leuiſſima culpa conductor,ſi mora præceſſit caſũ, & leuiſſimam culpam. Vt ſi titius locauerit equum ſempronio, reddendum ſibi poſt tres dies: & ille vltra præfinitum tempus tenuerit: nam tunc ſi quid ei caſu fortuito, aut ex culpa leuiſſima,acciderit, conductor ipſe tenebitur, vt per Conrad. loco citato, qui etiam probat, conductorem teneri de culpa leuiſſima, & caſu fortuito, ſi de his ſe obligauerit locatori: quod quomodo verum ſit, rectè ipſe Conrad. declarat.

Tertiò ampliatur ipſa cõcluſio,vt vera ſit, ſiuè fiant contractus locationis, &
7 cõtractus aſſecurationis animalium ſucceſſiuè, ſiue ſimul eodem contractu: quoniam contractus locationis, & aſſecurationis ſeorſum ſumpti ſunt iuſti, ergo iuſti ſunt, etiam ſi ſimul fiant. Ete-
8 nim ſimul, & ſucceſſiuè aliquid fieri nõ mutat iuſtitiam contractuum, & pactorum, dummodò ſeruetur æqualitas, & vtrinque libertas,vt ſupra diximus,cap. 4. q. 7. de aſſecuratione capitalis agentes.

Sic ampliata limitatur prædicta con-
9 cluſio, vt ita demum valeat locatio animalium cum tali pacto aſſecurationis, quando compenſatur illud cum aſſecurationis pretio, aut mercedis diminutione, iuxta ea, quæ habentur ex Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap.25.dub.3. num. 32. verſ. Nor. 2. & Azor. tom. 3. Inſtit. moral. lib. 8. de locat. cap. 7. q. 1. & 2. & patet ex iis, quæ ſupra adnotauimus d. q. 7.

d. q. 7. concl. 2. & 3. Idem proportionaliter dicendum eſt de locatione, & conductione perſonæ, vt ita demum valeat, ſi conductor perſonæ ad paſcenda animalia, cum pacto, vt totum animalium periculum ad locationem pertineat, tunc iuſtus erit contractus, ſi conductori augeat mercedem arbitrio boni viri, vel iuſto aſſecurationis pretio, aut alio modo compenſet, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus.

Secundò limitatur eadem concluſio, vt quamuis ratione pacti, quo obliga-
10 tur conductor ad ſuſcipiendum in ſe periculum caſus rei conductæ prouenientis, etiam ex leuiſſima culpa, aut caſu fortuito, teneatur illud ſubire; non tamen tenetur ſubire omne periculum caſus fortuiti; ſed de expreſſo tantùm, & non de alijs, niſi ſit adiecta clauſula generalis de caſibus fortuitis. Et dato quòd fuerit adiecta; tunc adhuc tantùm tenebitur de caſibus fortuitis conſimilibus ei, qui fuit ſpecificatus; non autem de alijs, qui ſunt eo maiores; ſiquidem in odioſis clauſula generalis non comprehendit maiora expreſſis, vt in clem. non poteſt, de procurator. ſecus aut in non odioſis. Vnde ſi velit locator etiam maiores caſus furtuitos comprehendere, debet illos ſpecificare, vel ſaltem vnam ex maioribus, & adijcere clauſulam generalem de alijs fortuitis. Ita Conrad. d. q. 87. concl. 4.

Tertiò limitatur præfata concluſio, vt ita demum procedat quando dominium
11 animalium locatorum non transfertur in conductorem; ſecus autem ſi transferatur; ita vt conductor poſſit animalia occidere, & ad ſui libitum diſtrahere; atque adeò finita locatione, ſatis ſit ſi eadem animalia ſpecie eiuſdem bonitatis, ac valoris locatori reſtituat: ſiquidem huiuſmodi contractus non eſſet locationis; ſed potius emptionis, ac venditionis: & propterea percipiens mercedem ex eo, diceretur percipere illam ex re aliena. Imò ex mutuo, vt infra dicemus.

Reſtat modo, vt ad contraria reſpondeamus.

Ad primam dicimus, quòd aut animalia, de quibus agitur, dantur
12 alicui ad certum vſum; nempe ſi dentur boues, vt eos recipiens agros ſuos colat: vel dentur oues, vt conductor ex eis percipiat lac agnos, & lanam: vel dantur alicui ad quemlibet alium vſum, ita vt an ſui libitum de illis valeat diſponere, atque ad eo vendere, occidere, &c. Poſteriori caſu cum animalia dentur ad modum mutui, non poteſt tradens citra vſuram emolumentum aliquod ex eis percipere, vt rectè probat Conrad. de contract. q. 91. concl. 1. dicens, quòd eo caſu perinde eſt, ac ſi locator dediſſet tãtum pecuniæ, quantum valent animalia, vt tantundem ſibi reddat cum mercede. Imò cùm animalia traduntur æſtimata ad quemlibet vſum vt ſupra, licèt ea tradens dicat locare; re vera tamen cenſetur ea vendere, dilata pretij ſolutione: ſiquidem æſtimatio rei in contractibus, aliquando facit contractum tranſire in emptionem, ac venditionem: & propterea ex tali contractu non poteſt aliquid percipi citra vſuræ labem, vt latè Doctor. in c. nauiganti, de vſur. & ita intelligitur ſententia Conrad. quam adduximus pro contraria opinione, vt rectè declarat Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 7. q. 3. verſ. Dicendum exiſtimo.

At cùm dantur animalia priori mo-
13 do, quamuis tradantur æſtimata; non propterea cenſetur vendita dilata pretij ſolutione; quoniam tunc æſtimatio rei facit tranſire contractum in emptionem, ac venditionem, quando fit in contractibus, de quorum natura eſt, vt transferatur dominium: quod quidem dici non poteſt de animalibus æſtimatis traditis in contractu locationis, cùm de natura huius contractus ſit, vt non transferatur dominium rei locatæ penes conductorem: & propterea ſi pactum quo obligatur conductor ad ſuſcipiendum in ſe totum animalium periculum compenſetur iuſto pretio aſſecurationis, aut mercedis diminutione, proculdubio erit iuſtum. Vt habetur ex Azor. loco citato, qui hoc modo intelligit opinionem Syl. & aliorum, & eo magis, quia in contractu locationis animalia dantur æſtimata, vt ſciatur eorum valor, ad hoc, vt illa conducens ſi ſua culpa, vel dolo, vel cum ſupradicto pacto deteriora fiant, aut pereant, damnum tradenti reficiatur; atque ideò æſtimatio dictorum animalium non arguit eorum venditionẽ.

Nec

Nec dici poteſt, quòd per aſſecuratio-
14 nem transferatur rei dominium, quæ aſſecuratur: quia cùm aſſecurationis cõtractus ſit ſpecies emptionis, ſeu venditionis, in qua non emitur, nec venditur res aſſecurata, ſed obligatio, qua aſſecurator ſe obligat ad illius pretium ſoluendum ſi pereat, vt ſupra adnotauimus, c. 4.q.7. not.2. proculdubio quando cùm, ſupradicto pacto mediante, locantur animalia, eorum dominium non cenſetur translatum in conductorem. Et ita quoque remanet euacuata confirmatio.

Ad vltimum reſpondetur, quòd non
15 nulli volunt quòd huiuſmodi pactum non ſit contra naturalia contractus locationis, ſeu conductionis; ſed tantùm præter naturalia, vt habetur ex Syl. Piſan. & Azor. locis citatis. Secundò reſpõdetur, quòd eſtò, quòd prædictum pactũ ſit contra naturalia; non tamen eſt contra ſubſtantia talis contractus: & propterea licitum eſſe poteſt ſi iuſto pretio aſſecurationis, aut alio modo compenſetur, vt patet ex ijs, quæ habentur ex Conrad. de contr. q.89. caſu 9. Etenim quamuis apud Philoſophos naturales idem ſit ſubſtantia, & natura, nihilominus Morales Philoſophi, pactum contra ſubſtantiam contractus diuerſum eſſe volunt à pacto contra eiuſdem naturam:
16 ſiquidem ſubſtantia contractus eſt contrahentium diſpoſitio, vt in l. obligationum ſubſtantia, ff. de verb. obligat. Bald. in l. 1. num. 4. C. de ſacros. Eccleſ. & Menoch. conſ. 37. num. 4. & ſeq. lib. 1. ſeu ſubſtantia contractus dicitur, ſine qua contractus ſubſiſtere non valet, vt in cõtractu empt. ac vend. ſunt res, pretium, & conſenſus, vt in l. 1. & 2. & l. nec emptio, ff. de contrah. empt. ſicut in contractu locationis ſubſtãtialia ſunt res, merces, & conſenſus, vt ſupra oſtendimus q. præced. verſ. Eſt tamen aduertendum.

Natura verò eſt qualitas innata contra-
17 ctui à principio eiuſdem generationis, cui ſemper ineſſe cenſetur, niſi per pactum tollatur, vt eſt euictio in contractu emptionis ac vendit. vt in l. non dubitatur, C. de euict. ſicut de natura contractus locationis eſt, vt res locata ſtet periculo locatoris, vt ſupra diximus. Vndè ſicut contractus empt. ac vendit. conſiſtere poteſt citra obligationem euictionis, cum de conſenſu partium remitti poſſit, l. emptorem, §. fin. ff. de action. empt. & Caballin. tract. de euict. §. 5. num. 25. ita etiam locatio, & conductio poteſt conſiſtere, etiam ſi periculum rei locatæ quoad culpam, & caſum fortuitum transferantur in conductorem: quia naturalia contractus ſe hant ad inſtar accidentium, quæ poſſunt eſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem, vt bene declarat Scac. de commerc. & camb. §. 1. q.7. p.2. ampl.20. ſub num. 14.

Vndè his reiectis firma remanet con-
18 cluſio, vt licitus ſit locationis, ſeu conductionis contractus, quo locantur animalia ea lege vt totũ eorũ periculum, ac damnum pertineant ad conductorem, etiam ſi ex leuiſsima culpa, aut caſu fortuito pereant, aut deteriorarentur; dummodo huiuſmodi pactum compenſetur iuſto aſſecurationis pretio, diminutione mercedis, aut alio modo ad arbitrium boni viri.

Ex hoc infertur primò iuſtam eſſe lo-
19 cationem duorum bouum per annum, ſub mercede ſex modiorum frumenti, ea tamen lege vt totum periculum ſit conductoris, etiã ſi ex leuiſsima eius culpa, Dei iudicio, aut caſu fortuito pereant, aut deteriorentur: dum modo illi ſex modij frumenti ſit merces commenſurata vſui bouum per annum, & iuſto eorum pretio aſſecurationis: quia huiuſmodi pactum non eſt contra ſubſtantiã; ſed tantum contra naturam locationis, ac conductionis; & propterea non vitiat contractum per ea, quæ ſupra diximus: quin potius ſi compenſetur modo ſupradicto erit iuſtum, vt habetur ex Conrad. de contr. q.89. concl.3. corol.2. caſu
20 9. quod quidem verum eſt etiam ſi prædicti boues dentur æſtimati: quoniam non omnis æſtimatio facit tranſire contractum in venditum: nam vt ſupra adnotauimus, quando in contractu locationis res æſtimatur, eiuſdem non transfertur dominium in conductorem: ſed vt ſi conductor dolo, lata, vel leui culpa rem conductam deteriorauerit, aut perdiderit: aut etiam ex eius leuiſsima culpa, vel caſu fortuito, ſtãte ſupradicto aſſecurationis pacto, perierint aut deteriorati fuerint, teneatur damnũ reficere, iuxta ea quæ habentur ex Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 7. q. 5.

Secundò infertur ex eodem Conrad.
21 d. q.89. concl.3. corol.2. caſu ſeptimo, quòd ſi quis locet duos boues æſtimatos 40. aureis, v.g. pro mercede ſeptem modiorum frumenti ea lege, vt conductor

ctor

Digitized by Google

ctor ſuſcipiat periculum tertiæ partis bouum, eſt licitum; ſi in Regione celebrati contractus pro locatione ſimplici dictorum bouum citra illud pactum pro mercede communiter dantur decem modij frumenti: Siquidem merces illa videtur commenſurata, habito reſpectu ad ſuſceptum periculum: quòd ſi commenſurata iuxta arbitrium boni viri, tunc contractus eſſet illicitus, vt rectè Conrad. ibi circa fin.

Tertiò infertur ex ipſo Conrad. ibidē caſu 11. licitam eſſe locationem, in qua
12 quis locat alicui per aliquot annos duos boues ſub communi lucro, & damno: ſub mercede decem ſextariorum frumēti ſingulis annis; dummodo merces illa ſit commenſurata vſui bouum: & ita veriſimilis ſit melioratio in ipſis bouibus, ſicut deterioratio in fine locationis; atque adeò onus ſuſcipiendi medietatem deteriorationis impoſitum conductori ſufficienter ei refundatur per hoc, quòd dimittitur participare medietatem meliorationis.

Quartò infertur licitā eſſe locationē, qua quis locat centum oues alicui Mo-
13 naſterio v.g. ſub mercede decem aureorum ſingulis annis; ea tamen lege, vt ſi omnes oues pereant; nihilominus tradens ipſe habeat, ſua vita durante, mercedem ipſam: & poſt eius obitum, ſi oues exteat, etiam ſi valdè fuetint multiplicatæ, omnes ſint dicti monaſterij: ſiquidem hoc caſu par eſt conditio, vtriuſque contrahentis, vt habetur ex Conrad. de contract. q. 88. concl. 5. Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 7. q. 7. cum alijs, quos allegat. Eſt tamē verum, quòd non nulli volunt, hunc non eſſe contractum locationis, ſed venditionis: imò alij dicunt eſſe permutationis, vt per Azor. Plures alios caſus ad hanc rem pertinentes determinat Conrad. de contract. q. 9. concl. 3. corol. 2. caſu 5. 8. 10. & ſeq. cui nos remittimus breuitati conſulentes.

An, & quando animalia dantur in locatum æſtimata; contractus eo ipſo tranſeat in mutuum, aut in venditionem. Q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Animalia ſi dentur æſtimata in locatum contractum tranſire in mutuum, qui velint.*

2 *Animalia ſi dentur æſtimata in locatum, contractus non tranſit in mutuum ſecūdum communem ſententiam.*

3 *Aeſtimatio non facit venditionem in contractibus, in quibus de eorum natura rei dominium non transfertur.*

4 *Aeſtimatio rei locatæ quid operetur in contractu locationis.*

5 *Equus ſi cōmedetur æſtimatus non cenſetur venditus.*

6 *Aeſtimatio rerum ſocialium in ſocietate, non facit tranſire res ſociales in venditas.*

7 *Locatio animalium æſtimatorum, cum pacto vt ſi caſu fortuito pereant, reddatur eorum æſtimatio, facit tranſire contractum locationis in venditum.*

8 *Locatio animalium æſtimatorum facta ea lege, vt tradenti reſtituantur poſt certum tempus eadem numero eiuſdem valoris, facit tranſire contractum locationis in mutuum.*

IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia eſt Gloſ.
1 in l. ſi vt certo, §. nunc videndum eſt, ff. commod. Hoſt. in cap. 1. eod. tit. & aliorum exiſtimantium, quòd quando dantur animalia in locatum æſtimata, tunc eo ipſo tranſeunt in venditum. Mouentur ex eo, quòd rei æſtimatio venditionem facit, vt in l. æſtimatio, ff. ſolut. matrim. & l. plerunque, ff. de iure dot.

Oppoſitis tamen non obſtantibus, in contrarium eſt communis ſententia; quam docet Io. Andr. Panor. & nonnulli alij Canon. in d. c. 1. de commod. Conrad. de contract. q. 87. concl. 4. Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 7. q. 5. & alij. Probatur hæc ſententia ex
3 eo, quòd in contractibus, in quibus de

eorum natura eſt, vt non transferatur dominium, æſtimatio non facit venditionem, nec recipiens plus tenetur, quã expoſcat natura contractus. Vndè cùm natura contractus locationis,ſeu conductionis expoſtulet,vt conductor teneatur de dolo, lata, & leui culpa,vt ſæpè diximus, æſtimatio ſolum operatur hoc, vt
4 ſciatur vèrum rei prætium ad hoc,vt locator releuetur ab onere probandi illud in caſu peremptionis, aut deteriorationis rei dolo, vel culpa lata, aut leui cõductionis; cùm his caſibus teneatur conductor ad rei locatæ æſtimationem, vel ad damnum reficiendum in caſu deteriorationis. Quod ſi æſtimatio non facit tranſire locatum in venditum,eadem ratione non facit illum tranſire in mutuum.

Ampliatur hæc concluſio, vt idem dicendum ſit quando commodatur equus
5 v. g. & cùm traditur æſtimatur: quoniã equus non cenſetur venditus;ſed æſtimatio intelligitur facta ſecundum naturam contractus commodati; in quo commodatarius tenetur de dolo,lata culpa,& leui, ſicut conductor: & propterea æſtimatio id tantùm operatur, vt ſciatur certum rei pretium, vt qui equum commodauit, releuetur ab onere probandi eius pretium in euentu quòd commodatarij dolo, lata, vel leui culpa equus periret, aut deterior efficeretur, vt colligitur ex ijs, quæ habentur ex Corn. loco citato, verſ. Et eodem modo: vbi id ipſum dici poſſe,inquit de alijs contractibus, in quibus non transfertur dominiũ, ſi res tradatur æſtimata.

Secundò ampliatur, vt idem dicendũ
6 ſit in contractu ſocietatis. Nam ſi quis dat centum oues v. g. Titio ad ſocietatẽ æſtimatas; nõ tamen ob id cenſentur vẽditæ; quoniam non intelligitur facta æſtimatio, vt Titius in omnem euentum pretium ſoluat, vel reddat totidem oues, vel pretium: ſed ſi dolo, aut culpa lata, aut leui ipſius Titij perierint, aut deteriores fuerint effectæ, vt contra Syl. & alios docet Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 7. q. 11. Qui tamen id limitat; niſi oues datæ ſint æſtimatæ ea lege, vt ſi caſu fortuito perierint, Titius pretium reddat, vel totidem oues; quia tunc cenſerentur venditæ per tex. in l. æſtimatio, ff. ſolut. matr. & l. plerunque, ff. de iure dot. & infra latius, Deo duce, dicemus limit. proxima,& infra queſt. 8 quam limitationem puto non procedere, quando pactum illud fuerit compenſatũ iuſto pretio contractus aſſecurationis, aut alio modo; quia tunc præſumitur inita ſocietas ſuper fructibus tantum;nõ autem ſuper animalibus.

Sic ampliata limitatur eadem concluſio, vt locum non habeat cum animalia
7 æſtimata dantur alicui cum pacto, vt ſi caſu fortuito pereant, reddatur eorum æſtimatio, aut reddantur ipſa animalia; vel eorum æſtimatio: tunc enim huiuſmodi contractus non erit locatio, ſeù conductio; ſed emptio, ac venditio verè dicenda eſt, & ita intelligitur tex. in d.l. æſtimatio, ff. ſolut. matr. & l. plerũque, ff. de iure dot. vt habetur ex Panor. in d. c. vnico,de commod. Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 7. q. 5.& 8. Vndè ex tali contractu nihil aliud poteſt percipi præter pretium, aliàs vſura cõmitteretur: ſiquidem id perciperetur ex contractu venditionis, dilata ſolutione: quod eſt vſura, vt per Azor. d. q. 8. & 11. vbi idem dicendum eſſe ait in contractu ſocietatis.

Secundò limitatur ipſa concluſio, vt
8 non procedat, cùm animalia æſtimata traduntur alicui cum pacto,vt tradenti reſtituantur poſt lapſum alicuius temporis tot animalia,ac eiuſdem valoris, ac bonitatis; etiam ſi apud recipientem perirent leuiſsima culpa, ſeu caſu fortuito; ita vt infra definitum tempus poſsit ea diſtrahere, & comedere ad ſui libitum, aut aliter eis vti, prout ſibi placuerit. Etenim huiuſmodi contractus non poteſt dici locationis; ſed potius mutui rectè cenſendus eſt,cum eorum transferatur dominium penes recipientem ad omnem vſum:nec recipiens obligatur ad reddenda eadem numero animalia; ſed eadem tantùm ſpecie: quæ quidem conditiones conueniunt contractui mutui; non autem locationis,ſeu conductionis: & propterea emolumentum aliquod ex huiuſmodi contractu percipiens vſuram committit. Vt rectè declarat Conrad. de contract. q. 88. concl. 4. & Azor. loco citato, q. 6.

De

De ſocietate animalium prout à locatione diſtinguitur.

Q. VI.

SVMMARIVM.

1 *Animalium ſocietas vulgò appellatur ſoccita, ſeu ſocita, aliàs ſoccida.*

2 *Societas animalium dupliciter fieri contingit, ſicut ſocietas negotiationis, in lucro tantùm, & in lucro, & in capitali.*

3 *Animalia ſi ſimpliciter dentur paſtori ad paſcendum, non cenſentur communicata; ſed cenſetur initus contractus innominatus.*

4 *Societas animalium quatuor modis coiri contingit, ſicut ſocietas negotiationis.*

5 *Societas animalium contrahi poteſt tam maiorum, quàm minorum; ſicut eorum locatio.*

AD huius rei explicationem eſt ad-
1 not. quòd huiſmodi ſocietas, ſocci-
ta, ſeu ſocita, aliàs ſoccida vulgò appella-
tur, vt habetur ex Felic. in ſuo tract. de
ſociet. cap. 9. num. 56. cap. 27. num. 55.
Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet.
cap. 7. in tit. & alij. Et à ſocietate nego-
tiationis non differt, niſi ratione mate-
riæ: qua propter ſocietas hæc ſecundum
illam eſt regulanda, vt habetur ex Molin.
de contr. diſp. 420. ſub num. 4. Vndè ſi-
cut ſocietas negotiationis dupliciter cō-
trahi ſolet; nempè quòd in ea commu-
2 nio fiat in lucro tantùm, & non in capi-
tali: vel quòd in ea fiat communio tam
in lucro, quàm in capitali; vt ſupra oſten-
dimus cap. 4. q. 2. ita quoque dupliciter
ſoccida contrahitur, vno modo, vt in ea
communio fiat in lucro tantùm futuro;
nempè quòd communicentur anima-
lium fructus, & vtilitates ex eis pro-
uenientes; non autem eorum dominium:
altero verò modo ita coitur, vt com-
munio fiat non tantùm in lucro, ac in
fructibus animalium; verum etiam in ip-
ſis animalibus, atque adeò in capitali,
ita vt illorum dominium pariter com-
municetur, vt latè habetur ex Conrad.
de contr. q. 92. in prin. & Felic. d. cap. 9.
3 num. 56. vbi etiam addit, quòd ſi anima-
lia ſimpliciter dentur paſtori ad paſcen-
dum, non cenſetur communicata; ſed
cenſetur initus contractus innomina-
tus, vt in l. ſi paſcenda, & ibi Gloſ. & Do-
ctor. C. de pact. & Gabr. conſ. 62. lib. 1. &
cùm paſtor teneatur ad curam, & cuſto-
diam, animalium, tenetur etiam de cul-
pa leuiſsima, vt ſuo loco latiùs dicemus.

Secundò eſt adnot. quod quemadmo-
4 dum ſocietas ipſa negotiationis ſiuè cō-
trahatur, vt communio fiat in lucro tā-
tùm, & non in capitali, ſiuè iu vtroque
ſimul, quatuor modis coiri contingit,
nempè cum in ea vnus ex ſocijs ponit
capitale, alter operas æqualiter, aut inæ-
qualiter: aut ambo ponunt capitale con-
ducentes vnum tertium ad negotiandū
in ea: aut vterque ponit capitale, & ope-
ras æqualiter, vel inæqualiter: & denique
cùm quis in ſocietate confert in ſocieta-
te non tantùm capitale, ſed etiam ope-
ras, alter verò capitale dumtaxat vt ſu-
pra diximus d. cap. 4. q. 2. cum plur. ſeq.
Ita quoque, ac eiſdem modis contrahi
poteſt ſocietas animalium. Primò ſcili-
cet, vt vnus ponat capitale, nempè oues,
boues, equos, &c. & alter operas æquali-
ter, aut inæqualiter. Secundò, vt ambo
conferant æqualiter, vel inæqualiter, cō-
ducentes tertium ad paſcenda, ac cuſto-
dienda animalia. Tertiò vt vterque po-
nat capitale, atque adeò animalia, &
operas æqualiter, vel inæqualiter vt ſu-
pra. Et demum, vt vnus ponat non tan-
tum capitale, & ſic animalia; ſed etiam
operas: alter verò tantùm capitale; atque
adeò animalia dumtaxat.

Tertiò eſt adnot. quòd ſicut locatio
5 animalium contrahi ſolet tam maiorum,
quàm minorum, vt ſupra adnotauimus;
ita quoque ſocietas animalium coiri
poteſt; maiorum ſcilicet, nempè armen-
torum, vt bouum, iuuencorum, equorū,
mulorum, aſinorum, &c. Et minorum,
nempè gregum, vt ouium, caprarum,
porcorum, & cęterorum eiuſmodi. Eſt
tamen verum, quòd ſocietas maiorum
animalium contrahi ſolet ad quinquen-
nium: minorum verò ad triennium, vt
rectè declarat Azor. par. 3. Inſtit. moral.
lib. 9. de ſociet. cap. 7. q. 1. His breuiter
ſic adnotatis, per ſequentes quæſtiones
rem ipſam paucis, Deo duce, abſolue-
mus. Et primò, vt ordinatè procedamus
videndum eſt de ſocietate animalium,
in qua fit communio in lucro, ac in fru-
ctibus dumtaxat, non autem in capitali:
& deinde videbimus de eadem ſocietate,
in qua fit communio non tantùm in

fructibus & commoditatibus eorum; atque adeò in lucro, ſed etiam in capitali.

De ſocietate animalium, in qua fit lucri, ſeu fructuum tantùm communio, an eorum aliquo modo transferatur dominium in conſocium ponentem operas. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Dominium animalium non transfertur in conſocium, nec communicatur in ſocietate, in qua fit communio lucri tantùm ſeu fructuum, & non in capitali; ſiuè animalia tradantur æſtimata, ſiue inæſtimata.*

2 *Dominium in ſocietate negotiationis ſuper lucro, licèt aliquando comunicetur, in ſoccita tamen ſuper lucro nunquam dari poteſt talis caſus.*

3 *Animalia in ſocietate ſuper lucro, ſeu fructibus tantùm pereunt conferenti: ſin autem primum ſunt extrahenda in fine ſocietatis.*

4 *Animalium fructus, ſeu lucrum qualiter veniant diuidenda in ſoccita ſuper lucro tantùm.*

AD hanc quæſtionem reſpondetur
1 breuiter negatiuè; ſed eorum dominium remanet penes eum, qui in ſocietate illa poſuit. Imo non ſolùm non transfertur dominium in conſocium; ſed nec communicatur, cùm communio tãtùm fiat in fructibus, emolumentis, & commoditatibus, quæ percipiuntur ex eis; non autem in ipſis animalibus. Etenim licèt ſocietas contrahi poſsit tam ſuper re certa, & particulari, quàm ſuper fructibus: & ſuper fructibus tantùm, & non ſuper re; nihilominus quando ſocietas animalium contrahitur, vt communio fiat in lucro, & non in capitali, dominium capitalis remanet penes conferentem, & communio dominij fit tantum in fructibus, vt infra dicemus, q. 13. & ſupra, lib. 1. cap. 4. q. 3. concl. 6. ſufficienter declarauimus. Vndè quamuis ſocietas licitè contrahatur ſupra vacca, fructibus eius, & ſuper fundo, & fructibus fundi; quando tamen contrahitur ſuper fructibus tantùm, in ſocietate non fit rei communio, ſed ſolùm fructuum, vt in l. ſi merces, §. vis maior, ff. locat. & l. ſi areæ, ff. de præſcr. verb. Quam quidem concluſionem puto veram, ſiue animalia tradantur inæſtimata, ſiuè æſtimata, vt patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus, q. 5. ampliat. 2. & infra dicemus q. prox. ampl. 1. contra Syl. ver. ſocietas, 1. q. 6.

Adde, quòd quamuis in ſocietate negotiationis in qua fit communio in lu-
2 cro dumtaxat, & non in capitali, dominium capitalis aliquando communicetur, cùm ex pecunia collata v. g. comparantur merces; eo quòd dominiũ mercium, & pecuniæ acquiſitæ efficitur cõmune ſociorum, ita vt omnes ſocij ſint Domini totalitate rei, iuxta ea, quæ habentur ex Molin. de contract. diſp. 416. num. 5. & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 8. num. 51. & nos ſupra diximus lib. 1. cap. 4. q. 3. concl. 6. limit. 2. Nihilominus in ſocietate animalium, de qua agimus nunquam poteſt dari caſus, in quo communicentur cum ſocijs: eo quòd animalia non dantur, vt ſint pretium aliarum rerum: nec data ſupponimus vt vendantur, & ex pretio emantur merces, aut alia animalia. Quocirca in fine ſocietatis huiuſ-
3 modi animalia primùm ſunt extrahenda ab eo, qui ea contulit, ſi ſalua remanſerint: & ſi pereant, aut deteriora fiant, eidem tanquam eorum Domino pereunt, ac deteriorantur, vt habetur ex Bald. Iacob. de Aren. & alijs in l. 1. C. pro ſoc. D. Thom. & in eum Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 5. Syl. in ſum. ver. ſocietas, 1. q. 6. Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 3. q. 1. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38, cap. 3. q. 5. concl. 1. cum alijs, quos allegant. Et deinde diuiduntur inter ipſos ſocios fructus æqualiter, vel proportionaliter, iuxta ea quæ ſupra adnotauimus de ſocietate negotiationis, cap. 4. q. 2. cum plur. ſeq. Etenim in hac ſocietate non conflatur vna ſumma
4 ex animalibus, & pretio operarum; ſed conſideranda ſunt, quæ vtrique pereunt, & hæc inter ſe comparanda. Siquidem conſe-

conferenti animalia perit æſtimatio periculi animalium, & lucri ex eis ſperati: conferenti verò operas, vel etiam paſcua, perit æſtimatio operarum, aut etiam paſcuorum. Hæc ergo ſunt inter ſe cóparanda ſecundum horum proportioné lucra, & fructus diuidentur, detracto capitali, ſicut diximus ſupra cap. 4. q. 3. concl. 6. per totam, de ſocietate negociationis agentes.

An in dubio quando contrahitur ſocietas animalium, cenſeatur cõtracta, vt communio fiat in lucro tantùm, & non in capitali. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Soccita in dubio cenſetur contracta, vt communio fiat in lucro tantùm, ſeu in fructibus, & non in capitali, & animalibus.*
2 *Societas animalium, ſeù ſoccita in dubio cenſetur inita, vt communio fiat in lucro tantùm, etiam ſi tradita fuerint æſtimata.*
3 *Societas negotiationis, & aliæ particulares in dubio cenſentur initæ, vt communio fiat in lucro, non autem in capitali.*
4 *Societas animalium, & aliæ particulares licèt in dubio cenſeantur contractæ in lucro tantum, & non in capitali; id tamen verum non eſt, vbi inter ſocios, vel in Regione celebrati contractus extaret conſuetudo celebrandi ſocietates in lucro, & capitali.*
5 *Societas animaliũ cenſetur in dubio inita in lucro, & capitali, quando hinc inde à ſocijs conferuntur animalia.*
6 *Societas animalium in dubio cenſetur cõtracta in lucro, & capitali, quando operæ, & expenſæ vnius ex ſocijs ſint æquales in valore animalibus ab alio collatis.*
7 *Societas animalium poteſt contrahi pacto expreſſo quòd communio fiat tam in lucro, quàm in capitali.*

RESpondetur affirmatiuè: quia de iure in dubio in ſocietate cenſetur
1 poſitus vſus rei, non ipſa res, vt per Bald. Iacob. de Aren. Cyn. & alios in l. 1. C. pro ſoc. Syl. in ſum. ver. ſocietas 1. & alios. Vndè ſi quis ponat in ſocietate centum oues, & alter operam paſtoralem, ſolùm damna, & commoda in obuentionibus ſunt communia; non autem ipſæ oues, vt habetur ex Syl. loco citato qui pro hac re allegat tex in l. cùm duobus, ff. pro ſoc. & dicit hanc ſententiam eſſe de mente D. Thomæ: quibus adde ea quæ ſupra cumulauimus, cap. 4. q. 16. de ſocietate negociationis agentes, & quæ infra dicemus, q. 14.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum ſibi vendicet etiam ſi animalia ponantur
2 in ſocietate æſtimata: quoniam licèt æſtimatio facit venditionem, atque adeò faciat tranſire dominium rei æſtimatæ in accipientem, vt in l. quoties, C. de iur. dot. nihilominus in contractibus, in quibus de eorum natura eſt, vt non transferatur rei dominium, vt ſumus in caſu noſtro, æſtimatio non facit venditionem; ſed regulatur ſecundum naturam contractus; atque ideò in huiuſmodi ſocietate æſtimatio animalium ſolùm operatur, vt ſciatur valor rei, ad hoc, vt ſi animalia pereant, vel deteriora fiant dolo, culpa lata, aut leui ſocij recipientis ea damnum reficiatur, vt cõtra Syl. in ſum. ver. Societas, 1. q. 6. & alios tenet Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 7. q. 11. vbi id limitat, niſi animalia data ſint æſtimata eo pacto, vt ſi caſu fortuito pereant, ſocius ea recipiens prætium reddat; vel reddat pretium, aut totidem animalia eiuſdem æſtimationis, ac bonitatis, vt in l. æſtimatio, ff. ſolut. matr. quibus adde ea quæ ſupra adnotauimus q. 5. ampl. 2. Eſt tamen verum quòd opinio Syl. non eſt improbabilis: nam eam docent grauiſſimi Doctores, nempè Bald. in l. 1. C. pro ſoc. Vbald. de duob. fratr. p. 5. ſub num. 11. & ſub num. 27. cum alijs, quos refert, & ſequitur Filliuc. de ſociet. cap. 9. ſub num. 57. & ſeq. dicentes, quòd quamuis eo caſu æſtimatio non faciat venditionem, & translationem dominij; nihilominus operatur communicationem dominij, atque adeò in dubio præſumitur contracta ſocietas non tantùm in fructibus; verum etiam in fructibus, & animalibus ſimul. Non tamen eſt recedendum à priori ſententia quia eius rationes ſunt magis conuenientes: & veriorem puto, etiam ſi fuerit facta æſtimatio, vt recipiens teneatur quoque de culpa leuiſſima, vel caſu fortuito

tuito: dummodo huiuſmodi pactum fuerit compenſatum iuſto pretio aſſecurationis, aut alio modo, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus d.q.5.ampl.2.

Secundò ampliatur eadem concluſio,
3 vt procedat non ſolùm in ſocietate animalia; ſed etiam in omnibus alijs ſocietatibus particularibus negotiationis, aut alterius rei, vt ſupra oſtendimus cap. 4.q.16.

Sic ampliata limitatur dicta concluſio
4 ſio ex Conrad. de contr. q.92. concl.5, vt vera ſit, niſi inter ſocios, aut in Regione celebrati contractus extaret conſuetudo contrahendi ſocietatem, vt communio in eis fiat non tantùm in lucro; ſed etiam in capitali; quoniam tunc in dubio cenſeretur contracta ſocietas non ſolùm in fructibus, verùm etiam in ipſis animalibus. Etenim conſuetudo in pleriſque locis eſt varia, & ideò ſtandum eſt conſuetudini: nam contractus quando aliud non exprimitur, cenſetur celebratus iuxta loci conſuetudinem, l. quòd ſi nolit, §. qui aſsidua, ff. de ædil.edic. Syl. in ſum.ver.ſocietas 1.q.6.in fin. Conrad. de contract. q.92. concl. 4. Molin. eod. tract.diſp.416.num.1. & 2. concl.1. Filliuc.tom.2.qq.moral. tract. 38. cap.3.q. 5.concl.2. num. 46. Dummodo conſuetudo illa ſit æqua inæqualitatem non nutriens, vt per eundem Conrad. loco citato. Siquidem illa dicitur propria, & vera conſuetudo, quæ eſt rationabilis, & præſcripta: aliàs non conſuetudo, ſed corruptela diceretur, vt per Abbat. Panor. & alios in c.fin. de conſuet. Quæ diximus de ſocietate animalium extendimus etiam ad ſocietatem particularem negotiationis, vt ſupra adnotauimus c. 4.q.3.concl.6.lim.1.

Secundò limitatur hæc ipſa concluſio,
5 vt vera ſit quando vnus ex ſocijs ponit animalia, & alter operas, paſcua, &c. ſecus autem ſi animalia hinc inde à ſocijs fuerint collata; quoniam in dubio cenſeretur hoc caſu contracta ſocietas, in qua ſit communio in lucro, & capitali; atque adeò non ſolùm in fructibus; ſed etiam in ipſis animalibus, vt habetur ex Conrad.d.q.92.in prin.Tab.in ſum. ver. vſura 3. num.2. Felic. de ſociet. cap.9. num.56. quibus adde quoque ea, quæ ſupra diximus cap.4.q.3. concl.6. & ea, quæ infra dicemus, q.14.

Tertiò limitatur prædicta concluſio,
6 vt locum habeat, quando operæ paſtoris, & expenſæ in cuſtodiendis, & paſcendis animalibus, non ſunt æquales ipſis animalibus quoad valorem, & pretium proprietatis eorum; ſed tantùm ſunt æquales prudentis arbitrio animalium fructibus: tunc enim cenſetur inita ſocietas ſuper fructibus tantùm, non autem ſuper animalibus; ſecus autem ſi operæ, & expenſæ prædictæ eſſent valori animalium æquales vt ſupra, quoniam tunc cenſeretur contracta ſocietas non ſolùm ſuper fructibus, verum etiam in capitali, atque ideò ſuper ipſis animalibus, vt patet ex ijs, quæ docet Molin. de contract.diſp.416.concl.1. & 2, & patet etiam ex ijs, quæ ſupra adnotauimus cap.4.q.17. quamuis contrarium doceat Azor. & alij ab eo relati par.3. Inſt. moral.lib.9. de ſociet.cap.4.q.2. moti ex eo, quòd licet operæ vnius ſocij tanti æſtimetur, quanti capitale alterius; nunquã tamen habetur tanquam capitale; quia non à principio in commune confertur; & opera hominis eſt fructus eius, l.3. & ſeq.ff.de oper.ſeruor.& in l.1.ff.de oper. libert. Quæ quidem opinio licet nobis videatur verior; nihilominus prior eſt communior, vt in d.q.17. quibus etiam adde quæ diximus d.cap.4.q.10.

Quartò limitatur præfata concluſio,
7 vt verificetur quando ſumus in dubio, & agitur de ſocietate, in qua vnus ponit capitale, & ſic animalia, & alter operam ſeu induſtriam: tunc enim in dubio cenſetur contracta ſocietas ſuper fructibus animalium dumtaxat; non autem ſuper ipſis animalibus: ſecus autem ſi conſtet ex pacto expreſſo, vel tacito, vt in fine ſocietatis diuidantur non ſolùm fructus; ſed etiam animalia: quoniam tunc dominium animalium ab initio ſocietatis communicatur: atque adeò contrahitur ſocietas non tantum in fructibus, & lucro; verùm etiam in capitali, & ſic in ipſis animalibus: ſiue animalia & fructus veniant diuidenda in partes æquales, ſiue in partes inæquales proportionaliter, vt quia operum, & capitalis æſtimatio ſit maior, vel minor, vt in l.1.& ibi Gloſ.l.2. & 3.ff.pro ſoc.Molin.de contr.diſp.411. ſub nu.6. Filliuc. tom.2. qq.moral. tract. 38.cap.3.q.5.concl.3. ſub num.27. verſ. Hinc ſequitur. Eſt tamen verum, quòd licèt eo caſu dominium capitalis communicetur cum apponente operas; non tamen ita communicatur, vt qui illud contulit, eiuſdem dominium à ſe abdi-

cet

cet; quia nemo ſocietatem contrahendo rei ſuæ dominus eſſe deſinit, l. ſi tibi area, ff. de præſcript. verb. ſed ita, vt eiuſdem quoque faciat ſocium participem, & dominum inſolidum, vt in d. l. ſi tibi area: & Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 7. q. 9. Vndè ſi animalia pereant poſt operas, non tenetur qui contulit operas ſocio quicquam reddere, cùm ipſe quoque amiſerit operas: quod tamen quomodo procedat, ſupra declarauimus cap. 4. q. 9. circa fin. de ſocietate negotiationis agentes. Pacto autem tacito, quibus caſibus contrahatur ſocietas in qua fit communio tam in fructibus, quàm in animalibus, infra, Deo duce, dicemus, q. 14.

An ſocietas animalium, in qua fit communio in eorum tantùm fructibus, ſit licita, ſi conferens ea, transferat omne illorum periculum in conſocium, ita vt capitale ſit ſaluum, & periculo non ſit ſuppoſium. Q. IX.

SVMMARIVM.

1 *Illicita eſt ſocietas, in qua dátur animalia vt communio fiat in fructibus, & commoditatibus dumtaxat, & periculum eorum transferatur in conſocium.*

2 *Societas Leonina quanam dicatur: & cur ita appelletur.*

3 *Societas, in qua dantur animalia, vt communio fiat in fructibus vt ſupra, & eorum periculum transferatur in conſocium eſt non modo illicita, ſed vſuraria.*

4 *Societas animalium in fructibus, ſalua ſorte vt ſupra non poteſt rectificari quacunque lege, vel conſuetudine.*

5 *Societas in fructibus tantùm, eſt illicita etiam ſi pars periculi transferatur in accipientem ea.*

6 *Societas animalium in fructibus cum pacto vt totum periculum operum tràsferatur in conferentem animalia, eſt illicita.*

7 *Pactum de ſaluis animalibus in ſocietate, in qua fit communio in fructibus poteſt rectificari ſi compenſetur iuſto pretio cõtractus aſſecurationis, vel compenſetur in fructibus, aut in alia re.*

8 *Societas animalium licita eſt ſi fiat pactũ, vt ponentis operas, & cuſtodiam ſit totum eorum periculum: & inſuper ſingulis annis præſtet certam fructuum quantitatem paruam pro incerta magna, & probabiliter futura.*

9 *Societas licita eſt, in qua quis dat 100. oues ponenti operas, & cuſtodiam cum pacto, vt 50. ſint ſibi ſaluæ quocunque modo perierint: & inſuper ſingulis annis præſtetur tertia pars fructuum.*

10 *Societas animalium licita eſt, ſi ea lege contrahatur, vt vnus habeat duas partes lucri, & vnam damni: & alter duas damni, & vnam lucri.*

1 EXplicatio huius difficultatis pendet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus cap. 4. q. 3. cum pluribus ſequentibus, de ſocietate negotiationis, in qua fit tantùm communio in lucro, agentes: quapropter, vt rem hanc paucis abſoluamus, ſit

Prima concluſio.

1 ILlicita eſt ſocietas, in qua dantur animalia, vt communio fiat in fructibus, & commoditatibus dumtaxat: & periculum eorum transferatur in conſocium, ita vt ſi perant, aut deteriora fiant quacunque ex cauſa, etiam ex culpa leuiſſima ipſius conſocij, ex Dei iudicio, vel caſu fortuito, totum damnum pertineat ad eum; non autem ad animalium Dominum; qui ea in ſocietate contulit. Hæc concluſio eſt communis, & patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus d. cap. 4. q. 3. & facit tex. in l. ſi non fuerint, §. Ariſto, ff. pro ſoc. vbi Vlpian. Leoninam appellat ſocietatem illam, in qua lucrum
2 tantùm vnus ex ſocijs, & alter damnum ſentit. Quod quidem verificatur in ſocietate de qua agitur: ſiquidem tradens animalia ad ſocietatem cum ſupradicto pacto, dum vult capitale ſaluum, & medietatem fructuum, ex tali ſocietate lucrum tantùm ſentit, & non damnum. Dicitur autem Leonina ſocietas ex Rim. Iun. conſ. 400. num. 48. lib. 4. quem refert Felic. de ſociet. cap. 18. num. 16. & 17. ex fabula Aeſopi Philoſophi, qui fabulatur Leonem,

Leonem, aſinum, & vulpem ſocietatem
cōtraxiſſe ea lege, vt quod venatu cępiſ-
ſent, id totum in commune partiretur:
deinde captam prædam Leonem aſino
tribuiſſe partiendam; qui cùm ex æquo
in tres partes eam diſtribuiſſet, indigna-
tus Leo aſinum dilaniauit, & vulpi com-
miſit, vt prędam ipſam ex integro diui-
dere: quæ quidem cùm totam ferè præ-
dam Leoni tribuerit, retenta ſibi mini-
ma portiuncula; Leo partitionē appro-
bans vulpem interrogauit, à quonam
hanc rectam partiendi artem didiciſſet;
quæ reſpondens ait, quòd aſini calami-
tas eam docuit. Vndè talis ſocietas non
modo Leonina; ſed etiam aſinina appel-
latur à Burſat. conſ. 230. num. 9. lib. 3.
Confirmatur hæc ipſa concluſio ex con-
ſtitutione Sixti V. quæ incipit, Deteſta-
bilis: per quam in vniuerſum prohibe-
tur ſocietas cum pacto, vt ſors in quoli-
bet caſu fortuito, ſalua maneat.

Ampliatur primò hæc cōcluſio, vt hu-
iuſmodi ſocietas cum tali pacto non mo-
3 do ſit illicita; ſed etiam vſuraria, vt de
negotiationis ſocietate diximus ſupra
cap. 4. q. 3. ampl. 2. & in ſpecie Conrad.
de contract. q. 92. concl. 4. in fin.

Secundò ampliatur, vt talis ſocietas
cum tali pacto rectificari nō poſſit qua-
4 cunque lege, vel conſuetudine. Etenim
cùm tale pactum reddat ſocietatem vſu-
rariam; atque adeò ſit contra ius natu-
rale, nulla lege, aut conſuetudine poteſt
licitum fieri: Siquidem contra ius natu-
rale non datur lex, nec conſuetudo, c.
quæ contra, 8. d. Panor. & alij in c. fin.
de conſuet.

Tertiò ampliatur, vt ſocietas, de qua
5 agitur, ſit illicita, & vſuraria non ſolum
ſi fiat pactum, vt totum periculum ani-
malium; verùm etiam ſi pars periculi
transferatur in accipientem ea; atque
adeò in conferentem operam in illis cu-
ſtodiendis, paſcendis, &c. Etenim illici-
tum eſt pactum in ſocietate, in qua fit
communio in lucro tantùm, & non in
capitali, vt damnum capitalis deperditi
ſit commune: ſiquidem dominium capi-
talis non communicatur; ſed remanet
penes eum, qui illud appoſuit, vt ſupra
probauimus lib. 2. cap. 4. q. 3. concl. 6.
& rectè declarat Filliuc. tom. 2. qq. mo-
ral. tract. 38. de ſociet. cap. 1. q. 2. num.
2. & q. 4. num. 5. 6. & 7. & c. 3 q. 5. concl.
3. verſ. Hinc ſequitur, ſi b num. 47. ergo
animalium periculum ad illum ſpectat,
non autem ad ſocium, qui contulit ope-
ras, cùm periculum rei pertineat ad ipſi-
us Dominum, vt in ſpecie eſt tex. in l.
Mutius, & l. ſi non fuerit, ff. pro ſoc. Bart.
& Bald. in l. 1. C. eod. Syl. in ſum. ver.
ſocietas 1. q. 6. & Molin. de contract.
diſp. 416. ſub num. 2. & 3. & nos latè
ſupra, q. 14. concl. 2.

Quartò ampliatur, vt ſicut non valet
pactum in ſocietate prædicta, vt pericu-
6 lum capitalis, atque adeò animalium in
totum, aut pro parte pertineat ad con-
ferentem operas: ita etiam non valet pa-
ctum in tali ſocietate, vt ponens operas
transferat periculum ſuarum operatum
in conferentem animalia: ſiquidem cùm
ex ſuis operibus lucrum percipere inten-
dat, conſequens eſt vt earum periculum
ſubire habeat, vt habetur ex Soc. conſ.
265. in 1. dub. lib. 2. & Felic. de ſo-
ciet. cap. 18. num. 2. quod quidem ve-
rum eſt ſi contrahentes intendant con-
trahere ſocietatē: aliàs contractus tran-
ſieret in contractum locationis operum,
vt patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus,
cap. 4. q. 12.

Sic ampliata limitatur eadem conclu-
7 ſio, attenta natura talis ſocietatis, in
qua fit communio in lucro, non autem
in capitali: hæc enim ſocietas, attenta
eius natura, fieri nequit, quòd pericu-
lum capitalis totum, vel pro parte per-
tineat ad conferentem operas; etiam ſi
damnum proueniat ex leuiſſima culpa,
aut ex caſu fortuito: ſiquidem ſocius,
qui confert operas in huiuſmodi ſocie-
tate non tenetur de capitalis damno, ni-
ſi illud proueniat ex dolo, vel lata, aut
leui culpa; non autem ex leuiſſima, &
caſu fortuito, vt in l. Lucius, l. cùm duo-
bus, §. venit, l. rei communis, l. ſocius
ſocio, l. ſi fratres, §. ſocius, l. adeò, §.
quod in alia, ff. pro ſoc. At verò huiuſ-
modi ſocietas poteſt rectificari, ſi pactū
illud de ſaluo capitali, & ſic de ſaluis ani-
malibus compenſetur iuſto pretio con-
tractus aſſecurationis, vel compenſetur
in fructibus, aut in alia re: quoniam
pactum de ſaluo capitali in hac ſocieta-
tis ſpecie, non eſt contra ſubſtantialia;
ſed tantùm contra eiuſdem naturalia, vt
in ſpecie Azor. tom. 3. Inſt. moral. lib.
9. de ſociet. cap. 7. q. 10. verſ. Sed dubiæ
quęſtionis: quibus adde etiam, quæ ſupra
adnotauimus, cap. 4. q. 6. & 7. de ſocie-
tate negotiationis agentes.

Vndè his reiectis, firma remanet con-
cluſio,

Digitized by Google

cluſio, quòd attenta natura ſocietatis, in qua ſit tantum communio in fructibus, ac commoditatibus animalium, non autem in ipſis animalibus, iniuſtum eſt pactum, quo transferatur totum animaliũ periculum in conferentem operas, ac cuſtodiam; niſi tale pactum compenſetur in fructibus, iuſto pretio contractus aſſecurationis, aut alio modo.

Ex his infertur primò licitam eſſe ſo-
8 cietatem, in qua quis dat 100. oues ponenti operas, & cuſtodiam, cum pacto vt ſi pereant, aut deteriorentur, damnum ad ipſum paſtorem pertineat, quocunque modo proueniat, etiam ex leuiſsima culpa, Dei iudicio, aut caſu fortuito: & inſuper ſingulis annis præſtet certam fructuum quantitatem paruam pro incerta magna, quæ probabiliter poſſet ouium Domino contingere. Etenim in ſocietate negotiationis poteſt conueniri inter ſocios, vt ponens operas, & recipiens pecuniam à conſocio, ſaluam eam præſtet, & ſingulis annis certum lucrum paruum pro incerto magno, vt latè ſupra oſtendimus, cap. 4. q. 6. 7. & 8. ſiquidem huiuſmodi contractus licèt ſit vnus formaliter; eſt tamen triplex virtualiter. Nam vnus dicitur ſocietatis, in qua ſit communio in fructibus tantùm; non autem in ouibus: ſecundus eſt aſſecurationis capitalis, atque adeò ouium ab accipiente oues ipſas: & tertius eſt aſſecurationis lucri, ſeu fructuum iuxta ea, quæ ſupra oſtendimus, d q. 8.

Secundò infertur licitam eſſe ſocieta-
9 tem, in qua quis dat 100. oues ponenti operas, & cuſtodiam, cum pacto, vt 50. ſint ſibi ſaluæ quocunque modo perierint: atque adeò æſtimatio earum reddatur: & inſuper ſingulis annis præſtetur tertia pars fructuum: nam ſi pars illa fructuum ſit adeò tenuis, vt ob id pactum, quo paſtor obligatur ad ſoluendam æſtimationem 50. ouium qualitercunque perierint, ſufficienter compenſetur, ita vt arbitrio boni viri vnus ſocius non plus grauetur altero, & æqualis ſit conditio vtriuſque, proculdubio rectificatur, iuxta ea, quæ habentur ex Conrado de contract. q. 92. concl. 4.

Tertiò infertur vt ſicut diximus de
10. negotiationis, quòd in ea poteſt fieri pactum, vt vnus ſocius habeat duas partes lucri, & vnam damni, & alter duas damni, & vnam lucri, ſi prædictum pactũ arbitrio boni viri deteriorem non faciat partem alterius, ita vt qui plus poſuit plus habeat; atque adeò fiat compenſatio iuſto pretio aſſecurationis, aut quocunque alio modo, vt ſupra adnotauimus ex Syl. & alijs, cap. 4. q. 13. ita etiam dicendum eſt de ſocietate animalium, vt in l. ſi non fuerit, ff. pro ſoc. & in §. de illa, in Inſt. de ſociet. quæ iura generaliter loquuntur de ſocietate: & eo magis, quia non poteſt aſsignari diuerſitatis ratio, arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil.

An iuſta ſit ſocietas, in qua vnus ponit 100. oues; & alter operas, ea lege, vt ſi quæ ex illis perierint, totidem reſtaurentur ex fœtibus; ita vt quamdiu ſocietas durauerit, 100. ſeruentur, & reliqui fœtus, & fructus æqualiter inter ipſos diuidantur. Q. X.

SVMMARIVM.

1 *Iniuſta eſt ſocietas, in qua vnus ex ſocijs ponit oues, & alter operas, ea lege, vt ponens operas teneatur reſtaurare oues, ſi quæ perierint ex ſuis fœtibus in ſuam partem ſibi tangentibus.*

2 *Societas, in qua vnus ex ſocijs ponit oues, & alter operas cum pacto, vt ſi quæ oues perierint reſtaurentur ex fœtibus in partem ponentis operas tangentibus, poteſt eſſe iuſta, ſi dictum pactum compenſetur in fructibus, aut aliquo alio modo.*

3 *Iniuſta eſt ſocietas, in qua vnus ex ſocijs ponit oues, & alter operas, ea lege vt oues reparanda ex fœtibus communibus pertineant ad eum tantum, qui eas tradidit.*

4 *Iuſta eſt ſocietas in qua vnus ex ſocijs ponit oues, & alter operas cum pacto, vt oues reparandæ ex fœtibus communibus efficiantur vtrique ſocio communes.*

Haec ſocietas in multis regionib⁹ eſt
1 valdè frequẽs. Sunt tamen in ea repugnantes opiniones. Nã prima ſententia eſt Angeli in ver. ſocietas 2. num. 3.

Syl.eod.ver.q.9.Tab. ver. vſura 3. num. 6.in fin.q.5. & aliorum exiſtimantium, huiuſmodi pactum,quòd ſi quæ oues perierint, totidem reſtaurentur ex fœtibus,eſſe iniquum: eo quòd plus oneris ſuſtinet, quis recipit eas, & præſtat operas,quàm qui tradidit, cùm debeat ſemper totidem ſupplere,quot deerunt.

Secunda ſententia eſt aliorum dicentium, prædictum pactum eſſe iuſtum; quoniam per illud non maius onus imponitur vni ex ſocijs, quàm alteri: ſiquidem, quòd totidem oues ſubrogentur ex fœtibus, quot perierint, eſt commodum vtriuſque: vtrique enim expedit, vt ouium numerus integer conſeruetur: quoniam eo ipſo erunt plures fœtus,plus lactis,lanæ,& pellium; quæ omnia communia efficiuntur.

Tertia ſententia, quæ nobis magis probatur,eſt Conradi de contract. q.92. concl.5.caſu 4.Azor.par.3.Inſtit. moral. lib.9.de ſociet.cap.7.q. 12. verſ. Illa dubiæ quæſtionis eſt,& aliorum. Pro cuius opinionis explicatione eſt adnot. quòd pactum, de quo agitur, poteſt intelligi dupliciter: primò vt ponens operas, & recipiens oues teneatur reſtaurare oues, quæ perierint de ſuis fœtibus tantùm: ſecundò,vt teneatur reſtaurare oues prędictas de fœtibus communibus vterque ſocio.

Secundò eſt adnot. quod primum membrum, adhuc poteſt dupliciter intelligi. primò, quòd recipiens oues, de fœtibus ſuis ſic teneatur reſtaurare, vt ſi non habeat fœtus vndè reſtauret aliunde, de ſuo teneatur ad illam reſtaurationem:ſecundò, vt ceſſantibus fœtibus nō teneatur ad eas reſtaurandas. Poſterius membrum adhuc poteſt dupliciter intelligi: primò,vt oues reparandæ ex fœtibus communibus pertineant ad eum tantùm, qui tempore celebrati contractus eas poſuit, atque adeò eius ſint, & non vtrique communes:ſecundò vt oues reparandæ ex fœtibus communes ſint vtrique ſocio, & non propriæ eius, qui illas poſuit. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima concluſio.

1 Iniuſta eſt ſocietas, in qua vnus ex ſocijs ponit oues, & alter operas ea lege, vt ponens operas teneatur reſtaurare oues, ſi quæ perierint ex ſuis fœtibus in ſuam partem ſibi tangentibus, ita vt, eis ceſſantibus, non teneatur ad eas reſtaurandas. Probatur; quoniam longè melior eſt cōditio tradentis oues, quàm eas recipientis cum tali pacto: ſiquidem qui poſuit oues,per illud pactum vult illas pro parte ſaluas: quod eſt contra naturam ſocietatis: de qua agitur, in qua ſit communio in lucro, ſeu in fructibus tantùm, & non in capitali, vt ſupra adnotauimus,q.7.& 9. limit. 1. Et multo magis erit iniquum pactum,vt recipiens oues ita de ſuis fœtibus præmortuas reſtaurare, vt ſi non habeat fœtus vndè reſtaurentur, de ſuo teneatur ad reſtaurationem illam; quoniam tunc pactum non tantùm eſſe iniquum; verùm etiam eſſet vſurarium, vt habetur ex Conrado loco citato.

2 Eſt tamen verum, quòd ſi huiuſmodi pactum compenſetur in fructibus, aut aliquo alio modo, ita vt æqua ſit conditio vtriuſque, & prudentis arbitrio non magis grauetur vnus, quàm alter,poteſt ſocietas hæc iuſtificari, ac rectificari: quoniam tale pactum non eſt contra ſubſtantiam ſocietatis; ſed tantùm contra eiuſdem naturalia, vt patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus, q.9. limit.1. & ex traditis per Syl.ver.ſocietas,2.q.9.circa fin.dum ait, quòd omnia quæ in ſocietate animalium fieri ſolent, poſſunt iuſtificari ſi duo concurrant: primum, quòd arbitrio boni viri neutra pars grauetur notabiliter pluſquam alia, conſideratis omnibus circumſtantijs: ſecundum quòd capitale non ſtet in totum, vel in parte periculo accipientis quantum ad caſum fortuitum; niſi interueniret alius contractus, ſcilicet aſſecurationis: qui quidem contractus aſſecurationis implicitè cenſetur initus in caſu noſtro, quando pactum,de quo controuertitur, compenſatur in fructibus, vel alio modo,vt habetur ex Conrad.de cōtract. q.92.concl.4. circa fin. vbi agens de pactis, & oneribus, quæ ſunt contra, vel præter naturam huiuſmodi ſocietatis, inquit ea poſſe iuſtificari, ſi ſufficienter refundantur.Etenim, vt ait Syl. loco citato, in fin. in huiuſmodi ſocietatibus non poteſt eſſe peccatum, niſi vſuræ, vel iniuſtitiæ.Adde, quòd ſi in hac re operæ, & cuſtodia paſtoris recipientis oues nō æſtimarētur æquales fructibus, ac commoditatibus,ex eis veriſimiliter ſperatis; ita vt,

ita vt, penſatis omnibus circumſtantijs, arbitrio boni viri non deberetur medietas dictorum fructuum ipſi paſtori citra pactum illud, & cum tali pacto eſſent æquales, iuſta diceretur dicta ſocietas: quia pactum illud diceretur compenſari implicitè in fructibus; atque adeò refunderetur tacito aſſecurationis pretio : at taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, l. cùm quid, ff. ſi cert. petat. & in ſpecie patet ex iis, quæ habentur ex Conrad. d. q. 92 concl. 5. caſu 4. circa fin.

Secunda concluſio

INiuſta eſt ſocietas, de qua agitur, ſi oues reparandæ ex fœtibus commu-
3 nibus, pertineant ad eum tantùm, qui eas tradidit tempore celebrati contractus, atque adeò ipſius ſint, & non vtrique communes. Hæc concluſio eſt Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 7. q. 12. verſ. Prima opinio. Etenim eo caſu plus oneris imponitur Paſtori, quàm Domino ouium, cùm debeant ſemper per totidem ſuppleri, & paſtor ſemper perderet ſuam operam in totum, vel pro parte. Idem dicendum eſſe putat idem Azor. de ſocietate, in qua ſit pactum de reparandis ouibus ex primis fœtibus quot quot perierint, ita vt, quæ ſufficiantur, pertineant ad conferentes ipſas oues, & ad dominum earũ duntaxat, & non ſint communes : Siquidem hoc quoque caſu magis grauatur paſtor, quàm ipſe Dominus, cùm ſæpiùs ſuum laborem, & operas perdat. Limitatur tamen hæc ipſa concluſio eiſdem modis, quibus limitauimus præcedentem concluſionem, & inſuper addimus limitationem, quam affert idem Azor. loco citato: verſ. Sed quid iudicandum, circa fin. dum ait, quòd ſi ſocij æqualem numerum in commune cõferunt, iuſtè conueniunt, vt quot quot perierint ex communibus fœtibus ſuppleantur: quia tunc lucrum, & damnum eſt æquale.

Tertia Concluſio.

IVſta eſt ſocietas, de qua noſtra eſt cõtrouerſia, ſi oues reparatæ ex fœti-
4 bus communibus efficiantur vtrique ſocio communes. Probatur; quia hoc caſu æqualis eſt vtriuſque conditio, & non grauatur magis vnus, quàm alter: Siquidem quot quot ſupplentur, non ad Dominum ouium tantùm pertinent; ſed ad vtrumque communiter ſpectant. Ita Azor. loco ſupra relato: qui in verſ. Sed iudicandum; idem dicendum eſſe ait, in ſocietate, in qua fiat pactum, vt reparētur oues ex primis fœtibus quot quot perierint; & quæ ſufficiantur ſint communes; cùm vtriuſque interſit, vt oues hoc modo ſuppleantur: nec vnus magis grauetur altero. Et hoc modo, ait idem Azor. eſſe intelligendam ſecundam ſententiam, quam ſupra retulimus: ſicut & primam intelligendam eſſe putat iuxta ſecundam concluſionem. Ex quibus etiam remanent quoque ſoluta contraria. His etiam adde, quæ infra dicemus, q. 16.

An qui contulit 100. oues, & alter operas in ſocietate ſuper lucro tantùm, duratura per triennium; ſi ante triennium omnes pereant, teneatur oues alias conferre? Q. 11.

SVMMARIVM.

1 *Societate contracta ad triennium, in qua vnus ponit operas, alter oues, ſi ante triennium omnes oues pereant, qui contulit oues non tenetur aliàs ponere.*

AD hanc difficultatem breuiter reſpondetur negatiuè. Etenim ſicut
1 ſupra cap. 4. q. 14. diximus de ſocietate negotiationis, quòd deperdito capitali extinguitur ſocietas, nec qui illud cõtulit tenetur ad aliud conferendum; ita etiam dicendum eſt in caſu, de quo agitur, cum militet eadem ratio, vt in l. illud, ff. ad leg. Aquil. pro concluſione facit etiam tex. in l. ſi ſocius pro filia, §. nec ſi prior, ff. pro ſoc. Eſt tamen verũ, quòd ſi oues non omnes perierint: ſed paucæ remanſerint: & alter ſocius nolit ponere operam, quæ magna eſt iſte talis non poſſet compelli, vt patet ex iis, quæ in d. q. 14. adnotauimus. Quæ quidem vera ſunt, non modo ſi agatur de ſocie-

tate, in qua fiat communio in fructibus tantùm,& non in animalibus; ſed etiam in ſocietate, in qua fit communio non ſolum in fructibus; verùm etiam in animalibus: quoniam hæc omnia militant in ſocietate negotiationis: quæ pari paſſu ambulat cum ſocietate, de qua agitur, vt ſupra adnotauimus, q. 6.

Qualiter fiat diuiſio fructuum animalium, eorumque cõmoditatum, damnorum, & expenſarum in hac ſocietate, in qua fit communio in lucro tantùm, & non in capitali. Q. 12.

SVMMARIVM.

1 *In ſocietate tàm negotiationis, quàm animalium, quàm aliarum rerum, quæ pereant conferenti capitale, & quæ conferenti operas, explicatur.*

2 *Operarum æſtimatio, ac paſturæ animalium quando æquiualet æſtimationi animalium, & eorum fructuum, qualiter inter ſocios facienda ſit diuiſio fructuum animalium, earumque commoditatum.*

3 *Operarum æſtimatio quando maior eſt, aut minor, quàm æſtimatio periculi animalium, eorumque fructuum, qualiter inter ſocios facienda ſit diuiſio fructuũ, & eorundem commoditatum.*

4 *Operarũ æſtimatio, ac æſtimatio periculi animalium, & fructus ſperati ex eis regulariter remittitur arbitrio boni viri.*

IN hac re eſt adnot. quòd ſicut diximus de ſocietate negotiationis, in 1 qua fit communio in lucro dumtaxat, & non in capitali, quòd conferenti pecuniam duo pereunt; nempè æſtimatio periculi, & pretium aſſecurationis capitalis: ſiuè illud periculum in ſe ſuſcipiat; ſiuè alteri perſoluat eius aſſecurationis pretium; & æſtimatio lucri ex illa pecunia ſperati: & conferenti operam ſolum perit æſtimatio operarum, vt rectè declarat Leſs. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 2. num. 13. ita etiam in ſocietate animalium, de qua agitur, duo pereunt conferenti animalia; nempè æſtimatio periculi eorum, & æſtimatio fructuum: ponenti verò operas, ſeu induſtriam, operarum tantùm æſtimatio perit. Hæc igitur comparanda ſunt inter ſe: nam aliquando æſtimatio operarum æquiualent æſtimationi periculi animalium, & fructuum, qui ex ijs ſperantur: aliquando verò non æquiualent, ſed maior eſt, aut minor: & aliquando denique non conſtat, ſed dubium eſt, an ſit æqualis, maior, vel minor. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima Concluſio.

SI æſtimatio operum, ac paſturæ ęquiualent æſtimationi periculi anima-2 lium, eorumque fructuum; tunc qui contulit animalia, habebit ea præcipua, ſi extent, & fructus diuidetur æqualiter; ita vt quilibet habeat medietatẽ fructuum, ac commoditatum ipſorum animalium. Hæc concluſio eſt communis, & in ſpecie eam tenẽt inter alios Molin. de contract. diſp. 416. ſub num. 1. concl. 2. Leſs. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 2. num. 10. & 21. & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 5. ſub num. 44. Patet concluſio ex eo quòd hoc caſu vtriuſque ſocij par eſt conditio. Etenim qui poſuit animalia, ſicut ea habebit integra ſi ſalua remaneant: ita etiam ad ipſum pertinet damnum ſi omnes pereant, aut eorum pars. Et quemadmodum animalia ſi fructus non pariant, dominus animalium perdit æſtimationem periculi, ac fructus illorum; ita pariter qui poſuit operas, & paſturam eas perdit. Et quemadmodum animalia ſi fructus pariant quantumuis vberes, vnus ſocius habebit medietatem eorum; ita etiam medietatem habebit alter. Nec obſtat ſi dicatur, quòd in hac ſocietate non adſit lucrum, atque adeò animalia fructus non pariant, qui operas, & paſturam poſuit eas perdet: at qui poſuit animalia; ſi extent habebit præcipua, & nihil perdet; quoniam reſpondetur, quòd eo caſu, qui animalia cõtulit ęquale damnum patitur, ac qui poſuit operas, & paſturam: ſiquidem Dominus animalium perdit æſtimationem periculi, & fructus ſperati, quam tanti valore ſupponimus, quanti valent paſtura, & operæ paſtoris, vt rectè declarat Filliuc. loco citato, num. 45. & cap. 4. q. 5. num. 83.

Secunda

Secunda Concluſio.

SI æſtimatio operarum, ac paſturæ maior ſit, aut minor, quàm æſti-
3 matio periculi animalium, eorumque fructuum, tunc qui contulit animalia, habebit ea præcipua ſi extant; fructus verò eorum diuiduntur proportionaliter inter ſocios; ita vt ſi æſtimatio periculi, ac fructus ſperati animalium ſit maior, quàm æſtimatio operarum, & paſturæ; qui poſuit animalia habebit maiorem partem fructuum: ſi verò ſit minor, minorem. Hæc concl. eſt Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 15. num. 44. Leſs. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 2. ſub num. 21. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 3. q. 5. ſub num. 44. Probatur hæc concluſio; quia aliàs in hac ſocietate non eſſet æqualis vtriuſque conditio, & non ſeruaretur æqualitas, contra tex. in l. ſi paſcenda, & ibi Doctor. C. de pact. & §. illud, in Inſtit. de ſociet. Etenim qui plus poneret, minus haberet: & è contra, qui minus, plus emolumenti conſequeretur: ſiquidem æqualitas tunc ſeruatur, cùm lucra, & damna proportionaliter diuiduntur, l. ſi non fuerint, & l. quid enim, ff. pro ſoc. Syl. ver. ſocietas 1. q. 1. & alij.

Ex hoc infertur, quòd ſi quis conferat 100. oues quarum periculi, & fructus ſperati æſtimatio ſit 50. aureorum: & alter ſocius ponat operas, & paſturã, valentes 40 aureis, tunc fructuum debent fieri nouem partes; quarum quinque habebit, qui poſuit oues: & quatuor is, qui poſuit operas, & paſturam. E conuerſo autem ſi operæ, & paſtura æſtimentur 50. aureis, & animalium periculum, & fructus ſperati 40. tunc qui poſuit operas habet quinque partes lucri; qui verò poſuit animalia habebit quatuor tantùm partes, vt rectè declarat Leſs. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 2. num. 18. & 21. & alij.

Tertia Concluſio.

IN æſtimatione valoris operum, ac paſturæ, valoris aſſecurationis periculi
4 animalium, & fructus ſperati ex eis, regulariter ſtandum eſt boni viri arbitrio, ſecundum quod fructus ſunt diuidendi proportionaliter. Hæc concluſio eſt Couar. lib. 3. var. reſolut. cap. 2. verſ. Quartò hinc, Roman. conſ. 168. & aliorum, quos refert Felic. de ſociet. cap. 15. num. 49. Probatur; quia exceſſus in capitali, & operibus, æqualitas, & inæqualitas, in huiuſmodi ſocietatibus ab expertis, & vt plurimum à ruſticis melius quam à viris doctis iudicantur, vt habetur ex Felic. loco citato, & alijs. In dubio autem quando non poteſt conſtare de operibus, & induſtria, & de capitali cuiuslibet ſocij; tunc dimidia pars lucri, ſeu fructuum tribuitur ei, qui poſuit animalia: & altera dimidia ei, qui poſuit operam, & paſturam, iuxta ea, quæ habẽtur ex Petro de Vbald. de duobus fratr. p. 4. num. 10. Alex. conſ. 132. ſub num. 22. lib. 5. Soc. Iun. conſ. 74. nu. 3. lib. 2. quos refert Felic. ibidem, num. 46. qui hanc ipſe ait, præſumptionem de iure, & ab eo allegari debere, qui ſe fundat in ea, vt per Ruin. conſ. 92. num. 12. lib. 1. Et vbi eſſet conſuetudo loci, aut ſociorum, ſecundum eam diuiſionẽ faciendam eſſe, inquit Bald. in l. 1. num. 23. C. pro ſoc. Petr. de Vbald. loco ſupra relato num. 7. Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe, ff. de collat. bonor. Caſtr. in l. illud, col. fin. C de collat. qui teſtantur etiam communem conſuetudinem ſeruare, vt dimidium lucri tribuatur induſtriæ, & dimidium pecuniæ.

De ſocietate animalium, in qua fit communio non ſolùm in fructibus; ſed etiam in ipſis animalibus: & primò, an eorum trãsferatur dominiũ in accipientem. Q. 13.

SVMMARIVM.

1 *Rei ſua quis ſocietatem contrahendo dominus eſſe non deſinit.*

2 *Dominum animalium licèt in principio ſocietatis in ſorte, & lucro communicetur, non tamen eorum Dominus perdit illorum dominium.*

3 *Plures*

3 *Plures eiuſdem rei domini eſſe poſſunt.*
4 *Pactum de lucro intelligitur etiam de damno.*
5 *Societas animalium in qua communio fit in fructibus tantùm quando differat à ſocietate animalium, in qua fit communio in fructibus, & animalibus ſimul.*

AD hanc difficultatem reſpondetur
1 negatiuè: quoniam nemo ſocietatem contrahendo rei ſuæ Dominus eſſe deſint, vt in l.ſi tibi area, ff. de præſcript. verb. Et quamuis in huiuſmodi ſocietate à principio celebrati contractus ſtatim
2 communicetur dominium animalium cum apponente cuſtodiam, paſturam, & operas; non tamen ita communicatur, vt qui ea contulit ipſorum dominium à ſe abdicet; ſed ita, vt eiuſdem domini ſaciat ſocium participem. Etenim non eſt
3 repugnantia, ſi plures dentur vnius, & eiuſdem rei Domini, vt in d.l.ſi tibi area, ff. præſcr. verb. & benè declarat Filliuc. tom.2. qq. moral. tract. 38. cap.3. q.5. concl.3. verſ. Hinc ſequitur, ſub num.47. Et cùm in hac ſocietate omninò animalia fiant communia, ita vt in fine ſocietatis diuidantur: ſi pereant, quilibet perdit ſuam medietatem: quia pactum de lucro intelligitur etiam de damno, & è contra,
4 vt in §.illud, in Inſtit. de ſociet. & rectè declarat Syl. ver. ſocietas, 1.q.6. circa fin. & Azor. par.3. Inſtit. moral. lib.9. de ſocier. cap.7. q.10. verſ. Quæres itidé. Vndè in hoc differt hæc ſocietas ab ea, in qua
5 fit communio in fructibus tantùm, & non in animalibus, de qua ſupra diximus quòd in ea ſi pereant animalia, totum damnum pertinet ad eum, qui ea poſuit, ſiue pereant ante operas omnes, ſiuè poſt, vt per Bart. Bald. & alios in l.1. C. pro ſoc. Quam opinionem veriorem de iure, & in conſcientia eſſe tenet Syl. loco citato: quamuis aliter doceat Molin. de contract. diſp.416. concl.1. in fin. Filliuc. loco citato, & alij relati ab eodem Syl. d. q.6. quorum opinionem æquiſsimam quoque ait eſſe in conſcientia. At in ſocietate de qua agitur ſi pereant animalia damnum diuiditur inter ſocios; quoniam animalium dominium omnibus ſocijs efficitur commune, vt ſupra diximus lib.1. cap.4. q.3. concl.6.

Quot modis contrahitur ſocietas animalium, in qua fit cõmunio non ſolùm in fructibus; ſed etiã in ipſis animalibus.

Q. 14.

SVMMARIVM.

1 *Societas animalium, in qua fit communio in fructibus, & animalibus qualiter contrahatur expreſsè.*
2 *Societas animalium, in qua fit communio in fructibus, & animalibus, qualiter contrahatur tacitè.*
3 *Damnum ſicut æqualiter diuiditur inter ſocios; ita etiam diuidi debet, & lucrum.*

REſpondetur, quòd duobus modis
1 contingit prædictam ſocietatem contrahi: primò expreſsè, quando expreſſo pacto conuenitur inter contrahentes, vt communio non ſolùm fiat in fructibus; ſed etiam in ipſis animalibus. Etenim in ſocietate negotiationis, licèt vbi vnus apponit capitale, & alter operas, in dubio cenſeatur contracta ſocietas in lucro, & non in capitali, vt ſupra adnotauimus, q.8. & habetur ex Filliuc. tom.2. qq. moral. tract.38. cap.3. concl.1. nihilominus poteſt fieri pactum inter ponentem operas, & ponentem capitale, vt communicatio fiat non ſolum in lucro; ſed etiam in capitali, vt habetur per Gloſ. in c. plerique, verſ. negotiationis, 13.q.3. Bal. in l.1. C. pro ſoc. Azor. par.3. Inſtit. moral. lib 9. de ſociet. cap.3. q.2. & cap.7. q.10. verſ. Quæres itidem. Filliuc. tom.2. qq moral. tract.38. c.3. q.5. concl. 3. num.47. cum alijs, quos allegant.

Secundò huiuſmodi ſocietas contra-
2 hitur tacitè, & hæc multis modis. primò, quando in loco celebrati contractus, aut inter contrahentes ſit conſuetudo contrahendi ſocietatem eo modo; nempè, quòd communio non tantùm fiat in lucro; ſed etiam in capitali. Licèt enim in dubio quando vnus ex ſocijs ponit pecuniam, & alter operas, ſocietas cenſea-

tur

tur contracta, vt communio fiat in lucro tantùm; ſi tamen inter contrahentes, aut in Regione celebrati contractus adſit conſuetudo contrahendi ſocietatẽ quoad communionem non tantùm in lucro; ſed etiam in capitali, ſocietas, de qua agitur cenſetur tacitè contracta, tam in fructibus, quàm in animalibus, vt per Gloſ. in d.c. plerique, Molin. de contract. diſp. 416. concl. 2. ſub num. 2. Filliuc. loco citato, & alij, quos allegant.

Item tacitè cenſetur contracta ſocie-
3 tas, de qua agitur, quando vnus ponit in ſocietate 100. oues v.g. æſtimatas 100. aureis: & alter confert operas etiam cẽtum aureis æſtimatas; quoniam tunc cẽſetur tacitè coita ſocietas, vt communio non tantùm fiat in fructibus; ſed etiam in ipſis animalibus. Etenim in ſocietate negotiationis, in qua vnus ſociorum v.g. ponit 100. aureos, & alter ponit induſtriam, operam, & vſum nauigij valentes totidem aureos, de iure cenſetur tacitè conuentum, vt in fine ſocietatis æqualiter ſint diuidenda lucrum, & capitale: quoniam perinde, eſt, ac ſi tantundem pecuniæ contuliſſet, qui poſuit operas. Vndè ſicut damnum æqualiter partitur inter ſocios; ita etiam in fine ſocietatis æqualiter partitur lucrum, & capitale, vt habetur ex Caiet. 2.2. q.78. num. 2. ad 5. Maior. in 4. d. 15. q. 47. & Gloſ. in l. 1. *C.* pro ſoc. Conrad. de contr. q. 93. corol. 3. Couar lib. 3. var. reſol. cap. 2. nu. 2. Molin. de contract. diſp. 416. ſub num. 1. Et ſi contrarium doceat Azor. par. 3. Inſtit. mor. lib. 9. cap. 4. de ſociet. q. 1. cuius ſententia videtur probabilior, quamuis prior ſit communior, vt ſupra diximus, cap. 4. q. 17. de ſocietate negotiationis agentes.

Denique tacitè cenſetur contracta ſocietas, de qua agitur, quando vterque ſocius ponit animalia tantum æqualiter, vel inæqualiter: ſiquidem in ſocietate negotiationis idem dicendum eſt, quando vterque ſocius ponit pecuniam, vt habetur ex Felic. de ſociet. cap 9. num. 54. cum alijs, quos allegat, & nos ſupra adnotauimus cap. 4. q. 18.

An cùm dantur animalia, vt meliora fiant, & deinde communicetur ipſa animalia, lucra, fructus, & fœtus, damna, & impenſæ, cenſeatur contracta ſocietas, de qua agitur. Q. 15.

SVMMARIVM.

1 *Animalia cum dantur, vt meliora fiant, & deinde communicentur ipſa animalia, & fructus, an & quando cenſeatur contracta ſocietas in animalibus, & fructibus.*

2 *Animalium maiorum ſocietas non contrahitur minori tempore, quinquennio, & minorum triennio.*

AD hanc quæſtionem reſpondetur
1 affirmatiuè: ſiquidem in huiuſmodi ſocietate concurrunt omnia requiſita ad ſocietatem, in qua ſit communio in lucro, & in capitali. Nam communicantur animalia, lucra, fructus, fœtus, damna, & impenſæ: quæ omnia, & ſola ſatis ſunt ad conſtituendam ſocietatem ipſam, vt in l. ſi area, ff. præſcr. verb. Eſt tamen verum, quod non ſtatim in ipſa celebratione contractus ſocietas contracta diceretur; ſed ita demũ, ſi adimpleatur conditio; nempè ſi animalia meliora fiant. Etenim ſi elapſo tempore conceſſo animalia meliora non fiant, ſunt ei reſtituenda, qui dedit: quia data fuerunt ſub conditione, qua non ſecuta, contractus non dicitur initus, vt in l. 1. & toto tit. de cond. cau. data, & non ſeq. Hanc ſententiam tenet Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 7. q. 1. qui tamen eam limitat dupliciter. *P*rimò niſi abſque dolo, & culpa eius, qui accepit animalia deteriora facta ſint, vel perierint. Secundò ſi contrahentes, ſic contrahendo, animum habuerint ſocietatis contrahendæ: aliàs contractus erit innominatus, do vt facias: vel facio vt des. Quarum limitationum licèt prior nobis probetur per tex. in l. pen. & fin. & ibi Doctor. de condit. ob cau. dat. poſterior tamen non placet: quia ſi quis dicat alicui

donate

Digitized by Google

donare ipſi equum valentem 100. aureis; & recipiens equum det illi 100. aureos, hic contractus cùm habeat omnes conditiones emptionis, & venditionis, non dicetur donatio, ſed emptio, ſeu vẽditio; eſtò quòd contrahentes dicant donare.

2 Illud autem circa ſocietatem hanc eſt adnotandum, vt ſi ſocietas ſit de maioribus animalibus, non contrahatur minori tempore quinquennio: ſi verò de animalibus minoribus, debet ſaltem contrahi ad triennium: aliàs non poſſent de facili fieri meliora, iuxta ea, quæ habentur ex Syl. ver. ſocietas, 2. q. 6.

An ſocietas iuſta ſit, ſi in eadentur 100. oues alicui ponenti operas, ad triennium, cum pacto, vt communio fiat tam in fructibus, quàm in animalibus; ita tamen vt qualitercunque pereant, reſtaurentur ex fœtibus. Q. 16.

SVMMARIVM.

1 *Animalium ſocietas ad triennium in ſorte, & fructibus, cum pacto vt reſtaurentur mortua ex fœtibus, an & quando ſit iuſta.*

1 Haec quæſtio differt à q. 10. quam ſupra diſcutiendam ſuſcepimus, in hoc, quod in illa agitur de ſocietate, in qua communio fit in fructibus tantùm; non autem in ouibus: in hac verò tractatur de ſocietate, in qua fit communio non ſolùm in fructibus; ſed etiam in ipſis animalibus.

Ad hanc difficultatem reſpondetur ex Conrad. de contract. q. 92. concl. 5. caſu 4. quòd aut ponens oues, vult mortuas oues reſtaurari ex fœtibus communibus; aut ex fœtibus tangentibus in partem recipientis oues ipſas: vel ſi fœtus non adſint, ex emendis per eundem de propria pecunia. Primo caſu attento illo pacto, ſocietate eſt licita quoniam vigore illius pacti nemo grauatur plus iuſto; niſi ex alia cauſa redderetur illicita, vt quia operæ non eſſent æquales animalibus quoad eorum proprietatem, ſed maiores: tunc enim ad iuſtificãdam huiuſmodi ſocietatem oporteret aliquid amplius ſoluere, qui accepit oues in recompenſationem. Secundo vero caſu ſocietas eſt iniuſta, niſi operæ non eſſent æquales ouibus quoad earum proprietatem, ſed eſſent minores: ob quam cauſam in recompenſationem velit is, qui poſuit oues reſtaurari eas, ſi fortè perirent ex fœtibus accipientis.

An ſocietate, de qua agitur, poſſit fieri pactum, per quod totum periculum ouium qualitercunque pereant, pertineat ad accipientem eas. Q. 17.

SVMMARIVM.

1 *Societas, in qua fit communio in animalibus, & fructus, an ſit valida ſi fiat pactum, & periculum animalium pertineat ad accipientem ea.*

1 Deciſio huius difficultatis pandet ex iis, quæ ſupra adnotauimus, q. 9. Vndè dicamus breuiter, quòd licèt, attenta natura huius ſocietatis, periculum animalium debeat eſſe commune; niſi dolo, vel culpa lata, aut leui alicuius ex ſocijs animalia ipſa moriantur, aut deteriora fiant; nihilominus ſi pactum, de quo agitur, compenſetur iuſto pretio aſſecurationis, aut alio modo, hæc ipſa ſocietas iuſtificatur, vt patet ex iis, quæ ſupra diximus d. q. 9. limit. vnica, & latè Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 7. q. 10. verſ. Sed dubiæ quæſtionis eſt: vbi quamuis hanc compenſationem non admittat in ſocietate negotiationis; eam tamen admittit in ſocietate animalium.

Ex hoc infertur, quod ſi quis det in ſocietatem 100. oues alicui ponenti operas, & paſturam per triennium, ea lege, vt recipiens ex eis teneatur reddere ei, qui tradidit 50. qualitercunque pereant, finita

finita ſocietate, ante partem, & reliquas vult communicari cum omnibus fœtibus, & fructibus, licèt attenta natura ſocietatis, hoc pactum ſit illicitum, cùm in huiuſmodi ſocietate lucrum, & damnum tum capitalis, tum etiam fructuū debeant eſſe communia, vt patet ex ijs, quæ tradita ſunt per Conrad. de contr. q. 92. concl. 5. caſu 1. nihilominus ſi huiuſmodi pactum compenſetur iuſto pretio aſſecurationis, aut aliquo alio modo; talis ſocietas rectificatur: ſiquidem huiuſmodi pactum non eſt contra ſubſtantialia ſocietatis; ſed ad ſummum tantùm contra naturalia, vt diximus, d. q. 9. lim. vnica.

Secundò infertur, quòd quamuis, inſpecta natura ſocietatis, illicita ſit ſocietas illa, in qua quis dat 100. oues ponenti operas, & paſturam æquiualentes, ad quinquennium, vt communio fiat tam in fœtibus, & fructibus, quàm in ipſius ouibus, ea lege, vt ſi oues perierint ex natura, illud damnum pertineat ad tradentem: ſi verò à fortuna, pertineat ad vtrunque: ſiquidem eo caſu nō refert, an oues perierint à natura, vel à fortuna: quin, inſpecta natura contractus, de quo agitur, damnum pertineat ad vtrunque, vt rectè Conrad. loco citato, caſu 5. contra Bald. in l. 1. C. pro ſoc. nihilominus ſi pactū illud compenſetur in fructibus, aut aliquo alio modo, ſocietas redditur iuſta, cùm in ea vtriuſque ſit par conditio.

Qualiter fiat diuiſio fructum, & animalium in ſocietate, de qua agitur. Q. 18.

SVMMARIVM.

1 *Animalium, & fructuum diuiſio qualiter fiat in ſocietate animalium in ſorte, & lucro.*

HVius queſtionis definitio patet ex ijs, quæ diximus ſupra, q. 12. &
1 ex ijs quæ adnotauimus cap. 2. q. 5. & 9. Quocirca conſideranda ſunt, quæ conferuntur à ſocijs; an ſint æqualia in valore, vel inæqualia: ſiuè vnus ponat animalia, & alter operas, & paſturam: ſiuè vterque ponat animalia, ſed alter etiam operas: ſiuè vterque conferat animalia dumtaxat. Etenim ſi ſocij æqualia contulerint, tunc æqualiter debent participare de animalibus, lucro, & dāno. Si verò animalia, & operas contulerint inæqualiter, tunc fieri debet æſtimatio paſturæ, & ipſorum animalium, & ex vtroque conſtari vna res communis: & finita ſocietate poſt aliquot annos conuentos, poteſt fieri diuiſio totius ſummæ, iuxta æſtimationem eorū, quæ ſinguli contulerunt, vt rectè declarat Leſs. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 2. num. 20. & 21. & patet etiam ex ijs, quæ ſupra diximus, cap. 4. q. 21. & 22.

De ſocietatibus officiorum Romanæ Curiæ Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones non nullæ referuntur ſocietatem officiorum concernentes.*
2 *Leon. X. conſtitutio ad verbum refertur.*
3 *Pauli IV. conſtitutionis formalia verba referuntur.*
4 *Pij IV. conſtitutio de verbo ad verbum recenſetur.*

1 ANtequam tractatus huius materiam agrediamur, cùm non nullas Pontificias conſtitutiones, officiorum ſocietates concernentes à diuerſis Rom. Pontificibus editas fuiſſe conſtet; eas primùm ad verbum tranſcribere, & hoc in loco collocare operepretium eſſe duximus. Etenim ex eiuſmodi conſtitutionum cognitione, ac intelligentia quāplurimas difficultates in ea re occurrentes facilius abſoluemus. Fuit igitur primo loco edita conſtitutio Leon. X. quæ licèt non reperiatur in Bullario; nihilominus eius meminit, eandemque ad verbum refert Caſtrac. in fine ſui tractatus de ſociet. officiorum, & eſt tenoris ſequentis.

Leo Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romanum
2 *Pontificem, in quo fidei orthodoxæ fundamenta à Deo ſunt conſtituta, & qui chriſtianæ veritatis aſſertor extitit, in primis ſumma ope niti decet, ne contrahentium in hac alma Vrbe, in qua Rom. Pontifice re-*

gimini vniuerſalis Eccleſiæ præſidente, aliquo modo animæ ſaluti præiudicium afferri contingat: ſed quæ ex huiuſmodi commercijs procedunt, ſine aliqua labe, ac in ſinceritate fidei inuiolata permanere debeant, ne vnde ius oritur ex inde naſcatur iniuria, & qui documenta ſalutis cæteris præſtare conſtituit, exempla tribuat delinquendi. Ea igitur cura moti, libenter ad ea intendimus, per quæ non ſolùm Curiales, quantum Domino poſſumus, ſine aliqua labe in bono conſeruentur ſtatu, & ex eorum laboribus, ac laudabili exercitio, commodè, honeſtèque ſe ſubſtentare valeant; Sed omnis prorſus illiciti lucri via eis præcludatur, vt eorum diſpendijs obuietur. Cùm itaque fide dignorum teſtimonio acceperimus, quòd Officiales Romanæ Curiæ pecunijs indigentes partem aliquã officiorum, quæ obtinent, aliis pro certa pecuniarum ſumma communicant, & ad reſpondendum de emolumentis pro dicta rata cum aliquibus pactis minus lititis ſe obligant. Aliqui verò officia ipſa de pecuniis aliorum ementes, & illa in propria perſona exercentes, etiam cùm ad illa exercenda plurimum apti exiſtant, in eorum ingenio, & induſtria confidentes, aliquas ſuper illis ineunt conuentiones. Nos ſuper his opportunum remedium adhibere volentes, per quod huiuſmodi contrahentium animarum ſaluti, ac conſcientiæ puritati, & indemnitati conſulatur, per præſentes motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine perpetuò duraturas ſancimus, & ordinamus, vt quicunque officialis tam in Romana Curia, quàm extra eam, officia ad Rom. Pontificis ſedem, ſeù ad vitam illa ementium vendi ſolita, cuiuſcunque ſtatus, & conditionis, aut dignitatis, vel honoris exiſtat, partem aliquam magnam, ſeu minimam dictorum officiorum, quæ obtinent, ſeù illorum fructus vendere, donare, ſeù quouis titulo in alium extra Romanã Curiam abſentem, qui conuentionem partis officii, & illius emolumentorum facere, & finire per procuratorem in Romanam Curiam conſtituendum, poſſit, & valeat transferre, vendere, donare, aut alias donare voluerit, tam ei, quàm ipſis emptoribus, donatariis, ſeù quouis alio titulo partem ipſam recipientibus pro quauis sũma, ſeu pretio inter eos conueniendo, vendere donare, & (vt præfertur) transferre, ipſique emptores, donatarj, & alii quouis titulo, ad certum tempus, ſeù ad eorum vitam, prout partes ipſæ conuenerint, liberè, & licitè accipere, & retinere. Illorumque fructus, & emolumenta, etiam propria auctoritate de manibus ipſorum officialiũ fructus iuxta eorum cõuentionẽ per ſupplicationem manu noſtra propria ſignatam approbandã, recipere, & exigere, nec nos in alios alienare, & diſponere, prout titulum habentes liberè, & licitè valeant. Et cum melioribus propter rerum inexperientiam de earum dotibus, & pecuniis, quibus ſe ſuſtentare debent, commercia facere non conuenit, ac propterea quandoque occurrat, eas perſonas, quibus pecunias pro aliqua vtilitate habenda concedunt, defraudari, & decipi, & aliquando non ſolùm fructibus, ſed capitali priuari: quandoque verò etiam in animarum ſuarum periculum minus honeſta lucra per eas recipi contingat, ſexui earum imbecillitati, ac etiam neceſſitati, (ſine conſcientiæ ſcrupulo, & animarum ſuarum, ac perditionis, & amiſſionis bonorum ſuorum periculo fructus ex earum ſubſtentatione conſequi valeant) prouidere volentes, ordinationem, & facultatem, quoad officia Præſidentium, & portionum Annonæ Ripæ dumtaxat, etiam ad ipſas mulieres extendimus: ita quòd ipſis mulieribus tam puellis, quàm maritatis, & viduis tàm in Romana Curia, quàm extra eam exiſtẽtibus, liceat partẽ officiorũ præſidentium, & portionum huiuſmodi; dummodo in perſonis earum portiones, & officia ipſa non ſint, quouis titulo, vel etiam, vel ad vitam habere ab hominibus, in quorum perſonis portiones, & officia ipſa fuerint, ſtatuentes, & ordinantes, quòd habentes titulum officii, ſaltem tertiam partem valoris officii, ſeu portionis huiuſmodi habere debeat. Et ſi contingat eum decedere, per talis decedentis obitum, pars, quæ ad ipſum decedentem tunc ſpectabat, & non aliæ, quæ ad aliam, vel alios in dicto officio partem habentes ſpectabant, vacare cenſeantur, ac de titulo, & parte vacantibus dumtaxat, ſimili modo ſi alium, ſeù alios, etiam fœminam, partem, ſeu partes in huiuſmodi officiis habentes decedere contingerit, partes ſic decedentium vacare cenſeantur, & de illis per Rom. Pontificem, aut Sedem, ſeù Cameram Apoſtolicam liberè diſponi poſſit. Et ſi titulum, vel partem habentes delinqueret, & propterea priuari contingerit, pœna priuationis ſuum teneat authorem, & alteri partem habenti,

vel è

vel è conuerſo minimè noceat. Et ad obuiandum fraudibus, quæ in præmiſſis fieri poſſent, volumus, decernimus, & mandamus, quòd ſuper huiuſmodi rata parte, ſeù portione ſic quouis modo communicanda, ſupplicatio manu noſtra, ſeù Rom. Pontificis pro tempore exiſtentis haberi debeat; cuius ſupplicationis ſolam ſignaturam ſufficere, & per Datarium, & Regiſtrum ſupplicationum, more ſolito mitti, & pro ſignatura, & gratia communicationis officiorum huiuſmodi ad vitam, vel aliud tempus vltra annum cum dimidio, quinque, pro anno verò cum dimidio, aut minori tempore communicationis officiorum huiuſmodi quouis modo faciendorum, duo ducati auri de Camera pro quolibet centenario ad dictam rationẽ reſpectiuè, pro qua præfata rata, ſeù portione communicata fuerit, recipi, & conſenſus communicationis, ſeu ad partem admiſſionis vigore ſupplicationis deſuper deſignatæ huiuſmodi, coram vno ex Cameræ Apoſtolicæ notariis dumtaxat, præſtari, & per eum in vno in dicta Camera, & aliis libris penes ipſum Datarium pro tempore exiſtentem conſtruendis regiſtrari debeat, & pro tali regiſtratura, & labore cuiuſque portionis cuiuſcunque ſummæ vigore vnius ſupplicationis alteri communicatæ vltra vnum groſſum, Leonem nuncupatum, ab altera partium recipi non poſſit. Decernentes quaſcunque ſocietates, communicationes, & contractus de cætero faciendos ſine expreſſa noſtra, ac Roman. Pontific. pro tempore exiſtentis, & canonicè intrantis approbatione, & ſignatura, irritas, & inanes, ac portionem alteri quouis modo pro tempore ſine approbatione, & ſignatura noſtris aſſignatam, ſeù communicatam, & dictæ Cameræ Apoſtolicæ applicatam, & applicatas, ac quæcunque pacta, & conuentiones ſuper dictis officiis ſine noſtra, aut dictæ ſedis licentia pro tempore inita, tanquam ſuſpecta, & illicita, nulla declaramus. Adiicientes, quòd ſi aliquam partem pecuniarum ſuper officijs huiuſmodi ad tempus non dum effluxum habentes, ac beneficio huius conſtitutionis ad ſoluendum pecunias Officialibus, ſuper eorum officiis mutuatas in euentum obitus eorundem officialium, vti volentes modo prædicto ſoluentes; & ſupplicationes deſuper ſignatas obtinentes pecunias officialibus huiuſmodi mutuatas in euentum eorũ obitus de pretiis officiorum vendendorum recuperare debeant, præmiſſaque omnia in aliis officiis dictæ Curiæ Camerarium, Vicecancellarium, Pænitentiarium maiorem, & Sacri Palatii Apoſtolici Auditores ſpectantia, dummodo ad hoc ipſorum, quorum intereſt expreſſus acceſſerit aſſenſus, locum ſibi vendicare volumus, atque decernimus. Ac pro ipſorum officialium, & contrahentium indemnitate, motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus etiam decernimus, quòd in euentum, in quem contingerit hanc noſtram conſtitutionem aliqua ratione, vel cauſa in toto, vel in parte extingui, ſeu reuocari, aut ipſos officiales, vel contrahentes, declaramus, quominus emolumenta, iuxta conuentionem inter eos factam, ſeu faciendam, percipere liberè poſſent, quomodolibet impediri, aut moleſtari, nos, & ſucceſſores noſtros, & Cameram Apoſtolicam præfatam, & eius bona in vim validi, & efficacis contractus ipſis officialibus, vel contrahentibus pro tempore exiſtentibus, obligamus. Si verò fuerit facta aliqua diminutio emolumentorum huiuſmodi ad ſoluendum, & ſatisfaciendum ipſis de ſumma, quam eoſdem contrahentes pro huiuſmodi minutione amiſiſſe conſtabit. Si autem præſentes litteras reuocari contingerit, ad reſtituendum, ſeu reſtitui faciendum eiſdem contrahentibus, tunc pro tempore exiſtentibus, totam illam ſummam, quam pro eiſdem ſocietatibus ſoluiſſe conſtabit; in quibus nullo modo, nullaue ratione, vel cauſa computari debeant, ſeù poſſint in toto, vel in parte emolumenta per eos interim percepta ſibi acquirere, & vt ſua retinere poſſe, & debere. Mandamus præterea prædicto Camerario, & Cameræ Apoſtolicæ Clericis præſidentibus, quos ſuper præfatis ſocietatibus conſeruatores proprios ſpeciales, & ordinarios iudices deputamus, vt in huiuſmodi concernentibus negotijs efficacis defenſionis præſidio aſsiſtant. Decernentes, quod in præmiſſis Camerarij, vel Clericorum prædictorum determinationi omninò ſtetur, nec cuiquam ab eorum decreto appellari, aut ipſos contrahentes ad illud tribunal, etiam vigore reſcriptorum Apoſtolicorum trahere liceat, neque Clerici ipſi ſuſpecti alligari, etiam prætextu portionum, & officiorum per aliquem ex eis obtentarum, & obtentorum poſſint

cùm veriſimile nõ ſit, iudicia tot præſtantiſſimorum virorum, in quorum fidei, ac prudentia præfata Eccleſia patrimonium creditur, aliqua ratione à rectitudine declinatura, quatenus ipſi ad infraſcriptarum, & ſupradictarum ſententiarum, & pœnarum declarationem, & executionem ſummariè, ſimpliciter, & de plano, omni iudiciaria tela poſt poſita, iuxta ſtylum, & morem Cameræ, ſola facti veritate comperta, procedentes cum effectu, quoties requiſiti fuerint, & id nouerint expedire, prædicta omnia, & ſingula obſeruent, & ab aliis faciant, ſub pœnis eorum arbitrio imponendis, inuiolabiliter obſeruari, ſcripturaſque neceſſarias, & opportunas obligationes deſuper faciant, obligationem per nos ſic factam recognoſcentes, & ſequentes, eiſque officialibus, vel contrahentibus ſuper præmiſſis, & eorum plena, & inuiolabili obſeruatione quodcunque publicum inſtrumentorum obligationis bonorum S. R. E. & Cameræ earundem ad ipſorum contrahentium requiſitionem, & in euentum prædictum abſque alterius declarationis, ſeu mandati expectatione de præmiſſis debitam, & integram ſatisfactionem faciant. Decernentes quicquid per Cameram ipſam ſuper hoc ſit actum, geſtum, determinatumque fuerit, ac ſententiatum, & indicatum, perpetuò ratum, firmum, & inuiolabile eſſe debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu ad prædicta Curiæ iudicium trahi non poſſint, litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis priuilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda foret in noſtris mentio ſpecialis, quæ quoad hæc nullatenus volumus ſuffragari. Vt autem præſentes litteræ ad omnium notitiam deducantur, ac per omnes inuiolabiliter debeant obſeruari: volumus illas in Valuis Cancellariæ Apoſtolicæ, & audientiæ litterarum contradictarum noſtrarum, & in Camera Apoſtolica affigi, legi, & publicari, vt hi, quos litteræ ipſæ concernunt, ſeu concernere poſſunt quomodolibet in futurum, quoad illorum notitiam non peruenerint, vel illas ignorauerint, quominùs eos arctent perinde, ac ſi eis perſonaliter intimatæ forent: nullam poſſint excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegare. Volumus etiam, & dicta authoritate decernimus, quòd illarum tranſumptis vnius Notarii manu ſcriptis, & alicuius Prælati, vel perſonæ in dignitate conſtituta ſigillo munitis, ea prorſus fides indubia adhibeatur, quæ præſentibus noſtris litteris adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ ſanctionis, ordinationis, extenſionis, ſtatuti, decreti, mandati, declarationis, adiectionis, obligationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1514. Pridie idus Ianuarii, Pontificatus noſtri anno II.

Fuit deinde alia conſtitutio edita per S.m. Paulum IV. noſtræ Religionis fundatorem optimum, quæ in Bullario extat collecta, & eiuſdem formalia verba ſunt, quæ ſequuntur.

PAVLVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum

3 Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Inter cæteras curas, quibus ex miniſterio Apoſtolatus nobis diuinæ gratiæ munere, commiſſi aſſiduè premimur, illa nos maximè vrget, vt praua conſuetudines, & abuſus, quos in hanc almam Vrbem noſtram malitijs hominum irrepſiſſe cernimus, noſtra diligentia tollantur. Cum itaque (ſicut fide dignorum relatione nobis intonuit) diuerſa vtriuſque ſecus perſonæ, tàm ipſius Vrbis Ciues, ſeù originarij, quàm Romanam Curiam ſequentes, ſub prætextu, quòd in dicta Curia ſuper illius officiis ſocietates ad rationem duodecim, & quandoque plurium pro centenario paſsim fiant, & ſocietates huiuſmodi licitæ reputentur, propterea, quod officia ipſa fructus ſuos veriſimiliter ad eandem rationem reddant, & pecunias ipſas in ſocietatem recipientes, ſi illas dantes, aut ſinguli alii tunc ab eis nominati moriantur, ſortem principalem pecuniarum per eos in ſocietatem receptarum lucrentur, & è contra ſi recipientes pecunias in ſocietatem moriantur, eo quòd officia, ſuper quibus ſocietates huiuſmodi contractæ fuerint, ipſis morientibus, deficiant, eorum hæredes, aut fideiuſſores ſortem receptam reſtituere cogantur, pecunias ſuas ſub nomine ſocietatis, non tamen ſuper aliquo eiuſdem Curiæ officio mutuent, & duodecim, & quandoque plura pro centenario nomine quidem fructuum ipſius ſocietatis, ſed re vera pro vſuris pecuniarum per eos mutuatarum, exigant, vſurariam prauitatem committendo, & diuerſi præfatæ Curiæ officiales ſuper officiis per eos pro tempore obtentis diuerſas ſocietates cum diuerſis perſonis etiam vltra valorem ipſorum officiorum, & cum pactis aliquando minus licitis ſæpius ineant, & ſingulis perſonis pecunias ſuas eiſdem officialibus intra valorem eorundem officiorum, abſque eo, quod vna aliam ſciat, credentibus tam pro ſorte principali, quàm pro fructibus dictarum ſocietatum fideiuſſionem præſtent aliorum officialium, qui officia ſua alijs pro maiori pecuniarum ſumma, quàm illa valent, obnoxia, & hypothecata habeant, & exinde fiant, vt officia ipſa quandoque vltra decuplum eius, quo vendi poſſent, obligata reperiantur, & tam illi principales debitores, quàm fideiuſſores non ſolùm fidem fallant, & creditores ſuos pecuniis, quas illi eiſdem Officialibus eorum, & fideiuſſorum ſuorum fidem ſequentes credunt, priuent, & fruſtrentur, etiam iuramentis per eos in ſocietatibus huiuſmodi præſtitis temerè cõtraueniendo, verum etiam facilitate ſocietates huiuſmodi clam ineundi, ſe ipſos, & ſuam familiam depauperent, ſuamque, & illorum ſubſtantiam diſſipent, & annihilent, in animarum periculum, & eiuſdem Curiæ ignominiam, ac complurium, qui in præmiſſis non delinquunt, detrimentum. Nos cupientes quantum cum Deo poſſumus, animarum periculis obuiare, & aliis inconuenientibus prædictis occurrere, motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam; ſed ex certa ſcientia, & mera deliberatione noſtris per præſentes decernimus, & declaramus, omnes, & ſingulas ſocietates ad rationem certæ, & determinatæ pecuniarum ſummæ, quolibet menſe, vel anno, aut alio ſtatuto tempore ſoluendæ, etiam ſub periculo mortis alicuius, aliàs quàm ſuper officiis præfatæ Curiæ de cætero faciendas illicitas, & iniuſtas fore, & vſurariam prauitatem continere, & ex eis alicuius, aut actionem acquiri non poſſe. Et inſuper hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione ſancimus, atque ſtatuimus, & ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, nullus tam in dicta Curia, quàm in tota ditione Eccleſiaſtica officialis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, aliquam ſocietatem ſuper offitio, vel officiis ad noſtri, ſeù Sedis, vel Cameræ Apoſtolicæ, vel Camerarii, Vicecancellarii, Pœnitentiarii maioris, & cauſarum Palatii Apoſtolici, Auditorum diſpoſitionem quomodolibet pertinente, ſeù pertinentibus, quæ vendi conſueuerint, per eum pro tempore obtentis cum aliqua, ſeù aliquibus perſona, ſeù perſonis, communi Collegio, vel vniuerſitate vltra dimidium valoris officii, ſeù officiorum huiuſmodi, & niſi præcedente ſignatura à nobis, aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente obtenta, in qua ſubſtantia rei ad hoc, vt diſcerni poſſit, an licita ſit, vel illicita, facere præſumant: & quòd ſocietas ſuper officiis huiuſmodi aliter factæ, non valeant, nec vicibus ſubſiſtant, eorumque prætextu nullatenus agi poſſit. Nos enim

ſignaturas

ſignaturas huiuſmodi (quas aliquę aliarum litterarum expeditione, regulis contraria non obſtante ſufficere volumus) per noſtrum Datarium ad inſtar reſignationem officiorum huiuſmodi expediri, & pacta in his ſocietatibus pro tempore appoſita, ad hoc, vt licita tantùm ſtatuantur, examinari, ac ſocietates ipſas, vt omnibus innoteſcere poſſint, nec vltra dimidium pretii ipſorum officiorum fiant, in aliquo particulari libro apud ipſum Datarium adnotari, & pro expeditione ſignaturæ, & adnotatione huiuſmodi, dimidium vnius pro quolibet centenario per partes ipſas præfato Datario ſolui; & vt fraudes, ac pacta illicita non præmiſſis hactenus facta detegantur, ac illis in tempore occurri poſſint, ſocietates hactenus factas, & adhuc vigentes eidem Datario, ſeu ab eo pro tempore deputatis cum oportuna ſpecificatione eorum, qui illas tam actiuè, quàm paſsiuè fecerunt, & officiorum, ſuper quibus, ac pecuniarum, pro quibus, & temporis, de quo, & ad quod facta fuerint infra tres menſes à die publicationis præſentium, modo infraſcripto faciendæ computandos, notificari volumus, & mandamus, ac niſi, vt præfertur, notificatæ fuerint, eas iiſdem tribus menſibus elapſis penitus, & omnino extinctas eſſe, nec ius, aut actionem aliquam tribuere poſſe, ſicque, & non aliàs in præmiſsis omnibus, & ſingulis per quoſcunque etiam Auditores præfatos, ac Cameræ huiuſmodi clericos in quauis cauſa, & inſtantia ſublata eius, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate iudicari, & definiri debere, & ſi ſecus ſuper his, à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Vt autem præſentes litteræ ad omnium, quorum intereſt, aut intereſſe poterit, quomodolibet in futuram notitiam deducantur, nec vllus ſe aduerſus eas excuſare, aut ingnorantiam prætendere poſsit. Volumus eaſdem litteras in valuis Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ per aliquos ex Curſoribus noſtris legi, & publicari, ac affigi, affixaſque inibi aliquo temporis ſpatio dimitti, & poſtmodum tolli earum exemplo cum originali collationato loco illarum affixo, & dimiſſo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri decreti, declarationis, ſanctionis, ſtatuti, ordinationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Marcum Anno incarnationis Dominicæ 1555. Nonis Octobri Pontificatus noſtri anno 1.

4 Fuit denique ſuper eiſdem officiorum ſocietatibus emanata conſtitutio à Pio IV. quæ extat quoque in Bullario, & eſt tenoris, qui ſequitur.

Motu proprio, &c. Cùm ſicut accepimus fe. re. Paulus Papa IV. Prædeceſſor noſter, certis tunc expreſsis cauſis motus, quòd nullas tam in Curia, quàm in tota ditione Eccleſiaſtica officialis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, & præeminentiæ exiſteret, tunc, & pro tempore aliquam, ſocietatem ſuper aliquo, ſeu aliquibus officiis ad tunc ſuam, ſeu Sedis, aut Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Camerarii, Vicecamerarii, Pœnitentiarii maioris, & cauſarum palatii Apoſtolici Auditoris diſpoſitionem quomodolibet pertinentibus, quæ vendi conſueuerunt per eum, obtinendo pro tempore cum aliqua perſona, ſeu perſonis communi Collegio, ſeu vniuerſitate, niſi præcedente ſignatura ab eo, ſeu Rom. Pontifice pro tempore exiſtente, obtenta, in qua pacta, & conuentiones partium exprimi deberent, & pro cuius expeditione, & certa adnotatione medium pro centenario quolibet ſcutorum, ſeu ducatorum cogeretur ſoluere, inire præſumeret, & ſocietates aliter quàm ſic initæ non valerent, & earum prætextu agi non poſſe, & forſan alia tunc expreſſa conſtitutione, motu proprio ſub datum Romæ apud S. Marcum, anno incarnationis Dominicæ 1555. nonis Octobris, Pontificatus ſui anno 1. ſtatuerit; & ordinauerit prout in ea latius continetur, & habetur. Nos conſiderantes, ſicut fideli relatione percepimus, quòd ex huiuſmodi conſtitutione multæ ac diuerſæ tam noſtræ Vrbis, quàm ditionis Eccleſiaſticæ, & extra eam perſonæ, quæ earũ pecunias in ſocietatibus

officio-

officiorum huiuſmodi contractare ſolitæ erant, ea prohibitione, vti re noua territæ earum ſocietates, quæ in notabili numero, & ingenti pecuniarum ſumma exiſtebāt, ſtatim diſdixerunt & reuocarunt, ad reſtitutionemque pecuniarum ſic in ſocietatibus datarum agere, & officiales, eorumque fideiuſſores cogere cæperunt, & enixè inſteterunt. Quo factum eſt, vt officiales ipſi, & eorum fideiuſſores, tum etiam ob mala tempora, quæ interuenerunt, promptam non haberent quam reſtituerent pecuniam, nec ab alijs propter huiuſmodi conſtitutionis difficultatem pecunias in ſocietatem reciperent, eorum officia, ſeu bona alia viliori etiam pretio vendere, & alienare, vel pecunias alias ſub grauioribus etiam illicitis vſuris capere, vel potius, quod pluribus contingit, decoquere, & ab Vrbe auſugere, & ſic creditores defraudare omnino cogerentur, ob quod grauia damna, & incommoda tam Vrbi, quàm ipſis particularibus officialibus, & perſonis illata fuerint, quæ etiam hodie ſuſtinent. Cupiētes, quātū cum Deo poſſumus, his malis obuiare pro tempore futuro, ac officiales ipſos, & alios intereſſe patientes ab huiuſmodi grauibus, & damnatis vſuris condebitis exactionibus liberare, ſupplicationibus dilectorum filiorum noſtrorum Populi Rom. & Conſeruatorum almæ Vrbis noſtræ ſuper hoc nobis porrectis, inclinati, eiſque inſtantibus, & cum eis more pii Patris benignè agere volentes, Motu ſimili ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, dictam conſtitutionem per dictum Paulum IV. vt præmittitur, factam cum omnibus in ea appoſitis clauſulis, cuius tenorem, ac ſi de verbo ad verbum inſereretur, pro expreſſis haberi volumus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac pro caſſatis, irritit, & annulatis haberi volumus, illamque viribus tempore futuro penitus euacuamus, volentes, & auctoritate noſtra decernentes quod de cætero ipſis officialibus, ſuper tamen eorum officiis ſocietates quaſcunque. cum pactis tamen licitis, & boneſtis, prout, & quemadmodum ante conſtitutionem præfatam ſolitum erat; etiam nulla à nobis, ſeu Rom. Pontificis pro tempore exiſtentis, deſuper expedita ſupplicatione, ſeu ſignatura non tamen vltra valorem officiorum, ſuper quibus illas fieri contingit, ita quod ad requiſitionem ſecum ſocietates contrahentium teneantur in ipſo contractu ſpecialiter exprimere alias ſocietates ſuper eodem officio contractas, ſi quæ ſint, & ſi eas ſalsò negauerint, vel expreſſerint in toto, vel in parte pœnam priuationis officiorum ipſorum, ſuper quibus ſocietates huiuſmodi contractæ fuerint, ſine tamen præiudicio creditorum, quatenus aliunde illis ſatisfieri non poſſit, ipſo iure incurrant. Et nihilominus, tam ipſi, quàm fideiuſſores deſuper præſtiti ad ſatisfactionem ſocietatū, & debitor, deſuper contractorum teneantur, & obligati exiſtimant facere, & inire, ac pecunias recipere, & contractus deſuper celebrare, qui aliàs tamen legitimè initi, validi, & efficaces exiſtant, & executioni demandari debeant liberè, & licitè poſſint, & valeant licentiam, & facultatem concedimus per præſentes. Dicta conſtitutione, cæteriſque in contrarium quomodolibet facientibus, non obſtantibus quibuſcunque præmiſſorum omnium, & aliorum ſic forſan neceſſariò exprimendorum tenores pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes.

In quibus conueniant; in quibus verò differant inter ſe præfatæ Conſtitutiones.

Q. I.

SVMMARIVM.

1 Pontificiæ conſtitutiones de ſocietate officiorum agentes, omnes volunt, ſocietates officiorum licitè coiri poſſe.

2 Pontificiæ conſtitutiones, quæ de ſocietate officiorum tractant, omnes exigunt officia Romanæ Curiæ.

3 Conueniunt conſtitutiones dictæ, quoniam omnes habent clauſulas derogatorias.

4 Conueniunt inter ſe conſtitutiones Leonina, & Paulina; quia vtraque fuit edita ad bonum ſpirituale fidelium.

5 Conueniunt Paulina, & Leonina prædictæ, quia vtraque præcipit, ſocietates officiorum contrahi, præuia ſignatura Rom. Pontificis.

6 Paulina, Leonina, & Piana conſtitutiones differunt inter ſe: quia Paulina cauetur, vt ſocietas officiorum non valet contrahi vltra dimidiam eorum valoris: Leonina exigit tertiam partem valoris officii ab habente eiuſdem titulum: at Piana permittit ſocietates contrahi, etiam vltra

Digitized by Google

vltra dimidiam valoris officii.

7 *Leonina conſtitutio in plus ſe habet quàm Paulina, & Piana.*

8 *Paulina, & Piana aliqua ſtatuunt, quæ per Leoninam non ſtatuuntur.*

9 *Piana differt ab aliis relatis conſtitutionibus, quoniam illa ſocietates contrahendas iuxta formam ſolitam ante Paulinam; non ſic aliæ.*

10 *Leonina, Paulina, & Piana conſtitutiones differunt in fine.*

11 *Differunt Paulina, Leonina, & Piana; quia Paulina in totum irritatur per Pianam: Leoninæ verò derogatur quoad ſignaturam dumtaxat.*

12 *Piana conſtitutio præcipua eſt in materia ſocietatum officiorum.*

1 Conueniunt inter ſe præfatæ conſtitutiones primò, quoniam omnes volunt, ſocietates officiorum licitè coiri poſſe, cùm ſingulæ formam eiſdem præſcribant. Vt ex ipſarum tenore clarè colligitur.

2 Secundò conueniunt; quia omnes exigunt officia Romanæ Curiæ, & ad Sedem Apoſtolicam pertinentia, ſuper quibus ſocietates contrahantur. Vt patet ex illis Leoninæ conſtitutionis Verbis, *Nos ſuper his, &c.* Paulinæ, ibi, *Aliàs quam in officiis præfatæ Curiæ, &c.* ac Pianæ per verba illa, *ſuper aliquo, ſeu aliquibus officiis ad tunc ſuam, ſeu Sedis, aut Cameræ Apoſtolicæ, &c.*

3 Tertiò conueniunt, quoniam omnes habent clauſulas derogatorias, vt conſtat ex illis ſingularum verbis, *Non obſtantibus, &c.*

4 Quartò conueniunt inter ſe Leonina, & Paulina in fine; quoniam vtraque fuit edita ad bonum ſpirituale fidelium. Vt conſtat ex illis Leon. verbis, *per quod huiuſmodi contrahentium animarum ſaluti, &c.* & ex Paul. ibi. *Nos cupientes quantum cum Deo poſſumus animarum periculis obuiare, &c.*

5 Quintò conueniunt inter ſe præfatæ conſtitutiones Leon. & Paul. quia vtraque præcipit, huiuſmodi ſocietates contrahi, præuia ſignatura Rom. Pontificis. Vt in illa Leon. ibi. *Et ad obuiandum, &c.* & Paul. in illis verbis, *Niſi præcedente ſignatura, &c.*

6 Differunt autem dictæ conſtitutiones inter ſe primò: nam Leonina conſtitutione cauetur, quòd habentes titulum officij ſaltem tertiam partem valoris officij, ſeu eiuſdem portionis habere debeat. Vt patet ex eiuſdem verbis, ibi, *quòd habentes titulum officii, &c.* Paulina verò ſtatuit, vt ſocietates ſuper officijs, de quibus agitur contrahi non valeant vltra dimidium eorum valoris: vt conſtat ex illis verbis, *Vltra dimidium valoris officii, ſeu officiorum huiuſmodi, &c.* Ac Piana permittit ſocietates coiri etiam vltra dimidium valoris officiorum; dummodo non fiant vltra eorundem valorem, vt in ipſa Piana, ibi, *Non tamen vltra valorem officiorum, &c.*

Secundò differunt: ſiquidem Leon. cõſtitutio quoad multa in plus ſe habet, & plura ſtatuit, quàm Paulina, & Piana. ſtatuit enim, Mulieres poſſe contrahere ſocietates ſuper officijs tantùm Præſidentium, & portionum annonæ Ripæ: dummodo in perſonis earum portiones, & officia ipſa non ſint. Vt conſtat ex eiuſdem conſtitutionis verbis, *Et eùm mulieres, &c.* quod tamen non ſtatuitur per Paulinam, & Pianam. Item d. Leon. conſtitutio decernit, quòd habens titulum officij, ſaltem tertiam partem valoris officij, ſeu portionis eius habeat, vt patet, ibi, *Quòd habentes titulum officii, &c.* At Paulina, & Piana id nõ ſtatuunt. Præterea Leon. conſtitutio vult, quòd ſi officialis contingat decedere, per talem decedentis obitum, pars, quæ ad ipſum decedentem tunc ſpectabat, & non alia, quæ ad alium, vel alios, in dicto officio partem habentes ſpectabat, vacare cenſeatur, ac de titulo, & partibus vacantibus dumtaxat. Vt in illis verbis, *& ſi contingat eum decedere, &c.* Paulina verò, ac Piana de hac re nihil decernunt. Rurſus per Leon. decernitur, quòd ſi alium, vel alios, etiam fœminas partem, ſeu partes in huiuſmodi officiis habentes decedere contingerit, partes ſic decedentium eodem modo vacare cenſeantur, & de illis per Rom. Pontificem, aut Sedem, ſeu Cameram Apoſtolicam libere diſponi poſſit. Vt habetur ibi. *Simili modo &c.* At per Paulinam, & Pianam de his mentio non habetur. A Leon. quoque ſtatuitur, quòd ſi titulum, vel partem habens deliquerit, & propterea priuari contingerit, pœna priuationis ſuum tantùm teneat auctorem, & alteri partem habenti, & è conuerſo minimè noceat, vt patet in illis verbis, *Vel ſi titulum, vel partem, &c.* Paulina vero, ac Piana de hac re nihil agunt. Item per Leon. nonnulla decernuntur

nuntur ad fauorem, & cautelam contrahentium ſocietates huiuſmodi, vt habetur per illa verba, *Adiicientes, quòd ſi aliquam partem, &c.* At Paulina, & Piana de his omnibus nihil agunt. Denique per Leon. præcipitur deputari ſuper prædictis ſocietatibus conſeruatores proprios, & ordinarios iudices, qui ſuſpecti allegari nequeant; ſed appellatione remota citra omnem figuram iudicij, & ſola facti veritate inſpecta procedant, vt conſtat ex illis præfatæ conſtitutionis verbis, *Mandamus prætereà, &c.* Per Paulinam autem, ac Pianam de hac re nihil ſtatuitur. Vnde ex his conſtat, non nulla per Leon. conſtitutionem decerni, quæ per alias conſtitutiones non decernuntur.

Tertiò, differunt dictæ conſtitutiones inter ſe: quoniam licèt Leonina plura
8 ſtatuat, quæ per Paulinam, & Pianam non ſtatuuntur; nihilominus è conuerſo aliqua decernuntur per Paulin. & Pian. quæ per Leon. non ſtatuuntur. Etenim Piana præcipit, vt officialis ad requiſitionem ſocietates ſecum contrahentium teneatur in ipſo contractu ſpecialiter exprimere alias ſocietates, ſuper eodem officio contractas, ſi quæ ſint, ſub pœna ipſo iure priuationis officij, ſuper quo ſocietas contracta eſt, ſi eas falſo negauerit, vel expreſſerit in toto, vel in parte: citra tamen præiudicium creditorum, quatenus aliundè illis ſatisfieri non poſſit, vt conſtat ex ipſa Piana, ibi, *Ita quod ad requiſitionem, &c.* quod tamen non fuit ſancitum nec per Leonin. nec Paulin. conſtitutiones. Et per Paul. fuit conſtitutum, vt ſocietates non contrahanrur vltra dimidium valoris officij: quod nec Leon. nec Piana decreuetunt, vt patet ex ipſa Paulina in illis verbis, *vltra dimidium valoris officij, &c.*

Quartò, differunt: qnia Piana reducit ſocietates contrahendas iuxta formam
9 ſolitam ante conſtitutionem Paul. cum pactis tamen licitis, & honeſtis, vt habetur ex dicta Piana ibi, *cum pactis tamen licitis, &c.* quæ reductio non habetur in alijs conſtitutionibus, ſed ab ipſis pro forma exigitur, vt ſocietates fiant præuia ſignatura, vt ſupra adnotauimus conuen. vltima.

Quintò, differunt in fine: quoniam Leon. & Paulina conſtitutiones fuerunt
10 editæ ob bonum ſpirituale fidelium; nempe ad conſulendum ſaluti animarũ, conſcientiæ puritati, & indemnitati, & ad obiandum animarum periculis, vt ſupra oſtendimus, conuen. 4. At Piana per ſe primo fuit edita ad obuiandam damnis, & malis temporibus, vt conſtat ex illis verbis, *cupientes quantum cum Deo poſſumus, &c.*

Sextò, differunt: quia Paulina irritatur in totum per Pianam vt patet ex ipſa
11 Piana in illis verbis, *Dictam conſtitutionem per Paulum IV. &c.* Leoninæ verò derogatur quoad ſignaturam dumtaxat vt ibi, *etiam nulla à nobis, ſeu Rom. Pontifice pro tempore exiſtente, deſuper expedita ſupplicatione, ſeù ſignatura, &c.* atque adeò Leonina in omnibus alijs in ſuo robore remanet, niſi per conſuetudinem eidem in aliquo fuerit derogatũ: & id ob illa Pianæ verba, *Quemadmodum ante conſtitutionem præfatam ſolitum erat.*

Ex his igitur patet, quòd conſtitutio Pij IV. præcipua eſt in hac materia: nam
12 illa Paul. IV. fuit irritata, & permiſſum ſocietates officiorum contrahi, vt coiri ſolebant ante dictam Paulinam editam; non tamen præuia ſignaturæ à Romano Pontifice obtenta. Quoad Leoninam verò quamuis Filliucius tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 2. ſub. num. 101. in fine dicat nihil peculiare in ea ſtatui; eo quòd non dum abuſus irrepſerant; nihilominus ſi conſtitutio ipſa rectè perpendatur, ex ipſa colligitur tunc temporis circa ſocietates ipſas non nullos abuſus fuiſſe exortos, vt patet in illis verbis, *Cùm itaque fide dignorum teſtimonio acceperimus, quòd officiales Romanæ Curiæ pecunijs indigentes partem aliquam officiorum, quæ obtinent, alijs pro certa pecuniarum ſumma communicant, & ad reſpondendum de emolumentis pro dicta rata cum aliquibus pactis minus licitis, &c.* Quo circa ad tollendos huiuſmodi abuſus, ſtatuit, vt ſocietates huiuſmodi non contrahantur, niſi præuia ſignatura à Romano Pontifice obtenta: & quamplurima alia peculiaria decreuit, quæ ab alijs conſtitutionibus decreta non fuerunt, vt patet ex his, quæ ſupra adnotauimus in prima differentia, vbi oſtendimus, in plus ſe habere dictam conſtitutionem Leoninam, quàm Paulina, & Piana ſe habent. Vndè peculiaria illa remanent in ſuo robore, niſi aliqua per conſuetudinem fuerint abrogata.

Digitized by Google

De origine ſocietatum officiorum Romanæ Curiæ.

Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Origo ſocietatum officiorum traditur.*
2 *Societates officiorum non poſſunt dici omninò recentes.*
3 *Officia, quæ hodie vendi in Romana* Cu*ria conſueuerunt, quæ ſint.*
4 *Officia iure tantùm ciuili, non autem Diuino prohibita ſunt vendi.*
5 *Papa eſt omnium Principum maximus, & Dei Vicarius.*
6 *Papa contrahit ſimoniam, quæ iure tantum Diuino damnatur.*
7 *Societas officiorum in Vrbe ortum habuerunt ex officiorum Rom. Curiæ venditione, & ex pecuniarum indigentia.*

QVamuis non deſinit, qui velint,
officiorum ſocietatis ab initio in
1 Romana Curia ortum habuiſſe; nihilo-
minus veteres ſcribentes cum earum nõ
meminerint, probabiliter dici poteſt nõ
eſſe admodũ antiquas, vt rectè ait Azor.
p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. c. 8. in
prin. Etenim quemadmodum de huiuſ-
modi contractibus egerunt Sot. lib. 6.
de iuſt. & iur. q. 6. art. 2. in fin. Tolet.
in ſua ſum. lib. 1. cap. 40. Gabr. conſ.
78. lib. 1. Felic. de ſociet. cap. 9. num.
16. & c. 34. per totum Nau. p. 2. conſ.
tit. de vſur. conſ. 15. & 27. Ioſeph An-
gles in ſuis flor. qq. theolog. q. de con-
tractu ſociet. dub. 3. & 4. Philiarc. in ſuo
Manual. Sacerd. tract. de vſur. C. quib.
mod. fiat vſur. Imò ſpeciales tractatus
de hiſce ſocietatibus ediderunt Virgin.
Boccac. Franc. Caſtrac. Syl. Zacch. idem
Azor. loco citato, Filliuc. tom. 2. qq.
moral. tract. 38. de ſociet. cap. 6. & alij,
qui inter Recentiores computantur; ita
quoque de eiſdem egiſſent Bart. Bald.
Conrad. & alij antiqui Doctores, qui de
ſocietatibus egerunt. Vndè cùm offi-
ciorum ſocietatum non meminerint, di-
cendum eſt eorum temporibus illas vſu
non fuiſſe. Eſt tamen verum, quòd
2 Leo X. ſuper huiuſmodi ſocietatibus cõ-
ſtitutionem addit, quam ſupra retuli-
mus; pridie idus Ianu. 1514. Pontif. ſui
anno 2. & propterea non poſſunt dici
adeò recentes, qui centum & viginti an-
ni, & fortè multò plures ſint elapſi, quòd
in Vrbe vſu eſſe ceperint: ſiquidem ipſe
Leo in præfata ſua conſtitutione teſta-
tur in ipſis ſocietatibus aliqua pacta mi-
nus licita interueniſſe: & non nulli vo-
lunt, Sixtum Quartum quamplurima
officia erexiſſe, & illa vendere exco-
gitaſſe: ac alia ab Innocentio Octa-
uo, & ſucceſsiue à ſuis ſucceſſo-
ribus vendita fuiſſe, vt Platina, &
alij in eorum vitis tradiderunt. Offi-
3 cia verò, quæ hodie vendi conſueuerũt
in Romana Curia quamplurima ſunt,
inter quæ ſunt officia Camerariatus The
ſaurariæ, Auditoris Cameræ, Clerico-
rum Cameræ, Protonotariorum, Secre-
tariorum, Cubicnlariorum, Abreuia-
torum, Militum S. Petri, S. Pauli, S.
Georgii, & alia, de quibus Caſtrac. de
ſociet. offic. in proem. Quæ quidem
venduntur ad vitam officialis, ita vt
etiam per obitum Romani Pontif. non
vacẽt. Etenim poteſtas hæc Rom. Pon-
tif. non deeſt, cùm officia de iure tan-
4 tum ciuili, non autem Diuino prohibi-
ta ſint vendi, & alienari, vt per Bald. in
l. Barbarius, ff. de Offic. Præſidis. At
Rom. Pontifex nec ciuilibus, nec cano-
nicis legibus ſubijcitur, c. nemo, &c.
cuncta per mundum, 9. q. 3. & pro-
ptere quemadmodum, ait Bal. ibi lici-
tum eſt Principi tanquam legibus ſolu-
to, l. Princeps, ff. de legibus officia ven-
dere, ac alienare ad ſui libitum; ita &
multo magis licitum eſt Rom. Pontifi-
5 ci, qui non ſolùm eſt Princeps, & Prin-
ces ſupremus, ſed etiam omnium Prin-
cipum maximus, ac Dei Vicarius. Vn-
dè licèt Principes ſeculares quantumuis
6 ſupremi poſſint committere ſimoniam
non ſolùm Diuino; ſed etiam poſitiuo
iure prohibitam; Roman. tamen Pon-
tifex cùm ſit ſupra omne ius poſitiuũ,
eam tantùm contrahit, quæ iure Diui-
no damnatur, qualis eſt ſacramentorum
venditio; non autem illam, quæ poſiti-
uo iure prohibetur, vendendo ſcilicet
beneficia Eccleſiaſtica, vt habetur ex
Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. Simonia, Dec.
conſ. 141. poſt num. 2. & Syl. in ver. Si-
moniam q. 1. Quod quidem verum eſſe
ait Panor. in c. extirpandæ, §. quia ve-
rò, de præben. & in c. 1. de Simon. niſi
Papa aliquid recipiat pro collatione Be-
neficij, habentis adminiſtrationem or-
dinis, vel executionem clauium. Et hãc

ſententiam

Digitized by Google

ſententiam communem eſſe teſtatur Felin. in d. c. 1.

Et quoniam non nulli aliquando vo-
7 lentes emere aliqua ex prædictis officijs non habebant totam pecuniarum ſummā ad eorum pretium ſufficientem, aliquam pretij partem ab aliquo percipiebant, eidem communicando lucra, & emolumenta inde prouenientia, vt colligitur ex conſtitutione Leon. in princ. quam ſupra ad uerbum retulimus. Vndè ex prædictorum officiorum venditione, & ex pecuniarum indigentia, officiorum ſocietates in Vrbe ortum habuerunt: quæ ex eo dicuntur officiorum; quoniā ſuper officijs contrahuntur, & illæ propriè, quæ contrahuntur ſuper officiis Rom. Curiæ, vt habetur ex Leonel. ſuper d. conſtit. Pii IV. Gloſ. 11. verſ. Ideò vlterius, & Gloſ. 13. verſ. Tertiò vt, Mantic. de racit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 11. num. 17. Zacch. in ſuo tract. de ſociet. offic. num. 1. & ex aliis.

Quot modis contrahantur ſocietates ſuper officijs Rom. Curiæ. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Officiorum ſocietates quot modis in Vrbe contrahantur.*

2 *Societas officii, in qua fit communicatio dominii officii cum participatione damni, & lucri, qualiter differat à ſocietate officii, in qua non fit communicatio talis dominii.*

1 AD hanc difficultatem reſpondetur breuiter, quòd ſocii, qui admittūtur ad ſocietates officiorum dupliciter admitti poſſunt. Primò, vt inter eos fiat communicatio dominii officii cum participatione damni, & lucri: Secundò, vt inter huiuſmodi ſocios fiat communicatio lucri, & damni dumtaxat; non autem officii dominii, atque adeò contrahitur ſocietas vt plurimum ad rationem 12. pro centenario cum compenſatione periculi vitæ, vt rectè diſtinguit deciſio Rot. Rom. 61. ſub num. 13. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. Vtroque autem caſu admitti contingit ſocios, vel in ipſa emptione officij, vt quia officialis non poteſt officium emere ſuis pecunijs: vel admitti contingit, poſt quàm officialis emit officium. Vt quia officialis quoniā magnam pecuniam impendit ad emendum officium, pecunia indiget: qua propter vt pecuniam habeat alios ſocios admittit, eiſdemque officium communicat ſeu ſuper eo ſocietatem contrahit pro certa pecuniarum ſumma, & ad reſpondendum de emolumentis pro dicta rata, vt colligitur ex conſtitutione Leon. X. circa prin. quam ſupra ad verbum retulimus.

Eſt autem magna differentia inter ſo-
2 cietatem officij, in qua fit communicatio dominij officij cum parcipatione damni, & lucri: & inter ſocietatem officij, in qua non fit communicatio talis dominij, ſed tantùm emolumentorum. Etenim officialis primo caſu, qui habet titulum officij, debet habere ſaltem tertiam partem valoris officij, vt conſtet ex eiuſdem Leoninæ Verbis, ibi *ſtatuentes, & ordinantes, quòd habentes titulum officij ſaltem tertiam partem valoris officij, ſeu portionis huiuſmodi habere debeat.* At officialis, qui alios ſocios admittit non ad participationem dominij officij, ſed tantum emolumentorum cum compenſatione periculi vitæ vt ſupra, ſatis eſt quòd non recipiat pecuniam ſuper officio, atque adeò ſocietates contrahat vltra valorem officij, vt habetur in conſtitutione Piana, quam ſupra retulimus circa finem, in illis verbis, *Non tamen vltra valorem officiorum, ſuper quibus illas fieri contingit, &c.* Secundò differunt præfatæ ſocietates interſe, quia in priori ſocietate, ſi contingat officialem decedere, aut is, cui partem officij officialis communicauit, per talis decedentis obitum, pars, quæ ad ipſum decedentem tunc ſpectabat, & non aliæ, quæ ad alium, vel alios in dicto officio partem habentes pertinebant, vacare cenſeantur, ac de titulo, & parte vacantibus dumtaxat per Rom. Pontif. aut Sedem, ſeu Cameram Apoſtolicam liberè diſponi poſsit, vt patet ex illis Leoninæ verbis, *Et ſi contingat eum decedere. &c.* Vbi etiam ſtatuit, quòd ſi titulum, vel partem officij habens delinqueret propter quod priuari contingerit, pœna priuationis ſuum teneat authorem, & alteri partem habenti, & è conuerſo, nullo pacto noceat. In poſteriori vero ſocietate ſi contingat of-

Digitized by Google

ficialem decedere, vel propter eius delictum officio priuari, totum officium vacat, etiam ſi plures ſocij fuerint adiuncti, qui pecunias dederint æquales valori officij, atque ideò licèt plures ſocij ſint; nihilominus vnus eſt officialis verè, & propriè quo viuente durat tantùm officium, & eo mortuo, vel priuato ceſſat, niſi officialis ante mortem, per quadraginta dies illud alteri renunciauerit, vt rectè declarat Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 1. ſub num. 104. Tertiò differunt, nam quando fit ſocietas cum communione officij quoad dominium, ſi moriatur ſocius, qui pecuniam dedit, & partem officii habet, officium vacat quoad illam partem dumtaxat, & remanet in manibus Papæ: & idem dicendum eſt ſocius delictum commiſerit, pro quo veniret priuandus. vt habetur in d. Leonina loco citato. At quando fit communio officij non quoad dominium, ſed quoad fructus dumtaxat, ſocius, qui pecuniam dedit ſi moriatur infra ſemeſtre ante disdictam, officium non diceretur vacare quoad partem communicatam, ſed ſocius amittit pecuniam; ſicut è contra ſi officialis præmoriatur, aut eo viuente officium extingueretur, aut illo priuaretur, ipſe, ſeu eius hæredes tenerentur ſocio reſtituere pecuniam, quam dedit, vt habetur ex eodem Filliuc. loco ſupra relato, num. 105. Quartò differunt; quoniam ſocietas, in qua fit communicatio officij quoad dominium, & proprietatem poteſt contrahi ſuper officiis, etiam ſi perpetua eſſent, atque ideò non vacabilia, vt habetur in d. deciſ. 61. num. 13. At ſocietas ſuper fructibus tantùm contracta ad ratione 12. pro centenario pecuniæ traditæ officiali ad ſocietatem, cum compenſatione periculi vitæ, vt communiter fieri ſolet, non poteſt coiri niſi ſuper officiis vacabilibus, vt habetur in d. deciſ. 61. num. 13. & nos ſuo loco latius, Deo duce, dicemus.

De forma contrahendi ſocietates officiorum iuxta vſum, & conſuetudinem Vrbis.

Q. IV.

SVMMARIVM.

1 *Forma inſtrumenti contrahendi ſocietates officiorum traditur, & declaratur.*

2 *Conditiones octo ad ſocietates officiorum requiſitæ ex forma inſtrumenti ſocietatum colliguntur.*

3 *Officium neceſſariò exigitur ad ſocietates officiorum contrahendas.*

4 *Officialis non poteſt plures ſocios ſibi adiungere quàm ſit officij valor.*

5 *Pecuniæ numeratio in ſocietate officiorum qualiter fiat.*

6 *Socius ſi infra ſex menſes decedat, officialis ſortem lucratur.*

7 *Socio ſuperuiuenti poſt ſex menſes tenetur officialis ſortem acceptam reſtituere.*

8 *Officialis in ſocietate officiorum tenetur ſoluere ſex pro ſingulis centum in ſemeſtre.*

9 *Fructus in ſocietate officiorum ſoluuntur anticipato.*

10 *Officialis tenetur ſoluere ſex ad ſemeſtre, etiam ſi amittat, vel dimittat officium.*

1 AD huius rei explicationem eſt adnot. quòd forma coeundi huiuſmodi ſocietates ſatis colligitur ex ſupra relatis conſtitutionibus Leon. X. Paul. IV. & Pii IV. præcipuè. & ex inſtrumento, quod hodie deſuper fieri conſueuit, de quo ex Boccac. in ſuo tract. de ſociet. offic. in princ. Syl. Zacch. eod. tract. in initio ſui operis, & Azor. par. 3. *Inſtit.* moral. lib. 9. de ſociet. cap. 6. & eius tenor eſt, qui ſequitur. *In nomine Domini &c. Per præſens publicum inſtrumentum, & mei, &c. Perſonaliter conſtituti Domini Petrus Auſonius Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum Notarius ex vna, & Paulus rubeus ex altera parte, ſponte, &c. inierunt inter ſe ſocietatem ſuper dicto officio Notariatus, quam tenere, & durare voluerunt ad ſex menſes proximè venturos, & deinde*

ad

Digitized by Google

ad beneplacitum ambarum partium cum diſdicta, & intimatione quindecim dierum præcedente; quæ fieri poſſit domi, dimiſſa copia. In qua ſocietate dictus Paulus poſuit ſcuta ducenta in auro, quæ Dominus Petrus ab eodem Domino Paulo præſente, in mea Notarii, &c. præſentia, in prompta, & numerata pecunia recepit, & ad ſe traxit: de quibus, &c. exceptionis, &c. & illa reſtituere promiſit eidem Paulo præſenti, &c. Seu cui ipſe Paulus ceſſerit, in ſimili ſpecie, ſtatim finita præſenti ſocietate abſque exceptione, & illa durante facere participem dictum Paulum in fructibus ordinariis, & extra ordinariis dicti officii pro rata parte: quam partem propter incertitudinem fructuum dicti officii, & faſtidio computorum, quæ deſuper oriri, & eſſe poſſent, dictus Petrus conduxit ab eodem Paulo ad rationẽ ſcutorũ duodecim ſimiliũ pro quolibet cẽtenario in anno, quæ ſoluẽ debeat de ſemeſtri ad ſemeſtre, & in principio cuiuslibet ſemeſtris: & ſint libera, & exempta ab omni onere ordinario, & extraordinario, decima, ſubſidio, importione, quauis auctoritate impoſitis, & imponẽdis in euentum belli, peſtis, obitus Pontificis, Concilii; etiam ipſo Domino Petro officium ammittente, ſeu dimittente, & in quoſcunque alios vſus, & euentus, qui eſſe poſſent: cum pacto quòd dicta ſcuta duodecim ſimilia ſemper currant, & debeantur ad eandem rationem in omnes dictos euentus, ac poſt finitam, ſeu diſdictam ſocietatem vſque ad integram, & realem dictorum ducentorum ſcutorum reſtitutionem loco damnorum, & intereſſe, quæ ad tantundem dicti contrahentes æſtimarunt, & taxarunt. Super morte autem conuenerunt, quòd moriente Domino Paulo ante Dominum Petrum, durante ſocietate huiuſmodi, morte tamen naturali, non violenta, non vi ferro, nec veneno, ſeu alitercunque inflicta ab homine violenter, quòd dictus Petrus lucretur dicta ducenta, & teneatur tantùm ad ſolutionem fructuum decurſorum, non ſolutorum. In omnes autem alios caſus, & euentus idem Dominus Petrus teneatur ad dictam ſcutorum ducentorum ſolutionem, & reſtitutionem: & dictus Paulus ſpontè, &c. confeſſus fuit habuiſſe dictam ratam partem conductam, ſeu fructus primi ſemeſtris ab eodem domino Petro, de quibus, &c. Vlterius conuenerunt, quòd dictus dominus Paulus poſſit intra dies 15. nominare aliam perſonam, & in eam periculum mortis, ac dicta ſcuta ducenta cum omni iure, quod habet virtute præſentis obligationis, & inſtrumenti tam coniunctim, quàm diuiſim, dictaſque pecunias in totum, ſeu in partem arbitrio ſuo transferre, & ſe in totum, vel in parte excludere: quæ perſona poſſit, & valeat vti præſenti inſtrumento, & contra quoſcunque illius virtute agere, & experiri in iudicio, & extra in omnibus, & per omnia, prout ipſe Paulus poſſet ſi illam non nominaſſet: adiecto pacto, quòd dictus Paulus teneatur eandem nominationem, & tranſlationem intimare, & viuere per decem dies poſt factam intimationem; quæ etiam valet domi, dimiſſa copia. Et item dictus Petrus promiſit dare in fideiuſſores huic ſocietati, qui perſonaliter accedant, Antonium Tranarum, & Franciſcum Monticulum, quos licèt abſentes, me Notario, &c. indemnes reuelare promittit: & promiſit, quòd moriente, ſeu conditionem deteriorãte, vno ſeu quolibet ipſorũ, dabit alium, ſeu alios æquè idoneos, qui eodem modo accedant: aliàs voluerunt dicti contrahentes, quod ipſe Dominus Petrus teneatur ad reſtitutionem, & ſolutionem omnium, ad quæ teneretur, ſi ſocietas eſſet finita, præſentibus teſtibus, &c.

Diuiditur autem huiuſmodi ſocietatis inſtrumentum in ſex partes principales. In prima parte exprimuntur perſonæ, inter quas contrahitur ſocietas, & tempus, ad quod eſt duratura. In ſecunda exprimitur ſumma pecuniæ, quæ confertur in ſocietatem, modus, quo eſt ſoluenda, & obligatio eius, qui pecuniam recipit. In tertia pars incerta lucri, ſeu fructuum reducitur ad certam, conductionis contractu inito inter officialem, & ſocium, & adhibita ſecuritate eius ſoluendæ in omnem euentum. In quarta affertur fundamentum, ſuper quo fundatur tanta lucri, ſeu fructuum ſolutio. In quinta adiungitur pactum de nominatione alterius perſonæ, & translatione in eam periculum mortis. In ſexta denique apponitur pactum de cautione per officialem præſtanda. ſecunda ibi, In qua ſocietate. tertia ibi, Quam partem. quarta ibi, Super morte autem conuenerunt. quinta ibi, vlterius conuenerunt. ſexta denique, ibi, Et item dictus Petrus.

Ex forma igitur ſupra relati inſtru-
3 menti, & ex inſpecto tenore prædictarum conſtitutionum, præſertim Pij IV. octo conductiones Doctores colligunt ad ſocietates officiorum contrahendas requiſitas.

Pri-

Prima eſt, vt officium ſit,in quo ſocie-
3 tas conſiſtat: aliàs appellari non poſſet
ſocietas officiorum, vt colligitur ex ſu-
pradictis Pontificiis conſtitutionibus.

Secunda, ne officialis plures ſocios ſi-
4 bi adiungat,quàm ſit officii valor, vt ex
d.Piana patet, cui ſtandum eſt, cùm per
eam irritetur Paulina conſtitutio, qua
cauetur, vt in huiuſmodi officiorum ſo-
cietatibus per officialem non admittan-
tur ſocii vltra dimidium valoris officii.

Tertia, quòd pecuniæ numeratio in
5 ſocietate conferendæ fiat coram Nota-
rio, & teſtibus. Vt ex dicto inſtrumento
colligitur.

Quarta, vt ſi ſocius intra ſex menſes
6 decedat officialis pecuniam à ſocio per-
ceptam lucretur, vt patet ex eodem in-
ſtrumento.

Quinta, vt officialis poſt ſex menſes
7 reſtituat pecuniam, ſi ſocius vixerit, &
ſoluat certam lucri partem, vt conſtat
ex eiuſdem inſtrumenti verbis.

Sexta, vt officialis ſoluat ſex pro ſin-
8 gulis centum, vt colligitur ex tenore ip-
ſius inſtrumenti.

Septima, vt qui habet officium, & pe-
6 cunias accipit in ſocietate, lucrum ſo-
luat anticipato in principio ſemeſtris, &
fideiuſſores præſtet, vt patet ex ipſo in-
ſtrumento.

Octaua, vt officialis ſoluat ſex ad ſe-
10 meſtre, etiam ſi ammittat, vel dimittat
officium,vt ex eiuſdem inſtrumenti ver-
bis clariſsimè patet. Has igitur conditiones per proprias quæſtiones explicantes rem ipſam breuiter, Deo duce, abſoluemus. Sed antequam ad earum explicationem deueniamus, de duobus prius duximus diſcutiendum. Primò videbimus, an huiuſmodi contractus ſit vera, & propria ſocietas: & deinde agemus de ipſius iuſtitia.

An ſocietas officiorum, de qua agitur ſit vera,& propria ſocietas. Q. V.

SVMMARIVM.

1 *Officiorum ſocietatem non eſſe contractum ſocietatis,qui velint,referuntur.*
2 *Aequalitas in omnibus ſeruanda eſt in ſocietate.*
3 *Contractus in dubio iudicandus eſt innominatus.*
4 *Contractus omnes, quos conſuetudo de nouo inuenit,ſunt innominati.*
5 *Contractus iudicantur ab effectu, non autem à verbis contrahentium.*
6 *Societas officiorum eſt verè contractus ſocietatis.*
7 *Societatis conditiones referuntur.*
8 *Societas non datur,in qua non fiat alicuiùs rei communio.*
9 *Communio in ſocietate ſatis eſt in lucro futuro.*
10 *Societas exigit in omnibus æqualitatem, & contrahentium conſenſum.*
11 *Definitio cui conuenit, conuenit definitum.*
12 *Societas officiorum eſt contractus, qui ſolo conſenſu perficitur.*
13 *Societas officiorum appellatur à conſtitutionibus Pontificijs ſimpliciter ſocietas.*
14 *Verba ſimpliciter prolata in dubio debent intelligi in potiori ſignificato.*
15 *Societas officiorum non poteſt dici cenſus vitalitius.*
16 *Societati eſſentiale non eſt, quòd ſortis periculum pertineat ad conferentem illam;ſed tantùm naturale.*
17 *Solutio ſemeſtris anticipata in contractu ſocietatis,qua ratione iuſtificetur.*

IN hac difficultate Sot. lib. 6. de Iuſt.
& iur. q 6. art. 2. in fin. videtur vel-
1 le, huiuſmodi contractum à lege ſocietatis maximè diſtare. Etenim ſocius ille, qui dat pecuniam, non ſubijcitur capitalis periculo eo modo, quo fieri ſolet in aliis ſocietatibus, in quibus exponitur periculo capitale, ſi in negotiatione perdatur. Siquidem officialis ſi præmoriatur, capitale non ammittitur ab eo, qui illud contulit: quoniam reſtituitur ei pecunia collata ab hæredibus officialis, vel ab eiuſdem fideiuſſoribus. In eandem ſententiam videtur inclinare Azor. p. 3. Inſt.moral. lib. 9. de ſociet. cap. 14. circa fin. dum ait, quòd ex quo anticipato ſoluitur penſio ſemeſtris, cõtractus, de quo agitur, contractus innominati potius, do vt des, quàm ſocietatis rationem habet: nam is,qui pecunias dat, eas amittit,ſi intra ſex menſes obierit. Hanc ipſam opinionem tenet etiam Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 9. ſub num. 14. dum ait, idcirco huiuſmodi

modi contractum non poſſe dici propriè contractum ſocietatis; quoniam, qui dat pecuniam ſubit periculum vitæ, vt ſi intra ſocietatis tempus periret, officialis pecuniam receptam ſuper officio lucraretur: & officialis periculo exponitur officij, quæ pacta ſunt contra na-
2 turam ſocietatis, in qua in omnibus æqualitas ſeruanda eſt, vt in l. ſi non fuerit, ff. pro ſoc. vndè concludit, dictum contractum eſſe innominatum, cùm
3 ſemper in dubio debeamus iudicare, contractum eſſe innominatum, l. 1. ff. de æſtimat. action. l. ſi gratuitam in prin. de præſcrip. verb. Roman. conſ. 302. num. 5. Curt. in l. ſi paſcenda, C. de pact. Confirmat idem Caſtrac. loco citato, ſub num. 17. ex iis, quæ dicit Bald. in c. in cauſa, de cau. poſſeſ. & propriet.
4 num. 5. dum ait, quòd omnes contractus, quos conſuetudo de nouo inuenit, ſunt innominati: at contractum prædictum de nouo fuiſſe inductum à conſuetudine ſatis ſupra probauimus, q. 1. Nec obſtat, quòd Doctores huiuſmodi contractum communiter appellant contractum ſocietatis; quia cum non habeat ſubſtantialia ſocietatis, nunquam dicetur talis, quamuis ſocietatis contractus communiter nominetur: quia contractus iudicantur ab effectu, non autem à
5 verbis contrahentium, vt in l. inſulam, l. ſi rem, §. ſi cùm vnum, ff. de præſcrip. verb. Roman. conſ. 509. col. 1. Aym. conſ. 20. num. 5. & alii apud eundem Caſtrac. vbi ſupra, ſub num. 18.

His tamen non obſtantibus, contrarium puto verius. Probatur, quia in
6 qualibet ſocietate vt ſic, ſatis eſt, ſi quatuor concurrant. Primò, vt res, ſeù negotiatio, ſuper qua ſocietas contrahitur ſit honeſta: quoniam rei turpis nō datur ſocietas, l. quod autem ex furto,
7 l. quod enim, l. nec permittendum, ff. pro Soc. & c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. Secundò requiritur alicuius rei communio: quia non datur
8 ſocietas, in qua non fiat alicuius rei communio, vt in l. ſi paſcenda, & ibi Doct. C. de pact. & eſt tex. in l. ſi tibi areæ, in fin. ff. præſcrip. verb. & nos latè ſupra adnotauimus lib. 1. cap. 4. in prin. & latius q. 3. concl. 1. Eſt tamen
9 verum, quòd in ſocietate ſatis eſt communio in lucro futuro, neque eſt neceſſaria communio in capitali, vt rectè declarat Molin. de contract. diſp. 411. ſub num. 3. verſ. circa eandem. Tertiò vt in omnibus inter ſocios ſeruetur æqualitas, l. cùm duobus, §. da nna, & l. ſi non fuerint, ff. pro Soc. Denique exigi-
10 tur contrahentium conſenſus, vt ſcilicet contrahentes voluntatem habeant contrahendi ſocietatem; aliàs ſocietates non contrahitur, vt benè declarat Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. c. 1. q. 2. verſ. Dicitur duorum: Sed in ſocietate officiorum, de qua agitur, omnia hæc concurrunt; ergo ſocietas officiorum, eſt verè, & propriè ſocietas. Minor probatur: quia in ſocietate huiuſmodi concurrit res honeſta, cùm contrahatur ſuper officijs Romanæ Curiæ, & eorum fructibus, quæ ſunt de iure vendibilia, & obligari poſſunt, & ſocietates ſuper eiſdem coiri, vt patet ex ſupra relatis conſtitutionibus Leon. X. Paul. IV. & Pii IV. Item concurrit communio, quia communicantur lucra, ſeu fructus officiorum: Societas enim non ſolùm conſiſtere poteſt in re, & fructibus eius verum etiam in rei fructibus futuris dūtaxat, & nō in re, vt latè Doctor. in d. l. ſi paſcenda, C. de pact. & rectè declarat Felic. de ſociet. cap. 9. num. 48. & ſeq. Præterea concurrit æqualitas; quoniam fructus communicantur pro rata pecuniæ collatæ, vt infra latius dicemus. Nec vnus grauatur plus alio: quia ſi officialis tenetur reſtituere pecuniam acceptā ſocio, finita ſocietate: è conuerſo ſocius, ſi durante ſocietate, decedat, officialis pecuniam lucratur. Et denique concurrit conſenſus: quoniam nos ſupponimus, contrahentes habere intentionem contrahendi ſocietatem, non autem mutuū, aut alium contractum.

Secundò probatur eadem concluſio;
11 quia cui conuenit definitio conuenit definitum: ſed ſocietati, de qua agitur conuenit definitio ſocietatis, ergo, & definitum, & ſic ſocietas. Maior patet. Probatur minor ex ſocietatis definitione, quam ſupra aſſignauimus lib. 1. cap. 1. q. 1. dum diximus, quòd ſocietas eſt conuentio honeſta, & rationabilis duorum, vel plurium ad conferendum aliquid in communem vſum, lucrum, vel quæſtum. Etenim ſocietas officiorum
12 eſt conuentio, cùm ſit contractus, qui ſolo conſenſu perficitur, vt ſuo loco dicemus, & omnes fatentur. eſt conuentio duorum, vel plurium, cùm ſocietas contrahatur inter officialem, & inter vnum

vel

vel plures ſocios conferentes pecunias: Eſt in commune lucrum; nam in hac ſocietate communio ſit lucri, ſeu fructus officiorum.

Tertiò, hæc ipſa concluſio patet ex
13 ſupra relatis conſtitutionibus Leon. X. Paul.IV.& Pij IV. vbi Romani Pontifices appellant huiuſmodi contractus ſimpliciter ſocietates officiorum: & eodem modo vocantur à Doctoribus, qui de hac re tractant ex profeſſo. Vndè non eſt veriſimile Pontifices,& Doctores voluiſſe in hac re impropriè loqui; ſed præſumendum eſt locutos fuiſſe propriè de eiuſmodi ſocietatibus, prout verè, ac propriè ſocietates ſunt: ſiquidem verba ſimpliciter prolata, in dubio debent in-
14 telligi in priori ſignificatio, l. 1. §. qui in perpetuum, ff. ſi ager vectig. Bart. in l. ſi quis,§. differentia,ff.de acquir.poſſ. facit etiã tex. in l. Labeo, & ibi Gloſ. & Doct.ff.de ſupellect. legat.l.Lex. Cornelia,& ibi Aret.ff. de teſtam.l. non aliter, ff. de legat. 3.

Denique hæc ipſa ſententia probatur ex deciſ.Rot.Rom. 28.poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. & dec. 465. num. 12. & ſeq. poſt noſtra comment. de cenſib. in vna Societatis 29. Ian. 1619. coram b. m. Card. Mellino dum probat, quòd ex quo huiuſmodi contractus non poteſt dici cenſus vitalis, nec ſponſionis contractus, neceſſario ſequitur eſſe ſocietatis, ita ſe habens, *Quòd verò non poſſit ſubſtineri in vim alterius contractus, fundamentum Dominorum fuit; quia in vim cenſus vitalitii propter periculum vitæ æſtimabile pecunia iuxta conſil. Oldr. 207. non poteſt ſuſtineri: quia de natura cenſus vitalitii eſt, quòd pecunia repeti non poſſit, & ſubſtinetur ſolum propter incertitudinem vitæ, vt per Dec. conſ. 123. ſub num.1. Et ideò cùm dans pecunias ad ſocietatem poſſit illas repetere elapſis ſex menſibus, iſte contractus eſt contrarius naturæ cenſus vitalitii: ratione verò aſſumpti periculi nõ poteſt ſubſtineri: quia quando officium eſt grauatum in totum, non exiſtente officio, nec fructibus nihil remanet officiali periculo expoſitum, pro cuius aſſecuratione aliquid præſtari poſſit,l. nihil intereſt, & l. periculi, ff. de naut. foen. & etiam quia nullum periculum transfertur in officialem pecunia æſtimabile, cùm periculum periculo compenſetur: & ceſſante periculo,non poteſt etiam in vim contractus ſponſionis: quia iuſtitia ſponſionis pariter eſt fundata ſuper periculo. Et licèt Sot. de Iuſt. & iur. lib. 6. q. 6. art. 2. col. pen.& Nau. conſ. 29 num. 3. de vſur. nitantur ſolùm iuſtificare iſtos contractus ratione aſſumpti periculi, & aſſecurationis, & in vim ſponſionis; tamen vterque eorum præſupponit exiſtentiam,& capacitatem officii, & dubitant ſolùm de validitate iſtius contractus: quia non poteſt reduci ad rationem cenſus, cum capitale poſſit repeti, finitis ſex menſibus: neque poteſt ſubſtineri in vim cõtractus ſocietatis: quia ſocius iuxta naturam ſocietatis non ſubit periculum amiſſionis officii,& ideò putant illum eſſe reducendum ad contractum aſſecurationis,vel ſponſionis. Sed cum in iſto contractu periculum cum periculo compenſetur, vt dictum fuit, ceſſat eorum fundamentum, & contractus remanet licitus ex ſui natura, & ſuſtinetur ex lege ſocietetis, neque eget iuſtificatione, reducendo illum ad aliam ſpeciem contractus,quem contrahentes non intellexerunt inire, & tanto magis cùm in vim illorum,contractus non poſſit ſubſtineri.*

Reſtat modo vt ad contraria reſpondeamus.

AD primum dicitur, quòd non eſt de eſſentia ſocietatis, quòd ſortis,
16 ſeu capitalis periculum pertineat ad conferentem illud; ſed id tantùm eſt de natura ipſius. Vndè iuſtus poteſt eſſe contractus ſocietatis, quamuis periculum capitalis transferatur in ſocium; dummodo illud periculum compenſetur iuſto pretio contractus aſſecurationis, aut aliquo alio modo, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus cap. 4.q. 3. limit. 1. & q. 5. & 6. At in caſu de quo agitur, ſatis dicitur compenſatum: nam quamuis officialis ſi præmoriatur,pecunia nõ amittitur: amittitur tamen per mortem ſocii conferentis, atque adeò vterque æqualiter grauatur, & releuatur. Etenim ſicut officialis ſubeſt periculum ſuæ mortis; qua grauatur, & ſocius releuatur; eo quod fit illi reſtitutio pecuniæ per hæredes officialis; ita ſocius,qui dedit pecuniam in hac ſocietate ſubeſt periculum ſuæ mortis, per quam ipſe grauatur; quoniam amittit pecuniam: & officialis releuatur, cùm eam lucretur; atque ideo periculum vnius compenſatur per

tur per

Digitized by Google

tur per periculum alterius, & par eſt conditio vtriuſque, quod exigit ſocietas vt in d. deciſ. 28.

Ad ſecundum dicitur, quòd licet ſolutio ſemeſtris anticipata ſit contra na-
17 turam ſocietatis, cùm lucrum ex ſocietate non debeatur; niſi ea finita: nihilominus cùm lucrum vi locationis ſit taxatū ab initio iſtud pactum non eſt cōtra eius ſubſtantiam, & ſatis compenſatur per periculum amittendi pecuniam ſi ſocius intra ſex menſes obierit, & per ſpem conſequendi maius lucrum ex fructuum conductione: Siquidem pacta contra naturalia contractus ipſum non vitiant, vt diximus in noſtris commentar. in extrau. Pii V, de cenſib. §. 3. q. 4. num. 9. & poteſt rectificari contractus, ſi pacta compenſentur iuſto prætio aſſecurationis, vel per impoſitionem alterius oneris, vt patet in caſu de quo agitur. Quibus adde ea, quæ in d. §. 3. adnotauimus, q. 3. limit. 2. vbi probauimus, quod pactum de anticipanda ſolutione cenſus, retificari poteſt, attento naturali iure, ſi alio onere compenſetur.

De Iuſtitia ſocietatum officiorum Romanæ Curiæ. Q. VI.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniam parere pecuniam contra naturam eſt.*
2 *Vſura eſt quicquid ſorti accedit.*
3 *Pactum, quod inducit votum captandæ mortis eſt illicitum.*
4 *Societatem officiorum iuſtam eſſe probatur.*
5 *Officiorum, & ſi non habeat, qui pecuniam accipit; nihilominus valet ſocietas ſi illi ab officiali officium accommodetur.*
6 *Societas rectè contrahitur ſuper re aliena*
7 *Socius percipiendo 12. pro ſingulis centum in anno ab officiali, illa percipit titulo locationis.*
8 *Mutuans ratione mutui expetere aliquid non poteſt citra vſuram.*
9 *L. fin. C. de pact. intellectus.*
10 *Pactum de futura ſucceſſione in multis caſibus tenet.*
11 *Societates officiorum iuſtæ ſunt, ſi debitæ concurrant conditiones.*

In hac re videtur prima facie dicendum, iniuſtas, ac illicitas eſſe ſocie-
1 tates officiorum. Probatur primo ex eo quòd in hoc contractu pecunia pecuniam parit; quod eſt contra naturam pecuniæ, & cōtra illud Ariſt. lib. 1. Polit. *Haud nummus veluti terra eſt, aut pecus fecundum, vt pariat.* Etenim in ſocietate huiuſmodi quis dat centum, vt recipiat 112. vt patet ex forma inſtrumenti, & conſtitutionibus Pontificii ſupra relatis, ante q. 1. & q. 3. Confirmatur ex tex. in c. plerique, 14. q. 3. vbi ha-
2 betur, quòd vſura eſt quicquid ſorti accedit, his verbis, *Quodcunque ſorti accedit; vſura eſt: & quod velis nomen ei imponas vſura eſt.* Ergo quamuis contractum hunc ſocietatem vocemus; in re tamen vſurarius, atque adeò iniuſtus, cum in eo 12. aurei accedant ſorti 100. aureorum. Tertiò per huiuſmodi contractum inducitur votū captandæ mortis: ergo eſt illicitus. Clara conſequentia; quia pactum, quod inducit votum
3 captandæ mortis à lege reprobatur, l. fin. C. de pact. l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat. & c. 2. de conceſ. præben. lib. 6. vbi ob hanc rationem prohibetur promiſſio præbendæ non vacantis. Probatur antecedens, quia officialis recipiens pecuniam ſuper eius officio, ea lege illam recipit, vt ſi ſocius dans pecuniam, durante ſocietate decedat, pecuniam receptam lucretur, vt patet ex dicto inſtrumento, ac Pontificiis conſtitutionibus: id autem de facili inducit votum captandæ mortis, iuxta illud, *Auri ſacra fames quid non mortalia pectora cogis.*

His tamen non obſtantibus in con-
4 trarium eſt communibus opinio, quam tenet Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 4. num. 19. cum plur. ſeq. & alii communiter. Probatur hæc ſententia primo ex iis, quæ ſupra adnotauimus, q. præcedenti, in qua probauimus, hunc contractum eſſe veram, & propriam ſocietatem: ſed ſocietas eſt contractus licitus, vt in l. 1. & toto tit. ff. & C. vbi Doctores communiter, pro Sot. lib. 6. de Iuſtit. & iur. q. 6. art. 1. in princ. Ergo ſocietas officiorum Rom. Curiæ eſt contractus iuſtus, ac licitus. Præterea ſocius ex pecunia in ſocietatem collata emit partem fructuum officii, ſuper quod imponitur ſocietas: a

Digitized by Google

emptionis,ſeu venditionis contractus eſt licitus; ergo ſocietas ipſa erit licita. Et
5 quamuis nullum habeat officium is, qui pecunias accipit; nihilominus ſatis eſt ſi illi accomodetur officium ab officiali:ſiquidem quilibet poteſt ſua bona vendere,ac obligare,vt alteri ſubueniat: & domino conſenſiente,valida eſt venditio rei alienæ, ſicut ſuper eadem cenſus conſtitutio,vt latè probauimus in noſtris commentar. in extrauag.Pij V. de cenſib.in proem. q. 25. num. 28. imò quòd ſocie-
6 tas ipſa contrahi poſsit ſuper re aliena, eſt tex.l.quod autem cum plur.ſeq.ff.pro ſoc. & expreſſe habetur ex deciſ. Rot. Rom.31.num.2.poſt Zacch.in ſuo tract. de ſociet.offic.in vna Romana ſocietatis, 9.Maij,1588.coram R.P.D.Gypſio: ergo etiam in caſu, de quo agitur, poteſt officialis, vt alteri ſubueniat ſuum officium obligare, & commodare. Rurſus periculum quod ſubiit pecuniam conferens in contractu ſocietatis, amittendi eam,ſi infra ſemeſtre moriatur, eſt pecunia æſtimabile, ergo pro tali periculo licitè incrementum aliquod percipi poteſt, atque adeò talis contractus licitus eſt. Denique probatur hæc eadem ſententia ex Bullis Leon.X.Paul. IV. & Pij IV.quas ſupra ante q.1. huius capitis ad verbum retulimus, in quibus præſcribitur forma huiuſmodi ſocietatibus, vt licitè contrahi poſsint, & hodie palam celebrantur, iuxta dictam conſtitutionẽ Pii IV.& conſuetam, formam inſtrumẽti ſupra q.3.relati: ergo hodiè de hac re amplius non eſt ambigendum.

Reſtat modo, vt contraria diluamus.

7 AD primum negatur antecedens: quoniam licèt quis ex tali ſocietate percipiat 12. pro quolibet centenario, ſingulis annis, non tamen dicitur percipere pecuniæ partum; ſed percipit penſionem ex locatione fructuum officii, quos locauit, vt patet ex illis inſtrumenti verbis, quod ſupra ad verbum retulimus d.q.3. *Et dictus Paulus conduxit ab eodem Petro ad rationem ſcutorum 12. &c.* quæ penſio, ſeu merces iuſta iudicatur ob incertitudinem fructuum officii, vt conſtat ex eodem inſtrumento, ibi, *quam partem propter incertitudinem fructuum dicti officii, &c.* Confirmatur, quoniam tunc quis diceretur velle partum ex pecunia, quando illud vellet ex pecunia ſibi ſalua, & quæ nulli periculo ſit expoſita:quoniam tunc eſſet intendere lucrum ex mutuo, quod eſt vſura:ſecus autem ſi lucrum quis vellet ex pecunia,quam periculo exponit eam amittendi,vt in caſu noſtro: ſiquidem id non prohibetur; eo quòd tunc diceretur lucrum intendere ex iuſto contractu, vt exemplum patet in emptione annui reditus ad vitam ad rationem 11. vel 12. pro centenario, qui licitus communiter iudicatur,vt habetur per Bald.conſ.154. lib.2. & ex aliis apud Caſtrac. de ſociet. offic cap.4.num.51.cum plur.ſeq.& nos latè in noſtris commentar. in extrauag. Pii V.de cenſib.in proem. q.28. concl.5. num.65.cum plur.ſeq.

Ad confirmationem dicitur, quòd
8 tex.in d.c. plerique loquitur de pecunia mutuata, à qua citra vſuram nihil expeti poteſt vltra ſortem,vt in c.conſuluit,de vſur.& propterea quidquid ei accedit, vſura eſt: at nos agimus de lucro, quòd iuſtè percipitur ex iuſto, ac licito ſocietatis contractu.

Ad tex. in d. l. fin. & ad alia iura re-
9 ſpondetur, quòd habent locum in pacto ſucceſsionis omnium bonorum: atque ideò pactum de ſuccedendo in alicuius hæreditate, cùm per illud de facili poſsit induci votum captandæ mortis, meritò reprobatur: at in caſu, de quo agitur, tractatur de diſpoſitione particulari, & propterea non damnatur, quamuis aliquo modo parere poſsit deſiderium captandæ mortis, vt per Alex. in d.l.ſtipulatio iſta num.4.& 14 ff.de verb. obligat.Pariſ.conſ.16.num.84. lib. 2. Dec. conſ. 225. ſub num. 4. & alios quos nos retulimus in noſtris commentar.in extrauag.Pii V.de cenſib. in proem. q.28. ſub num.72. Secundò reſpondetur, quòd illa iura locum ſibi vendicant, quando tale pactum apponitur ſimpliciter, & non ſeruantur debitæ circumſtantiæ,ſecus autem,debitis circumſtantiis ſeruatis; aliàs vſufructus nunquam poſſet cõſtitui, cùm finiatur,morte,vt in §.finitur, in Inſtit. de vſufr. ſic etiam ſubſtitutiones, & fideicommiſſa non ſubſiſterent, ſi ratio illa captandæ mortis indiſtinctè procederet, vt ex Pariſ.conſ.1.num.121.lib.3. Inter alias autem circumſtantias, quæ faciunt ceſſare timo-

Digitized by Google

timorem illum captandæ mortis ea eſt, quando de conſenſu dantis pecuniam fuit appoſitum tale pactum, vt habetur ex traditis ex Pariſ. eodem conſil. 26. num. 114. & ex dictis per nos d. q. 28. ſub num. 72. Præterea votũ captandæ mortis certum habetur in conſideratione: ſecus autem ſi tale votum eſſet incertum, & ſimpliciter præſumptum, quoniam de eo non debet haberi ratio: ſiquidem in dubio bonus exitus potius præſumendus eſt, quàm malus, l. merito, ff. pro ſoc. Vndè pactum de futura ſucceſsione
10 in multis caſibus tenet, vt per Guliel. in c. Raynuntius, num. 201. & 203. de teſtam. Et Papa ſicut poteſt dare ius ad beneficia, vacatura, vt in c. propoſuiſti, de conceſ. præben. & in c. ne captandæ, vbi Doctor. eod. tit. in 6. ita etiam permittere, vt huiuſmodi ſocietates contrahantur: & propterea eſtò, quòd de iure militet talis præſumptio; alio tamen iure ciuili, aut conſuetudine tolli poteſt, vt per Guliel. loco citato, num. 195. ſicut in caſu, de quo agitur fuit non ſolùm conſuetudine, ſed etiam à Rom. Pontifice ſublata per ſupra relatas conſtitutiones, quibus huiuſmodi ſocietates approbantur cum tali pacto, & in eis forma præſcribitur, vt ſupra diximus. Denique reſponderi poteſt, quòd votum, ac deſiderium alienæ mortis non prouenit ex natura huiuſmodi contractus ſocietatis, ſed ex accidenti, & ab extrinſeco, ex deprauata ſcilicet voluntate hominum, & propterea non attenditur, iuxta ea, quæ habentur ex Soc. in rub. de vſur. num. 103. verſ. Nec deprauata intẽtio, & Felic. de ſol. tom. 1. de centub. lib. 1. cap. 7. num. 19. ver. Ad quartum, quos nos retulimus in d. q. 28. num. 72. in fine: qua propter huiuſmodi vitium non eſt contractus, ſed contrahentium.

His igitur reiectis, firma remanet cõ-
11 cluſio, quòd licitæ, ac iuſtæ ſunt ſocietates ſuper officijs Romanæ Curiæ; dummodo debitæ concurrant conditiones, & licita adhibeantur pacta iuxta formam præſcriptam à Romanis Pontificibus traditam, præſertim à Pio IV. & ab Vrbis conſuetudine, de qua conſtat ex tenore ſupra relati inſtrumenti ad verbũ, q. 3. ex quorum Pontificum conſtitutionibus, & ex d. inſtrumenti tenore octo colligunt Doctores ad prædictas ſocietates coeundas neceſſaria, quæ retulimus d. q. 3. in fine, & ea omnia per ſuas quæſtiones quomodo vera ſint, declarabimus.

De prima conditione ad officiorum ſocietates requiſita; nempè, vt officiorum ſit, in quo ſocietas conſiſtat.

§. 1.

Circa conditionem hanc de non nullis difficultatibus eſt diſcutiendum qualitates officii, ſuper quo ſocietas eſt contrahenda concernentibus, & primo videndum eſt.

An ſocietas officiorum contrahi poſſit ſuper officijs Romanæ Curiæ dumtaxat, vel etiam ſuper alijs officijs extra Vrbem.

Q. I.

SVMMARIVM.

1 *Societas officiorum per conſtit. Pauli IV. prohibetur contrahi in aliis officiis; quam Rom. Curiæ.*

2 *Societas officiorum hodie poteſt contrahi tam ſuper officiis Rom. Curiæ, quàm in aliis.*

3 *Paulina conſtitutio de ſociet. offic. fuit penitus abrogata per Pianam.*

4 *Paulina conſtitutio qualiter declaret, ſocietates officiorum iniuſtas, ſi fiant ſuper aliis, quàm Rom. Curiæ officiis.*

1 IN hac re pars negatiua videtur tenẽda. Probatur ex conſtitutione Paul. IV. quam ſupra ad verbum retulimus ante q. 1. expreſsè prohibente, huiuſmodi ſocietates contrahi ſuper aliis, quàm ſuper officiis Romanæ Curiæ eaſdemque illicitas, iniuſtas, & vſurarias declarante, his verbis, *Per præſentes decernimus,*

mus, ac declaramus, omnes, & ſingulas ſo-cietates ad rationem certæ, ac determinatæ ſummæ, quolibet menſe, vel anno, aut alio ſtatuto tempore ſoluenda, etiam ſub peri-culo mortis alicuius, alias quàm ſuper offi-cii præfatæ Curiæ de cætero faciendas illi-citas, & iniuſtas fore, & vſurariam prauitatem continere, & ex eis alicui ius, aut actionem acquiri non poſſe. Hanc ſententiam videtur tenere Zacch. in ſuo tract. de ſociet. officior. in prin. dum ait, quòd ſocietas officii denominationem recipit ab eo, quòd contrahitur ſuper officio, & illa propriè eſt, quæ fit ſuper officiis Romanæ Curiæ: ergo ſocietates, quæ contrahuntur ſuper officiis extra Roman. Curiam exiſtentibus, non ſunt propriè ſocietates officiorum.

His tamen non obſtantibus contrari-
2 am ſententiam arbitror de iure veriorē
eſſe. Etenim quamuis Leonina, & Piana conſtitutiones, quas ſupra ad verbum retulimus ante q. 1. præſcribant formam ſocietatibus, quæ fiunt ſuper officiis Romanæ Curiæ; quæ propter illas approbare cenſeantur; nihilominus non damnant, nec prohibent ſocietates contrahi ſuper aliis officiis, quæ ad Rom. Curiam, & ad S. Apoſtolicam non ſpectant. ergo tacitè cenſentur permiſſæ ſocietates ſuper aliis officiis, etiam ſi non ſint Rom. Curiæ: ſiquidem omnia cenſentur permiſſa, niſi prohibita reperiantur, vt in l. nec non, §. quod eis, ff. ex quib. cauſ. maior. l. 1. §. adhiberi, ff. de teſtam. & nos adnotauimus in noſtris Comment. in extrauag. Pij V. de cenſib. §. 1. q. 3. num.
4. Confirmatur, quia quòd ſocietas contrahatur ſuper officiis Romanæ Curiæ non pertinet ad intrinſecam rationem contractus ſocietatis officiorum: & propterea Tol. in ſua ſum. lib. 5. cap. 40. verſ. Prima eſt, inquit, forſan poſſe, huiuſmodi ſocietates contrahi ſuper alia officia Regalia, niſi per Papam prohibitum eſſet.

Nec obſtat quòd per dictam Paulinā
3 expreſsè prohibetur huiuſmodi ſocieta-
tes contrahi ſuper aliis, quàm Romanæ Curiæ officiis; quia d. Paulina fuit per Pianam conſtitutionem omnino irritata, quam ad verbum ſupra retulimus ante q. 1. his verbis, *Motu ſimili ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ auctoritatis plenitudine, dictam conſtitutionem per dictum Paul. IV. vt præmittitur, factam cum omnibus in ea appoſitis clauſulis, cuius tenorem, ac ſi de verbo ad verbum inſereretur pro expreſſis haberi volumus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac pro caſſatis, irritis, & annullatis haberi volumus, illamque viribus tempore futuro penitus euacuamus, &c.*

Et ſi dicatur, quod Paulina conſtitu-
4 tio non ſolùm decernit, ſed etiam decla-
rat iniuſtas, & vſurarias ſocietates huiuſmodi ſuper aliis, quàm ſuper officiis Romanæ Curiæ, vt patet ex illis eiuſdem Paulinæ verbis, *decernimus, ac declaramus.* qua propter ſocietates prædictæ non ſunt malæ, quia prohibitæ; ſed ſunt prohibitæ, quia malæ, ac tāquam intrinſecam, & ex obiecto malitiam continentes, ſicut ipſa vſura continet, vt in c. ſuper eo, de vſur. Tunc reſpondemus, quòd Romanus Pontifex per illa verba noluit declarare prædictas ſocietates iniuſtas, & vſuram continentes verè, ac propriè, ſed tantum præſumptiuè, quia non poteſt aſsignari diuerſitatis ratio, cur ſocietates ſuper officiis Romanæ Curiæ cum debitis circumſtantiis contractæ ſint iuſtæ, & vſuram non contineant: & ſocietates ſuper aliis officiis quàm ipſius Rom. Curiæ ſint iniuſtæ, & vſurariæ. cum igitur in eis militet eadem ratio, in eiſdem quoque militare debet eadem iuris diſpoſitio. l. illud, ff ad leg. Aquil. Eſt tamen verū quod in Vrbe cùm ex cōmuni conſuetudine non celebrentur huiuſmodi ſocietates, niſi ſuper officiis Romanæ Curiæ puto dictæ conſuetudini eſſe ſtandum, cùm ſit rationabilis, & præſcripta, c. fin. & ibi Doctor. de conſue. An autem inſpecta natura harum ſocietatum poſsint contrahi tantum ſuper officiis vacabilibus, vel etiam non vacabilibus, q. ſeq. diſcutiemus.

An officium, ſuper quo contrahitur ſocietas debeat eſſe vacabile, vel poſſit eſſe quoque non vacabile.

Q. II.

SVMMARIVM.

1 *Contrahi ſocietas ſuper officiis non vacabilibus non eſt intrinſecè, & ex obie-*

cto à

Digitized by Google

& non malum.

2 *Deciſio Rotæ refertur, qua fuit deciſum, validam eſſe ſocietatem initam ſuper officiis non vacabilibus.*

3 *Societates ſuper officiis non vacabilibus ſuſtineri poſſe in vim cenſus vitalitii, aut contractus ſponſionis, qui velint.*

4 *Societates officiorum non poſſunt contrahi ſuper officiis non vacabilibus, ſed ſuper vacabilibus dumtaxat.*

5 *Fructus rerum non vacabilium præſumuntur reddere ad rationem quinque tantùm pro centenario:*

6 *Societas ſuper officiis non vacabilibus non valet, etiam ſi aliquando officia reddant ad rationem 12.*

7 *Decretum irritans dicitur dare certam formam.*

8 *Societates officiorũ ex communi Romanæ Curiæ obſeruantia omnes contrahuntur ſuper officiis vacabilibus.*

9 *Periculum cum periculo compenſatur in ſocietatibus officiorum.*

10 *Societatum officiorum attenta natura nõ repugnat, quin poſſint contrahi ſuper officiis non vacabilibus.*

11 *Societas officiorum ad rationem 12. cur prohibeatur ſuper officio non vacabili.*

12 *Deciſio Rotæ Romanæ per quam permittitur ſocietas ſuper officiis non vacabilibus qualiter ſit intelligenda.*

13 *Societas officiorum non poteſt ſuſtineri vltra valorem officiis propter ſolum periculum eius, qui dat pecuniam.*

14 *Eadem eſt ratio totius, & partis.*

15 *Societas officiorum vltra valorem officii non poteſt ſuſtineri vt cenſus vitalitius.*

16 *Pecunia datur in cenſu vitalitio, vt perpetuò ſit apud recipientem.*

17 *Societas vltra valorem officii cur ſuſtineri non valet in vim ſponſionis.*

IN hac difficultate videtur prima frõte pro parte affirmatiua reſpondendum eſſe; atque adeò ſocietates officiorum contrahi poſſe non ſolum ſuper officijs vacabilibus; ſed etiam ſuper officijs Romanæ Curiæ, quæ vacabilia non ſunt. Probatur primò, quia ſi prohibitæ eſſent ſocietates contrahi ſuper officiis non vacabilibus, id eſſet quoniam lege aliqua ciuili, aut Eccleſiaſtica eſſent prohibitæ: vel male eſſent intrinſecè, ac ex natura rei. Id autem neutro modo dici poteſt: ergo, &c. Maior patet. Probatur minor quoad primam partem; quia ſi lege aliqua eſſent prohibitæ, proculdubio eſſent per Conſtitutiones Leon. X. Paul. IV. & Pij IV. quas ſupra ad verbum retulimus ante 1. q. Etenim ius commune, & Doctores antiqui harum ſocietatum non meminerunt; ſed ſuper illis præfati Rom. Pontifices dumtaxat ſtatuerunt, vt d. q. 1. oſtendimus, & per dictos Pontifices nõ prohibetur, ſocietates huiuſmodi contrahi ſuper officijs non vacabilibus; vt in ſupradictis conſtitutionibus patet. Et quamuis diſponant ſuper ſocietatibus, quæ tunc temporis fiebant ſuper officijs vacabilibus; non tamen ob id prohiberi cenſentur ſocietates contrahi ſuper officijs non vacabilibus. Imò Paul. IV. in ſupra relata conſtitutione ſimpliciter concedit facultatem coeundi ſocietates ſuper officijs Rom. Curiæ, nec diſtinguit inter officia vacabilia, & non vacabilia, vt conſtat ex illis verbis d. conſtit. *Declarantes omnes, & ſingulas ſocietates ad rationem certæ, & determinatæ pecuniarum ſummæ quolibet menſe, vel anno, aut alio ſtatuto tempore ſoluendæ, etiam ſub periculo mortis alicuius, aliàs quam ſuper officiis præfatæ Curiæ de cætero faciendas, illicitas, &c.* ergo nec nos diſtinguere debemus, ar. tex. in l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. & l. de pretio, ff. de publ. in rem action. Probatur quoque minor quoad ſecundam partem, quoniam non poteſt aſſignari diuerſitatis ratio, cur intrinſecè malę ſint ſocietates ſuper officijs non vacabilibus, & iuſtè fiant ſuper officijs vacabilibus: poſtquam nos ſupponimus, nullam earum contrahi ſupra valorem officij, omnes ad rationem 12. pro ſingulis centũ: & omnes dantes pecunias exponi periculo amittendi eas ſi infra tempus ſocietatis initæ decedant. Poſſunt igitur ſocietates officiorum coiri tàm ſuper officijs Rom. Curiæ vacabilibus, quàm nõ vacabilibus.

Confirmatur hæc ſententia ex Rota Romana in cauſa Forolin. ſocietaeis 2. 2 Decembr. 1583. de qua in Deciſionibus Diuerſorum, deciſ. 763. p. 1. vbi fuit deciſum, validam fuiſſe ſocietatem contractam ſuper officio non vacabili.

Denique huiuſmodi ſocietates propter periculum vitæ dantis pecuniam 3 poſſunt ſuſtineri ſaltem in vim cenſus vitalitij, aut contractus ſponſionis, iuxta ea, quæ habentur ex Nauar. conſ. 25. de vſur. num. 2. & 3. Azor. p. 3. inſt. moral. lib.

ral. lib. 9. de ſociet. cap. 8. q. 4. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 3. num. 113. & aliorum: ergo ſuper officijs non vacabilibus licitè contrahi poſſunt.

His tamē nō obſtātibus in contrariū eſt communis ſententia, ſecundum quā
4 pluries fuit deciſum per Rotam Rom. deciſ. 48. poſt tract. Zacch. de ſociet. offic. impreſſa, in vna Foroliu. ſocietatis, 13. Ianuar. 1614. coram Reuerendiſsimo Damaſceno, & deciſ. 61. poſt eiuſdem Zacch. tract. in vna Romana ſocietatis officiorum, 14. Ianu. 1613. coram Cardinali Pamphilio. Fuit inquā per Rotam Romanam reſolutum non poſſe contrahi ſocietatem officij, niſi ſuper officio vacabili; non autem ſuper officio non vacabili. Fuerunt moti Domini ad id decidēdū, primò, quia huiuſmodi contractus de iure communi non poſſunt ſuſtineri ſuper officijs nō vacabilibus; quoniam fructus rerum non vacabilium, præſumuntur reddere ad rationem quinque tantùm pro centenario: ſiquidem præſumuntur æquare ſortem in 20. annis, vt eſt tex. in auth. de non alien. §. ſi verò alicuius, Gloſ. in auth. perpetua, verſ. iuxta, C. de Sacroſ. Eccleſ. Iaſ. in l. ſi fundum per fideicommiſſum, num. 5. ff. de legat. 1. Rom. conſ. 369. num. 9. verſ. ſecundo, Afflict. deciſ. 284. in fine, Natt. conſil. 498. num. 10. Crau. conſ. 189. num. 6. & alii. ergo non poteſt contrahi ſocietas ſuper huiuſmodi officijs non vacabilibus ad rationem 12. pro centum: aliàs ſocietas à quinque vſque ad 12. eſſet conſtituta citra fundamentum rei aptæ producere fructus, atque adeò eſſet ex cauſa fœnoris, quod omni iure prohibetur.

Imò ſi daretur, quòd aliquod officium non vacabile redderet fructus ad
6 rationem 12. pro ſingulis centum adhuc tamen ſocietas ſuper eo non ſuſtineretur, tum quia id eſſet per accidens, vel ratione exercitij, cùm regulariter officia non vacabilia non reddant, niſi quinque, vel ſex pro quolibet centenario: tum etiam, quia dato, & non conceſſo, quòd officia non vacabilia, & perpetua redderent 12. pro centum; in eis tamen ceſſaret compenſatio periculi vitæ inter officialem, & eum, qui dat pecunias: quæ compenſatio requiritur ad validitatem ſocietatis, vt patet ex d. deciſ. 61. ſub num. 10, 13. & 14. & melius ex d. deciſ. 48. num. 20. & 21. Etenim officialis ex re participata perciperet æquales fructus, & non ſubiret periculum amiſsionis capitalis, ſicut ſocius: quod genus ſocietatis, quòd capitale ſit ſaluū eſt omninò damnatum, l. ſi non fuerint, ff. pro ſoc. l. 1. vbi Bald. & alij, C. eod. Panor. in c. nauiganti, num. 10. de vſur.

Secundò hanc eandem ſententiam
7 confirmant Domini ex conſtitutionibus Leon. X. & Paul. IV. à nobis ad verbum ſupra relatis ante q. 1. quas interpretati ſunt velle, quod officia, ſuper quibus cōtrahuntur huiuſmodi ſocietates ſint vacabilia, vt in cauſa Romana ſocietatis officii 1. Iulii 1596. coram b. m. Pacen. & in cauſa Foroliuien. ſocietatis, 25. Febr. 1611. coram Cardinali Lancelotto. Vndè cùm dictæ conſtitutiones habeant decretum irritans, dicuntur dare certam formam, vt fuit reſolutum in cauſa Veron. Monaſterij 18. Martii 1575. relata in d. deciſ. Diuerſ. deciſ. 215. num. 7. par. 1. qua non ſeruata, ſocietates ſunt nullius momenti iuxta ea, quæ habentur ex Bald. conſ. 351. num. 9. lib. 5. & Dec. conſ. 532. num. 4.

Tertiò hæc eadem ſententia proba-
8 tur ex communi Rom. Curiæ obſeruantia, in qua omnes ſocietates contrahuntur ſuper officiis vacabilibus tantùm, quæ per obitum vacant, non autem ſuper officiis non vacabilibus, vt teſtatur Rota d. deciſ. 61. num. 4. cum plur. ſeq. at conſuetudo eſt optima legum interpres, l. ſi de interpretatione, ff. de leg. Aym. conſ. 201. num. 3. & ideò ſecundum huiuſmodi obſeruantiam, ac conſuetudinem intelligendæ ſunt dictæ conſtitutiones Leon. X. Paul. IV. & Pii IV.

Denique probatur hæc ipſa opinio;
9 quoniam huiuſmodi ſocietas ſuper officiis contrahuntur ea lege, vt ſi qui dat pecunias moriatur intra ſemeſtre, amittat pecunias: ergo, vt æqualitas ſeruetur, omnino præſupponunt, quòd officium ſit vacabile per mortem officialis, vt periculum inter ſocios ſit commune. Etenim de iure officium deberet perire communi periculo cum ſit capitale: verùm pro maiori contrahentium commoditate periculum ſocietatis inter ſocios communicatur: nam ſi officialis moritur, officium amittit: & è contra, ſi moritur ille, qui dat pecunias amittit ſuum capitale, & ſic periculum cum pe-

riculo

riculo compenſatur. Etenim qui dat pecunias quia ſubit periculum amiſsionis illarum, ſi officialis nõ exponeretur periculo amiſsionis officii, nõ daretur æqualitas inter ſocios contra naturam ſocietatis, vt l. ſi non fuerit, in prin. ff. pro ſoc. & in ſpecie Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 4. num. 14. Zacch. eod. tract. à num. 32. ad 35. & alii relati in d. deciſ. 61. num. 8. 9. & 10. Ex dictis igitur patet ſocietates, de quibus agitur, non poſſe contrahi niſi ſuper officiis Romanæ Curiæ, quæ officia debeant eſſe vacabilia.

Eſt tamen verum, quòd licèt, inſpectis
10 Pontificiis conſtitutionibus, & Vrbis conſuetudine, ac obſeruantia, quarum vigore ſocietates prædictæ non poſſunt coiri niſi ſuper officiis Rom. Curiæ: & quæ ſint vacabilia; nihilominus, attenta natura harum ſocietatum, puto non repugnare, quin contrahi poſsint ſuper aliis officiis, quàm Romanæ Curiæ, & ſuper officiis, quæ vacabilia non ſint, cum omnibus conditionibus, & pactis, quæ hodie fiunt in ſocietatibus ſuper officiis vacabilibus Romanæ Curiæ; dummodo per mortem officialis, qui recepit à ſocio pecunias, ipſe ſocius eas non perdat, ſed ei reſtituantur à ſuccedente in officio, vel à quocunque alio nomine officialis præmortui: & quòd fructus ſoluantur ei, qui dedit pecunias prout officium ipſum fructificat, ita vt ſi officium reddat ad rationem ſex rantũ, non dentur niſi ſex, & non 12. Etenim his caſibus ceſſant rationes, quas ſupra attulimus pro confirmatione ſupradictæ ſententiæ, quam nos ſequimur.

Reſtat modo, vt ad contraria reſpondeamus.

11 AD primum patet reſponſio ex dictis: eſt enim prohibita ſocietas ſuper officiis non vacantibus ad rationem 12. pro centenario tum ex Pontificiis conſtitutionibus, tum etiam inſpecta natura ſocietatis, in qua non ſeruaretur æqualitas, quia officialis non exponeretur periculo amittendi officium, & dans pecunias exponeretur periculo amittendi eas, ſi infra tempus ſocietatis moreretur: tum quoque, quoniã officia non vacabilia ad ſummum vix reddunt ſex pro ſingulis 100. & ſocius percipetet fructus ad rationem 12. quod eſſet vſura

Ad ſecundum ex deciſ. 763. p. 1. Di-
12 uerſ. reſpondetur, quòd deciſio illa non loquitur de ſocietate inita ad rationem 12. pro centenario cum compenſatione periculi vitæ, vt in caſu, de quo agitur; ſed de ſocietate, in qua fit communicatio dominii officii cum participatione damni, & lucri: hanc autem ſocietatem non negamus fieri poſſe ſuper officijs vacabilibus, vt rectè reſpondet Rota in d. deciſ. 61. num. 13.

Ad tertium negamus antecedẽs quo-
13 ad omnes eius partes. Siquidem quoad primam partem dicemus, quod ſocietas non poteſt quoad illud plus ſuſtineri propter ſolum periculum eius, qui dat pecuniam: quoniam ſicut non licet ſimpliciter conſtituere ſocietatem ſuper ſolo periculo vitę: aliàs deficere ſubiectum, ſi non conſtitueretur quoque ſuper officio; ita nec conuenit ſocietatem contrahere, cuius pars ſtet ſuper ſolo periculo
14 vitæ, cùm eadem ſit ratio totius, & partis, l. quæ de tota, ff. de rei vend. c. paſtoralis, & ibi Gloſ. §. 1. in ver. citationis, ff. de offic. deleg. Etenim nec in officijs pars fructuum ſoluitur ſocio pro ſolo periculo vitæ; ſed ſoluitur etiam ex eo quòd ita officia conſueuerunt reddere: verùm quia aliquando plures, aliquando pauciores reddunt, reduxerunt ad rationem 12. pro quolibet centenario ad euitandam moleſtiam computorum, vt patet ex forma inſtrumenti, quod ſuper huiuſmodi ſocietatibus in Vrbe celebratur, quod ſupra retulimus, q. 3. vt rectè declarat d. deciſ. 48. poſt tract. Zacch. de ſociet. offic. à num. 3. ad 14.

Quoad ſecundam partem anteceden-
15 tis dicimus pariter, huiuſmodi contractum non poſſe ſuſtineri tanquam cenſum vitalitium: quia in cenſu vitalitio datur pecunia, vt perpetuò ſit apud re-
16 cipientem, cum talis contractus ſit emptionis, ac venditionis, & ius exigendi cenſum ſit res empta, vt in l. ex empto in prin. ff. de action. empt. atque adeò concurrunt res, pretium, & conſenſus, quæ ſunt ſubſtantialia contractus emptionis, & venditionis, iuxta Gloſ. in l. pacta conuenta, in ver. exceptio, ff. de contrah. empt. & nos latè adnotauimus in noſtris commentar. in extrauag. Pij V. de cenſib. in proem. q. 28. num. 70. 71. 73. & 79. At in huiuſmodi ſocietate ad ſex menſes, pretium non fit recipientis; ſed remanet

net

net ſoluentis ſolo periculo amiſsionis in caſu mortis, ita vt poſsit illud repetere, finita ſocietate, vt rectè declaratur in d.deciſ.48.num.14.cum plur.ſeq.

Denique quoad vltimam partem an-
17 tecedentis reſpondetur pariter, dictum contractũ nõ poſſe ſuſtineri in vim ſponſionis;quoniam in ſponſione ſolus euentus conditionis habetur pro cauſa obligationis,l.à Titio,ff. de verb. obligat. & propterea ſecundum huiuſmodi contractum pecunia amittenda propter euentum mortis non eſſet danda ab initio, ſed deberet quis recipere pretium ſponſionis puta ſcuta 12. & ſe obligare ad 100.in caſu mortis: aliàs ſi ab initio darentur 100. pro 12.contractus eſſet mutuum vſurarium, vt habetur in d. deciſ. 48.ſub num.17.& d.deciſ.61. quod quidem an omnino ſit verum, latius, Deo duce,infra dicemus, q. 15.vbi de hac re latius diſcutiemus.

An ſocietas contrahi poſsit nõ ſolùm ſuper officio empto; ſed etiam ſuper officio emendo. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Societas contrahi poteſt non ſolum ſuper officio empto, ſed etiam emendo.*
2 *Societas de futura hæreditate contrahi poteſt.*
3 *Societatem contrahens de emendo officio, ſi ſocietati renunciauerit,vt ſolus emat, tenetur ſocio quanti eius intereſt.*

AD hanc quæſtionem reſpondetur breuiter affirmatiuè, vt habetur
1 ex Boccac.de ſoc.offic.num. 16. & 213. Caſtrac. eod. tract. cap. 5.num. 3. Zacch. eod. quoque tract. num. 23. Puteu. deciſ. 67. lib. 3.Rota in Rom. ſocietate, 9. Maij, 1588. coram Gypſio, quæ eſt impreſſa poſt d.tract.& eſt 31. in ordine ſub num. 6. pro qua re allegant tex. in l. ſi fratres,§. ſi quis ſocietatem, l.actione §. item ſi ſocietatem, & l. cum ſocietas, ff. pro Soc. quibus adde quæ ſupra adnotauimus, q. 2.

Confirmatur; quia poteſt contrahi ſocietas de futura hæreditate, l. 3, §. de
2 illa, ff. eod. tit. ſupra citato & l. ſi margarita, latè Soc in l. ſi paſcenda, circa fin. C. de pact. ergo multo magis poteſt contrahi ſocietas ſuper officio emendo, quod eſt in rerum natura;quamuis futurum ſit in eo,à quo eſt emendum. Vndè ſi officialis officium emerit cum pecunia accepta in ſocietate, valet ſocietas ſic contractu, & fideiuſſores ſic præſtiti tenentur danti pecunias: & diſſoluta, ſeu ſoluta ſocietate, fideiuſſores dati, remanent obligati, vt ex Put.d.deciſ.67. Boccac.d. num. 213. & Zacch. loco citato, num.24. & ſeq. qui tamen id verum eſſe dicunt, ſi officium poſtea ematur; aliàs fructus non poſſent exigi,& ſoluti repetuntur,ar.tex.in c. debitores, de iureiur.

Illud autem in hac re eſt adnot. quòd
3 ſi quis poſt contractam ſocietatem de emendo officio, ſolus velit eum emere, & ſocietati renunciauerit, vt ſolus emeret, teneretur ſocio quanti eis intereſt: ſecus autem ſi ſocietati renunciauerit; quia emptio ſibi diſplicebat: nam tunc non tenetur,vt colligitur ex d.l.actione, §.item ſi ſocietatem, ff. pro ſoc. his verbis, *Item ſi ſocietatem ineamus ad aliquã rem emendam, deinde ſolus volueris eam emere: ideoque renunciaueris ſocietati, vt ſolus emeres,teneberis quanti intereſt mea: ſed ſi ideò renunciaueris: quia emptio tibi diſplicebat, non teneberis, quamuis ego emero; quia hic nulla fraus eſt.* Ex dictis igitur patet, quòd ſocietas officiorum contrahi poteſt non ſolùm poſt emptum officium, & in ipſa officij emptione, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, q. 2. ſed etiam huiuſmodi ſocietas coiri poteſt ante officij emptionem.

An ſocietas contrahi poſſit ſuper fructibus tantùm officij,non autem ſuper officio,& eiuſdem titulo? Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Societas non valet conſiſtere ſine ſubiecto.*

2 *Societas non contrahitur ſuper fructibus officij, ſed ſuper ipſo officio.*
3 *Piana conſtitutio officiali tantùm permittit contrahere ſocietatem ſuper eius officio.*
4 *Pater emens officium in perſona, & ad vitam filij, reſeruato ſibi vſufructu, poteſt ſocietatem ſuper eo contrahere.*
5 *Societas in communi poteſt contrahi ſuper fructibus abſque re principali.*
6 *Societas poteſt contrahi tam in fundo, quàm in fructibus fundi, & in eorum altero.*
7 *Argumentum de acceſſorio ad principale non procedit, quando militat diuerſa ratio.*
8 *Officialis, qui pleno iure poſſidet officium non dicitur contrahere ſocietatem ſuper titulo officij, ſed ſuper fructibus eius.*
9 *Officii fructus ſunt fundamentum ad ſocietatem contrahendam.*

AD explicationem tituli quæſtionis huius poteſt figurari caſus in Patre, qui emit officium in perſona, & ad vitam filij; reſeruato tamen ſibi vſufructu dicti officij ſua vita durante: quæritur igitur, an ipſe pater vſufructuarius ſuper dictis fructibus poſsit ſocietatem coire, admittendo vnum, vel plures ad ſocietatem in dictis fructibus, & præſtãdo fideiuſſores in forma.

In hac re videtur prima fronte nega-
1 tiuè reſpondendum eſſe; atque adeò non poſſe patrem contrahere ſocietatem ſuper huiſmodi officij fructibus. Probatur primò, quia inter aliàs conditiones, quæ ad officiorum ſocietates exiguntur, prima, & præcipua eſt, vt exter officium Rom. Curiæ, ſuper quo ſocietas contrahatur: ſed in caſu, de quo agitur, non extat officium: quia pater eſt tantùm reſeruatarius fructuum officij, non autem officialis; ergo ſuper fructibus non poteſt ſocietatem coire: quoniam hoc caſu deeſſet ſubiectum, ſeu fundamentum ſocietatis: ſiquidem pater non habet officium, ſed tantùm fructus officij.

Cõfirmatur, quia ſocietas officiorum
2 non contrahitur ſuper fructibus officij, ſed ſuper ipſo officio, ad cuius partem admittitur, qui dat pecunias, & ad euitandam fructuum liquidationem permittitur taxatio ad certam quantitatẽ, vt fuit deciſum per Rotam Rom. in vna Romana fructuum ſocietatum. 20. Octobr. 1595. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. impreſſa, quæ deciſio eſt 38. ſub num. 3. his verbis, *Præterea ſocietas non contrahitur ſuper fructibus, ſed ſuper officio, ad cuius partem admittitur quidat pecunias, & ad euitandam fructuum liquidationem permittitur taxatio ad certam quantitatem.* Ergo pater ſuper fructibus tantùm officij ſocietatem coire non poteſt.

Denique hæc ipſa ſententia probatur
3 ex Bulla Pij IV. quæ officiali tantùm permittit ſocietatem contrahere, vt clarè colligitur ex ea in illis verbis, *Quòd de cætero ipſis officialibus, ſuper tamen eorum officii ſocietates, &c.* & habetur ex Gabr. conſ. 63. num. 5. lib. 2. quia officialis ad validitatem huiuſmodi ſocietatũ debet ſubire periculum amiſsionis officij; ſicut dans pecunias exponitur periculo amittendi eas, ſi moriatur durante ſocietate: & hoc ideò. quia ſecundum naturam ſocietatis officium deberet perire communi periculo; ſed pro maiori contrahentium commoditate periculum officij compenſatur cum periculo amittendi pecuniam, & ſic periculum cum periculo compenſatur, vt rectè declarat Leonel. ſuper d. Bull. Pij IV. in prin. v erſ. ſeptimum, & Gloſ. 11. verſ. Naturam. Caſtr. de ſociet. offic. cap. 9. num. 8. 12. & 14. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 2. num. 17. at pater vſufructuarius in caſu, de quo agitur, officium non habet; & propterea illud amittere non poteſt: non ergo poteſt ſuper fructibus officij contrahere ſocietatem.

His tamen non obſtantibus, contrariã
4 ſententiam puto veriorem eſſe, quam tenet Zacch. in ſuo tract. de ſociet. offic. num. 35. & 36. Probatur hæc opinio primò: quia ſocietas in communi poteſt
5 contrahi ſuper fructibus abſque re principali, Dec. in l. ſi paſcenda num. 13. C. de pact. Alex. conſ. 491. lib. 1. & latè Felic. de ſociet. cap. 9. num. 17. & 48. cum alijs, quos allegat: & propterea contrahi poteſt tam in fructibus fundi, & fundo
6 ſimul; quàm in eorum altero; ſicut rectè contrahitur ſocietas ſuper vacca, & fructibus illius, & in vacca tantùm, aut in fructibus ipſius dumtaxat, vt ſupra adnotauimus cap. 5. q. 6. & 7.

Non obſtat ſi dicatur, quòd ſocietas non poteſt cõtrahi ſuper fructibus quin
7 contrahatur in re principali, cum fructus ſint acceſſorij, & acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis; quoniam reſpondetur, principale eſſe, quòd ſocie-

tas contrahatur ſuper fructibus. & accidentale eſſe, quòd res principalis tradatur abſque communione, vt rectè reſpondet Dec. loco citato,: & argumentum de acceſſorio ad principale non procedit, quando in acceſſorio adeſt diuerſa ratio, l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verb. oblig. & Dec. in d. l. ſi paſcenda, num. 13. *C.* de pact. Si igitur ſocietas, vt ſic poteſt coiri in fructibus, & non in re principali: ergo idem dicendum eſt in ſocietate officiorum, vt coiri poſſit in officij fructibus dumtaxat, & non in officio; quia quod competit generi, competit etiam ſpeciebus eius.

Confirmatur hæc concluſio; quia ſi formula contractus huiuſmodi ſocieta-
8 tum rectè perpendatur, officialis, qui pleno iure poſſidet officium non dicitur contrahere ſocietatem ſuper titulo officij; ſed tantùm ſuper eius fructibus, vt patet ex illis verbis inſtrumenti, quod ſupra retulimus ad verbum, q. 3. *Et ſacere participem dictum Paulum ſuper fructibus ordinariis dicti officii, &c.* Et id apertè docet Boccac. de ſociet. offic. num. 206. & alij, quos refert Zacch. eod. tract. num. 28. Imò ita in terminis fuit deciſum per Rotam Romanam in Romana ſocietatis, 13. Ianuar. 1595. corã b. m. Penia. deciſ. 32. poſt d. Zacch. tract. cuius tenor eſt, qui ſequitur.

Laurentius Quintus reſeruatarius Officij militis Pij ſocietatem ſcutorum centum inierat ſuper dicto officio cum Franciſco Ricchetto, qui ſcuta centum Laurentio dederat. Franciſcus verò declarauit pecunias dare ſuper periculo vitæ Horatii Ricchetti eius filij cum ſolita clauſula, quòd Horatio moriente morte naturali, & non violenta, Laurentius eas pecunias lucraretur. Sed quoniam Laurentius prætendebat per mortem Horatij in flumine Tiberino ſubmerſi lucriſeciſſe prædicta centum: contra verò Franciſcus ſibi deberi dicebat ex eo potiſſimum, quòd ab initio ſocietas non potuerat validè contrahi cum Laurẽtio officij reſeruatario; ſed oportebat illam contraxiſſe cum Paulo Laurentii filio, qui de prædicto officiò fuerat prouiſus, iuxta conſtitutionem ſelic. recor. Pii IV. qua cautum eſt ſocietates contrahendas per Dominos officiorum, non autem per reſeruatarios. Ideò vtraque parte informante, quia vtraque iudicio Rotæ ſtare promiſerat, dubitaui, an ſocietas prædicto modo contracta fuiſſet valida nec ne? Et Domini, omiſſa illa inſpectione de morte Horatii, de qua ſi neceſſe eſſet, poterat particulariter videri, cenſuerunt, ſocietatem fuiſſe validam; cum ſocietates iſtæ contrahi ſoleant ſuper fructibus officiorum, & non ſuper nudo titulo, ac de iure iniri poſſit. Petr. de Vbald. tract. de duob. fratrib. p. 3. num. 25. & ſocii admittantur ad participationem fructuum, non autem tituli, vt patet ex formula inſtrumenti ſocietatis, & fructus ipſi, non officia, aut tituli officiorum ſine ſpeciali Principis licentia ſint in commercio ad inſtar feudorum, & emphyteuſis. Ruin. conſ. 176. num. 13. lib. 1. Grat. conſ. 22. num. 3. lib. 1. Tiraq. de retrac. Lignag. §. 1. Gloſ. 7. num. 47. ſatis apparebat de validitate ſocietatis. Negari enim non poterat adeſſe ſubſtantiam, ſiue fundamentum, aut materiam ad ſocietatem contrahendam, nempe fructus officii, & partium conſenſum, & præſertim Laurentii reſeruatarij, qui vigore reſeruationis ampliſſimam habebat facultatem diſponendi de fructibus officii, ex quibus conſequenter poterat induci ſocietas legitimè, Bald. in l. 2. num. 3. C. de contrah. empt. Quibus non obſtat Gabr. conſ. 63. num. 5. lib. 2. aut Pii IV. aliorumque Pontificum conſtitutiones: intelliguntur enim, vel quando non adeſt officii fundamentum, vel fructus, ſuper quibus ſocietas contrahi poſſit: ſecus autem vbi re vera adſunt fructus, ſuper quibus poteſt aſſumi ſocius: quinimò ſi reſeruatarius vellet vendere officium, poteſt titularis propter decrètum apponi ſolitum compelli ad conſentiendum. Prædictis etiam addebant in aſſumptione ſocii non præiudicari officio; ſed ſolùm obligari fructus pro illa portione, pro qua ſocius admittitur, quod eſt maximè iuri conforme. Atque ex his cenſebant Domini multo minorem eſſe difficultatem in hoc caſu; quoniam ſi ſocietas contraheretur ab illo, qui ſolum officii titulum habet, & nihilominus in eo tenuerunt ſocietatem valere in vna Romana ſocietatis coram R.P.D. meo Gypſio, die 9. Maii 1581.

Reſtat modo, vt ad contraria quæ ſupra adduximus, reſpondeamus.

AD primum negatur conſequentia, & ad probationem dicimus, quod hoc

9 hoc caſu adeſt ſocietatis ſubiectum, ſeù fundamentum, & materia ad illam contrahendam; nempè fructus officii, & partium conſenſus, cùm ſocietates huiuſmodi conſtituantur ſuper fructibus officij non autem ſuper officio, vt ſeq. q. oſtendemus. Vndè non obeſt, quòd nō contraxit officialis; ſed Pater, qui non habet officium; quoniam ſatis eſt, quòd pater, qui non habet officium ſit reſeruatarius fructuum, ſuper quibus ſocietas contrahi poſſit, & poſſet aſſumi ſocius.

Ad confirmationem dicitur, quòd licèt ſocietas ab officiali dicatur contrahi ſuper officio; non tamen contrahitur ſuper titulo officij, ſed ita contrahitur ſuper officio, vt fructus tantùm communicentur, non autem officium.

Ad Conſtitutionem denique Pij IV. rectè reſpondet Rota in ſupra relata deciſ. 32. verſ. Quibus non obſtat. dum ait, Bullam, ſeù conſtitutionem illam eſſe intelligendam quando non adeſt officii fundamentum, vel fructus, ſuper quibus ſocietas contrahi poſſit.

An ſocietas coiri poſſit ſuper titulo tantùm officij, & nō ſuper eius fructibus. Q. V.

SVMMARIVM.

1 *Piana conſtitutio ad validitatem ſocietatis officiorum, duo exigit.*
2 *Societas contrahitur ſuper officio, ſed non autem ſuper fructibus eius.*
3 *Ius quodam ſuper officio diſtinctum, ac ſeparatum ab officio, & fructibus, & illorum dominio, conſtituitur.*
4 *Societas ſuper re aliena coiri poteſt, ſicut ſuper re aliena conſtituitur cenſus.*
5 *Conſuetudo multum præualet in ſocietatibus.*
6 *Cenſus impoſitio ſuper re fideicommiſſo ſubiecta valet in præiudicium illius, qui cenſum conſtituit.*
7 *Cenſus ſuper re emphyteotica ſuſtinetur in præiudicium imponentis.*
8 *Contractus à partium conuentione legem accipiant.*
9 *Venditio rei alienæ tenet.*
10 *Conſuetudini in ſocietatibus multum defertur, & à communi Mercatorum conſuetudine recedere non licet.*
11 *Filius non poteſt coiri ſocietatem in præiudicium Patris ſuper officio, cuius fructus reſeruauit ſibi ipſe pater.*
12 *Officialis idoneitas à communiter accidentibus in modica conſideratione habetur in ſocietate officiorum; ſed tota vis reſidet in perſona accipientis pecunias, & illius fideiuſſorum.*
13 *Cenſus impoſito ſuper re fideicommiſſo ſuppoſita valet in præiudicium imponentis.*
14 *Filius non poteſt contrahere ſocietatem ſuper officio, cuius pater reſeruauit ſibi fructus.*
15 *Societates officiorum contrahuntur ſuper fructibus officiorum; non autem ſuper nudo titulo.*
16 *Fructus conuenti in ſocietate officiorum debent ex officio percipi: vel poſſibile eſſe vt ex officio percipiantur.*
17 *Societas officiorum dupliciter contrahi poteſt, ad emendum ſcilicet officium, & poſt illud emptum.*
18 *Attendere non debemus, quod malè fit; ſed quod fieri debet.*
19 *Societas contracta ſuper re aliena tunc valet, cùm rei Dominus accedit conſenſus.*
20 *Conſuetudo, ſeu vſus contra ius naturale, non vſus ſed corruptela appellatur.*
21 *Societas contracta ſuper re alienari prohibita qualiter valeat in præiudicium imponentis.*

AD explicationem tituli quæſtionis huius poteſt figurari caſus in filio, cui pater reſignauit officium cum reſeruatione fructuum, ſua vita durante. Quo circa quæritur, an ipſe filius ſuper huiuſmodi beneficio poſſit ſocietatem coire cum aliquo ſuper periculo eius vitæ duraturam ad ſex menſes, promittens dare certos fideiuſſores, quorum vnus ſaltem recognoſcat bonam fidem, & promittat facere participem dictum ſociū, de fructibus beneficij, quos propter incertitudinem conducat oficialis ab eodem ſocio pro mercede 12. ſcutorum pro quolibet centenario: & ille, qui recognouit bonam fidem promittat omnes indemnes releuare, & declaret, præfatum filium officialem habere nudum nomen.

In hac difficultate pugnantes extant
1 opiniones. Nam prima ſententia eſt Boccac. in ſuo tract. de ſociet. offic. num.

Digitized by Google

204.Gratian.Diſcept. Forenſ. cap. 138.
num.16.& aliorum exiſtimantium,vali-
dam eſſe ſocietatem contractam ſuper
nudum titulum officij modo ſupra ex-
plicato. Probatur hæc ſententia primò
ex conſtitutione Pij IV. quam ſupra ad
verbum retulimus ante q.1.quæ quidem
conſtitutio ad coeundas huiuſmodi ſo-
cietates duo copolatiuè expoſtular. Pi-
mum, quòd officium per mortem eius,
in cuius vita reſidet vacet: & ſecundum,
quòd ſocietas non excedat verum valo-
rem officii. Nec ratio habetur fructuum,
cùm non attendatur, quòd fructus, qui
percipiuntur ex dicto officio reſpondeāt
fructibus ſocietatis, vt fuit reſolutum
per Rotam Rom.deciſ.44. num.1. & 2.
poſt Zacch.tract.de ſociet.offic. in vna
Romana prætenſæ ſocietatis, 1. Iunii,
1596.coram b.m. Corduba, in illis ver-
bis, *In conſtitutionibus Pontificum duo
præcipuè conſiderantur: primum, quòd offi-
cium per mortem eius, in cuius vita reſidet
vacet: ſecundum quòd ſocietas non exce-
dat verum valorem officii, vt conſtat ex
conſtit.260.Pii IV. fol. 977. tom.1. Bull.
non autem attenditur, quòd fructus, qui
percipiuntur ex dicto offitio reſpondeant
fructibus ſocietatis, vt fuit dictum in vna
Ramana de Lucatellis*, 24. *Ianuar.* 1575.
coram Illuſtriſſimo Blanchetto. At hæc
omnia concurrunr in habente nudum
titulum officii; ergo ſuper eo poteſt ſo-
cietatem contrahere.

Confirmatur hæc eadem ſententia ex
2 ipſa Rota Rom. deciſ.28. poſt eundem
Zacch. tract. in vna Romana fructuum
ſocietatum, 29. Ianu. 1601. coram b.m.
Cardin.Mellino. dum ait, quòd ſocietas
non contrahitur ſuper fructibus, ſed ſu-
per officio, ad cuius partem admittitur,
qui dat pecunias, & ad euitandum fru-
ctuum liquidationem, permittitur taxa-
tio ad certam quantitatem: ergo habens
nudum titulum officii, poteſt ſuper eo
ſocietatem conttahere; etiam ſi fructus
non ſint ipſius officialis.

Præterea quamuis officialis per reſer-
3 uationem fructuum prohibitus ſit alie-
nare officium, & fructus illius; iſta ta-
men prohibitio intelligitur de illa alie-
natione, quæ continet totalem tranſla-
tionem officii in alium; non autem de ſo-
cietate facienda ſuper officio, per quam
conſtituitur ius quodam ſuper officio, &
fructibus diſtinctum, ac ſeparatum ab
officio, & fructibus, ac illorum dominio,
vt habetur ex Aymon.conſ.217. num.4.
& ex aliis apud Boccac. loco citato, ſub
num.205.atque adeò prohibitio intelli-
genda eſt, vt filius non poſsit alienare
officium, & fructus eius in præiudicium
Patris: ſecus autem ſi Pater damnum
non pateretur, vt ſumus in caſu, de quo
agitur, in quo filius officialis releuatur
indemnis per recognoſcentem bonam
fidem, & eius fideiuſſores, quo caſu offi-
cialis in parua conſideratione habetur;
ſed tota vis reſidet in perſona accipien-
tis pecunias, & illius fideiuſſorum: atque
adeò talis obligatio officii prohibita
non cenſetur.

Rurſus ſocietas ſuper re aliena coiri
4 poteſt, vt in l. quod autem cum plur. ſeq.
ff. pro ſoc. ſicut, & ſuper re aliena cenſum
conſtitui poſſe oſtendimus in noſtris
Commentar.in extrauag. Pij V. de cen-
ſib.§.1.q.25.num.20. & 21. imò, & in
nuda proprietate poſſe imponi probaui-
mus ibidem, q.11.num.5. ergo ſocietas,
de qua agitur coiri poteſt ſuper nudo
titulo officij, & etiam ſuper fructibus
eius, quamuis ſint patris, & ſic alieni: ſi-
quidem non poteſt aſsignari diuerſitatis
tatio, cur ſocietas, & cenſus poſsint con-
ſtitui in re aliena, & in nuda proprieta-
te, & ſocietas officiorum non poſsit con-
trahi in nudo titulo officij, & in eiuſdem
fructibus patri reſeruatis, & ſic in fructi-
bus alienis, cùm in his omnibus militet
eadem ratio, arg.tex. in l. illud, ff. ad l.
Aquil.

Huic ſententiæ fauet quoque com-
5 munis Vrbis, conſuetudo, in qua huiuſ-
modi ſocietas contrahitur, & licita re-
putatur: ergo, &c. Etenim in ſocietatibus
multum præualet conſuetudo, vr per
Bald. in l.1.q.2. C. pro ſoc. ita vt à com-
muni mercatorum conſuetudine rece-
dere non liceat, l. minimè ff. de legib.
Corn.conſ.314.num.12.lib.3. Pariſ.cōſ.
98.num.80.lib.3.

Denique hæc ipſa ſocietas valebit ſal-
6 tem in præiudicium officialis; qui eam
contraxir. Etenim impoſitio cenſus ſu-
per re fideicōmiſſo ſubiecta licèt non va-
leat; nihilominus ſuſtinetur in præiudi-
cium illius, qui cenſum impoſuir, vt fuit
reſolutum per Rotam Rom. in vna Sal-
uiani interd. 9. Iunij, 1587. coram Sera-
phi. & nos etiam probauimus in noſtris
Comment.in extrauag. Pij V. de cenſib.
7 §.1.q.7.num.41. vbi etiam, q.10. num.9.
idem oſtendimus de cenſu conſtituto
ſuper

ſuper re emphyteotica citra directi Do-
mini conſenſum: quoniam valet in præ-
iudicium conſtituentis, atque ideò em-
phyteutæ. Ergo idem dicendũ eſt in caſu,
de quo agitur, nempè vt ſocietas con-
tracta ſuper officio, cuius fructus erant
alteri reſeruati, valeat ſaltem in præiudi-
cium conſtituentis, atque ideò in præiu-
dicium filij officialis; non autem in
præiudicium patris, qui fructus officij
ſibi reſeruauit. Et ita fuit deciſum per
Rotam Rom. deciſ. 31. poſt. Zacch. tract.
de ſociet. officior. impreſſa in vna Ro-
mana ſocietatis, 9. Maii 1588. coram b.
m. Gypſio, his verbis.

Pater quandam portionem Ripæ filio
8 *ſuo aſſignauerat cum ſolito decreto, quòd*
illam alienare, fructus, & emolumenta exi-
gere, aut quouis modo in ea ſeu in eis ſe in-
tromittere, vita patris durante, & abſque
illius conſenſu nullatenus poſsit. Huiuſmo-
di prohibitione non obſtante, filius poſt ali-
quos annos ſocietatem ſuper dicta portio-
ne contraxit, ſeu, vt vulgo dicitur, ſocieta-
tem trahendi officium accommodauit.
Quæſitum fuit, an prædicta ſocietas va-
lida nec ne eſſet, & validam eſſe Domini
cenſuerunt: quia cùm ſocietas ſolo conſen-
ſu perfici poſsit, l. ſocietas contrahit, ff. pro
ſoc. vbi Gloſ. citat tex. in Inſtit. de obligat.
& conſenſu, pluribuſque modis iniri per-
mittitur, l. 4. vbi Gloſ. eod. tit. pro ſoc. quia
ſocietas ſuper re aliena contracta ſuſtine-
tur, prout ſentit Iuriſc. in l. quod autem,
cum plur. ſeq. ff. pro ſoc. Et quidem contra-
ctus à partium conuentione legem acci-
piunt, l. ſtipulatur commodiſsimè, ff. de
verb. obligat. cum ſimilib. Idcirco quem-
admodum venditio rei alienæ tenet, l. rem
9 *alienam, ff. de contrah. empt. Afflict. deciſ.*
364. ita & ſocietas ſuper officio alieno va-
lere debet, maximè cùm in cæteris requiſi-
tis ad ſocietatem officii neceſſaria habeat.
H*inc eſt, quòd ſuper officio emendo contra-*
hitur ſocietas, Put. deciſ. 67. lib. 3. Eoque
magis hoc dicendum eſſe Domini videba-
tur propter vniuerſalem Vrbis conſuetudi-
nem ineundi hoc pacto ſocietates officii, ob
nimiam Curialium neceſsitatem indu-
10 *ctum, & in ſocietatibus plurimum conſue-*
tudini deferri. Bald. in l. 1. q. 2. C. pro ſoc.
Nec à communi obſeruantia, indubitata-
que mercatorum conſuetudine recedere li-
cet. l. minimè, ff. de legib. Coru. conſ. 314.
num. 12. lib. 3. Pariſ. conſ. 98. num. 80. lib.
3. Crau. conſ. 91. num. 7.
Nec refragatur, quòd ſicut filius de of-
11 *ficio, & fructibus diſponere non valebat,*
ita etiam ſuper illis ſocietatem coire non
poterat ſecundum Bald. in l. cùm oportet,
num. 9. C. de bon. quæ liber. Rom. conſil.
471. num. 2. poſt med. Moder. Vid. qui in
hunc ſenſum alios congerunt conſ. 12. num.
15. lib. 1. quoniam prohibitio alienationis,
& obligationis prædicta ita reſtringi, &
intelligi debet, vt filius in præiudicium pa-
tris officium, & fructus eiuſdem alienare
nequeat: ſecus verò ſi pater damnum non
pateretur, vt in propoſito caſu. Quia com-
munitas Tuſculi bonam fidem recognouit,
officialem nudum nomen dumtaxat in ſo-
cietate habere declarauit, illum indemnem
releuare promiſit, & iuxta ſolitum com-
modum, & incommodum ſocietatis in ſe
ſuſcepit, & fideiuſſores dedit: quæ omnia
haud incognita conſocio fuiſſe credendum
eſt, cùm à communiter accidentibus idonei-
12 *tas officialis in modica conſideratione ha-*
beatur; ſed tota vis reſidet in perſona acci-
pientis pecunias, & illius fideiuſſorum:
quamobrem talis obligatio officii probibi-
ta non cenſetur, l. idemque, §. fin. & l. ſeq.
ff. pro ſoc. Videmus in ſimili. quòd licèt, im-
13 *poſitio cenſus ſuper re fideicommiſſo ſu-*
biecta non valeat; nihilominus in præiudi-
cium illius, qui cenſum impoſuit ſuſtineri:
vt fuit dictum in Romana Saluiani inter-
dicti, coram R. P. D. Seraphino, 9. Iunii,
1587. Præterea cum filius portiones fru-
ctus exegerit, illorum in vſus proprios, con-
ſenſiente patre, conuertit, vt bene deducunt
informantes, negari non poteſt à dicta pro-
hibitione ſaltem quoad fructus receſſum
fuiſſe, quod ad hoc propoſitũ ſufficere vide-
tur. Vndè *ceſſat obiectum de decreto irri-*
tante, & clauſula ſublata, quibus renun-
ciari poſſe hæſitandum non eſt, Gabr. de
clauſ. concl. 3. num. 35. ex iſtis etiam patet
reſponſio ad conſtitutionem ſelic. rec. Pii
IV. qua cautum eſt ſocietates niſi per Do-
minos officiorum contrahendas non eſſe:
nam filius ſatis erat Dominus; quia propter
eius obitum vacabat officium. His *poſtre-*
mò accedit maxima æquitas, ne tot ſocie-
tates iam contractæ annullentur: quam
æquitatem etiam maiores noſtri habuerunt
ante oculos, vt per Mohed. deciſ. 4. de con-
ſtit. fuit igitur ex ſupradictis, vt dictum
eſt, concluſum ſocietatem valere, Commu-
nitatemque Tuſculi per mortem Ioſephi
pecunias ſocietatis lucrifeciſſe. Pro hac ea-
dem opinione facit deciſ. 32. in fine einſ-
dẽ Rotæ, q̃ ad verbũ retulimus ſup. q. 3.
His

Digitized by Google

His tamen non obſtantibus contrariam ſententiam arbitror de iure verio-
14 rem eſſe, quam tenet Zacch. in ſuo tract. de ſociet. offic. num. 46. Probatur hæc ſententia ex eo, quod ſocietas contrahitur ſuper fructibus officij, non autem ſuper eiuſdem titulo: & ſi fructus non adſint, ſuper quibus poſſit aſſumi ſocius, profecto deficit ſocietatis ſubiectũ, ac fundamentum. Vt patet ex deciſ. Rotæ Rom. 32. num. 1. in fin. & 2. poſt ipſius Zacch. tract. in vna Romana ſocietatis, 13. Ianuar. 1595. quam ſupra ad verbum retulimus, q. 3. in illis verbis, *Et Domini omiſſa inſpectione de morte*
15 *Horatii, &c.* vbi apertè fuit reſolutum, quòd ſocietates huiuſmodi contrahuntur ſuper fructibus officiorum, & non ſuper nudo titulo: & ſocij admittuntur ad participationem fructuum, non autem tituli, vt patet ex formula ſocietatis quàm ſupra retulimus hoc eod. cap. q. 3. Secundò probatur hæc eadem ſententia ex reſolutione contrariorum.

Ad primum enim ex dicta deciſ. 44. reſpondetur, quòd per eam non fuit de-
16 ciſum, quòd ſocietas contrahi poſſit ſuper officio non habente fructus; ſed ſuper officio non habente certam maſſam fructuum, prout eſt officium proxanete, ſeu ſenſalis Ripæ: quod aliquando reddit plus, aliquando minus aureorum 12. pro ſingulis centum, vt ex d. deciſ. clarè colligitur: qua propter deciſio ipſa non facit ad rem noſtram. Et quamuis demus non attendi, quòd fructus, qui percipiuntur ex officio reſpondeant fructibus ſocietatis, vt fuit reſolutum in d. deciſ. 44. nihilominus non ex hoc ſequitur, quòd ſi officialis nõ habeat fructus, ſuper quibus poſſit aſſumere ſocium, & eorum pro rata pecuniæ acceptæ participem facere, contractus ſuſtineatur; ſed ſaltem debet poſſibile, ac veriſimile eſſe, vt fructus conuenti ex officio percipiantur, vt in prædicta deciſ. habetur: & patet ex forma inſtrumenti cõtractus ſocietatis; quod ſupra retulimus hoc cap. 6. q. 3. vbi fit taxatio ad rationem duodecim pro quolibet centenario, quãdo fructus ſunt incerti; ſed quando certum eſt, eos non aſcendere ad tantam ſummam, ceſſat ratio à contrahentibus conſiderata: & illa verba, *Quia fructus ſunt incerti, &c.* eſſent poſita in fraudem vſurarum: Siquidem taxatio illa 12. pro centenario, idcirco permittebatur; quoniam ita officia conſueuerunt reddere; vt rectè Boccac. de ſociet. offic. num. 19 Caſtrac. eod. tract. cap. 10. num. 8. & ſeq. Zacch. eod. quoque tract. num. 53. cum plur. ſeq. qui ad hoc allegat deciſ. Rotæ Rom. in Romana fructuum ſocietatis, 20. Octobris, 1595. coram Cardinali Blanchetto, & deciſ. 48. poſt tract. eiuſdem Zacch. At in caſu, de quo agitur deficit penitus ſubiectum ſocietatis; quoniam officialis fructus non percipit ex officio; nec percipere poteſt, cùm eius Pater ſibi eos reſeruauerit.

Ad ſecundum ex d. deciſ. 28. reſpondetur, quod vt ſupra diximus hoc eodẽ
17 cap. q. 2. & ſupra §. 1. q. 3. dupliciter contrahi poteſt ſocietas officij. Primò ad emendum officium, ſiue ante, ſiue in ipſa emptione officij. Secundò poſtquã officialis emit officium. Primo caſu dicitur ſocietas contrahi ſuper officio ſecundo verò caſu ſuper fructibus officij: vtroque tamen caſu officialis debet eſſe dominus fructuum officij: quia licèt priori caſu ſocietas dicatur contrahi ſuper, officio; non tamen contrahitur ſuper nudo titulo officij; eo quòd officialis facit participem fructuum eum, qui dat pecunias pro rata parte: quam partem propter incertitudinem fructuum officij, & ad euitandum labores computorum, idem officialis conducit ad rationem 12. pro centenario; atque adeò cùm dans pecunias admittatur ab officiali in ſocium officij, & ad participationem fructuum, in eo, quod ſocietates excedunt valorem officij, ceſſat officium, quod eſt ſubiectum ſocietatis; & communicatio fructuum, quorum ſocius pecunias conferens particeps fieri poſſit; & ſic ſine ſubiecto, & communicatione fructuum non poteſt conſiſtere ſocietas, vt in l. verum, in fin. ff. pro ſoc. & ita intelligitur d. deciſ. 28. vt ex eiuſdem verbis num. 7. & 8. clariſſimè colligitur.

Ad tertium dicitur, quòd licèt demus
18 in caſu, de quo agitur, voluntatem Patris, qui reſignauit filio officium cum reſeruatione fructuum ſua vita durante, fuiſſe prohibendi eam alienationem officij, ac fructuum, quæ continet totalem eorum tranſlationem in accipientem; nihilominus non ob id ſequitur poſſe contrahi ſocietatem ſuper nudo titulo talis officij, cùm eius fructus non ſit officialis, ſed Patris, qui eos ſibi reſeruauit; atque adeò deficit ſubiectum ſocie-

ſocietatis. Vndè malè videtur arbitrari *Boccac.* & alii, qui dicunt, ſatis eſſe, quod officialis in iſto contractu nudum habeat nomen, alijs recognoſcentibus bonam fidem: & quòd non conſideretur, an ille ſit idoneus, cum tantùm ſpectentur fideiuſſores. Etenim ait Zacch. loco citato, ſub num. 48. & 49. Quòd attendere non debemus, quod malè fit; ſed quod fieri debet. Ad validitatem autem ſocietatis requiritur cõmunicatio fructuum officij, ſine qua ſocietas non poteſt ſubſiſtere, vt ſupra diximus, & patet ex d. deciſ. 28. poſt Zacch. tract.

Ad quartum reſpondetur, quòd ita
19 demum ſocietas contracta ſuper re aliena valet, quando ſuper ea cum conſenſu Domini contrahitur, & ita intelligitur deciſ. 31. quam ſupra addnximus, verſ. Præterea, & deciſ. 32. in fin. quam retulimus, ſupra, q. 3. Vndè nos non negamus, quòd ſi ſuper tali officio, & fructibus, conſentiente patre, officialis ſocietatem contraxerit, ſocietas huiuſmodi erit valida: quia eo caſu pater à dicta prohibitione alienationis ſaltem quoad fructus officij cenſetur receſsiſſe, vt fuit reſolutum per d. deciſ. 31. d. verſ. Præterea. At quandò ignorante, vel contradicente Domino ſocietas in re aliena contrahitur, eſt nullius mométi; ſicut diximus de conſtitutione cenſus conſignatiui in re aliena, in noſtris commentar. in extrauag. Pij V. de cenſib. §. 1. q. 25. & quamuis cenſum conſtitui poſsit ſuper nuda proprietate, id eſt, quia proprietas eſt fructifera, vt in d. q. 11. oſtendimus, quale non eſt officium, cuius fructus pater ſibi referuauit cum non fructificet officiali.

Ad quintum dicimus, quòd quicquid
20 fit de vſu Vrbis, hunc vſum non poſſumus appellare conſuetudinem, ſed corruptelam, cum ſit contra ius naturale, ac rectam rationem, c. quæ contra, 8. d. latè Panor. in c. fin. de conſuet., & ſpecie Tolet. in ſua ſum. lib. 5. cap. 4. verſ. Poſterior. vbi refert mirabilê abuſum in Vrbe, dum ſocij exigunt 12. pro centum ſuper officia, quæ non dant niſi quinque pro centum: & talem contractum peſsimum appellat, obligans ſocios ad reſtitutionem: quod quidem multò magis dicendum eſt in caſu, de quo agitur, dum officium fructus non reddit officiali, ſed eius patri, qui eos ſibi reſeruauit, & prohibuit ab officiali diſtrahi.

Ad vltimum dicitur, quod ſocietas
21 contracta ſuper re alienari prohibita, atque adeò ſuper fructibus, & officio, de quibus agitur, valet in præiudicium officialis quoad hoc, vt teneatur ad intereſſe, vt diximus de cenſu impoſito ſuper re ſuppoſita fideicommiſſo in d. noſtris commentar. §. 1. q. 7. concl. 9. verſ. Et in omnem euentum. Cæterum ſicut impoſitio cenſus ſuper re alienari prohibita, eſt nulla, vt ibi probauimus; ita etiam, & ſocietas contracta ſuper officio, & fructibus alienis, ac alienari prohibitis.

An ſocietas contrahi poſsit non ſolùm ſuper officio proprio; ſed etiam ſuper officio alieno.

Q. VI.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus non poteſt conſtitui ſuper rem alienam.*
2 *Societas ad ſui validitatem tria expoſtulat.*
3 *Veritas potius quàm ſcriptura inſpici debet.*
4 *Campſor non poteſt ſuas pecunias dare alicui cum obligatione ſoluendi lucrum iuxta pretium fori Genuæ per Placentiam.*
5 *Societas contrahi poteſt non ſolùm in officio proprio, ſed etiã ſuper officio alieno.*
6 *Cenſus poteſt fundari ſuper fundo ab alio commodato.*
7 *Intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis ex mutuo licitè paciſcitur.*
8 *Conſuetudo in ſocietatibus maximè prævalet.*
9 *Cenſus ſuper re aliena cum conſenſu Domini rectè conſtituitur.*
10 *Formula contrahendi ſocietatem ſuper officio alieno.*
11 *Societas ſuper officio alieno verè contrahitur inter officialem, & dantem pecuniam.*
12 *Intereſſe non debetur, niſi probetur.*

SOcietas huiuſmodi paſsim contrahitur in Vrbe. Nam Titius v.g. volens contra-

contrahere ſocietatem cum Caio, non habente officium, dat ei centum aureos. Et quoniam Caius non habet officium, rogat Seium officialem, vt ſuum ſibi quaſi accommodet; atque ideò ſocietas conſtituitur ſuper officio Seij ſed in gratiam Caij, & in commodum, & bonum eius: & propterea carens officio ipſe Caius, & quaſi commodato officium recipiens à Seio, recipit centum à Titio, & ei ſe obligat, ita vt illi ad ſemeſtre ſoluat ſex: & Titius ſi intra ſemeſtre moriatur amittit centum, quæ Caio dedit, & ea ſibi Caius ipſe lucratur. Soluta poſtea ſocietate ad ſex menſes, Caius centum, quæ accepit tenetur Titio reddere. Quæritur igitur, an talis ſocietas iuſta eſſe cenſeatur.

In hac re prima fronte videtur dicen-
1 dum, prædictam ſocietatem non eſſe validam. Probatur primò, quia cenſus non poteſt conſtitui ſuper rem alienam, vt habetur ex Ludou. de Auend. de cenſibus Hiſpan. cap. 61. num. 3. & 4. & ex alijs, quos nos retulimus in noſtris Commentar. in extrauag. Pij V. §. 1. q. 25. num. 3. Ergo ſocietas, de qua agitur, non poteſt contrahi ſuper officio alieno. Conſequentia patet; quoniam eadem ratio militat in vtroque caſu. Etenim ſicut cenſus impoſitio ſupponit dominium rei cenſuatæ penes vendentem cẽſum, vt in d. q. 25. num. 3. latè probauimus: ita etiam officiorum ſocietas ſupponit officii dominium penes officialem, qui pecunias accipit. Vt conſtat ex conſtitutione Pij IV. quam ſub noſtro cap. aduerbum retulimus, ſupra, ante q. 1. vbi ad validitatem ſocietatum officio-
2 rum tria exigit: primò, vt volens contrahere huiuſmodi ſocietates ſit officialis, atque adeò officium habeat Romanæ Curiæ: ſecundo, quod officiorum ſit proprium officialis: & demum quod ſocietas contrahatur cum pactis licitis, & honeſtis, pro vt, & quemadmodum ante dictam bullam ſolitum erat, vt conſtat ex dicta Piana conſtitutione, in illis verbis, *Quòd de cætero ipſis officialibus, ſuper tamen eorum officiis ſocietates quaſcunque, cum pactis tamen licitis, &c.* Nota dictionem illam, eorum, quia cùm ſit perſonalis, vt in l. 1. §. ſi autem, C. de caduc. tollen. Dec. conſ. 262. num. 1. denotat, officium debere eſſe proprium, & in dominio eius, qui pecunias ad ſocietatem accipit. Cum igitur eadem ratio militat in cenſibus, & in ſocietatibus officiorũ, eadem etiam militare debet iuris diſpoſitio, arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil. atque adeo ſicut cenſus non poteſt imponi ſuper re aliena, ſed ſuper re propria vendentis; ita ſocietas non valet contrahi ſuper officio alieno; ſed tantum ſuper proprio officialis, pecunias ad ſocietatem recipientis.

Secundò ſocietas, de qua agitur, non poteſt dici contracta cum officiali: eo
3 quòd pecunias officialis non recepit, nec fructus ex officio ſoluit, cùm tantum nudum nomen officij accomodauerit; ſed Caius eſt, qui pecuniam mutuo à Titio accepit, eidemque pro ea incrementum illud 12. aureorum pro ſingulis centum perſoluit: Ergo quamuis huiuſmodi contractus dicatur à contrahẽtibus ſocietatis: re vera tamen eſt contractus mutui ſub vſuris, cum veritas potius, quàm ſcriptura inſpici debeat, & plus valet quod agitur, quàm quod ſimulatè cõcipitur, l. 1. C. plus valer. &c.

Denique non poſſunt dari centum Titio v. g. ea lege, quod teneatur de lu-
4 cro, & damno reſpondere ſecundum, quod alia centum data Caio mercatori reſpondent, & lucrantur, vt habetur ex Innoc. Io. Andr. & alijs, in c. fin. de vſur. Hinc Campſor non poteſt ſuas pecunias dare alicui cum obligatione ſoluendi lucrum iuxta pretium fori Genuæ per Placentiam, vt diximus in explic. extrau. Pij V. de camb. §. 1. q. 15. concl. vlt. & eſt tex. & ibi Doctor. in c. conſuluit, de vſur. Ergo eodem modo non poteſt Titius dare centum Caio ſuper officio Seij, vt ſibi ſoluantur proportionaliter tot fructus, quot percipit ex officio ipſe Seius. Etenim cum non ſit, nec eſſe valet ſocietas cum Caio, illa centum cenſentur data per modum mutui, ſub nomine ſocietatis. Vnde ſi quid ꝑ ceperit ab ipſo Caio vltra ſortem, vſuram committit, iuxta tex. in d. c. conſuluit, de vſur. Hanc ſententiam tenet Caſtracan. in ſuo tractatu de ſociet. offic. cap. 5. vbi putat, cõtractum, de quo agitur eſſe iniuſtum; illicitum, ac vſurarium. Sed quia huiuſmodi contractus paſſim celebrantur in Vrbe, & admittuntur in Curia Romana, arbitratur, ratione intereſſe lucri ceſſantis iuſtificari: nam ſupponit, quòd Titius, qui dat pecunias Caio ſuper officiò Seij, erat paratus eas dare ſuper aliquo officio alicuius officiali: nihil mi-

rum

Digitized by Google

rum ſi poſſit petere ſuum intereſſe; cũ nõ teneatur Caio ſeruire cũ proprio dãno.

His tamen non obſtantibus, in contrarium eſt communis ſententia, quam
5 tenet Tolet. lib. 5. ſuæ ſum. cap. 40. verſ. tandem, Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 8. q. 3. Fillinc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 3. num. 111. & Zacch. de ſociet. offic. num. 11. cum plur. ſeq. dicentes huiuſmodi ſocietatem eſſe licitam, atque adeò non iniuſtam; nec vſurariam, nec pugnare cum Pontificijs conſtitutionibus. Probatur hæc
6 ſententia; primò, quia cenſus poteſt fundari ſuper fundo ab alio commodato, vt paſſim in Hiſpania ſeruari teſtatur Molin. de contr. diſp. 394. num. 9. & Salas de cenſib. dub. 12. quos ad hoc retulimus in noſtris commentar. in extrau. Pij V. de cenſib. §. 1. q. 25. num. 2. etenim donec fundus ille commodatus ſaluus permanſerit, poteſt venditor cenſus aliunde ſolnere emptori annuum redditũ: & tamen cẽſus fundatus ſuper huiuſmodi fundo commodato, dicitur verè conſtitutus ſuper fundum: ergo eodem modo poteſt dici de ſocietate ſuper officio cõmodato, vt verè cenſeatur contracta ſuper officio, cum in vtroque caſu militet eadem ratio, arg. tex. in l. illud, ff. ad l. Aquil. Secundò licitum eſt dare
7 pecunias mutuo alicui, obligando ipſum ad ſoluẽdum damnũ aut lucrum ceſſans certum ex tali mutuo proueniens, vt habetur ex D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. & in eum Salon. contrau. 9. Gabr. in 4. d. 15 q. 11. art. 1. not. 1. Couar. lib. 3. variar. reſolut. cap. 4. Molin. de contract. diſp. 315. & ex alijs, quos retulimus in noſtris Commentar. in extrau. Pij V. de cenſib. §. 2. q. 11. num. 7. cum plur. ſeq. ergo licita quoque eſt ſocietas, de qua agitur cùm licitum ſit officiali obligare illum Tertium, qui accepit ad ſocietatẽ pecunias, vt ſoluat fructus, quos ipſe ſolucurus erat pro accepta pecunia, & lucrum quoque ipſi perueniat. Tertiò ſi huiuſmodi ſocietas eſſet inualida, ac vſuraria, non alia ratione talis eſſet, niſi quia cenſeretur pecunia mutuata ſub lucro in caſu, de quo agitur: ſed conſequens eſt falſum; ergo & antecedens. Minor probatur, quia pecunia mutuata repetitur per hæredes mutuantis, eo mortuo: at hoc caſu ſi Titius moriatur, durante ſocietate, Caius, qui pecuniam percepit, eam lucratur: nec hæredes Titij poſſunt repetere. Quartò probatur hæc eadem ſententia ex eo, quòd hæc ipſa ſocietas dicitur fundata ab officiali in officio ſuo iuxta Bullam Pij IV. Siquidem officialem ſupponimus eſſe, qui ſocietatem cõtrahat ſuper ſuo officio; ſed gratia Caij pecuniam percipientis, vt rectè declarat Zacch. loco citato. Denique probatur hæc ſententia ex communi conſuetudine totius Vrbis, in qua ſocietates hoc modo celebrari conſueuerunt: ergo ſignũ eſt huiuſmodi ſocietates eſſe licitas,
8 quoniam in ſocietatibus maximè multũ prævalet conſuetudo, vt ſæpè diximus

Reſtat modo, vt ad contraria reſpondeamus.

AD primum negatur antecedens; nã cenſus ſuper re aliena cum con-
9 ſenſu Domini rei rectè conſtituitur, vt latè nos oſtendimus in d. q. 25. ergo rectè quoque contrahitur ſocietas ſuper officio alieno cùm citra officialis cõſenſum, & ſcientiam non contrahatur, Secundò reſpondetur negando conſequentiã: Siquidem ſocietas hoc caſu nõ contrahitur ſuper officio alieno, ſed ſuper officio proprio: quoniam officialis eſt qui contrahit ſocietatem, & non recognoſcẽs bonam fidem, & inter officialem, & dantem pecuniam ſolum conſiſtit hæc ſocietas, vt rectè declarat Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 29. ſub num. 66. & Zacch. loco ſupra relato. Et patet ex conſueta Vrbis forma cõtrahendi ſocietates huiuſmodi: & in ſpecie ad maiorem huius rei explicationem, illam tranſcribendam hoc loco cenſui, quæ ſub die 19. Aprilis 1614. fuit inita inter I. D. Fauſtum Alicornum, & Bartholomeum Bertauldũ ſuper officio Curſoris D. Dominici de Ioſephis, ab ipſo D. Dominico prædicto D. Fauſto accõmodato, pro ſoluendo debito ſcu. 50. I. D. Equiti Io. Baptiſtæ Alicorno eius fratri. Quamuis enim cõmodum, & incommodum dictæ ſocietatis pertineant ad ſupradictũ D. E. Fauſtum, & Bartholomeum, nihilominus ſocietas non contrahitur inter ipſum D. Fauſtum, & Bartholomeum; ſed inter D. Dominicum de Ioſephis officialem recipiẽtem pecuniæ promiſſionem, & ipſum Bartholomeum pecuniam dantem; gratia tamen dicti D. E. Fauſti, vt ſatisfaciat D. E. Io. Baptiſtæ: & deſuper ſcripturam conficiunt manu Antonij Palmerij A. C. notarij, & infideiuſſores, ſeu in-

O o prin-

principales Correos accedunt dictæ ſocietati ipſemet D. E. Fauſtus: & d.D.E. Io Bapt.& inſuper I.D.Paulus Alicornus eius filius cũ obligatione Camerali,&c. quæ quidẽ ſcriptura eſt tenoris ſequen.

Die 19. Aprilis,1614. Memoria ſocietatis, &c. pro D. Bartholomeo Bertauldo
10 Gallo teſſitore in Burgo vetero. D.Dominicus de Ioſephis S. D. N. Papæ Curſor mihi Notario cognitus; ſponte, &c. in & ſuper dicto eius officio confeſſus fuit habuiſſe, & recepiſſe in ſocietatem à ſupradicto D. Bartholomeo Bertauldo abſente, &c. Scuta 50. monetæ,duraturam ad ſex menſes proximos,deinde in antea ad beneplacitum ambarum partium,cum diſdicta tamẽ quindecim dierum præcedentium,quæ fieri poſſit,&c. de quibus quietauit,& reſtituere promiſit dicto D.Bartholomeo abſenti, &c. in ſimili ſpecie incontinenti finita,ſeù diſdicta præſenti ſocietate hic Romæ, liberè,&c.aliàs,&c. illa verò durante ſoluere fructus ad rationem ſcutorum duodecim ſimilium pro cẽtenario,& anno quolibet ſoluendorum ſemeſtriatim anticipatè ſuper periculo vitæ perſonæ, ſeù perſonarum,per dictum D.Bartholomeum infra quindecim dies proximos nominandarum,cum intimatione tamen, quæ fieri poſſit tam ipſi Officiali,quàm vni ex fideiuſſoribus inſolidum pro diſdicta: aliàs, & interim dictis quindecim elapſis,& dicta nominatione minimè facta ſuper periculo vitæ prædic.d.Bartholomei,& D Laudomiæ eius vxoris pro rata, morte tamen naturali, &c. & exceptis peſte, partu,& pregnantia, partuſque, & prægnantiæ cauſa,& occaſione,cum facultate transferendi,&c. & huiuſmodi ſocietati, ac omnibus,& ſingulis in ea contentis accedunt, & promittunt principaliter, & inſolidum obligati infraſcripti videlicet. Ill. D.Eques Fauſtus q.Traiani Alicorni Romanus: Ill.Eques Io.Baptiſta q. Traiani Alicorni Rom. & Ill. & E.D. Paulus Alicornus eius filius, cum præſentia, &c. dicti D.Eq. Io.Baptiſtæ præſentis,&c. cũ obligatione Camerali prout in actis,ad quæ &c. D.Antimus Palmerius A.C. notarius de præmiſſis rogatus. Io Domenico Gioſeppi Corſore hò riceuuti li ſud.ſcu.50.à cõpagnia come ſopra queſto die,anno ſudetti.

Et quoniam ſocietas prędicta nõ fuit contracta gratia ipſius D.Dominici officialis;ſed, vt diximus,gratia D.Eq. Fauſti, qui recognouit bonam fidem, licèt ipſe officialis fateatur recepiſſe dicta ſcuta quinquaginta ad ſocietatem;ea tamen manualiter non recipit,ſed confeſſus fuit recepiſſe ſub ſpe futurę numerationis: & propterea mãdat dicto Bartholomeo, vt per eum ſoluantur prædicto D. Eq. Fauſto,cuius gratia fuit inita ſocietas,& qui recognouit bonam fidem vt ſupra, per ſchedulam tenoris ſequentis, M. Bartolomeo Bertauldo,vi piacerà di pagare al Sig.Caualiero Fauſto Alicorno li ſcu. 50. di moneta, che hoggi hò preſi à cõpagnia da voi ſopra il mio officio per l'atti del Palmerio Not.A.C.che retenẽdoſi li frutti del primo ſemeſtre,e cõ pigliarne riceuuta, ſaranno ben pagati. Di caſa li 19. di Aprile 1614. Il voſtro per ſeruirui,Domenico de Gioſeppi. Verùm quia D. Eq. Fauſtus dicta ſcuta 50. vult pro illis ſoluendis D. Eq. Io. Baptiſtæ,his verbis. M. Bartolomeo Bertauldo. Et per me gli piacerà li ſopradetti ſcu. 50. di moneta,meno li frutti del proſſimo ſemeſtre de pagarli al Sig. Caualiero Gio. Battiſta Alicorno, che con ſua riceuuta ſaranno ben pagati. Queſto dì 19.di Aprile.1614. Io Fauſto Caualiero Alicorno mann propria. Demum ipſe D.Eq.Io. Baptiſta Alicornus, receptis à dicto Bartholomeo dictis ſc.50. apocam ſcribit tenoris ſequentis, Io Caualiero Gio.Battiſta Alicorno hò riceuuti contanti dal ſopradetto M.Bartolomeo li ſopradetti ſcuti 50. moneta manco il primo ſemeſtre, queſto dì, & anno ſudetti. Io Caualiero Gio. Battiſta Alicorno mann propria.

Ex dictis patet,quòd licèt ſupradicta ſocietas contrahatur gratia dicti D. E. Fauſti,qui in effectu recepit pecuniam à dicto Bartholomeo; nihilominus ſocietas ipſa contrahitur inter Officialem, & ipſum Bartholomeum dumtaxat:& prædicti D. Equites accedunt dictæ ſocietati vna cum ſupradicto D. Paulo,& principaliter ſe obligant ad vtilitatem Bartholomei, qui pecuniam dedit, ſimul cũ officiali, licèt in ea nudum tantùm nomen habeat. Vndè ipſe Fauſtus, non autem officialis tenetur fructus huiuſmodi ſocietatis ſoluere,quamuis Bartholomeus poſſit illos exigere,& capitale repetere,diſdicta ſocietate tàm à D. Fauſto, & ab alijs fideiuſſoribus,ſeù Correis,quàm ab ipſo officiali: & ſi Bartholomeus præmoriatur,durante ſocietate,dicta ſc. 50. lucrabitur D. Eq. Fauſtus, non autem officialis: quia officialis in huiuſmodi ſocietate nudum tantùm nomen habet: & commodum, & incommodũ pertinet ad ipſumD.Fauſtũ,qui promittit ſeruare

indemnem

Digitized by Google

indemnem officialem ipſum. Quo circa reſpondentes ad argumentum rectè negauimus minorem: quia ſocietas in caſu de quo agitur per ſe primo contrahitur ſuper officio proprio, non autem ſuper officio alieno: & in tantum poteſt dici contracta ſuper officio alieno, inquantum non contrahitur gratia officialis; ſed gratia alterius, in cuius commodum pecunia ſocietatis conuertitur.

Ad ſecundum argumentum negatur antecedens. Etenim vt ſupra oſtendi-
11 mus ſocietas de qua agitur, verè & propriè contrahitur inter officialem, & dantem pecuniam: nam officialis remanet obligatus ad ſoluendum fructus ſocietatis, & ad reſtituendam pecuniam ad ſocietatem acceptã, diſdicta ipſa ſocietate: ſiquidem mortuo officiali, ſocius qui pecuniam dedit poteſt eam repetere vna cum fructibus tam à fideiuſſoribus, quàm ab hęredibus officialis ad eius electionem, vt Deo duce, latius dicemus, q. ſeq.

Ad tertium quicquid ſit de antecedẽti negatur conſequentia: ſiquidem mi-
12 litat diuerſa ratio: nam in aſſumpto deficit iuſtus titulus, cùm contractus ſit mutui, à quo nihil conſequi poteſt, ni concurrat aliqua ratio intereſſe: quod nec debetur, niſi probetur, iuxta ea, quæ habentur ex Paul. Caſtri in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cer. loc. nempe, quod ſtatim pararum habuiſſet negotium ex quo lucrari iuſte potuiſſet, & aliæ concurrant conditiones, de quibus egimus in noſtris Commentar. in extrau. Pii. V. §. 2. q. 11. à num. 19. vſque in finem. Ar in caſu, de quo agitur lucrum pẽrcipitur iuſto titulo ſocietatis, & propterea licitus eſt contractus.

An officialis commodans officium poſſit percipere emolumentum aliquod ab eo, cui illud commodat. Q. VII.

SVMMARIVM:

1 *Lucrum ratione mutui vſura eſt.*
2 *Lucrum ex cõmodato percipi non poteſt, aliàs tranſiret in commodatum.*
3 *Officialis commodans officium in ſocietate officiorum, poteſt percipere emolumẽtum aliquod ab eo, cui illud commodat.*
4 *Officialis eſt principalis ſocius, quamuis alii accedant contractui ſocietatis.*
5 *Mutuans præuia obligatione mutuandi, poteſt emolumentum aliquod ex mutuo conſequi.*
6 *Fideiuſſor ratione fideiuſſionis poteſt emolumentum conſequi.*
7 *Officialis poteſt emolumentum percipere; & ſi nulli periculo exponatur ratione officii commodati.*
8 *Officialis ratione commodati officii vltra illius valorem nihil percipere poteſt.*
9 *Vſura non poteſt conſiſtere citra mutuum.*
10 *Officialis ex famulatu, & obligatione rectè conſequitur emolumentum ratione officii commodati.*

IN hac re pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia eſt quo-
1 rundam exiſtimantium, officialem ratione officij commodati non poſſe emolumentum aliquod citra vſuræ labem percipere: ſiquidem illud perciperet ratione mutui, quod eſt vſura c. conſuluit, de vſur. Confirmatur, quia ex commodato nihil percipi poteſt; aliàs commo-
2 datum tranſierit in locatum, vt in Inſtit. quib. mod. recõtr. oblig. §. item is, verſ. commodato. Non ergo officialis ex officio commodato emolumentum aliquod percipere poteſt. Quam quidẽ ſententiam maximè veram eſſe quidam volũt, quando ex tali commodato nullũ imminerer periculum ipſi officiali, iuxta ea, quæ habentur per Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 2. num. 6. in fin. contra Io. Medin. C. de reſtit. tit. de vſura, q. 4.

His tamen non obſtantibus, contrarium puto verius. Probatur, quia offici-
3 alis commodando vt ſupra ſuum officiũ alteri obligat ſe ad pecuniæ receptæ reſtitutionem, finita ſocietate: & inſuper ad fructus ſolutionem; cùm ipſe ſit, qui contrahit, ad commodum tamen alterius; atque adeò ipſe officialis eſt principalis, & non recognoſcens bonam fidem & inter ipſum officialem, & dantem pecuniam ſolùm conſiſtit hæc ſocietas, vt latè nos ſupra declarauimus, q. præced. & extat deciſio Rotæ Rom. 45. num. 3. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. impreſſa in vna Romana ſociet. 10. Maii. 1604. corã Cardinali Ludouiſio, poſtea Greg. XV. P.M. in illis verbis, *Quia contractus*

Digitized by Google

ſocietatis conſiſtit ſolum inter dantem pecunias, & officialem,&c. Imò Zacch.in d. ſuo tract. num. 15. addit, quòd licet de ſtylo ſoleant etiam alij accedere;nihi-
4 lominus ipſe officialis eſt principalis; alij verò fideiuſsores,vt conſuluit Gabr. conſ. 63. num. 1. & ſeq. lib. 2. Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 68. num. 12. & alij apud eundẽ Zacch.loco citato.Vndè cũ illa officialis obligatio,& obſequiũ,quod præſtat recognoſcẽti bonã fidẽ ſint pretio æſtimabilia;officialis ipſe ob ea emolumentũ aliquod licitè poterit percipere;ſiquidem licet ſponte,ac nulla præuia obligatione mutuandi mutuãs, nullum emolumentum ex mutuo cõſequi poſsit, iuxta illud Domini,*Mutuo date nihil inde ſperantes*. c. conſuluit, de vſur. nihilominus ſi quis mutuat, præuia obligatione mutuandi, ratione talis obligationis poteſt emolumentum aliquod percipere; quia tunc illud non perciperet ex mutuo, vi mutui, ſeu in pretium mutui, quod eſſet vſura; perciperet ex præuia obligatione mutuandi, quæ eſt pretio æſtimabilis: nam qui promittit mutuare tali tempore mediante obligatione, ſi non mutuat tenetur ad intereſſe. Confirmatur hæc eadem ſententia,
6 quia fideiuſſor pro fideiuſſionis obſequio poteſt quoque mercedem aliquam conſequi ab eo, pro quo fideiuſſit, vt in l. hoc iure, §. 1. & ibi Bart. ff. de donat. Syl. in ver. fideiuſſor, num. 14. Nau. in Man. cap.17. num.283. & nos latè probauimus in noſtris Commentar. ad extrau. Pii V. de cenſib. §. 3. q. 13. num. 20.ergo idem dicendum de officiali,qui commodauit officium: nam ratione talis commodati obligatur danti pecuniam ad ſocietatem ad pecuniæ receptæ reſtitutionem vna cum fructibus, non ſecus quàm fideiuſſores ab eo dati; & propterea militat eadem ratio, argum. tex. in l. illud, ff. ad l. Aquil.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum ſibi vendicet, etiam ſi officialis nulli periculo exponatur ratione talis officii
7 commodati: quoniam emolumentum illud officiali non tantùm debetur ratione periculi, cui exponitur, ſed etiam ratione obſequii,ac famulatus,quæ non tenetur gratis præſtare, vt de fideiuſſore oſtendimus in dictis noſtris Comment. loco citato:vbi id ampliauimus l. etiam ſi fideiuſsori pro fideiuſſione eſſet datus pignus, aut alius fideiuſsor,qui eum releuaret,vt patet ex iis,quæ habentur per Scac. de commerc. & camb. §. 1. num. 548.

Sic ampliata limitatur eadem concluſio, vt non procedat in officialibus,quos
8 vulgo conductitios appellat, qui ſub certa mercede ſocietates innumeras coeunt pro aliis, qui officiis carent, vltra valorem officiorum, de quibus forte loquitur Angles: nam re vera iniuſtitiam committunt,vt ſuo loco dicemus.

Ad contraria facile reſpõdetur

Ad primum negatur, officialem eo caſu vſuram contrahere: quia non mu-
9 tuat officium, nec aliam rem ratione cuius emolumentum illud percipiat: at vſura non poteſt conſiſtere ſine mutuo, vt in c.conſuluit, de vſur. quod eſt verũ niſi ſocietates contrahat vltra valorem officij: nam tunc cum officialis ſocietatem contrahat ſine officio, emolumentũ illud iniuſtè, & citra legitimum titulum percipit.

Ad confirmationem negatur conſequentia;quia officialis non conſequitur
10 emolumentum illud ex commodato, ſed ex famulatu,& obſequio,quia præſtat bonam fidem recognoſcenti, & obligationem,quam pro eo dicitur ſubire,iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus.

An Officialis, qui pecunias ad ſocietatem recepit eas licitè poſsit accõmodare alteri, qui ſocietatis onus in ſe ſuſcipiat. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Officialis,qui pecunias ad ſocietatem recepit, eas licitè poteſt accõmodare alteri, qui ſocietatis onus in ſe ſuſcipiat.*

2 *Officialis,qui alteri accõmodauit pecunias ad ſocietatem acceptas, qui ſocietatis onus in ſe ſuſcipiat perinde ſe habet, ac ſi ei accommodaſſet nomen officii.*

3 *Officialis,qui alteri accõmodauit pecunias,vt ſupra acceptas, ſi officium diſtrahat non poteſt intereſſe conſequi.*

Hanc

HAnc quæſtionem explicat Caſtrac. in ſuo tract. de ſociet. offic. cap. 46. & ponit caſum in Officiali, qui ſuper eius officio pecuniam ad ſocietatem accepit: quam cùm reddere vellet, amicus eum rogat, vt ſibi pecuniam illam præſtet, & fructus ſoluet, & indemnem ipsũ, & ſuos fideiuſſores conſeruabit: & officialis ei omne onus, & emolumentum ſocietatis cedit. Quæritur igitur, an talis contractus ſit validus.

Ad hanc difficultatem reſpondetur
1 affirmatiuè. Nam ſi res ipſa rectè conſideratur, huiuſmodi contractus cum amico eſt contractus mutui cum intereſſe damni emergentis: ſiquidem officialis non intendebat in ſocietate perſeuerare, ſed illam diſſoluere, & pecuniam in ſocietatem acceptam ſocio, qui dedit reddere: ſed quoniam rogatus ab amico pecuniam illam eidem mutuauit, oportet officialem ipſum in ſocietate perſeuerare: eo quod non habet aliam pecuniam, qua ſocietatem ipſam diſſoluat. Vndè cum cogatur fructus talis ſocietatis ſoluere ad illos proculdubio tenetur mutuatarius ratione intereſſe damni emergentis: ſiquidem intereſſe damni emergentis liticè percipi poteſt ex mutuo etiam ante moram quando deducitur in pactũ, vt in caſu, de quo agitur, vt patet ex ijs, quæ adnotauimus in noſtris Comment. in extrauag. Pii V. de cenſib. §. 2. q. 10. num. 21. verſ. Dixi dummodo, & q. 11. num. 7. Hanc opinionem tenet idem Caſtrac. loco citato, qui pro ea adducit adnotata per Iaſon. in l. 1. C. de Sum. Trin. & fid. cathol. num. 52. vbi agit de ſcolare, qui accõmodauit ſocium de pecuniis, ex quibus volebat pignus luere, & ex vſuris ſe liberare: ſiquidem hoc caſu licitè à ſocio vſuras peteret: cum non teneatur cum ſua iactura ei ſubuenire, c. ſi non licet, 23. q. 5. l. naturalis, ff. de præſcript. verb. Archid. in c. vſuram, 24. q. 3. Anchar. in c. nauiganti, de vſur.

Imò cùm hoc caſu officialis omne
2 onus, & emolumentum ſocietatis cedat mutuatario, cum promiſsione indemnitatis tam pro ſe, quàm pro ſuis fideiuſſoribus, in re caſus iſte non differt à caſu q. 5. huius §. nam perinde eſt, ac ſi officialis accõmodaſſet nomen officii dicto eius amico, qui verè pecuniam habuit, bonamque fidem recognouit, & in forma promiſit, &c.

Eſt tamen verum, quòd officialis ſi
3 officium diſtrahat non poteſt fructus, ſeu intereſſe ab amico conſequi: quoniam iam eſt diſſoluta ſocietas, & ad fructus amplius non tenetur ſocio: & ſocius qui pecunias dedit officiali, qui poſtea illam amico tribuit, non poteſt contra ipſum amicum ad fructus agere, qui cum eo nõ fuit inita ſocietas. Vndè aget cõtra officialem, & officialis contra amicum pro pecuniæ reſtitutione: quod quomodo procedat, rectè declarat Caſtrac. d. cap. 46. num. 4. cum plur. ſeq.

An officium, ſuper quo contrahitur ſocietas debeat habere maſſam certam. Q. IX.

SVMMARIVM.

1 *Officiũ Notariatus Rotæ non habet maſſam certam.*
2 *Rotæ Rom. deciſ. 44. poſt Zacch. refertur.*
3 *Societates ſuper officiis non habentibus maſſã, certã vt validæ ſint, officia debent reddere vt plurimum ad rationem 12. ſingulis annis.*
4 *Rotæ Rom. deciſ. 44. poſt Zacch. qualiter intelligenda ſit, oſtenditur.*

1 AD tituli q. explicationem eſt adnot. quòd inter alia officia, quæ non habent maſſam certam eſt officium Notariatus Rotæ: iſtud enim officium non habet certos fructus, niſi quos laborando Notarius lucratur. De hoc officio quæritur, an ſuper eo contrahi poſſit ſocietas ad rationem 12. pro quolibet centenario, etiam ſi ad hanc rationem fructus veriſimiliter, & vt plurimum non reddat.

In hac re pro parte affirmatiua fuit
2 reſolutum per Rotam Rom. deciſ. 44. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. in vna Romana prætenſæ ſocietatis 1. Iul. 1596. coram b. m. Corduba. his verbis, *Cùm præſuppoſito officium proxenetæ, ſeu ſenſalis Ripæ non habeat maſſam, neque aliquos fructus certos de ordine Sanctiſsimi extra Rotam dubitaui, an ſuper officio potuerit contrahi ſocietas ad rationem 12. pro centenario, vel potius contractus ſoluatur in ſimplex mutuum: & licèt hinc inde multa*

multa allegentur placuit Dominis pars affirmatiua, dummodo ſocietas non excedat valorem officii: quia in his ſocietatibus in conſtitut. Pontificum duo præcipuè conſiderantur, primum, quòd officium per mortem eius, in cuius vita reſidet, vacet, ſecundum, quòd ſocietas non excedat verum valorem officii, vt conſtat ex conſtitutione 260. Pii IV. fol. 977. tom. 1. Bullar. non autem attenditur, quòd fructus, qui percipiuntur ex dicto officio reſpondeant fructibus ſocietatis, vt fuit dictum in vna Romana de Lucatellis, 24. Ian. 1575. coram Illuſtriſſimo Blanchetto. Non obſtat, quòd officium non habeat maſſam certam, & certos fructus, & inde non adſit ſubiectum, ſuper quo fundetur ſocietas, quæ non poteſt iniri ſuper re, quæ non eſt, l. verum, §. fin. ff. pro ſoc. nam Domini reſpondebant, quòd ſatis eſt, quòd officium habeat tuta priuilegia, ex quibus percipiantur fructus certi: & licèt non habeant certos redditus, habent tamen aliquod certum ex inſtrumento, ſuper quo dicta ſocietas potuit iniri: & placuit ſimile, quòd cum Notarius Rotæ non habeat certos fructus, niſi quos laborando lucretur, & tamen ſuper valore ipſorum ſocietates imponuntur, vt in conſtitut. Pii IV. & ſuper illis aliàs fuit reſolutum.

His tamen non obſtantibus, contrariã
3 ſententiam puto veriorem, quàm tenet Caſtrac. in ſuo tract. de ſocie. t offic. cap. 10. ſub num. 11. Tolet. lib. 5. ſuæ ſum. cap. 40. circa fin. verſ. poſterior etiam Sylu. Zacch. de ſociet. offic. num. 355. & alii dicentes, quod ad hoc, vt licita ſit ſocietas ſuper huiuſmodi officiis non habentibus certam maſſam, & cetos fructus, officia ipſa reddere debent vt plurimum ad rationem 12. pro centenario. Imo quòd aliquando plus, & aliquando minus reddere conſueuerint: ſiquidem fructus officii correſpondere debent fructibus ſocietatis: aliàs vſuraria eſſet talis ſocietas; quia non alia ratione talis taxatio ſuſtinetur; niſi quia fructus huiuſmodi officiorum licèt ſint incerti; nihilominus aliquando minus, & vt plurimum plus fructare ſolent, quàm ad rationem 12. atque ideò quod frequenter accidit cõſiderari debet, vt in l. nam ad ea, ff. de legib. & in ſpecie Caſtrac. d. cap. 10. num. 8. cum plur. ſeq. vbi latè rem iſtam explicat. Confirmatur: quia taxatio fructuum ſocietatis ad rationem 12. pro ſingulis centum fuit introducta ex communi Vrbis conſuetudine, quia officia ſuper quibus ſocietates fiebant aliquãdo plus, & aliquando minus, quàm ad rationem 12. reddere ſolebant: qua propter talis taxatio introducta eſt ad effugiendam liquidationem fructuum, vt habetur ex Leonel. ſuper conſtit. Pii IV. quam ſupra retulimus ante q. 1. noſtri cap. & Syl. Zacch. de ſociet. offic. ſub num. 357. ac patet etiam ex q. 3. noſtri cap. vbi inſtrumenti formam recenſuimus, quæ ex cõmuni Vrbis conſuetudine ſuper ſocietatibus officiorum adhiberi ſolet. Et hanc ſententiam ſequitur quoque Azor. ſi rectè perpendatur, p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. off. cap. 13.

Ad deciſ. quam ſupra pro contraria
4 opinione adduximus, reſpondetur, quòd eſt intelligenda iuxta noſtram ſententiã, quam ſupra explicauimus. Nec noſtræ ſententiæ aduerſantur verba illa ſupradictæ deciſ. *Non autem attenditur, quòd fructus, qui percipiuntur ex dicto officio reſpondeant fructibus ſocietatis*. Siquidem deciſio intelligenda eſt de fructibus officii in re; ſecus autem de fructibus officii in veriſimili ſpe: quaſi dicat, non eſt neceſſe, vt fructus officii tempore ſocietatis contractæ actu correſpondeant fructibus ſocietatis: ſed ſatis eſt ſi ex tali officio probabiliter æſtimari poſsit tot fructus producendos, qui correſpondeant fructibus ſocietatis ad rationem 12. pro quolibet centenario: vt quia officium licèt fructus habeat incertos; nihilominus ſit talis qualitatis, vt aliquando minus, & aliquando, imò & vt plurimum plus reddere ſoleat, quam 12. pro ſingulis centum, iuxta ea quæ ſupradiximus ex Caſtrac. & aliis.

An ſocietas contrahi poſſit ſuper ſcripturis Notariatus Rotæ, aut Auditoris Cameræ Apoſtolicæ.

Q. X.

SVMMARIVM.

1 *Notariatus Rotę, aut Auditoris C. A. cum alienatur, ſcripturæ remanent apud venditorem.*

2 So-

Digitized by Google

1 *Societas contrahi poteſt ſuper ſcripturis Notarius Rotæ, & C. A.*

AD tituli explicationem eſt adnot. 1 quòd per alienationem Notariatus Rotæ, aut Auditoris C.A. totum officium non diſtrahitur; ſed remanet dominium ſcripturarum penes venditorem, vt poſt alios teſtatur Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 34. ſub num. 15. Quæritur modo, an ſuper huiuſmodi ſcripturis poſſit contrahi ſocietas.

Ad hanc difficultatem reſpondetur breuiter affirmatiuè. Etenim ſcripturæ, de quibus agitur ſunt fructiferæ, & poſſunt hypothecari: ergo poteſt ſuper eis ſocietas contrahi. Ita in ſpecie Felic. loco citato Zacch. de ſociet. offic. num. 294. cum aliis, quos allegant. Qui quidem volunt ita demum veram eſſe hanc ſententiam, ſi fructus, ac redditus harum ſcripturarum ſint reſpondentes fructibus ſocietatis: alias ſecus; quoniam tunc ſocietas eſſet ſine ſubiecto.

Ex hoc inferunt, hunc eſſe vnum ex illis caſibus, in quibus per officii alienationem non ſoluitur ſocietas, vt per Zacch. ibi qui num. 295. ponit quoque alium caſum, de quo infra q. ſeq. agemus.

An ſocietas contrahi poſſit non ſolùm ſuper vno; ſed etiam ſuper pluribus officiis. Q. XI.

SVMMARIVM.

1 *Societas contrahi poteſt non ſolum ſuper vno, ſed etiam ſuper pluribus officiis; ſicut, & cenſus non ſolùm ſuper vno, verùm etiam ſuper pluribus fundis conſtitui poteſt.*

2 *Societas ſi contrahatur ſuper duobus officiis, & poſtea vendatur, ſuſtinetur non vendito ſi ſit capax totius ſummæ; aliàs pro rata.*

AD hanc quæſtionem reſpondetur 1 pariter affirmatiuè. Etenim cenſus non ſolum ſuper vno; ſed etiam ſuper pluribus fundis conſtitui poteſt, vt latè probauimus in noſtris commentar. in extrauag. Pii V. §. 1. q. 4. num. 1. cum plur. ſeq. Ergo idem dicendum de ſocietate, vt contrahi poſſit ſuper pluribus officiis. Cùm militet eadem ratio in vtroque caſu: ſiquidem non alia ratione poteſt conſtitui cenſus non ſolum ſuper vno fundo, ſed etiam ſuper pluribus, niſi vt ſi pereat vnus fundus cenſus ſuſtineatur in alio ſi ſit totius oneris capax, vt oſtendimus d. q. 4. num. 2. cum plur. ſeq. & num. 28. aliàs ſuſtineretur pro rata, vt in d. §. 1. q. 47. num. 25. At hæc ratio mi-2 litat quoque in caſu, de quo agitur: nam ſi ſocietas conſtituitur ſuper duobus officiis, ſi vnum vendatur, ſuſtentatur ſuper alio: dummodo officium, quod remanet ſit capax totius ſummæ; aliàs ſocietas ſuſtineretur pro rata, cuius eſt capax: quoniam illa pars, quæ remanet affert eandem vtilitatem, quam in toto reſpectu totius. Et ita fuit deciſum per Rotam Rom. deciſ. 43. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. in vna Romana ſocietatis officii, 18. Ianuar. 1603. coram b. m. Cardinale Mellino, his verbis, *Domini concluſerunt, quòd ſi officium, quòd remanſit erat capax totius ſummæ, per venditionem alterius officii ſocietas non diſdicitur, & in hoc caſu materia eſt clara; quoniam hanc opinionem ſæpè ſequuta fuit Rota in cauſa Romana de Lactinis coram Illuſtriſſimo Blanchetto, & in cauſa Romana de ferris coram Illuſtriſsimo D. meo Patriarcha Alexandrino, & coram me in cauſa Romana cenſus, 30. Octob. 1602. Si verò officium non eſt capax totius ſummæ, cenſuerunt, ſocietatem pro rata, cuius eſt capax ſuſtineri: quia illa pars, quæ remanſerat affert eandem vtilitatem, quam in toto reſpectu totius: & propterea ceſſat in hoc caſu ratio indiuiduitatis, in qua ſe fundant informantes, Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in 3. q. ff. de verb. oblig. & fuit latè deductum in dictis deciſionibus.*

Ex qua deciſ. colligit Zacch. num. 295. alium caſum, quo per officii alienationem non diſſoluitur ſocietas, nempè, quando ſocietas coitur ſuper duobus officiis, quorũ vnum alienetur, & aliud, quod remanſit erat ſocietatis capax, vt per Boccac. eod. tract. num. 187. vbi deciſionem quoque ad hoc allegat, eiuſdem verba ad verbum referens.

An

An tradens ſuam pecuniam officiali habenti proprium officium, & non accipienti pecuniam vltra valorem eius; verùm non cogitans de ſocietate, ſed tantùm, vt lucrum ex pecunia percipiat ad rationem 12. pro 100. dicatur iuſtè contrahere. Q. XII.

SVMMARIVM.

1 *Animus præſertim inſpicitur in foro conſcientiæ.*

2 *Bonæfidei poſſeſſor facit fructus ſuos.*

3 *Dans ſuam pecuniam officiali bona fide ad rationem 12. pro centenario non cogitans de ſocietate contrahenda, ſed exiſtimans licitè contrahere, non peccat, nec tenetur reſtituere ex tali contractu perceptum.*

4 *Viduæ, & pupilli dantes bonafide . Mercatoribus ſuas pecunias ad rationem quinque pro 100. credentes licitè contrahere, excuſantur.*

5 *Societatem officiorum contrahens non habens animum contrahendi, ſed percipiendi ex ſua pecunia 12. pro centum, licèt peccet: non tamen tenetur ad reſtitutionem.*

6 *Reſtitutio debetur ex violatione iuſtitiæ commutatiuæ.*

7 *Iuſtum, vel iniuſtum non pendet ex bonitate, vel malitia intentionis; ſed ex æqualitate, vel inæqualitate operum externorum.*

AD tituli explicationem ponamus caſum, quòd Titius ſocietatum officiorum ignarus centum dedit Meuio officiali Abbreuiatorum ſub lucro ſex aureorum quolibet ſemeſtre cum ſolitis pactis, & conditionibus, de quibus in relato inſtrumento ſupra hoc eodem cap. q. 3. habetur: nec ad aliud intentum habuit, quàm vt ſua pecunia emolumentum illud lucretur: & propterea ad optimos fideiuſſores reſpexit, quos omni conatu, ac diligentia requiſiuit. Quæritur igitur, an talis contractus ſit licitus?

In hac re quidam putant, huiuſmodi
1 contractum eſſe vſurarium quoad forum interius: & propterea Titium teneri ad reſtituendos integros fructus, etiam perceptos, & conſumptos. Mouentur ex eo, quòd in foro conſcientiæ animus præſertim inſpicitur, vt in c. conſuluit, de vſur. ſed Titius non habuit animum contrahendi ſocietatem, cùm huiuſmodi ſocietatum nullam cognitionem ſupponimus habuiſſe; ſed intentionem tantum lucrum percipiendi ex pecunia, quæ ex ſui natura fructifera non eſt; atque adeò animum ſaltem implicitum habuit lucrum percipiendi ex mutuo: quod vſura eſt, vt in d. c. conſuluit: Ergo Titius ipſa tanquam vſurarius tenetur lucrum perceptum, ac etiam conſumptum Meuio officiali reddere. Confirmatur, quoniam Mercatores, qui bona fide aliquando non nullos celebrant cõtractus illicitos, ac vſurarios, licèt excuſentur à culpa; non tamen excuſantur à reſtitutione eius, quòd ex huiuſmodi contractibus illicitis perceperunt, vt habetur ex Sot. lib. 4. de Iuſtit. & iur. q. 7. art. 2. Nauar. in ſum. cap. 17. num. 247. Armil. in vet. vſura, num. 14. & alii. Ergo dato, quòd præfatus Titius eo modo bona fide contraxerit, & propterea non peccauerit; tenetur tamen fructus perceptos, & conſumptos reſtituere: ſiquidem contractus vſurarius cum peccet in forma, in totum corruit, nec reducitur ad legitimum modum, vt habetur ex eodem Sot. lib. 6. de Iuſtit. & iur. q. 10. art. 2. & nos diximus in noſtris Commentar. in extrauag. Pij V. §. 2. q. 1. num. 18.

Alij putant, huiuſmodi contractum
2 eſſe quidem vſurarium; ſed Titius, qui pecuniam dedit officiali, ſtante eiuſdem ignorantia iuris quodammodo obſcuri, & bona fide, cùm bona fide fructus percepetit, excuſatur tum à peccato; tum etiam à reſtitutione fructuum, qui non extant, ſed conſumpti ſunt, & in quibus non eſt factus locupletior vſque ad illud tempus, quo nouit, contractum eſſe vſurarium: & id per tex. in l. ſed & ſi, §. 1. & l. item veniunt, ff. de petit. hæredit. quoniam bona fidei poſſeſſor hos fructus facit ſuos, vt colligitur ex dictis iuribus, & Caiet. 2. 2. q. 62. art. 6. qui id ampliat verum eſſe quoad forum conſcientiæ, &

in

Digitized by Google

in ſpecie Ludou. Luſit. lib. reſp. caſ. conſc. cap. 57.

Nos autem pro determinatione huius
3 difficultatis cenſemus eſſe diſtinguendum, quòd aut Titius adeò bona fide contractum, de quo agitur, celebrauit, vt licitè putaret celebrare, & lucrum iuſto titulo percipere, quamuis non cogitet de contractu ſocietatis; ſed tantùm de lucro ex ſua pecunia percipiendo: aut ita intẽdebat prædictũ lucrũ ex ſua pecunia, vt illicitè intenderet cõtrahere. Primo caſu dicimus, eum non commiſiſſe vſurã; quoniam implicitè ſaltem cenſetur habuiſſe animum lucrandi omni iuſto titulo, quo poteſt, iuxta ea, quæ habentur ex Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 3. num. 113. & infra q. ſeq. Deo duce, latius dicemus.

Confirmatur, quoniam viduæ, pupilli,
4 & alij ſimiles, qui dant eorum pecunias mercatori ſimpliciter ſub lucro ad rationem quinque, vel ſex pro quolibet centenario, ſingulis annis, ſalua ſorte, intendentes lucrum illud omni iuſto titulo percipere, quo poſsint, quamuis huiuſmodi contractus præcisè ſumptus videatur vſurarius; nihilominus dantes pecunias illas implicitè cùm iintendant lucrum ex iuſto titulo proueniendum, poterunt exigere titulo ſocietatis, vt habetur ex Gregor. de Valent. diſp. 5. q. 25. num. 2. & Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. c. 20. lib. 12. ſub num. 105. vers. Primò ſiquis. Vbi rationem hanc eſſe ait; quia ad iuſtitiam, ſeu æqualitatem ſatis eſt ſi titulus ſit volitus implicitè, nec opus eſt, vt cognoſcatur, explicitè. Vndè eo caſu cùm dicatur ex iuſto ſocietatis contractu fructus illos Titius percipere, proculdubio non peccat, nec tenetur ad eorum reſtitutionem, ſiue conſumpti ſint, ſiue non conſumpti, & extantes cum huiuſmodi ſocietates licitas eſſe ſupra oſtendimus.

Poſteriori verò caſu licèt peccet pro-
5 pter prauam eius voluntatem; re vera tamen fructus perceptos reſtituere non tenetur nec quoad forum interius, nec quoad forum exterius. Etenim ipſe Titius nullam iniuſtitiam commiſit: quia licèt prauam habuerit intentionem; tamen in re contractum ſocietatis celebrauit cum omnibus cõditionibus, & clauſulis requiſitis ad iuſtitiam talis contractus, & in eo æqualis eſt conditio vtriuſque; ergo non tenetur fructus reſtituere: quia reſtitutio prouenit ex violatione iuſtitiæ commutatiuæ: at iuſtum, vel iniuſtum non pendet ex bonitate, vel malitia intentionis; ſed ex æqualitate, vel
7 inæqualitate operum externorum, vt per Ariſt. 2. & 5. Ethic. & D. Thom. 2. 2. q. 58. art. 10. & q. 59. art. 1. Vndè his ſic ſtantibus patet, quid dicendum ſit ad contraria.

An vi ſponſionis, ac pacti poſſit ſocietas conſiſtere ſine officio proprio, nec alterius. Q. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Aliquid ex mutuo percipere citra vſuræ labem non licet; etiam ſi ratio perículi adſit ſecundum aliquos.*

2 *Societatis contractum citra officium, ſeu vltra valorem officij, in vim ſponſionis ſubſiſtere, qui teneat.*

3 *Contractus ſponſionis duplex, alter ſponſionis formaliter; alter verò ad inſtar ſponſionis.*

4 *Sponſionis definitio traditur.*

5 *Sponſio non datur niſi aliqua concurrat contentiò, ſeu decertatio, nec pecunia ſoluitur aut aliquid aliud in principio contractus.*

6 *Contractus ad inſtar ſponſionis quì nam dicatur.*

7 *Pecunia mutuata in omnem euentum repetitur.*

8 *Societas non datur ſine communione aliqua.*

9 *Sponſio non datur citra decertationem.*

10 *Dãte Meuio 100. aureos ad ſex menſes ea lege, vt ſi Titius intra ſex illos menſes decedat, Meuius illos 100. lucretur: & ſi vixerit toto ſemeſtri Meuius ipſe reſtituat centum, & inſuper ſex alios aureos pro lucro talis contractus eſt innominatus, & reducitur ad contractus ſortium.*

11 *Contractus omnis ſtipulatione, aut iuramento vallatus dicitur nominatus.*

12 *Contractus innominatus antequam ſtipulatione valletur, poteſt diſſolui: poſt verò ſtipulationem licitum eſt ab eo diſcedere.*

13 *Contractus ſortium tunc erit licitus cùm ex æquo contrahentes ſorti, & euentui*

dubio, ac incerto exponuntur.

14 *Dans pecunias ſuper periculo ſuæ vitæ ſi ſit adeò ſenex, vel actu militans, aut inimicitias capitales habens, contractus eſt iniuſtus ex parte recipientis pecunias.*

15 *Dans pecunias ſuper periculo ſuæ vitæ non ſolùm ſi ſit ſenex vt ſupra; ſed etiã ſi non ſit adeò ſenex, & valetudinarius, nec miles actu militans, eſt iniuſtus ex parte recipientis.*

16 *Iuſtitiæ commutatiuæ, quæ aduerſantur, contraria ſunt iuri naturali.*

17 *Iuſtum, vel iniuſtum non conſiſtit in bonitate, aut prauitate animorum, ac intẽtionum; ſed conſiſtit in rerum, & operũ exteriorum æqualitate, & inæqualitate.*

18 *Vtile per inutile non vitiatur.*

19 *Dans pecunias ſuper periculo ſuæ vitæ ad ſex menſes ad rationem ſex pro quolibet centenario ſi ſit iuuenis, & adeò robuſtus, vt longè maior ſit probabilitas quòd viuat, quàm quòd moriatur infra dictum tempus, iuſtè contrahit.*

20 *Dans pecunias ſuper periculo ſuæ vitæ vt ſupra, non ſolùm iuſtè contrahit ſi ſit iuuenis; & det pecuniam ad ſemeſtre, & non vltra; ſed etiam ſi det pecunias ad ſemeſtre, & deinde ad beneplacitum cũ diſdicta, &c.*

21 *Dans pecunias ſuper periculo ſuæ vitæ, vt ſupra, licitè contrahit, etiam ſi contrahentes fingant ſocietatem coire, ſed in re intendant celebrare contractum innominatum.*

22 *Contrahens quilibet implicitè cenſetur habere animum contrahendi omni meliori modo, quo poteſt.*

23 *Dans iuuenis robuſtus ſuper periculo ſuæ vitæ iuxta concluſionem propoſitam, iuſtè contrahit in foro conſcientiæ; ſecus autem quoad forum exterius.*

24 *Dans pecunias ſuper ſolo periculo vitæ, vel alterius, an poſſit eſſe licitus aliquando quoad forum exterius.*

25 *Officium in ſocietate officiorum eſt neceſſarium; aliàs ſocietas eſſet ſine ſubiecto.*

26 *Societas officiorum cur non ſit contractus mutui, ratio redditur.*

27 *C. Nauiganti, de vſur. intellectus.*

AD tituli explicationem ponamus caſum, quòd Titius dederit Meuio nullum officium habenti centum aureos ad ſex menſes ea lege, vt ſi Titius intra ſex illos menſes decedat, Meuius illos cẽtum ſibi lucretur: quòd ſi Titius vixerit toto ſemeſtri, Meuius ipſe reſtituat centum, & inſuper ſex alios aureos pro lucro. Quæritur modo; an huiuſmodi contractus ſit licitus?

In hac re pugnantes extant opinio-
1 nes. Nam prima ſententia eſt Syl. in ſum. ver. vſura 1. q. 37. & aliorum exiſtimantium, huiuſmodi contractum eſſe vſurarium: ſiquidem in caſu, de quo agitur Titius mutuo dat illos centum vſura eſt, cùm non liceat aliquid ex mutuo percipere citra vſuræ labem, vt in c. conſuluit; de vſur. Confirmatur hæc ſententia ex c. nauiganti, de vſur. vbi in mutuis veris, vel interpretatiuis ſpe lucri principaliter factis periculum, vel dubium non excuſat à fœnore. Ob id Syl. loco citato, vſurarium cenſet Ciuem illum, qui habens filiam vnius anni dederit 70. communitati, vt habeat 500. pro ipſa maritanda ſi vixerit vſque ad 25. annum: ſi verò interim decedat, illa ſcuta 70. amittat. Et id etiam ſi communitas ipſa ſtatutum, quod id permittat, habeat. Eadem ratione idem Syl. loco citato, q. 36. vſurarium pariter cenſet eum, qui mutuat pecuniam alicui vſque ad decem annos ea lege; quòd ſi interim alter eorum moriatur, mutuatarius à debito ſit liber: ſi verò ambo ſuper vixerint, mutuatarius ipſe debit aliquid vltra ſortem; quia ex mutuo exigit aliquid vltra ſortem, licèt ſub periculo. • 5,

Secunda ſententia eſt Riccar. in 4. d.
2 15. art. 5. q. 5. verſ. Quartò accipiens aliquid, Boccac. de ſociet. offic. num. 196. Sot. lib. 6. de Iuſtit. & iur. q. 6. art. 2. ad fin. Nauar. conſ. 25. de vſur. num. 2. & 3. & aliorum, quos refert, & ſequitur Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſocietate, q. 4. & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 3. num. 113. dicentium, contractum, de quo agitur licitum eſſe, non iure ſocietatis, ſed vi contractus innominati, Do, vt des, ſeu ſponſionis. Imò ait Filliuc. ibi quòd multæ ſocietates officiorum hoc tempore non poſſunt ſaluari in foro conſcientiæ; niſi ex vi talis cõtractus, ad cõtractũ ſponſionis ſpectãtis: qui mixtus eſt in ſocietate: cùm ea ſæpè fũdetur in officio ſupra æſtimationẽ eius; & in foro externo non dãnetur, niſi quãdo ab eadẽ perſona accipiatur maior ſumma pecuniæ, quàm ſit officij æſtimatio; etiam ſi antea grauatum eſſet ſupra æſtimationem, idque paſsim ſcia-

tur

Digitized by Google

tur à coeuntibus ſocietates huiuſmodi, maximè cùm officia accomodantur alteri. Probant præfati Doctores eorum ſententiam ex eo quòd dans ſuas pecunias, illas periculo exponit, nempè ſi infra ſex menſes deceſſerit: nam eo caſu, qui ipſas pecunias recepit, ſuas ſibi facit. Confirmatur, quia huiuſmodi contractus non eſt mutui: ſiquidem mutuum in omnem euentum repetitur, & redditur: at Titius ſi infra ſex menſes deceſſerit ſuam pecuniam amittit, itaut Meuius hæredibus nihil reſtituere teneatur: Ergo contractus, de quo agitur non eſt mutui, ſed ſponſionis, ſeu innominatus, Do vt des. Habeunt præcipuè opiniones in hac re extantes, reſtat modo, vt quid nobis dicendum ſit videamus.

Pro determinatione huius difficulta-
3 tis eſt adnot. quòd datur contractus ſponſionis: & contractus ad inſtar ſponſionis. Eſt autem ſponſio ſtrictè ac formaliter ſumpta, contractus, in quo duo de veritate, vel euentu alicuius rei con-
4 tendentes, ſibi viciſsim aliquid ſpondent. Vt ſi vnus dicat, Titium fuiſſe militem in Germania: alter vero neget: vel vnus affirmet eſſe conſulem; alter contendat non eſſe conſulem. Vel denique vnus dicat, Titium futurum eſſe conſulem: alter autem neget, & ſibi viciſsim aliquid ſpondeant, ita vt affirmans ſi verum non dicat, aut non eueniat quod prædixit, ſoluat neganti 100. & ſi negans mentiatur, vel accidat quod negauit totidem ſoluat affirmanti. Vndè huiuſmodi decertationes à quibuſdam appellantur ſponſiones: eo quòd fiant interpoſita ſtipulatione, in qua vnus ſpondet ſe ſoluturum alteri, ſi verum fuerit quod affirmat, aut euenerit quòd prædixit: ab alijs verò dicuntur depoſitiones, eo quòd deponatur pecunia, aut res pecunia æſtimabilis ſoluenda, ei qui vicerit. vt rectè declarant Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 11. cap. 19. de ſponſion. Leſſ. lib. 2. de Iuſtit. & iur. cap. 26. dub. 1. num. 2. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tractat. 37. cap. 2. cũ alijs, quos allegant, & latè probant licitas eſſe ſi debitæ concurrant conditiones. Ex quibus patet, quòd non da-
5 tur ſponſio, niſi aliqua concurrat contentio, ſeu decertatio, & aliquid vincenti ſpondeatur, aut deponatur: atque adeò ſolus euentus conditionis habetur in ſponſione pro cauſa obligationis, nec pecunia ſoluitur, aut aliquid aliud in prin. contractus, ſed tantum poſt impletam conditionem. l. à Titio, ff. de verb. oblig.

Contractus verò ad inſtar ſponſionis
6 dicitur, cùm datur aliquid ſub conditione, repetendum duplicatum, aut cum aliquo incremento adueniente conditione: vel non repetendum in totum, vel pro parte conditione non impleta. Vt patet exemplum in contractu, in Belgio fieri ſolito, in quo Titius v.g. accipit à Meuio 100. eo pacto, vt teneatur reddere 200. ſi poſt duos annos, viſa Roma, ſaluus in patriam redierit, vel vxorem duxerit, vel presbyter fiat. Ita contractus dicitur inſtar ſponſionis, ſicut contractus, qui celebratur in Anglia, vt teſtatur Azor. loco citato cap. 21. dub. 1. & 2. vbi Titius v.g. dat 100. aureos Sempronio, vt ſi poſt elapſum annum ipſe vixerit, reddat Sempronius Titio 100. ſi vero moriatur ipſe Titius, eius hæredi teneatur reddere 85. & reliquos 15. ſibi retineat. Etenim primò caſu idem eſt, ac ſi Meuius promitteret Titio 100. aureos amittendos ſi Roma non redierit intra duos annos, vel vxorem non duxerit, aut presbyter non fuerit ordinatus: & ſecundo caſu dum Titius, & Meuius ex æquo exponunt ſe lucro, & damno pro euentu dubio, & incerto, & viciſsim aliquid ſibi ſpondent, proculdubio talis contractus dicitur quodammodo ſponſionis. Et quamuis Titius exponat ſe maiori damno, quàm lucro: nam ſi moriatur perdit 15. & ſi vixerit lucratur tantùm 10. tamen magis probabile eſt Titium victurum, cùm ſit ſanus, & vegetus. Vt declarat Filliuc. vbi ſupra cap. 2. q. 10. verſ. Eſt ergo genus. Non tamen huiuſmodi contractus poſſunt dici verè, ac propriè ſponſiones; quia in ſponſionibus non ſoluitur pecunia ab initio; ſed tantùm promittitur, vel deponitur, iuxta ea, quæ ſupra diximus, & fuit reſolutum per Rot. Rom. deciſ. 48. num. 17. poſt Zacch. tractat. de ſociet. offic. impreſſa, in vna Foroliuien. ſocietatis, 13. Ianuar. 1614. corā Reuer. Damaſceno: at in contractibus de quibus agitur ſoluitur pecunia ab initio: & propterea non dicuntur ſponſiones, ſed ad inſtar ſponſionum, atque adeò contractus innominati, do, vt des ad inſtar ſpõſionum, iuxta ea quæ habentur ex Azor. d. c. 21.

Secundò eſt adnot. quòd titulus quæſtionis noſtræ poteſt intelligi multipliciter, nempè primò de contrahentibus intendentibus contrahere veram, & propriam ſocietatem. Secundò de contrahentibus, qui intendant in re contrahere ſponſionem, quamuis dicant contrahere ſocietatem. Tertiò de intendentibus celebrare contractum innominatum, do, vt des. Et quartò poteſt intelligi de celebrantibus aliquem ex dictis contractibus, qui putent celebrare licitè, vel illicitè, vel non cogitent de iuſtitia, vel iniuſtitia contractus; ſed tantum de percipiendo lucrum illud, cum periculo amittendi ſortem in caſu mortis.

Tertiò eſt adnot. quòd hæc controuerſia diſputatur dupliciter, quoad forum ſcilicet interius, & exterius. His adnotatis, ſit

Prima concluſio.

7 Contractus de quo agitur non eſt mutui. Hæc concluſiò patet ex vltima ratione ſecundæ opinionis, quam ſupra attulimus. Etenim pecunia mutuara in omnem euentum repetitur ac redditur: at qui dedit pecuniam ſi infra ſex menſes moriatur amittit pecuniam, nec eius hæredibus reſtituitur. Et cum dans pecuniam eam non amittat niſi infra ſex menſes moriatur; idcirco contractus de quo quæritur, non poteſt nec cenſus quidem vitalitius appellari: ſiquidem in cenſus vitalitio datur pecunia, vt perpetuo ſit apud recipientem; atque adeò in hoc ſortitur naturam emptionis, ac venditionis, cuius pretium ſit recipientis, vt in l. ex empto, in prin. ff. de action. emp. ac nos latè in noſtris commentar. in extrauag. Pij V. in proœm. q. 28. num. 67. & in ſpecie extat deciſ. Rotæ Rom. 48. num. 14. poſt Zacch. tract. impreſſam, in vna Foroliuien. ſocietatis, 13. Ianuar. 1614. coram Rener. Damaſceno: at in caſu noſtro, vt ſupra diximus, pecunia non ſit recipientis, ſed remanet dantis ſolo periculo amiſsionis in caſu mortis intra ſex menſes.

Secunda concluſio.

8 Contractus, de quo controuertitur non poteſt dici ſocietas. Probatur quia non datur ſocietas ſine communione aliqua, vt ſupra oſtendimus lib. 1. cap. 4. q. 3. concl. 1. at in ſupradicto contractu nihil confertur. Confirmatur, quia non datur ſocietas ſine ſubiecto, vt in l. verum, 5. fin. ff. pro ſoc. Gabr. conſ. 63. num. 5. & 15. lib. 2. cum alij cumulatis per Rot. Rom. d. deciſ. 48. in caſu autem noſtro cùm ſuper ſolo periculo vitæ detur pecunia, nec adſit officium, contractus ipſe caret ſubiecto, quod exigit ſocietas, vt in d. deciſ. 48. num. 13.

Tertia concluſio.

9 Contractus, de quo eſt noſtra quæſtio non poteſt nuncupari contractus ſponſionis. Hæc concluſio patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus in primo not. Etenim in hoc contractu nulla concurrit decertatio, ſeu contentio, & pecunia datur in principio contractus amittenda propter euentum mortis: at non datur ſponſio citra decertationem, ſeu contentionem aliquam, & in contractu ſponſionis non datur pecunia in principio contractus; ſed tantùm promittitur, vel deponitur, vt oſtendimus in d. not. Ergo ſupradictus contractus non eſt ſponſionis.

Quarta concluſio.

10 Contractus prædictus eſt contractus innominatus, do vt des, ad inſtar ſponſionis, & reducitur ad genus ſortium. Hæc concluſio patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus, not. 1. verſ. Contractus vero. Etenim huiuiſmodi contractus eſt ſimilis contractibus illis, qui celebrātur in Belgio, & in Anglia, quos in d. not. retulimus, & oſtendimus non eſſe ſponſionis; ſed innominatos do vt des, ad inſtar ſponſionis, & reduci ad genus ſortium. Confirmatur quia contractus ipſe non eſt nominatus: quia non habet proprium, & peculiare nomen, ſed generale conuentionis retinet, iuxta ea, quæ adnotauimus in noſtris commentar. in extrauag. Pij V. de cenſib. in proœm. q. 8. num. 16. cum plur. ſeq. Ergo eſt innominatus. Præterea prædictus contractus manauit à conſuetudine, vt patet: ergo eſt innominatus: quia omnes contractus à conſuetudine emanantes ſunt innominati,

Digitized by Google

minati, vt per Bald. in rubr. C. de rer. permut. cum alijs à nobis relatis d. q. 8. nu. 48. Eſt tamen verum, quòd huiuſmodi contractus cùm ex communi conſuetudine celebretur apud Notarium, mediāte ſcriptura, ac ſtipulatione, & iuramento concurrentibus, ex innominato efficitur
11 nominatus: ſiquidem omnis contractus ſtipulatione, aut iuramento vallatus dicitur nominatus, vt oſtendimus d. q. 8. num. 8. 46. & 53. Quòd autem talis contractus ſit ad inſtar ſponſionis, & reducatur ad genus ſortium, patet; quoniam conditionem inuoluit, & ambo contrahentes exponuntur ſorti, ac euentui dubio, ac incerto, atque adeò poſſunt lucrifacere, & perdere, iuxta ea, quæ habentur ex Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 11. cap. 1. de ſponſ. q. 2. verſ. Tertia huiuſmodi.

Ex hac concluſione infertur, quòd
12 præfatus contractus antequam ſtipulatione valletur, cùm ſit innominatus, licitum eſt ab eo diſcedere antequam ex altera contrahentium parte impleatur: quando verò eſt iuramento, aut ſtipulatione vallatus, non licet amplius ab eo diſcedere, iuxta ea, quæ adnotauimus d. q. 8. num. 56. & 57.

Secundò infertur, quòd dictus con-
13 tractus cum reducatur ad genus ſortium, tunc erit licitus, cùm ex æquo contrahentes ſorti, ac euentui dubio, ac incerto exponuntur: & ex æquo poſſunt lucrifacere ac perdere vt patet ex ijs, quæ habentur per Azor. loco citato. Etenim contractus cum pari incertitudine damni, aut lucri eſt de iure licitus: imò contractus aliàs iniuſtus propter lucri incertitudinem, ac periculum, cui contrahentes ſe exponunt, iuſtificatur, vt nos probauimus in noſtris commentar. in extrauag. Pij V. de cenſib. in proœm. q. 22. num. 33. & 34. Vndè vt ex æquo contrahentes exponantur periculo lucrandi, vel perdendi, ſunt penſandæ non nullæ circumſtantiæ: debet enim in celebrando tali contractu, & penſione taxanda haberi ratio ætatis, complexionis, & periculi vitæ eius ad cuius vitam dantur pecuniæ: an ſcilicet ſit iuuenis, vel ſenex, robuſtus, vel debilis complexionis, miles, an Doctor, &c. iuxta ea, quæ adnotauimus in ſupradictis noſtris commentar. in proœm. q. 28. ſub num. 82. de cenſu vitalitio agentes. Immo inſpicienda eſt quantitas periculi: nam ſi dans pecuniam non vult ſuſcipere periculum, niſi ſex menſium, multò minus emolumenti percipiet, quàm qui toto tempore ſuæ vitæ periculum ſubiret.

Quinta concluſio.

14 SI dans pecunias ſuper periculo ſuæ vitæ ſit adeò ſenex, ac valitudinarius: vel ſit miles adeò actu militans, aut inimicitias capitales habens, vt de morte illius infra ſex menſes æqualiter, ac de vita probabiliter dubitari poſſit, contractus, de quo agitur inſpecta eius natura, eſt iniuſtus ex parte recipientis pecunias. Probatur, quoniam, ſtante æquali probabilitate vitæ, ac mortis dantis 100. magis grauatur, qui dat pecunias, quàm qui eas recipit: ſiquidem dans pecunias exponitur periculo perdendi centum, ſi pereat; & ſorti lucrandi ſex tantum ſi viuat. At recipiens pecunias exponitur ſorti lucrandi centum, ſi dans eas moriatur: & periculo perdendi ſex ſolùm, ſi viuat. Ergo contractus non eſt iuſtus: cùm non ſit par amborum contrahentium conditio. Quò circa vt ſit iuſtus, oportet, vt ſicut is, qui dedit pecunias non poſſit amplius lucri quàm ſex, ſi viuat: ita etiam ſi moriatur qui pecunias accepit, non poſſit lucrari niſi ſex; atque adeò teneatur reſtituere hæredibus dantis infra ſex menſes præmortui, 94. ſiquidem cum periculum ſit æquale, æquale quoque debet eſſe lucrū aut damnum, vt par ſit conditio vtriuſque contrahentis.

Ampliatur hæc concluſio, vt contra-
15 ctus, de quo agitur, non ſolùm ſit iniuſtus ex parte accipientis pecunias, ſi dans illas ſit adeò ſenex, ac valetudinarius, vel ſit miles adeo actu militans, vt de morte illius infra ſex menſes æqualiter, ac de vita probabiliter dubitari poſſit; ſed etiam ſi non ſit adeò ſenex, ac valetudinarius, & nec miles actu militans, ita vt aliquantulum probabilius dicendum ſit, infra ſemeſtre, eum victurum potius, quàm moriturum: quoniam adhuc dans pecunias magis grauatur, quàm eas accipiens, cum ille magis quàm iſte maiori periculo perdendi, & minori ſorti lucrandi exponatur. Quapropter vt ſit iuſtus ſatis erit, ſi dans pecunias, & infra ſemeſtre viuens, lucretur ſex: & ſi infra dictum tempus intereat, accipiens

Digitized by Google

accipiens lucretur decem, aut viginti pro quantitate probabilitatis vſq; ad arbitrium boni viri: quoniam tunc proportionaliter ex æquo contrahentes dicuntur exponi ſorti lucri faciendi,& periculo damnum patiendi.

Secundò ampliatur, vt cõtractus prædictus ſit iniuſtus non ſolùm quoad fo-
16 rum exterius, ſed etiam quoad forum interius: quoniam eſt contra iuſtitiam commutatiuam,quæ conſiſtit in æqualitate dati,& accepti, vt oſtẽdimus in noſtris commentar. in extran. Pij V. §. 1. q.43. num. 9. atque adeò contra ius naturale: Siquidem quæ aduerſantur iuſtitiæ commutatiuæ, contraria ſunt iuri naturali,cùm ſint contra illam maximã. *Quod tibi non vis alteri ne feceris*. Vt in d. commentar. in proœm.q. 28.num. 7. quod ius naturale attenditur in foro cõſcientiæ,vt diximus ibidem,q.3. ſub nu. 43. & in foro externo adeò attenditur, vt contra ius naturale,ac Diuinum non habeat locum,nec lex aliqua, nec cõſuetudo, vt in c. quæ contra,diſt. 8. c.cum in Eccleſia, c. non ſatis, de ſimon & c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.

Tertiò ampliatur eadem concluſio,vt locum ſibi vendicet; ſiue ſic contrahen-
17 tes patent contrahere iuſtè,ſiue iniuſtè: & ſiue arbitrentur contrahere ſocietatem,ſiue contractum innominatum, aut aliutu iuſtum, vel iniuſtum: quoniam iuſtum vel iniuſtum non conſiſtit in bonitate, aut prauitate animorum, ac intentionum; ſed conſiſtit in rerum, & operum externorum æqualitate, & inæqualitate,vt poſt Ariſt. & D. Thom. inquit Nauar. in c. ſi fœneraueris,not. 16. num. 53. verſ. Nam, vt ſupra, 14. q. 3. Vndè ſeruata æqualitate iuſtitiæ commutatiuæ,intentio deprauata contrahẽtium non eſt contra iuſtitiam cõtractus; ſed tantùm eſſe poterit contra charitatem,vt rectè declarat Scac.de commerc. & camb.§.1.q.5.num.10.& 11.& q.7.p.3. lim.5.ſub num.6.& §.6.Gloſ.1.num.76.

Sic ampliata limitatur dicta concluſio, vt quamuis ſupradictus contractus
18 dictis caſibus ſit iniuſtus; nihilominus, inſpecta natura cõtractus, poſſet reduci ad iuſtitiam; atque adeò erit pro ea tantum parte validus, qua eſt iuſtus:etenim vtile per inutile non vitiatur, quando vtile poteſt ab inutili ſeparari, vt ſumus in caſu, de quo agitur, vt habetur ex Dyn.& alijs in c.vtile,de regul.iur. in 6. Hinc donatio excedens ſummam 500. aureorum citra inſinuationem aliquam, non vitiatur in totum; ſed tantùm in exceſſu, vt in l. ſancimus, C. de donat. Et cenſus licèt non poſſit conſtitui in fundo illius oneris incapaci; nihilominus ſi conſtituatur non eſt omninò inualidus;ſed irritatur quoad eam tantùm partem, ac ratam, pro qua fundus cenſui ſuppoſitus nõ poteſt onus annuæ reſponſionis ſupportare,vt poſt alios oſtendimus in noſtris commentar.ad extrau. Pij V. de cenſib. §. 1. q. 47. num. 25. cum plur. ſeq.

Sexta Concluſio.

DAns pecunias ſuper periculo ſuæ vitæ ad ſex menſes, ad rationem
19 ſex pro quolibet centenario, vt ſupra,ſi ſit iuuenis, vel adeò robuſtus, vt longè maior ſit probabilitas,quòd viuat,quàm quod moriatur infra dictum tempus, arbitror, cõtractum huiuſmodi,inſpecta eius natura, eſſe iuſtum; quoniam accipiens pecunias longè maiori periculo exponitur perdendi ſex illos aureos, & longè minori ſorti lucrandi centum: dans verò pecunias exponitur longè maiori ſorti lucrandi prædictos ſex aureos, quàm periculo perdendi centum: Siquidem verò accidit, vt iuuenis,ac robuſtus infra ſex menſes moriatur: & frequenter quòd viuat. Vndè paruum illud periculum perdendi centum videtur ſufficienter compenſari cum maxima probabilitate lucrandi ſex: atque ideò vterque contrahens ex æquo proportionaliter exponitur periculo,& ſorti. Confirmatur hæc ipſa concluſio ex ijs, quæ ſupra diximus concl. proxima vbi probauimus, quòd ſi dans pecunias ſit ſenex valetudinarius, aut ſit miles adeò actu militans, aut inimicitias capitales habens,vt de morte illius infra ſex menſes æqualiter,ac de vita probabiliter dubitari poſſit, contractus, de quo agitur eſt iniuſtus ex parte recipientis pecunias: ergo erit iuſtus ſi dans pecunias ſit iuuenis ac robuſtus, ita vt longè maior ſit probabilitas, quod viuat intra praefatos ſex menſes, quàm quòd moriatur: quoniam cõtrahentes ipſi ex æquo proportionaliter exponũtur periculo damni, ac ſorti lucri. His adde deciſ. 48. num. 18. poſt Zacch.

Ampli-

Digitized by Google

Ampliatur hæc concluſio, vt locum
habeat non ſolum in iuuene vt ſupra
20 dantes pecunias ſuper periculo eius vitę
per ſemeſtre, & non vltra; ſed etiam in
dante pecunias ipſas modo ſupradicto,
& deinde ad beneplacitum cum diſdicta,
& intimatione 15. dierum præcedente,
iuxta formam ſocietatis officiorum, de
qua ſupra cap. 6. q. 3. quoniam eadem
ratio militat in vtroque caſu: arg. tex. in
l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Secundò ampliatur eadem concluſio,
vt locum ſibi vendicet, etiam ſi contra-
21 hentes fingant ſocietatem coire; ſed in
re intendant coire contractum innomi-
natum, atque adeò fructus percipere pro
periculo vitæ. Vt ſi Titius v. g. ſciat,
Meuium nullum habere officium, vel ſi
aliquando habeat, eſſe totum obligatũ,
& nulla ex parte liberum, & volens lu-
crari cum ſua pecunia fingat coiri ſocie-
tatem officii cum illo: ſed cùm ſocietas
ſolo nomine conſiſtat, in re intendit e-
mere, ac recipere fructus pro periculo
vitæ, quòd pati poteſt de integra ſorte,
ſi intra ſex menſes moriatur, vt habetur
ex Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38.
cap. 6. q. 3. nu. 113. qui id ampliat, etiam
ſi contrahentes non habuerint animum
contrahendi contractum innominatum
expreſsè: quia ſemper implicitè quilibet
contrahens habet animum contrahendi
22 omni meliori modo quo poteſt: & per
huiuſmodi virtualem intentionem cen-
ſetur adeſſe conſenſus contrahentium
neceſſarius ad hoc genus contractuum;
atque adeò ad participandum fructum,
& lucrum ex tali contractu: quem aliàs
ex vi ſocietatis non poſſet: ſecus autem
ſi contrahentes nec implicitè, nec expli-
citè intentionem habeant contrahere li-
citum contractum, & ſic lucrari omni
licito, ac meliori modo quo poſſint: ſed
tantùm lucrum ex pecunia intenderetur
ſub pallio ſocietatis.

Sic ampliata limitatur dicta conclu-
ſio, vt locum habeat in foro conſcientiæ
23 tantùm: vt ſcilicet concurrentibus
ſupra relatis circumſtantijs, fructus
percepti non ſint reſtitutioni obnoxij:
ſecus autem quoad forum exterius: ete-
nim in foro exteriori meritò damnatur
tanquam in fraudem legis initus, & tan-
quam vſuræ ſpeciem, atque figuram ha-
bens, & tanquam ſcandaloſus nullo pa-
cto eſt ſuadendus: & propterea in iudi-
cio lucrum ex tali contractu perceptum
venit in ſortem computandum, vt rectè
habetur ex Azor. d. c. 8. q. 4. in fin. &
extat Rota Rom. deciſ. 48. poſt Zacch.
tract. de ſociet. offic. impreſſa in vna Fo-
roliuienſis ſocietatis, 13. Ianuarii. 1614.
coram Reuerẽdiſs. Damaſceno. Et deciſ.
61. poſt eundem Zacch. tract. in cauſa
Romana ſocietatis officii, 14. Ianuarii.
1613. coram b. m. Card. Pamphilio.
Imò quoad forum conſcientię huiuſmo-
di contrahentes quamuis excuſentur à
reſtitutione, non tamen excuſantur à
culpa, cùm falsò iurent & aſſerant ſocie-
tatem contraxiſſe: ſicut nec excuſantur
Notarius, & teſtes, iuxta ea, quæ haben-
tur ex D. Anton. 3. p. ſuæ ſum. tit. 6. c. 1.
§. 10. Eo quòd contrahentium menda-
cijs, & periurijs ſcienter cooperentur.
Quod quidem verum eſſe quidam volũt,
quando contrahentes aſſererent vera eſ-
ſe omnia, quæ in inſtrumento continen-
tur: ſecus autem ſi iurent promittentes
ſe adimplere, quæ promiſſa ſunt: nam
ad id verificandum ſatis eſt ſi promiſſa
deinde adimpleant.

Puto tamen verum, quòd contrahen-
tes ſi ſublato ſocietatis pallio contra-
24 herent expreſsè contractum huiuſmodi
innominatum ſuper periculo propriæ
vitæ, vel etiam alterius, talis contractus
ſubſiſteret non ſolùm quoad forum inte-
rius, ſed etiam quoad forum exterius, ſi
debitæ concurrant conditiones: quia
contractus innominati quando nõ con-
tinent iniuſtitiam aliquam, nec turpitu-
dinem de iure ſunt validi, & pro eis da-
tur actio, præſcriptis verbis, vt patet in
toto tit. ff. de præſcr. Nec obſtat ſupra
relatæ Rotæ deciſiones; quia loquuntur,
quando conſtat ex lectura inſtrumenti,
contrahentes voluiſſe coire contractum
ſocietatis, non autem contractum in-
nominatum: quoniam officium in ſoci-
25 etate officiorum eſt neceſſarium; aliàs
ſocietas remaneret ſine ſubiecto: nec
daretur compenſatio periculi vitæ, quæ
pro validitate ſocietatis exigitur, vt ha-
betur tum in d. deciſ. 48. num. 13. & ſeq.
tum etiam in d. deciſ. 61. num. 11. & 12.
His adde ea, quæ infra, Deo duce, dice-
mus, §. 2. q. 10.

Reſtat

Reſtat modo vt ad contraria reſpondeamus.

AD primam patet reſponſio ex prima concluſione. Etenim contra-
26 ctus, de quo agitur non poteſt mutui: quia pecunia mutuata in omnem euentum repetitur, ac redditur: non ſic in caſu noſtro: nam ſi qui dedit pecuniam moriantur, pecunia efficitur accipientis, nec tenetur reſtituere hæredibus dantis: at vbi non eſt mutuum, non eſt vſura, c. conſuluit, & ibi Doctor. de vſur.

Ad confirmationem ex c. nauiganti, de vſur. reſpondetur ex ſententia Docto-
27 rum magis recepta, quòd mutuare ſimpliciter ſuſcipiendo in ſe periculum rei mutuatæ ſub aliquo incremento non damnatur: ſed vi d. c. id tantum prohibetur, ne ſcilicet mutuetur cum pacto, vt mutuans aſſecuret ſortem, aliàs non mutuaturus: ſiquidem cùm illam obligationem ciuilem ex mutuo velit, proculdubio intendit ex mutuo aliquid ſibi indebitum vltra ſortem, atque adeò vſuram committit, vt in d. c. conſuluit, de vſur. Vnde caſus à Syl. relatos, negatur eſſe vſurarios, cum non ſint contractus mutui, ſed innominati, & reducuntur ad genus ſortis: quapropter ſi ad arbitrium boni viri ex æquo contrahentes exponuntur periculo perdendi, & ſorti lucrifaciendi, contractus ipſi ſunt iuſti, vt patet ex ijs, quę ſupra adnotauimus not. 1. verſ. contractus verò ad inſtar ſponſionis: & concl. 4. illatione 2.

De ſecunda conditione, quæ requiritur ad officiorum ſocietatis coeundas: ne ſcilicet officialis plures ſocios ſibi adiũgat, quam ſit officij valor. §. 2.

An officium tanti valere dicendum ſit, quanti eſt emptum: an verò tanti, quanti vendi poteſt tempore ſocietatis initæ. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Officium an tanti valoris, quanti fuit emptum; vel tanti, quanti vendi poteſt tempore ſocietatis initæ.*
2 *Societas vltra valorem officij non ſubſiſtit.*
3 *Officij valor cùm æſtimatur, attenditur tempus contractæ ſocietatis.*
4 *Conſtitutio Paul. IV. de ſociet. offic. fuit penitus reuocata à Pio IV.*
5 *Pianæ conſtitutionis cur ratio habenda ſit, declaratur.*

AD hanc quæſtionem reſpondetur breuiter ex Caſtrac. in ſuo tract.
1 de ſociet. offic. cap. 6. ſub num. 5. Azor. p. 3. inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 9. q. vlt. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 4. in fin. & ex alijs, hoc caſu inſpiciendum eſſe valorem officij, prout æſtimatur tempore contractæ ſocietatis; non autem quanti fuit emptum. Etenim merces tanti æſtimantur, quanti vendi poſſunt, non autem quanti emptæ fuerunt, l. pretia rerum, ff. ad leg. falcid. Hinc ſequitur, quòd ſi officium fuerit emptum 500. aureis, & deinde tempore contractæ ſocietatis valeat 400. non poteſt officialis ſocietatem contrahere ſuper dicto officio cum vno, vel pluribus, in vna vel pluribus vicibus vltra valorẽ 400. aureorum: eo quod diceretur ſocietas cõtracta vltra valorem officij: atque adeò in eo quod excederet ſocietas contracta non eſſet, & ſic fructus de pecu-
2 nijs vltra valorem datis illicitè perciperentur, & percepti in ſortem eſſent computandi; at officialis pecunias vltra valorem officij perceptas, ſuccedente eiuſdem morte naturali, ſub cuius periculo vitæ datæ fuerint, lucrari haud poſſet, cùm ſocietas ex Bulla Pii IV. nulliter contracta foret; tum ſtante eiuſdem diſpoſitione, qua cauetur, ne quis vltra officij æſtimationem, & pretium ſocietatem

tatem contrahat: tum etiam ex natura rei cùm ſocietas non poſsit conſiſtere ſine fundo, & per conſequens ſine officio: & eo caſu ſocietas eſset ſine officio ex ea parte, qua contrahitur vltra id, quod valet officium, vt rectè declarat Azor. d. c. 9. verſ. Hæc conditio eſt æquiſſima.

E conuerſo autem ſi officium fuerit
emptum 500. aureis, & tempore ſocie-
3 tatis initæ, eius pretium creuerit vſque
ad 600. potuit officialis ſuper dicto offi-
cio accipere ad ſocietatem integros 600.
aureos: ſiquidem in valore officij æſti-
mando attenditur tempus contractæ ſo-
cietatis. Et quamuis conſtitutio Paul.
IV. quam ſupra ad verbum retulimus
vna cum conſtit. Leon. X. & Pij IV. hoc
eodem cap. ſupra q. 1. prohibeat con-
trahi ſocietates officij vltra medietatem
valoris eius, & exigat ſupplicationem ſi-
gnatam manu Rom. Pontificis; nihilo-
4 minus per dictam cōſtitutionem Pii IV.
fuit omninò reuocata, & permittit, vt
in futurum contrahi poſſint ſocietates ſi-
ne ſupplicatione vſque ad valorem offi-
cij, & non vltra. Non obſtat ſi dicatur,
5 quòd prædictę Pianę conſtitutionis nul-
la eſt habenda ratio, ex eo quòd non ap-
paret publicata; quoniam reſpondetur,
quòd publicatio illius eſt valdè veriſimi-
lis, cùm conſtitutio ipſa reperiatur re-
giſtrata in ſecretaria Apoſtolica, impreſ-
ſa ab impreſſoribus Cameralibus, & pu-
blicè vendita, & vſque ad præſentem
diem fuerit ſemper allegata in deciſione
cauſarum, & ſeruata citra contradictio-
nem aliquam. Imò ceſſat omnis difficul-
tas; quoniam in Pontificatu Paul. IV.
expediebantur ſuper huiuſmodi ſocieta-
tibus ſupplicationes, quæ vigore illius
conſtitutionis erant neceſſariæ, & poſt
prædictam conſtitutionem Pii IV. non
fuerunt amplius expeditæ, & ſocietates
contractæ fuerunt vltra medietatem va-
loris officii. Vndè ex huiuſmodi obſer-
uantia ſatis conſtat, conſtitutionem ip-
ſam fuiſſe publicatam; atque adeò habuiſ-
ſe effectum. Et ita fuit reſolutum per
per Rotam Romanam, deciſ. 28. poſt
Zacch. tract. de ſociet. offic. impreſſa, à
num. 1. ad 6. in vna Romana ſocietatis,
29. Ianuar. 1601. coram b. mem. Card.
Mellino.

An officialis, qui officium emit reddēs ad rationem 10. pro quolibet 100. poſſit ſuper illud ſocietatem contrahere ad rationem 12. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Fructus officiorum reſpondere debent fructibus ſocietatis.*

2 *Fructuum officiorum taxatio ad rationem 12. cur in officiorum ſocietatibus permittatur.*

3 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*

4 *Cenſum carius vendi, quàm ſit conſtitutus ni extrau. Pii V. prohibetur.*

5 *Fructuum taxationem ad rationem 12. pro centenario licitam eſſe in officiorum ſocietatibus, etiam ſi fructus officii talem quantitatem non reddant, qui velint.*

6 *Societates officiorum contrahi permittuntur per conſtitutionem Pianam; dummodo eorum valorem non excedant.*

7 *Fructuum taxatio ad rationem 12. vt ſupra licita exiſtimatur ex communi Vrbis conſuetudine.*

8 *Conſuetudo multum preualet in contractibus, præſertim in ſocietatibus.*

9 *Socii contrahentes ſocietatem officiorum; ſi intendant ſocietatem contrahere re, & verbis ad rationem 12. vt ſupra, & officiorum ſcuta illa non reddat, contractus eſt illicitus.*

10 *Societas quælibet exigit æqualitatem proportionaliter.*

11 *Taxatio fructuum ad rationem 12. in ſocietate officii, cur iuſte dicatur.*

12 *Contrahentes ſi verbis tantùm, & non re intendant contrahere ſocietatem, an contractus ſit licitus.*

13 *Contrahentes ſi intendant celebrare contractum emptionis fructuum officii, talis contractus, inſpecta eius natura poteſt eſſe licitus; iniuſtus verò ex aliqua circumſtantia.*

14 *Pretia rerum variantur ex pluribus cauſis.*

15 *Cenſus, ſecluſa diſpoſitione extrau. Pii V. vno pretio conſtitutus poteſt alio tempore viliori emi, ſi illud tunc in foro currat.*

16 *Cenſus creatus vendi poteſt maiori, vel minori pretio alteri quã ipſius emptori.*

17 *Pretium iuſtum dicitur non ſolùm illud, quod communiter currit in aliquo loco, ſed quod hic, & nunc, inſpecto vendendi modo, poteſt inueniri.*

18 *Merces vltroneæ vileſcunt.*

19 *Extrau. Pii V. de cenſib. fuit edita ad obuiandum vſurariorum fraudibus.*

20 *Dante pecunias ob ſolum vitæ periculũ, contractus non ſuſtinetur, vt ſocietas, ſed vt contractus innominatus.*

21 *Piana conſtitutio licet permittat ſocietatem contrahi; dummodo non excedat officii valorem; non tamen cenſetur permittere, vt fructus, qui percipiuntur ex officio non reſpondeant fructus ſocietatis.*

22 *Conſuetudo contra ius naturale non attenditur.*

AD tituli q. explicationem ponamus caſum, quod Titius emerit officium breuiatorum 5000. aureis; quod ſingulis annis reddit 500. ad rationem 10. pro quolibet centenario: & quoniam indiget pecunia contrahit ſocietatem ſupra dicto officio cum Meuio, & eidem vendit medietatem fructuum percipiendorum, & ſe obligat eidem ſoluere 12. pro quolibet centenario iuxta Vrbis vſum, ac conſuetudinem. Quæritur, an huiuſmodi contractus ſit licitus.

In hac re pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia eſt Caſtrac.
1 in ſuo tract. de ſociet. offic. cap. 10. num. 13. & Zacch. eod. tract. num. 355. exiſtimantium huiuſmodi ſocietatem eſſe inualidam, ac vſurariam: & propterea reducendam eſſe ad fructus officiorum: Siquidem fructus officiorum reſpondere debent fructibus ſocietatis; nam taxa-
2 tio ad rationem 12. non alia ratione permittitur; niſi quia officia Romanæ Curiæ, vt plurimum modo plus, modo minus reddunt, quàm ad rationem 12. pro quolibet centenario: qua propter ad effugiendum compota, & fructuum liquidationem reputatur iuxta taxatio prædicta ad rationem 12. vt conſtat ex forma inſtrumenti, quod in huiuſmodi ſocietatibus fieri conſueuit; à nobis ſupra ad verbum relati in hoc eodem cap. q. 3. Leonel. in Bull. Pii IV. Gloſ. 13. verſ. Quarto, vt fructus: cum alijs relatis ab eodem Caſtrac. ibidem, num. 10. & Zacch. eod. tract. num. 357. qui pro hac re allegat Rotam Roman. deciſ. 38. num. 3. poſt eiuſdem tract. impreſſam, in vna Romana fructuum ſocietatum, 20. Octob. 1595. coram b. m. Cardinali Biancherto, in illis verbis, *Præterea ſocietas non contrahitur ſuper fructibus, ſed ſuper officio, ad cuius partem admittitur, qui dat pecunias, & ad euitandam fructuum liquidationem permittitur taxatio ad certam quantitatem, &c.* Ergo quando certum eſt officium reddere fructus ad rationem 10. tantùm pro quolibet centenario, non poteſt obligari officialis ad fructus reddendos ad rationem 12. In hanc eandem ſententiam videtur inclinare Tolet. lib. 5. ſuæ ſum. cap. 40. verſ. Poſterior.

Confirmatur, quia officialis vendens fructus officij minoris, quàm emerit,
3 præſumitur vili vendidiſſe neceſſitate compulſus: quia nemo præſumitur iactare ſuum, vt in l. cum de indebito, ff. de probat. atque ideò non omninò voluntariè: ſiquidem neceſſitas facit actum inuoluntarium, ſaltem ſecundum quid; ſicut ſe habet, qui proicit merces in mari vi tempeſtatis compulſus, ne demergatur, vt habetur ex Ariſt. 3. ethic. ergo nulla, vel ſaltem iniuſta dicitur prædictorum fructuum venditio. Nec obſtat, ſi quis diceret, quòd locum ſibi non vendicat contractus reſciſſio quando quis decipitur in contractu infra dimidium iuſti prætij, præſertim quando contrahentes ſciunt valorem rei, vt latè habetur per Doctor. in l. 2. C. de reſcind. vendit. quoniam id verum eſt, vbi cum ſcientia concurrit ſpontanea voluntas donandi: ſecus autem ſi ſpontanea venditoris voluntas non concurrat.

Denique hæc eadem opinio probatur ex extrau. Pii V. de forma creandi
4 cenſus, vbi expreſsè prohibetur, cenſum carius, aut vilius vendi poſse, quàm ſit conſtitutus vt patet ex illis verbis, *Declarantes, pretium ſemel cenſui conſtitutum nunquam poſſe ob temporum, aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quoad vltimò contrahentes minui, vel augeri*: ergo idem dicendum eſt in ſocietatibus officiorum, cùm militet eadem ratio, arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Secunda ſententia eſt Boccac. in ſuo tractat. de ſocietate officii num. 18. & ſeq. Caſtrac. eod. tract, cap. 10. num. 15.

Felic.

Digitized by Google

Felic. de ſociet. cap. 17. num. 2. & 3. & Farin. conſ. crim. 15. num. 4. lib. 1: dicentium, prædictam taxationem fructuum ad rationem 12. pro ſingulis centum quolibet anno, licitam eſſe, etiam ſi fructus beneficij talem quantitatem non reddat: & id maximè ob vitæ dantis pecuniam incertitudinem: nam qui dat ad ſocietatem 100. aureos v. g. exponitur periculo eos perdendi ſi moriatur infra ſemeſtre, & exponitur ſorti lucrandi ſex tantùm ſi viuat, & infra dictum tempus non moriatur.

Confirmatur hęc ſententia ex Conſtitutione Pij IV. quam ſupra ad verbum
6 retulimus hoc eodem cap. ante q. 1. vbi ſtatuitur, & ſimpliciter permittitur officialibus ſocietates contrahere ſuper eorum officijs cum pactis licitis, & honeſtis; dummodo non excedant valorem officiorum: nec diſtinguit dè fructibus eorum, an reſpondeant fructibus ſocietatis, vel non reſpondeant. Ergo dicta conſtitutio eſt ſimpliciter intelligenda, nec nos diſtinguere debemus: quia lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. atque adeò ad validitatem harum ſocietatum ſatis eſt, ſi ſuper officijs non accipiantur pecunię excedentes eorum valorem: nec attenditur, quòd fructus, qui percipiuntur ex officijs reſpondeant fructibus ſocietatem. Et ita fuit reſolutum per Rotam Romanam deciſ. 44. ſub num. 1. & 2. poſt Zacch. tract. impreſſa, in vna Romana prætenſæ ſocietatis, 1. Iulij 1596. coram Reuerendiſsimo Corduba. his verbis, *Quod ſocietas non excedat valorem officij ex conſtitutione 260. Pij IV. fol. 977. tom. 1. Bullar. non autem attenditur, quòd fructus, qui percipiuntur ex dicto officio reſpondeant fructibus ſocietatis, vt fuit dictum in vna Romana de Lucatellis, 24. Ianuarij 1575. coram Illuſtriſſimo Blanchetto.*

Denique probatur hæc eadem ſententia ex communi totius Vrbis cõſue-
7 tudine, qua dicta taxatio ad rationem 12. pro centenario ſingulis annis licita exiſtimatur, & in iudiciis approbatur, licèt officium tot fructus non reddat, & ſiue plus, ſiue minus ex officio percipiatur: & officiali, ſeù principali non ſoluente, datur actio contra fideiuſſores obligatos, ad quos magis, quàm ad officium reſpici conſueuit: Siquidem illud interponitur ad colorandum tantùm contractum, & ad euitandam vſurariam prauitatem, vt teſtatur Zacch. de ſociet. offic. num. 347. vbi ad hoc allegat deciſ. Diuerſ. 300. par. 1. & habetur ex Farin. Caſtrac. & aliis, locis ſupra citatis. Ergo dicendum eſt dictam taxationem licitam eſſe, quia in contractibus, & præſertim in huiuſmodi ſocietatibus
8 multum præualet conſuetudo, vt habetur per Bald. in l. 1. quæſt. 2. C. pro ſoc. Leonell. ſuper dicta conſtit. Pii IV. in princ. verſ. tertium, & Gloſ. 11. in fin. & extat Rota Romana deciſ. 31. num. 7. poſt Zacch. tract. impreſſa, in vna Romana ſocietatis 9. Maii, 1588. coram Reuerend. Patri Domino Gypſio, in illis verbis, *In ſocietatibus plurimum conſuetudini deferri, Bald. in l. 1. quæſt. 2. C. pro Soc. nec à communi obſeruantia, indubitataque mercatorum conſuetudine recedere licet, l. minime, ff. de legibus, Corn. conſ. 314. num. 12. lib. 3. Pariſ. conſ. 98. num. 80. lib. 3. Crau. conſ. 91. num. 7.*

Pro determinatione huius difficultatis eſt inſpiciendum, quòd aut contrahentes in caſu, de quo agitur, intendunt contrahere ſocietatem re, & verbis: aut intendunt celebrare contractum ſocietatis verbis, non autem re ipſa, vt quia ſub pallio ſocietatis intendunt contrahere contractum innominatum, aut lucrari omni iuſto titulo, quo poſſunt: aut denique intendunt celebrare contractum emptionis, ſeù venditionis fructuum officiorum. His adnotatis ſit

Prima Concluſio.

Si contrahentes intendunt contrahere ſocietatem re, & verbis, atque
9 adeò hunc contractum, & non alium, contractus in caſu propoſito eſt illicitus. Probatur hæc concluſio ex eo, quòd in qualiber ſocietate debet ſeruari
10 æqualitas ſaltem proportionaliter, vt in l. ſi non fuerint, & ibi Doctor. ff. pro ſoc. Latè Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 9. num. 22. at in hac ſocietate non ſerua-

rerur æqualitas: ſiquidem dum communicatur officium quoad medietatem fructuum, & officium fructus reddat ad rationem 10. pro ſingulis 100. dumtaxat, tûc ſocius, qui pecunias dedit citra violationem iuſtitiæ, & æqualitatis, quam exigit ſocietas, non poſſet fructus conſequi ad rationem 12. quoniam officialis fructus perciperet ad rationem octo tantùm: atque adeò ſi officium reddat 500. aureos, ſocius habebit ſingulis annis 300. & officialis tantum 200. ergo contractus, de quo eſt noſtra quęſtio eſt iniuſtus, atque illicitus. Confirmatur, quia taxatio fructuum ad rationem 12.
21 non alia ratione eſt licita, niſi, quia officium ſolitum eſſet reddere quandoque plus, & aliquãdo minus, quàm ad rationem 12. & officialis ad effugiendum cõpotum, & fructuum liquidationem, conducit fructus illos; & promittit ſoluere ſocio ad rationem 12. At in caſu propoſito nos ſupponimus officium reddere ad rationem decem dumtaxat: ergo procuIdubio conductio illa, ſeù locatio, atque adeò taxatio eſt iniuſta, atque illicita.

Secunda Concluſio.

SI contrahentes intendant contrahere ſocietatem verbis tantum, & re
12 ipſa intendant celebrare contractum innominatum, aut quocunque alio iuſto titulo lucrari ſub huiuſmodi ſocietatis pallio, tunc talis contractus quoad forum ſaltem interius poſſet eſſe licitus, ſi debitæ concurrant conditiones. Hæc concluſio patet ex iis, quæ ſupra adnotauimus §. 1. q. vlt. concl. 6. per totam.

Tertia Concluſio.

SI contrahentes intendant celebrare contractum emptionis fructuum
13 officii, prout expreſsè in caſu propoſito enunciatur, tunc talis contractus, inſpecta eius natura, poteſt eſſe iuſtus, ac validus: iniuſtus verò ex aliqua circumſtantia. Hæc concluſio habet duas partes.

[illegible] probatur ipſa concluſio quoad primam partem: quoniam pretia rerum variantur, atque adeò modo plus, modo minus venduntur, vt in l. pretia rerum, ff. ad legem faleid. quod quidem contingit pluribus ex cauſis; nempè ex copia, vel inopia emptorum: ex copia, vel inopia mercium; ex modo vendendi, &c. Siquidem minoris valet merx; cum rogatur emptor, quàm cùm rogatur venditor; eo quòd vltroneæ merces vileſcant: & pluris venduntur merces, vbi plures ſunt emptores, quàm venditores: & è conuerſo minoris valent merces ex defectu emptorum, merciumque copia vileſcit earum prętium: augetur verò ob earundem inopiam, vt rectè declarat Nauar. in ſuo Man. cap. 23. num. 78. & 79. Imò vna, & eadem res, quæ communiter tanti venditur, poteſt minorari in pretio propter qualitatem aliquam ſuperuenientem, vt fundus v. g. penſara eius bonitate intrinſeca, valeat 100. poteſt minorari in pretio propter qualitatem aliquam extrinſecam, vt quia eſt litigioſus, &c. Quòd ſi hęc vera ſunt in emptione mercium, vera quoque erũt in emptione fructuum officiorum Rom. Curiæ.

Confirmatur, quia ſecluſa diſpoſitione extrau. Pii V. de forma creandi cen-
15 ſus in locis, vbi non ſeruatur dicta extrau. & pretium cenſus redimibilis lege taxatam non eſt, cenſus ipſe vno pretio conſtitutus, poteſt alio tempore viliori emi, ſi illud tunc in foro currant, vt habetur ex Salon. de contract. & commerc. human. art. 3. de cenſibus contr. 10. quem refert, & ſequitur Salas de cenſibus dub. 12. ſub num. 10. verſ. Dico octauo. Vndè in Belgio cenſus iam conſtituti de communi praxi vilius venduntur, & minoris legitimo pretio, vt teſtantur Leſs. lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 22. dub. 7. num. 46. Et in Hiſpania cenſus iam conſtituti paſſim diſtrahuntur, modò pluris, modò minoris quàm fuerunt empti, iuxta pretium, quod currit in foro, vt habetur ex Salon. loco citato, ſub num. 4. Rober. lib. 1. de annu. redit. q. 8. ſub. num. 7. & Felician. tom. 1. de cenſibus lib. 2. cap. 1. ſub num. 43. ver. Quartò in redditu iam creato. Imò Nauar. in cap. ſi fœneraueris, num. 112. 14. quęſt. 3. Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. decimo cap. octauo de cenſibus, q. 5. & Cenc. eod. tract. par. 2. cap. 2.

q. 2. art.

q. 2. art. 6. ſub num. 20. teſtantur, hãc eandem praxim vigere in Vrbe: & ipſe Cenc. inquit, de anno 1596. die 21. Maij in ſignatura Sanctiſsimi proponente Illuſtriſsimo Domino Dominico Marino Ianuen. Epiſcopo Clem. VIII. declaraſſe, cenſum creatum vendi poſſe ma-
16 iori, vel minori pretio alteri perſonæ, quàm ipſius emptori. Quod ſi hoc verũ eſt in cenſu iam creato, non video cur non militet in emptionibus officiorum, & eorum fructuum. Eſt tamen verum, quod ſi emptionis, ac venditionis fructuum officij eſt dicendus contractus, de quo agitur, qui dat pecuniam, non poterit eam repetere; quia naturale eſt emptionis contractui, vt rei venditæ pretium perpetuò transferatur in venditorem, ſicut eiuſdem rei dominium irredimibiliter conſiſtat apud emptorem, vt habetur ex Feder. Mart. in ſuo tract. de iur. cenſ. cap. 6. ſub num. 203. & nos diximus in noſtris Commentar. in extrauag. Pij V. in proœm. q. 28. num 22. niſi velimus dicere, poſſe huiuſmodi fructus emi cum pacto retrouendendi ad libitum vtriuſque contrahentis quoad viuat is qui pecuniam dedit: quod quidem non eſſet tolerandum ea quòd vſuram ſaperet.

Quoad ſecundam partem patet con-
17 cluſio: quia ſi officialis fructus officij vendiderit minoris quàm emerit: & minus iuſto pretio neceſsitate compulſus, eo caſu contractus eſſet iniuſtus, & emptor teneretur ad ſupplendum iuſtum pretium, cùm contra iuſtitiam lędatur proximus minus habendo, quam habere debet, vt rectè declarat Caiet. in ſum. in verbo, emere, in princ. vbi etiam docet, iuſtum pretium dici non ſolùm illud, quod communiter in Regione, aut Ciuitate aliqua currit; ſed etiam illud, quod hic, & nunc, ſub hoc vendendi, ſeu emendi modo poteſt communiter inueniri: atque adeò, quamuis Romæ res aliqua à Mercatoribus diſtrahatur 100. aureis; nihilominus ſi eadem res Romæ vltrò expoſita venditioni ſub haſta, vel per proxenetas, non inuenit emptorem niſi
18 pro 70. tum quia vltroneæ merces vileſcunt, vt ſupra diximus; tunc emptores pauci inueniuntur, aut quoniam non indigent re illa, aut quia non habent pecuniam præ manibus, tunc illa 70. erunt iuſtum pretium: nec ob id redditur pretium iniuſtum; quia neceſsitate ductus, atque adeò voluntariè non vendidit, quia inopia, qua cogitur quis ad vendẽdum, non reddit venditionem inuoluntariam: aliàs etiam ſi rigido pretio quis venderet, inuoluntaria redderetur venditio, quod eſt falſum. Ita Caiet. loco citato. Eſt igitur circumſtantia reddens contractum emptionis fructuum officij iniuſtum, iniuſtitia pretij modo ſupra explicato.

Ad contraria modo patet reſponſio.

Nam ad primum primæ ſententiæ reſpondemus, fatendo, iniuſtum eſſe contractum, de quo agitur, ſi contrahentes intentionem habuerint contrahendi veram, & propriam ſocietatem officiorum re, & verbis iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, concluſ. 1. ſecus autem ſi alium licitum contractum, & ſignanter emptionis, ac venditionis fructuum officij, vt ſupra oſtendimus, concl. 2. & 3.

Ad ſecundum patet reſponſio ex ijs, quæ ſupra diximus, concl. 3. ad probationem ſecundæ eiuſdem partis. Etenim nos non negamus, quòd illicitus, ac iniuſtus erit contractus de quo agitur, ſi fructus officij vendantur minus iuſto pretio. At nos ſupponimus illos vendi iuſto pretio, attentis ſupradictis circumſtantijs, nempè modo vendendi, inopia, vel copia emptorum, aut venditorum, &c. iuxta ea quæ adnotauimus, d. concluſ. 3. verſ. quoad ſecundam partem.

Ad tertium negatur conſequentia:
19 ſiquidem extrauag. illa Pij V. fuit edita ad obuiandum vſurariorum fraudibus: multi enim volentes ſub vſuris dare mutuo, & timentes pœnas à legibus ſtatutas contra vſurarios, ſub pallio cenſus impunè recipiebant integras vſuras dum pretio minori, quàm conſtitutus erat, cenſum emebant; idcircò ad illas vitandas ſtatutum eſt, vt cenſus tanto pretio venderetur, quanto pretio fuerat conſtitutus: quæ quidem omnia locum ſibi non vendicant in foro conſcientiæ, quando de veritate, ac legalitate cenſus conſtat: ſiquidem in foro conſcientiæ non habet locum pręſumptio, ſed rei veritas, vt in cap. is qui, de ſponſal. latè Canoniſtæ in c. quia plerique, de immunit. Eccleſ. & in ſpecie Nauar. in c. ſi fœnera-

neræ[illegible]ris, num. 122. 14. q. 3. Vndè quamuis par ratio militet in vtroque caſu; nihilominus lege prohibetur, ne cenſus conſtitui pretium augeatur, aut minuatur: in caſu autem noſtro nulla lege prohibetur, vt fructus officiorum plus minuſue vendi poſsint, quam fuerint empti.

Ad primum ſecundæ ſententiæ qua-
20 tenus facit contra noſtram ſententiam reſpondemus, quòd ſi talis contractus ſubſtinetur ob incertitudinem, & periculum vitæ dantis pecuniam, non ſuſtinetur vt ſocietas; ſed vt contractus innominatus, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus §. 1. q. vlt. concluſ. 6. verum debent concurrere debitæ conditiones, de quibus ibidem egimus.

Ad confirmationem dicimus, quòd
21 licèt conſtitutio Pij IV. permittat ſocietates officiorum contrahi: dummodo non excedant valorem eorum; non tamen cenſetur permittere, vt fructus qui percipiuntur ex officio non reſpondeant fructibus ſocietatis; quoniam id eſſet contra rectam rationem, vt patet ex ijs, quæ ſupra diximus concluſ. 1. Nec obſtat tex. in l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. quia tex. ille debet intelligi, vt ita demum lex generaliter loquens generaliter intelligatur, niſi eidem per aliam legem, aut per rectam rationem derogetur. Neque refragatur deciſ. 44. in contrarium adducta, dum ait, quòd non attenditur, quòd fructus, qui percipiuntur ex officio, reſpondeant fructibus ſocietatis; quia vt adnotauimus ſupra §. 1. q. 8. circa fin. deciſio illa eſt intelligenda de fructibus officij in re; ſecus autem de fructibus officij in veriſimili ſpe: atque adeo non eſt neceſſe, vt fructus officij tempore ſocietatis contractæ actu correſpondeant fructibus ſocietatis; ſed ſatis eſt ſi ex tali officio probabiliter æſtimari poſsit, tot fructus producendos, qui reſpondeant fructibus ſocietatis ad rationem 12. pro quolibet centenario. At quando conſtat omninò officium non reddere fructus, niſi ad rationem 10. talis contractus proculdubio eſt iniuſtus.

Ad cõſuetudinem denique totius Vr-
22 bis reſpondetur, quòd hodie non tenet, niſi officia ſint ſolita fructus reddere ad rationem 12. plus, aut aliquando minus: quoniam conſuetudo illa fuit introducta quando officia reddebant ad ſupradictam rationem: at quando reddunt ad rationem 10. tantùm pro quolibet centenario, vt ſumus in caſu noſtro, dicta conſuetudo tanquam contra iuſtitiam, atque adeò contra ius naturale locum non habet, vt in c. quæ contra, 8. d. & in ſpecie Zacch. in ſuo tract. de ſociet. offic. num. 350. & ſeq.

An is, qui tantum pecuniarum quantitatem ſuper officio dedit, quæ aſcendat ad integrum valorem eius, poſſit paciſci omnes fructus ſibi ſolui ex ipſo officio prouenientes, durante ſocietate. Q. III.

SVMMARIVM.

1 *Piana conſtitutio prohibet ſocietatem contrahi vltra valorem officij.*
2 *Societatis naturæ repugnat, vt omnia emolumenta ad vnum tantùm pertineant.*
3 *Dans pecuniam ſuper officio aſcendentem ad integrum valorem illius non poteſt paciſci, vt durante ſocietate, omnes officij fructus ſibi ſoluantur.*

1 IN hac re videtur prima facie affirmatiuè reſponderi poſſe. Etenim officialis vi conſtitutionis Pij IV. à nobis ad verbum relatæ ante q. 1. huius cap. prohibetur pecunias ad ſocietatem recipere vltra valorem officij duntaxat, itaut ſi officium valet 1000. nec in vna vice, nec in pluribus ad ſocietatem vltra 1000. accipere debet, nec poteſt, vt rectè declarat Caſtrac. in ſuo tract. de ſociet. offic. cap. 6. in prin. & patet ex verbis dictæ conſtitutionis, ibi, *Non tamen vltra valorem officiorum, ſuper quibus illas fieri contingit, &c.* At ſocius in caſu, de quo agitur, non dat pecunias vltra valorem officij; ſed eam tantùm pecuniæ quantitatem, quæ ſatis ſit ad integrum, ac iuſtum pretium officij: ergo poteſt paciſci omnes illius fructus ſibi ſolui, durante ſocietate.

His tamen non obſtantibus contra-
2 rium fuit deciſum per Rotam Rom. decis. 38. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic.

in vna

Digitized by Google

in vna Romana fructuum ſocietatum, 20. Octobr. 1595. coram b. m. Cardin. Blanchetto, his verbis, *Domini dixerunt Petro Marco Martinez deberi tantùm fructus ad rationem 10. pro centenario, iuxta valorem officiorum; quia verba Bullæ, & reſolutio Rotæ hoc expreſsè dicunt.* Rationem autem hanc eſſe volunt; quia repugnat naturæ ſocietatis, vt omnia emolumenta ad vnum tantum pertineant, vt in l. ſi non fuerint, §. fin. ff. pro ſoc. Etenim fructuum emptio potius, quàm ſocietas diceretur, ſi dans pecuniam ad ſocietatem omnes fructus officij percipere deberet. Confirmant hanc eandem ſententiam ipſi Domini ex eo quòd ſocietas hæc non contrahitur ſuper fructibus, ſed ſuper officio, ad cuius partem admittitur dans pecunias, & ad euitandum fructuum liquidationem permittitur taxatio ad certam quantitatem: & propterea dummodo is, qui dedit pecuniam habeat tot fructus, qui aſcendat ad rationem taxatio ſolitam in Vrbe pro concurrenti quantitate valoris officij, nempè ad rationem 10. vel 12. eſt ſibi ſufficienter ſatisfactum, etiam ſi fructus maiores percipiantur ex dicto officio.

Ad argumentum igitur reſpondetur, 3 quòd licèt verum ſit, quod aſſumitur; nihilominus quia vltra ſupradictam prohibitionem prohibentur quoque vi dictæ conſtitutionis pacta illicita; idcircò prohibitum pactum, de quo agitur, cùm ſit contra naturam ſocietatis, vt omnia emolumenta ad vnum tantùm pertineant.

An ſocietas contracta vltra valorem officij, ipſo iure vitietur, vel ſaltem ſuſtineatur quoad irritetur. Q. IV.

SVMMARIVM.

1 *Lege aliqua cùm ſancitur aliquid ſub certa pœna, contrafaciens licèt teneatur ad pœnam; actus tamen non eſt nullus.*

2 *Lex præcipiens nunquam annullat actū, niſi de nullitate illius expreſsè decernat.*

3 *Conſuetudo multum preualet in ſocietatibus.*

4 *Societas contracta vltra valorem officij eſt ipſo iure nulla.*

5 *Conſuetudo nihil operatur in vſuris.*

6 *Societas vltra valorem officii contracta non ſolum eſt nulla data vtriuſque contrahentis ſcientia, ſed etiam alterius tantùm.*

7 *Societas vltra valorem officii eſt nulla, etiam ſi qui dedit pecuniam inſteterit, vt officialis exprimat alias ſocietates ſuper officio contractas, & ille eas falsò negauerit.*

8 *Cenſus conſtitutus vltra capacitatem rei cenſuatæ, non valet.*

9 *Societate contra vltra valorem officii, an ſocius poſſit ſibi retinere lucrum ratione intereſſe.*

10 *Actus contra legem factus an, & quando ſit irritus.*

IN hac difficultate videtur prima frōte dicendum, quòd ſocietas contra-1 cta vltra valorem officij non ſit nulla. Probatur primo: quia quando lege aliqua ſancitur aliquid ſub certa pœna, contrafaciens licèt teneatur ad pœnam; actus tamen non eſt nullus, vt habetur per Iaſ. in l. Prætor ait, ff. de nou. oper. nunc. cū alijs apud Tuſch. in ver. Actus, concl. 141. num. 7. ſed in caſu de quo agitur officiali contrahenti ſocietatem vltra valorem officij vi conſtitutionis Pij IV. quam nos ad verbum retulimus ſupra hoc eodem cap. ante q. 1. imponitur pœna priuationis officii, vt patet ex illis verbis, *pœnam priuationis officiorum ſuorum, ſuper quibus ſocietates huiuſmodi contractæ fuerint, &c.* Ergo ſocietas contracta vltra valorem officii non eſt nulla. Secundò lex præcipiens nunquam 2 annullat actum, niſi de nullitate illius expreſsè decernat, vt in c. eos, de ſent. excommun. in 6. Gloſ. in Clem. 1. verſ. inhibentes, de iur. patr. & alii, quos retulimus in noſtris Commentar. in extrauag. Pii V. de cenſib. §. 4. q. 15. num. 5. ſed d. conſtitutio Pii IV. eſt præcipiens: ſiquidem præcipit officialibus ſuper eorum officiis ſocietates quaſcunque contrahere cum pactis licitis, & honeſtis, prout ante d. conſtitutionē ſolitum erat; nulla deinper expedita ſignatura, non tamen vltra valorem officiorum, vt conſtat ex verbis illis, *Quòd de cætero ipſis officialibus, &c.* Nec annullat ſocietates vltra

Digitized by Google

vltra valorem officiorum contractas: ergo ſocietas vltra valorem officij vi præfatæ conſtitutionis non redditur
3 nulla. Denique probatur ex communi Vrbis conſuetudine, in qua contrahuntur paſsim ſocietates vltra valorem officii, maximè ſuper officiis vulgò nuncupatis victorinis. at conſuetudo multum præualet in ſocietatibus huiuſmodi, vt ſæpè diximus: non ergo ſocietas vltra valorem officii contracta eſt nulla.

His tamen non obſtantibus in con-
4 trarium eſt communis opinio, quam tenet Caſtrc. in ſuo tract. de ſociet. offic. cap.6. Zacch. eod. tract. num. 66. cum plur. ſeq. & extat deciſ. Rotæ Rom. 11. poſt eiuſdem Zacch. tract. impreſſa in vna Romana ſocietatis officii, 20. Maii, 1602. quæ ita ſe habet. *Fuit per Dominos reſolutum. Lelium teneri ad reſtitutionem fructuum: quia cum iſtæ ſocietates officii vltra valorem non ſuſtineantur, vt fuit reſolutum, remanet purum, & merum mutuum, in quo non cadit perceptio fructuum, vt fuit ſæpius reſolutum: & conſuetudo ad iuſtum effectum excuſandi à reſtitutione fructuum non ſuffragatur; quia conſuetudo*
5 *nihil operatur in vſuris, c. quia in omnibus, & ibi Gloſ. ver. Multi, de vſur. c. inter dilectos, de exceſſib. Prælator. & in his terminis fuit reſolutum in cauſa Romana ſocietatis, 2. Iulii, 1570. coram b.m. Cardin. Lancellotto, & in cenſu nulliter impoſito fuit etiam reſolutum coram Gypſio, in cauſa Vrbeuetana cenſus de anno* 1594. Ratio autem hæc eſt, quia in huiuſmodi ſocietate deficeret ſubiectum, nempè communicatio fructuum, vt habetur ex Boccac. de ſociet. offic. num. 102. cum aliis apud Zacch. loco citato. & extat deciſ. Rotæ Rom. poſt eiuſdem Zacch. tract. 37. ſub num. 1. in fin. in alia Romana ſocietatũ, 28. Ianu. coram b.m. Card. Blanchetto, in illis verbis, *Quia vbi deficit ſubiectum, ſuper quo ſocietas ſubſiſtat, contractus in vim ſocietatis valere non poteſt, l. verum, §. fin. ff. pro ſoc. & neceſſe eſt, vt reſoluatur in mutuum.*

Ampliatur primò hæc concluſio vt
6 vera ſit non ſolùm data ſcientia vtriuſque contrahentis, ſed alterius tantùm. Vndè ſocietas contracta vltra valorem officij non tantùm eſt nulla, ſi tam officialis, quàm qui dedit pecuniam ſciant officium eſſe incapax, vt quia re vera tanti non valeat, vel quia aliæ fuerint ante contractæ ſocietates, cùm vtroque caſu deficiat ſubiectum, & non adſint fructus ſufficientes, vt citra omnem controuerſiam tenet Caſtrac. de ſociet. offic. cap.6. num.7. Zacch. eod. tract. num.69. cum aliis, quos allegant. Quod quidem verum eſſe tam vi Pontificiarum conſtitutionum; quàm de iure communi, fuit reſolutum per Rotam Rom. deciſ. 45. num. 1. poſt eiuſdem Zacch. tract. in vna Romana ſocietatis, 10. Maii, 1604. coram b. m. Card. Ludouiſio, poſtea Greg. XV. P. M. in illis verbis, *Data ſcientia vtriuſque contrahentis ſocietates vltra valorem non ſuſtineri tàm ex forma conſt. Sum. Pontif. quàm ex diſpoſitione iuris communis, &c.* Verum etiam ſi officialis tantùm ſciat officium eſſe incapax, & qui dedit pecunias ignoret eiuſdem incapacitatem, vt rectè contra Caſtrac. & alios probat idem Zacch. loco citato, num.74. dicens ignorantiam dantis pecuniam nullo modo ei ſuffragari poſſe, niſi in caſu, in quo inſtaret, per officialem exprimi alias ſocietates ſuper officio contractas, & ille eas falsò negaſſet. Etenim cum præfata conſtitutio Pii IV. damnat expreſsè ſocietates contractas vltra valorem officiorum tanquam nullas ex defectu ſubiecti: hæc ratio militat ſiue dans pecunias incapacitatem officii ſciat, ſiue ignoret. Imò dicta conſtitutio ad tollendum ignorantiæ mendicatum refugium ſanciuit, quòd officialis ad requiſitionem ſecum ſocietatem contrahentium teneatur exprimere ſocietates ſuper tali officio contractas, & ſi illas neget, officii priuatione veniat puniendus.

Secundò ampliatur, vt inſpecta natu-
7 ra contractus, ſocietas vltra valorem officii ſit nulla, etiam, ſi qui dedit pecuniam inſteterit, quòd officialis exprimat alias ſocietates ſuper officio contractas, & ille eas falsò negauerit: quoniam hoc etiam caſu deficit ſubiectum ſine quo ſocietas conſiſtere non poteſt, vt ſupra diximus ex l. verum, §. fin. ff. pro ſoc. Et quamuis dicta Piana conſtitutio eo caſu velit, quòd officiales officiis priuentur, ſine tamen præiudicio creditorum, & tam ipſi, quàm eorum fideiuſſores ad ſatisfactionem ſocietatum, & debitorum deſuper contractorum teneantur, vt patet, ex illis verbis propè finem dicta conſtitutionis, *Sine tamen præiudicio creditorum, &c.* nihilominus ſocietates ipſas non dicit eſſe validas vltra valorem offi-

ciorum;

ciorum; quia per Papam non poteſt effici, quòd contractus ex ſui natura vſurarius, non ſit vſurarius; ſicut nec poteſt ſuper vſuris diſpenſare, vt in c.ſuper eo, de vſur.ſed tacitè cenſetur decernere per officiales. & eius fideiuſſores ſocietates eo caſu ſolui, non vt ſocietates, ſed in pœnam ſui mendacii, ac fraudis: vel ratione intereſſe iuxta taxam fructuum ſocietatis, vt patet ex iis, quæ de contractu cenſus conſtituti ſuper fundo incapaci, diximus in noſtris commentariis in extrauag. Pii V. tom. 1. §. 1. q. 5. num. 13. & q. 6. num. 16. Vndè prior ampliatio debet intelligi ſimpliciter abſque reſtrictione illa per Zacch. ſupra allata. Quod quidem verum puto, etiam data ignorantia recognoſcentis bonam fidem: quia cum eo non contrahitur ſocietas, ſed cum officiali, vt per eundem Zacch. 161. num. 85. & 86.

Tertiò ampliatur, vt quæ diximus de
8 ſocietate contracta vltra valorem officii vera quoque ſint de cenſu conſtituto vltra capacitatem rei cenſitæ; quoniam, attenta ſaltem extrauag. Pij V. de forma creandi cenſus, talis contractus non ſubſiſteret; etiam data ignorantia emptoris cenſus, vt contra non nullos oſtendimus in dictis commentar. §. 1. q. 6. num. 16.

Sic ampliata limitatur ſupradicta cō-
9 cluſio, vt quamuis ſocietas ſupra valorem officii ſit inualida; nihilominus, ſuppoſita bona fide ſocii, qui pecunias officiali tradidit, ſit valida quoad hunc ſenſum, vt fructus ſocietatis exactos poſsit ipſe ſocius retinere loco intereſſe ad eandem rationem, ad quam fuerat conſtituta: & ſuperueniente ſcientia poſsit agere ad intereſſe contra officialem, ſicut diximus de fructibus cenſus conſtituti ſuper fundo incapaci in d. q. 6. num. 16.

Reſtat modo, vt contraria diluamus.

10 AD primum diſtinguitur maior; quòd aut nullitas actus tendit in præiudicium alterius, quàm eius, cui pęna imponitur, & tunc actus valet, non obſtante pœna conſtituta, vt in l. filiusfamilias, §. fin. ff. de falſ. Aut nullitas tendit in præiudicium eius, cui imponitur pœna vt in caſu noſtro, & tunc eſt nullus, & pœna incurritur, vt in l. 1. ff. de iis, quæ pro non ſcrip. haben. Caſtr. conſ. 62. circa fin. & per totum. lib. 2. Tuſch. ver. Actus, concl 141. num. 9.

Ad ſecundum negatur minor: quia dicta Piana conſtitutio eſt lex prohibēs, cùm prohibeat ſocietates contrahi vltra valorem officiorum, vt in illis verbis, *Non tamen vltra valorem officiorum.*

Ad tertium dicimus, quòd conſuetudo nihil operatur in materia vſurarum, vt rectè ad argumentum reſpondet Rota Rom. d. deciſ. 11. quam ſupra ad verbum retulimus ad probandam noſtram ſententiam. & infra latius dicemus, q. 12.

An ſocietas contracta vltra valorem officij in totum vitietur, vel ſaltem ſuſtineatur quoad eiuſdem valorem. Q. V.

SVMMARIVM.

1 *In pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſſidentis.*
2 *Quæ cōtra legē fiunt, pro infectis habētur.*
3 *Piana conſtitutio pro forma exigit, ne ſocietas cōtrahatur vltra valorem officii.*
4 *Cenſus conſignatiuus minori pretio conſtitutus, quàm à lege fuerit taxatus in totum vitiatur.*
5 *Societas contracta vltra valorem officii non vitiatur in totum, ſed pro ea tantum parte, qua fuit inita vltra ipſius valorem.*
6 *Vtile per inutile non vitiatur in ſeparabilibus,*
7 *Donatio excedens ſummā 500. aureorum facta citra inſinuationem non vitiatur in totum, ſed in eo tantùm quod excedit dictam ſummam.*
8 *Emphyteuſis ſi concedatur vltra generationem permiſſam vitiatur in eo tātùm, quod excedit permiſsionem.*
9 *Feudum Eccleſiæ conſuetum concedi in maſculos dumtaxat, ſi concedatur in maſculos, & fœminas, vitiatur conceſsio quoad fœminas tantùm.*
10 *Piana conſtitutione conceditur facultas contrahendis ſocietates ſuper officiis vſque ad eorum valorem, & non vltra.*
11 *Societates officii initæ cum eadem perſona, e ſuper eodem officio, ſuſtinentur ſolùm vſque ad valorem officii.*

Rr 12 *Socie-*

12 *Societas contracta vltra valorem officii, ſi deinde officium capax, conualeſcit.*
13 *Regula, quod ab initio non valet, & c. qualiter intelligatur.*
14 *L. Non dubium, C. de legibus intellectus.*
15 *Actus factus contra legem tunc vitiatur, quando eſt principalis; ſecus aut ſi ſit acceſſorius.*
16 *Cenſus vitiatur quod illam tantum partem, quæ à lege prohibetur; non autem in totum.*
17 *Actus deficiens in forma, an quando in totum corruat.*
18 *Cenſus conſtitutio facta vltra pretium à lege taxatum, an & quando in totus ſit nullus.*

1 IN hac re Caſtrae. in ſuo tract. de ſociet.offic. cap.6. num. 12. videtur velle, ſocietatem contractam ſuper officio vltra valorem eius, in totum vitiari: eo quòd ipſe putat, quòd qui ignoranter dedit pecunias vltra valorem officij, & fructus ex tali ſocietate perceperit, ſuperueniente ſcientia, quòd pecuniæ datæ excedebant valorem officij, tunc non poſſet licitè fructus percipere: quod alia ratione non eſſet, niſi quia contractus eſſet in totum inualidus. Imò id expreſsè videtur docere idem Caſtrac. loco citato, num. 15. & 16. dum ait, quòd ſi officialis vltra valorem officij perciperet, & dans illas ſciret, ambo peccarent: & quamuis in pari cauſa turpitudinis, potior ſit conditio poſsidentis; nihilominus in caſu, de quo agitur, cùm fructus illigitimè fuerint dati, ac percepti, reſtitui debent. Et rationem hanc eſſe ait; quia contractus prohibitus eſt, & peccatum non remittitur niſi illegitimè ablatum reſtituatur, c. peccatum, vbi latè Couar. de regul.iur.in 6.

2 Poteſt autem hæc ſententia ſuaderi primò; quia ea, quæ contra legis diſpoſitionem fiunt, pro infectis habentur, etiam ſi Legiſlator fieri prohibuerit tantùm, nec ſpecialiter dixerit inutile eſſe, quod factum eſt, vt eſt, tex.in l. non dubium, C. de legib.& c. quæ contra, vbi Doctor. de regul.iur. in 6. c. imperialis, 25.q.2.& c. vides, d.10. Sed ſocietas, de qua agitur, eſt contram conſtitutionem Pij IV. ſæpè à nobis relatum, quæ expreſsè prohibet ſocietates contrahi ſupra valorem officiorum, ſuper quibus contrahuntur, vt conſtat ex illis verbis. *Non tamen vltra valorem officiorum, ſuper quibus illas fieri contingit, &c.* Ergo in totum vitiatur, nec ſuſtinetur quoad eiuſdem valorem.

3 Confirmatur, quia dicta Bulla Pij IV. pro forma ſocietatum officiorum exigit, ne contrahantur ſuper officijs vltra eorum valorem; quoniam non poteſt dari ſocietas abſque ſubiecto, atque adeò vſura committeretur, vt habetur ex Azor.par.3 Inſtitut.moral.lib.9. cap. 9. circa princ. in verſ. Hæc conditio eſt æquiſsima, & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tractat.38. cap. 6.q. 2. verſ. Ex Bulla ergo Pij IV. at actus contra formam à lege præſcriptam, eſt nullius momenti, vt in c. cùm delicta, de reſcr. c. Piſanis, de reſtitut. ſpol. & c. venerabilis, de offic. de leg. Vndè omiſsio formæ, etiam in qualibet minima parte, reddit totum actum inualidum, vt rectè docet Tiraq. de retr. Lignag. §. 1. Gloſ. 21. num. 11. & de retr. conuent. §. 4. Gloſ. 6. num.3.

4 Denique cenſus conſignatiuus minori pretio conſtitutus, quàm à lege fuerit taxatus, in totum vitiatur tanquam vſurarius, vt patet ex extrauag. Pij V. de forma creandi cenſus, & habetur ex Salon. de contr. & commer. human. art. 3. de cenſib. contr. 11. ſub num. 2. verſ. ſimiliter. Hinc in Hiſpania lege Regia 6. tit.15. lib.3. nouæ compil. declaratur, cenſum conſignatiuum redimibilem, illegitimo, ac iniuſto titulo conſtitutum nullius eſſe momenti; ſicut eadem lege Regia 8. fuit ſtatutum quoad cenſus vitalitios. Apud Gallos quoque ſimilis lex fuit emanata, vt nos latè adnotauimus in noſtris commentar. ad extrauag. Pij V. de cenſib. §. 2. q. 26. num. 7. tom. 1. Quòd ſi hæc vera ſunt in contractibus cenſualibus, vt in totum vitientur, ſi cenſus minus legalis pretii conſtituti ſint: idem dicendum eſt de ſocietatibus officiorum, ſi contrahantur ſuper officiis vltra valorem eorum cum militet eadem ratio, arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil. & eo magis: quia non nulli volunt, huiuſmodi contractus reduci ad cenſus vitalitios.

5 His tamē nō obſtantibus, cōtrariā ſētentiā puto veriorē eſſe, quam tenet Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. c. 6. q. 4. n. 14. & alii dicentes, ſocietatem, de qua agitur, nō vitiari in totū; ſed pro ea tantum

tùm parte, qua fuit inita vltra valorem officij. Probatur hæc ſententia ex l. placuit, ff. de vſur. vbi Marc. reſpondens, ſtipulationem vſurarum vltra legitimum modum non valere, & legitimas peti poſſe, ſic ait, *Placuit ſiue ſupra ſtatutum modum quis vſuras ſtipulatus fuerit, ſiue vſurarum vſuras; quod illicitè adiectum eſt, pro non adiecto haberi, & licitas peti poſſe.* Si igitur contractus, in quo promittuntur vſuræ vltra legitimum modum non vitiatur in totum; quia legitimæ vſuræ peti poſſunt; ſed tantùm vitiatur quoad exceſſum legitimarum vſurarum, ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, vt ſocietas contracta vltra valorem officij, non vitietur in totum, ſed tantùm quoad exceſſum eiuſdem valoris.

Secundò probatur hæc eadem ſenten-
6 tia per tex. in c. vtile, de regul. iur. in 6. vbi habetur, quod vtile per inutile non vitiatur: quod maximè verum eſſe ait Dyn. ibi, & alij, quando vtile ab inutili ſeparari poteſt. Hinc ait tex. in l. ſancimus, C. de donat. quod quamuis
7 donatio excedens ſummam 500. aureorum exigat pro forma inſinuationem; ſi tamen non fuerit inſinuata, non vitiatur in totum, ſed in eo tantum, quod excedit dictam ſummam. Emphyteuſis
8 pariter ſi concedatur vltra generationem permiſſam, vitiatur in eo tantum, quod excedit permiſsionem, & non totus contractus annullatur, vt habetur, per Bald. in auth. quas ruinas, verſ. Iuxta hoc, C. de ſacroſ. Eccleſ. Fulgoſ. & Paul. Caſtrac. in auth. qui rem, C. eod. Rom. in l. 1. §. ſtipulanti, ff. de verb. obligat. & conſ. 66. Imol. conſ. 69. & alij. Feu-
9 dum quoque Eccleſiæ conſuetum, concedi in maſchulos dumtaxat, ſi concedatur in maſchulos, & fęminas, non vitiatur conceſsio in totum, ſed quoad fęminas tantùm, vt per Bald. in l. pupillorum, §. fin. per illum tex. ff. de reb. eor. & in cap. 1. in princ. col. fin. verſ. Sed pone, qui feud. dar. poſ. & alios. Si igitur hæc omnia vera ſunt; vera pariter erunt, quæ diximus de ſocietate contracta ſuper officio vltra eius valorem, vt non vitietur in totum, ſed in eo dumtaxat, quod excedit valorem officij: ſiquidem vnum ſeparari poteſt ab altero.

Tertiò hæc ipſa ſententia confirma-
10 tur ex d. Pij IV. conſtitutione, vbi conceditur facultas contrahendi ſocietates ſuper officijs vſque ad valorem eorum, & non vltra: ergo illa tota ſocietas eſt nulla, quæ coitur vltra valorem officij, non autem ea, quæ contrahitur vſque ad eiuſdem valorem.

Denique confirmatur eadem ſenten-
11 tia ex duabus Rotæ Rom. deciſ. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. impreſsis. Et primò ex deciſ. 28. in vna Romana ſocietatis, 29. Ianuar. 1601. coram b.m. Cardin. Mellino, in illis verbis, *Dubitaui, an iſtæ ſocietates officij fuerint inualidæ in totum, vel ſolùm vſque ad valorem officii, & Domini fuerunt concordes, quod ſocietates officii initæ cum eadem perſona ſuper eodem officio, ſuſtinentur ſolùm vſque ad valorem officii, & non vltra.* Secundò patet ex deciſ. 45. in alia Romana ſocietatis, 10. Maii 1604. coram ſ.m. Cardinal. Ludouiſio, poſtea Gregor. XV. P. M. his verbis, *Antonius Mainardus ſuper periculo ſuæ vitæ dedit plures pecuniarum ſummas conſtituentes inſimul ſcuta 2700. ad ſocietatem officii, ſuper officio Iacobi Brambillæ valoris 1850. in quibus ſocietatibus diuerſæ perſonæ recognouerunt bonam fidem ergo officialem, Dubitaui, præſuppoſita pro nunc partita ſcutorum 1100. de cuius veritate erit videndum, an dictæ ſocietates fuerint in totum validæ, vel vſque ad valorem officii tantùm. Cum enim adſit ſcientia tam dantis pecunias, quàm officialis recipientis. ſuccedit deciſio R.P.D. Mellini in Romana ſocietatis, 29. Ianuar. 1601. in qua poſt longam diſcuſſionem fuit reſolutum, data ſcientia vtriuſque contrahentis, ſocietates vltra valorem non ſuſtineri.*

Sed iuxta hæc quæ diximus quæri-
12 tur, an ſi officium tempore contractæ ſocietatis non erat capax eo quòd tanti non valebat, & poſtea eiuſdem valor fuerit actus durante ſocietate, an ipſa ſocietas inualida quatenus fuerit vltra valorem contracta, poſtea conualeſcat? Et breuiter ex Zacch. de ſociet. offic. num. 98. cum plurib. ſeq. reſpondetur affirmatiuè: quia ſicut ſocietas ſuſtinetur pro rata valoris officij, ad cuius integrum valorem licitum eſt admittere ſocios; & inualida reddatur quoad illam partem vltra valorem: ita etiã ſuperueniente valore, & ſic ſubiecto

ſocietatis in totum conualeſcit, Nec obſtat tex. in c. quod ab initio, de regul. iur. in 6. quia locum ſibi vendicat, quando non ſuperuenit cauſa habilis ad confirmandum actum ab initio nullum, vt per Doct. ibi, & in ſpecie Zacch. loco citato, ſub num. 104. vbi id intelligit verum eſſe à die, quo ſuperuenit valor, & pro illo ſemeſtri, pro quo non ſunt ſoluti fructus.

Reſtat modo, vt ad argumenta reſpondeamus.

AD primum ex tex. in l. non du-
14 bium, C. de legib. & c. quæ contra,
reſpondetur, quòd iura illa multipliciter à Doctoribus explicantur, vt latè habetur ex Azor. par. 1. Inſtit. moral. lib. 5. cap. 16. q. 17. & Syl. in ſum. ver. lex, num. 29. Etenim Andr. Gail. lib. 2. obſer. 5. num. 14. inquit, quòd tunc actus contra
15 legem eſt nullus, quando eſt principalis;
ſecus autem ſi ſit acceſſorius: Vnde cùm in caſu, de quo agitur exceſſus ille vltra valorem officii accedat ſocietati contractæ infra valorem, ſeu vſque ad valorem eiuſdem, ille tantùm exceſſus vitiatur, cum ſit contra legem; non autem tota ſocietas, quatenus eſt coita vſque ad ipſius valorem, cùm ſit iuri conſentaneas Secundò reſponderi poteſt, quòd tali actus non eſt contra legem, niſi quoad exceſſum tantùm, atque adeò illa ſocietas eſt contra legẽ, quæ eſt vltra valorem officii: & propterea illa ſolùm annullatur; non autem ea, quæ non excedit valorem. Hinc ait Feder. Mart. de iur. cenſ.
16 cap. 5. num. 29. quòd ex quo conſtitu-
tiones Imperatoriæ exceſſum tantùm pretii cenſus conſignatiui damnant, & non totum contractum, concludit cenſum non vitiari in totum, ſed quoad illam partem dumtaxat, quæ à lege prohibetur, vt nos latè de hac re egimus in commentar. ad extrauag. Pij V. de cenſib. tom. 1. §. 2. q. 26. num. 14. cum plur. ſeq. Ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, vt ſocietas contracta vltra valorem officii, non vitietur in totum; ſed quoad illum tantùm exceſſum. Et re vera Caſtrac. pro contraria allegatus non eſt noſtræ ſententiæ contrarius: nam ſi rectè perpendatur, illud ſolùm inquit vitiari, quod excedit valorem officii.

Ad confirmationem dicitur, quòd
17 tunc actus deficiens in forma in totum
corruit, & vtile per inutile vitiatur, cum forma eſt indiuidua, vt habetur ex Alciato in l. 1. §. ſed mihi Pamphilium, 1. Lect. in verſ. neque vitiatur, num. 6. & 2. lect. num. 9. cum plur. ſeq. de verb. obligat. & nos adnotauimus in dictis noſtris commentar. §. 2. q. 26. num. 50. & 51. At in caſu, de quo agitur, defectus non eſt in forma indiuiduali; quia ſocietas contracta ſuper officio vſque ad valorem eius, quæ eſt iuri conſentanea, poteſt ſeparari ab ea, quæ fuit contracta vltra valorem contra Pontificiarum conſtitutionum diſpoſitionem; nimirum igitur, ſi ſocietas non vitiatur in totum; ſed tantùm quoad exceſſum vltra officij valorem.

Ad vltimum reſpondetur, quòd quic-
18 quid ſit de cenſu conſtituto in Terris,
in quibus ſeruatur extrauag. Pii V. de forma crean. cenſ. regulariter tamen cenſus conſtitutionem factam minori pretio, quàm à lege fuerit definitum, non eſſe in totum nullam, ſed reduci debere ad legitimam creationis quantitatem, qua cenſus à principio iuſtè creandus erat: & ita contractus non annullatur in totum; ſed exceſſus dumtaxat reiicitur, fitque reductio ad legitimam penſionem, vt rectè probat Andr. Gail. lib. 2. obſer. 5. Binsfeld. in c. in Ciuitate, num. 14. concl. 5. de vſur. Leſſ. lib. 2. de Iuſtit. & iur. cap. 22. dub. 15. & alii quamplurimi, quos in ſupra relatis noſtris Comment. §. 2. q. 26. num. 14. Et ita intelliguntur Hiſpan. Leges; vt velint ſcilicet, contractum cenſualem annullari quoad exceſſum tantùm, vt patet ex d. l. 6. in illis verbis, *y non ſe pueda per virtud dellos pedir, ni cobrar en cuyzio, ni fuora del mas de alla dicha razon, y riſpeto.* Eodem modo ſunt intelligenda verba d. l. 8. vt rectè declarat Ludou. de Auend. de cenſ. Hiſpan. cap. 36. num. 26. & alii. Quoad Gallos ſeruatur communis vſus, & conſuetudo, ſicut, & in multis aliis locis ſeruantur leges municipales circa creationem cenſus. Etenim cenſus emptus minori pretio, quàm lege, aut communi vſu fori fuerint definitum, licèt non corruat in totum, ſed exceſſus dumtaxat reiiciatur, & fiat reductio ad legitimam penſionem, quando lex

vlterius

Digitized by Google

vlterius progreditur annullando illud tantum, quod contra legem committitur; nihilominus quando vlterius non progreditur, aut procedit vltra annullando totum contractum, tunc cenſus in totum corruit, vt colligitur ex iis, quæ habentur ex Salon. de contract. & commerc. human. de cenſib. contr. 11. num. 1. verſ. Vndè Io. Medina, & num. 2. & nos quoque adnotauimus d. q. 26. num. 34. & 46. Quocirca ad dictum argumentum poteſt negari antecedens: & quatenus verum ſit in aliquibus terris ratione conſuetudinis, aut iure municipali, negatur conſequentia; quia in caſu, de quo agitur ſocietas vi conſtitutionis Pii IV. annullatur quoad exceſſum tantùm, non in totum: at cenſualis contractus in non nullis terris conſuetudine, ac municipali iure in totum expreſſè annullatur. His adde, quæ adnotauimus infra §. 3. q. 1.

An officialis, qui vltra valorem officiis ſcienter ſuper eo ſocietatem contraxit, & pecunias recipit, poſſit recuſare fructus ſoluere? Q. 6.

SVMMARIVM.

1 **Contractus ex conuentione legem accipiunt.**
2 *Officialis ſcienter recipiens pecuniam vltra valorem officii, licèt amittant officium; non tamen annullatur contractus.*
3 *Officialis, qui vltra valorem officii ſcienter ſuper eo ſocietatem contraxit, poteſt recuſare fructus ſoluere.*
4 *Mutuatarius licitè poteſt recuſare vſurarum ſolutionem.*
5 *Officialis, qui vltra valorem officij ſcienter ſocietatem contraxit, poteſt recuſare fructus ſoluere, tam ſi is, qui pecuniam officiali credidit, ſciuerit officium eſſe incapax, quam ſi id ingnorauerit.*
6 *Dans ſuas pecunias ſuper officio incapaci putans eſſe capax, poteſt eas repetere.*
7 *Datum ob cauſam, ea non ſecuta debet redire ad dantem.*
8 *Qui rem vitioſam ſciens, tacito vitio vendiderit, tenetur emptori vitium ignoranti ad intereſſe.*

Videtur prima facie negatiuè reſpondendum eſſe, ex tex. in l. contra-
1 ctus, ff. de regul. iur. & c. cõtractus eod. tit. in 6. vbi habetur, quòd contractus ex conuentione legem accipiunt: ſed officialis conuenit cum eo, à quo recepit pecuniam ſuper eius officio ſoluere fructus iuxta ratam pecuniæ datæ: ergo tenetur ſtare contractui; atque adeò non poteſt recuſare illos ſoluere. Confirmatur; quia officialis ſcienter recipiens pecuniam vltra valorem officii licèt amit-
2 tat officium vi Bullæ Pii IV. non tamen annullatur contractus, vt probauimus ſupra, q. præcedenti: ergo ſaltem donec per ſententiam priuatur officio, tenetur ad fructus ſolutionem, nec poteſt recuſare fructus ſoluere.

His tamen non obſtantibus, contraria ſententia eſt verior, quam tenet Caſtracan. de ſociet. offic. cap. 6. num. 11.
3 & 12. Probatur hæc opinio ex eo quòd ſocietas vltra valorem officii nulliter cõtrahitur: ergo deficit titulus iuſtus, quo dicti fructus debeantur; atque adeò licitè poteſt officialis recuſare eos ſoluere. Confirmatur, quia mutuatarius licitè poteſt recuſare vſurarum ſolutionem, vt
4 in l. Clem. 1. de vſur. Ergo officialis recipiens pecuniam vltra valorem officij, licitè poteſt recuſare fructus ſoluere: quoniam fructus illi ſunt vſurarij, & vi mutui palliati pallio ſocietatis percipiuntur, non autem iuſto titulo ſocietatis, aut alterius contractus, vt fuit ſæpius reſolutum per Rotam Rom. deciſ. 11. quam ſupra ad verbum retulimus q. 4. ad probandam ſententiam, quàm ſequuti fuimus: quibus adde quoque, quæ habentur ex Say. lib. 10. clau. Reg. tract. 5. cap. 2. num. 19. cum alijs, quos allegat.

Hanc autem ſententiam puto veram, tam ſi is, qui pecuniam officiali credidit,
5 ſciuerit officium eſſe incapax: quàm ſi id ignorauerit, eo quòd tempore celebrati contractus, vel antea nullam diligentiam adhibuit in exquirendo, an officium ipſum ſit capax; quoniam tunc præſumitur nullum reſpectum habuiſſe ad rei fructus, ſed tantùm ad pecuniam vltra ſortem comparandam: & propterea ſibi imputet, qui ſcire poterat qualitatem officii, & noluit, cùm idem ſit ſcire, & ſcire

ſcire poſſe, & debere, l. quod te, & ibi Gloſ. in ver. Deberes, ff. ſi cert. petat. l. ſi Titius,& Seia,ff.de fideiuſ.& l. Iulian. ad Macedon. quibus adde, quæ diximus in noſtris comment. ad extrau. Pii V. de cenſ. §. 1. q. 47. ſub num. 14. Quòd ſi negligentia qualitatē officij non excuſat in caſu,de quo agitur, multò minus excuſabit ſocium, qui pecuniam tribuit ſcientia incapacitatis eiuſdem, vt patet ex ijs, quæ latè habentur ex Ludou. de Auend. de cenſib. Hiſpan. cap. 53. ſub num. 5. vbi idem probat dicendum eſſe de eo, qui ſcienter,vel ignoranter, nulla præuia diligentia, cenſum conſtituerit ſuper re non libera, & incapaci: quia contractus cùm ſit vſurarius, qui pecunias recipit poteſt iure licito fructus ſolutionem tanquam vſurariam recuſare: & nos latè aduotauimus in dictis commentar.ad extrau.Pii V. de cenſib. §. 3. q. 20. ſub num.37.verſ. At quando cenſus.

Eſt ramen verum, quòd qui bona fide credens officium eſſe capax dedit ſuas
6 pecunias officiali, ſi deinde comperiatur officium non eſſe capax, poteſt eas repetere: nam cùm ſuas pecunias ad ſocietatem dederit ſuper officio probabiliter credens eſſe capax, eo non capaci comperto, reuerti debent ad dantem: quia datum ob cauſam, ea non ſequuta redire debet ad dantem, vt in toto tit. C. de
7 condit. ob cauſ. & de condit. cauſ. dat. cauſ. non ſequt. Confirmatur;quia vendens alicui fundum ſeruituti ſubiugatū, tenetur actione ex empto, l. 1. ff. de act. empr. Imò poteſt agere ad intereſſe; probatis tamen requiſitis,vt infra,quęſt. dicemus iuxta ea, quæ habentur ex Scac. de commerc. & camb. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 17. num. 25. & q. 1. num. 182.
8 Siquidem, qui rem vitioſam ſciens, racito vitio vendiderit tenetur emptori vitium ignoranti ad intereſſe,vt in l.Iulianus,ff. eod. ſicut, & vendens cenſum ſuper fundo non libero, & illius cenſus incapaci ignoranti conditionem eiuſdem, vt per Nauar. in c. ſi fœneraueris, ſub num. 118. verſ. Vigeſimaſeptima quęſt. Bonanſ.de cenſib. cap. 6. Scac. de commerc. & camb. §. 1. q. 1. num. 182. & nos adnotauimus in dictis noſtris commentar. §. 1. q. 5. num. 10. cum plur. ſeq. Et in terminis noſtris ſi dans pecunias officiali diligentiam adhibuerit in interrogando officialem de capacitate officij, & inſtando, vt exprimat alias ſocietates ſi quæ in eo coitæ exiſtant,& ipſe falsò negauerit, tunc durante ignorantia habebit fructus ſocietatis ſibi promiſſos ſaltem loco intereſse iuxta ea, quæ adnotauimus d. q. 5. num.13. cum plur. ſeq. & inſuper officialis officio erit priuandus, vt habetur ex conſtitutione Pii IV. de ſociet. offic. Iuxta tamen ea, quæ ſupra diximus q. 4. ampliat. 2.

Ad contrarium reſpondetur,& dicitur maiorem eſſe veram, quando conſenſus contrahentium non eſt contra legem humanam, vel diuinam, ſeù naturalem, prout eſt in caſu noſtro.

An officialis, qui vltra valorem officij ſcienter ſocietatem ſuper eo contraxit, & fructus ſocio eiuſdē incapacitatis cōſcio, exoluit, poſſit eos repetere. Q. 7.

SVMMARIVM.

1 *In pari cauſa turpitudinis melior eſt conditio poſſidentis.*
2 *Iudici dans centum,vt malè iudicet,non repetit.*
3 *Dans ob ſtuprum centum, vel quia fuit in adulterio comprehenſus, vt ſe redimat. Ea non repetit.*
4 *Mercans contra iura bonam fidem non dicitur habere.*
5 *Officialis, qui vltra valorem officii ſcienter ſuper eo ſocietatem contraxit; & fructus ſocio eiuſdem incapacitatis conſcio exoluit, poteſt eos repetere.*
6 *Officialis accipiens pecuniam vltra valorem officii poteſt eius fructus repetere, etiam ſi is, qui pecuniam ad ſocietatem dedit, illius incapacitatis erant culpabiliter ignorans.*
7 *Fructus percipiens ex ſocietate vltra valorem officii contracta, tenetur eos reſtituere, non obſtante eiuſdem bonafide,ac præſcriptione.*
8 *Ab vſurarum reſtitutione non excuſat bona fides,nec ætas, nec ſexus,nec priuilegium contrahentium.*

9 *I ru-*

9 *Fructus percipiens ex ſocietate vltra valorem officij contracta tenetur eos reſtituere, etiam ſi eos conſumpſerit.*

10 *A reſtitutione penſionum perceptarum ex cenſuali contractu nullo, & vſurario non excuſat earum conſumptio, nec æquitas l. eurabit.*

11 *Fructus repetuntur in ſocietate vltra valorem officii, non obſtante conſuetudine ineundi ſocietates vltra valorem officii.*

12 *Ignorantia inculpabilis aliquando excuſat à reſtitutione fructuum in ſocietate contracta vltra ualorem officii; ſiue agatur de ignorantia facti, ſiue iuris.*

13 *Officialis poteſt repetere illos tantùm fructus, quos ſoluit pro pecunia data ad ſocietatem vltra valorem officii tantùm; non autem pro pecunia data vſque ad officii valorem.*

14 *Officialis an poſſit repetere fructus, quos ſoluit pro pecunia data vltra valorem officii, vbi aliqua ratio intereſſe concurrit.*

15 *Officialis repetit fructus ſolutos pro pecunia data ad ſocietatem vltra valorem officii; quia inter dantem, & recipientem non eſt par ratio turpitudinis.*

16 *In pari cauſa turpitudinis melior eſt conditio poſsidentis.*

IN hac controuerſia Caſtrac. de ſociet. officii cap. 6. num. 10. & 11. licèt fateatur, officialem poſſe recuſare fructus ſoluere, vt q. præcedenti diximus, fructus tamen ſolutos negat poſſe repetere ab eo, qui ſcienter quoque cum tali officiali ſocietatem contraxit vltra valorem officii. Mouetur ex eo, quòd in pari cauſa turpitudinis melior eſt conditio poſſidentis, l. 2. C. de condit. ob turp. cauſ. l. in pari, ff. de regul. iur. Hinc eſt, quòd centum dans iudici, vt malè iudicet, non poteſt illa centum à iudice repetere, vt in l. vbi autem, ff. de condit. ob turp. cauſ. Idem dicendum eſt de eo, qui ob ſtuprum aliquid dederit, aut in adulterio deprehenſus, centum ſolutis, ſe redemerit, vt in l. idem, ff. eod. Sed in caſu, de quo agitur, concurrit turpitudo ex vtraque parte: Siquidem vterque tam ſocius, quàm officialis contra legem prohibentem contraxerunt ſocietatem, dando, & accipiendo pecuniam vltra valorem officii, vt patet ex conſtitutione Pii IV. à nobis ad verbum relata ſupra hoc eodem capite, ante q. 1. id autem citra malam fidem, ac dolum non præſumi-4 tur fieri; nam qui contra iura mercatur, bonam fidem præſumitur non habere, c. qui contra, de regul. iur. in 6. & l. quemadmodum, C. de agric. & cenſit. lib. 11. Putat tamen idem Caſtrac. quod licet officialis non poſſit prędictos fructus ſoluere repetere; poſſunt tamen id agere hæredes, ac fideiuſſores officialis, qui nō fuerunt in aliqua culpa.

His tamen non obſtantibus, contrariam opinionem puto veriorem. Proba-5 tur, quia mutuatarius poteſt vſuras ab vſurario repetere, vt in Clem. 1. de vſur. ergo, & officialis poteſt fructus ſocietatis vltra valorem officii contractæ repetere, quos ſoluit ſocio, à quo pecuniam ad ſocietatem accepit. Etenim in caſu de quo agitur, data ſcientia vtriuſque contrahentis, officialis recipiens pecuniam vltra valorem officii efficitur verè, ac propriè mutuatarius; & dans pecuniam ſub incremento fructuum talis côtractus, eſt verè, ac propriè vſurarius: ſiquidem, data ſcientia vtriuſque contrahentis, ſocietas vltra valorem non ſuſtinetur: & propterea pecunia data remanet apud officialem purum mutuum, ex quo non cadit perceptio fructuum: vt latè ſupra probauimus, q. 4. pro qua re ad verbum retulimus deciſ. 11. Rotæ Rom. poſt Zacch. tract. impreſſam, & hanc ſententiam in re tenet Caſtr. ibidem ſub nu. 11. in fin. & num. 12. Quibus etiam adde deciſ. 11. Rotæ Rom. poſt noſtra cômen. de cenſibus impreſſa.

Ampliatur hæc concluſio, vt idem dicendum ſit, ſi is, qui pecuniam dedit ſu-6 per officio culpabiliter ignorauerit eiuſdem capacitatem: quia tunc præſumitur nullum reſpectum habuiſſe ad rei fructus; ſed tantum ad pecuniam vltra ſortem comparandam; atque adeò ad vſuram committendam, vt probauimus, q. præcedenti, verſ. Hanc autem ſententiam: & patet etiam ex iis, quæ diximus in commentar. ad extrau. Pii V. de cenſibus tom. 1. §. 1. q. 47. num. 14. cum plur. ſeq. vbi oſtendimus, ignorantiam culpabilem non excuſare emptorem emētem cenſum non exequantem fructibus rei cenſui ſubiugatæ. Ergo idem dicendum eſt caſu noſtro cùm militet eadem ratio, arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil. atque ideò poterit officialis repetere fructus ſolutos in ſocietate contracta vltra valorem officii, non ſolùm, data ſcientia vtriuſque contrahentis vt ſupra;

ſupra : verùm etiam, data ſcientia offi-
cialis tantum , & ignorantia culpabili
eius , qui pecuniam dedit.

Secundo ampliatur hæc eadem con-
cluſio, vt locum habeat nõ obſtante præ-
7 ſcriptione, ac bona fide percipientis hu-
iuſmodi fructus : quoniam contractus
cùm ſit vſurarius , non adeſt iuſtus titu-
lus , quo is , qui percepit fructus faciat
ſuos : & propterea tanquam indebitè ſo-
luti, & tanquam vſurarij licitè repetun-
tur, vt in c. debitores, & ibi Doct. com-
muniter, de iur. iur. Specul, in titul. de
action. & petit. §. Sequitur videndum ,
num. 51. Et id non obſtante quacunque
bona fide , ac præſcriptione recipientis :
8 quoniam à reſtitutione perceptarum v-
ſurarum non excuſat nec bona fides, nec
ętas, nec ſexus, nec priuilegium contra-
hentium , vt rectè conſuluit Alex. conſ.
121. num. 11. cum plur. ſeq. lib. 4 Dec.
in l. petens, C. de pact. Gabr. de præſcript.
concl. 4. num. 12. etenim fructus eo ca-
ſu computantur in ſortem ipſo iure à le-
ge citra hominis factum , vt latè probat
Cenc. de cenſibus p. 2. cap. 2. q. 4. art. 7.
num. 5. & 12. agens de fructibus perce-
ptis ex cenſu inualido , ac vſurario : pro
qua re allegat deciſ. 12. poſt eiuſdem
tract. & poſt noſtra cõmentar. ad extrau.
Pij V. de cenſib. impreſſam , in vna Vr-
benetana cenſus , 13. Febr. 1595. coram
b. m. Gypſio, per totam, & ſignanter in
illis verbis , *Cùm hoc caſu extinctio , &*
compenſatio fructuum in ſorte fiat à le-
ge ipſo iure abſque hominis facto, c. 1. & c.
conqueſtus, de vſur. c. cum contra , de pi-
gnor. l. 1. & 2. C. de pignor. action. Soc.
conſ, 29. num. 27. verſ. circa tertium, lib.
1. Pariſ. conſ. 54. num. 79. lib. 1. Rolan.
conſ. 40. ſub num. 37. lib. 2. Pro hac ea-
dem re extat deciſio in eadem cauſa, poſt
eadem commentario, & coram eodem
228. num. 1. 2, Maij 15.5. dum ait quòd
vſuræ indebitè ſolutæ repetuntur per vi-
am conditionis indebiti : Quibus adde ,
quæ diximus in dictis commentar. §. 3.
q. 20. num. 5.

Tertiò ampliatur, vt officialis, qui fru-
ctus ſoluit vigore ſocietatis vltra valorẽ
9 officij contractæ poſſit eos repetere , eti-
am ſi is, qui eoſdem recipit, conſumpſe-
rit, etenim penſiones receptæ in cauſam
vſurę nunquam faciunt tranſitum in do-
minium recipientis, vt patet ex commu-
ni opinione tum theologorum, tùm eti-
am Canoniſtarum , de qua Couar. poſt
alios lib. 3. var. reſolut. cap. 3. num. 6.
verſ. Sed ad Sot. lib. 6. de iuſt. & iur. q.
1. art. 4. col. 2. cum plur. ſeq. atque adeò
tanquam res alienæ ſunt reſtitutioni ob-
noxiæ, c. ſi res alienas, 14. q. 6. c. pecca-
tum de regul. iur. in 6. c. Michael, & c.
tua nos , & c. tuas, de vſur. Panor. conſ.
54. num. 4. lib. Et in ſpecie penſionum
receptarum ex cenſu nullo , ac vſurario
fuit reſolutum per Rotam Roman. deciſ.
119. poſt eadem noſtra Commentar. &
Cenc. tract. in vna Romana cenſus de
Mutinis, 11. Decemb. 1602. coram Sa-
crato . dum ait, quòd à reſtitutione pen-
10 ſionum perceptarum ex cenſuali contra-
ctu nullo, & vſurario, non excuſat earum
conſumptio , nec ęquitas l. curabit , nec
furor dotis, nec ratio aliqua intereſſe .
Quòd ſi hæc vera ſunt de penſionibus
perceptis ex cenſu nullo , ac inualido ,
idem dicendum eſt de fructibus perceptis
ex ſocietate contracta vltra valorem offi-
cii : eo quòd vterque contractus eſt vſu-
rarius , et tam penſiones , quàm fructus
ſupponimus perceptos fuiſse in cauſam
vſurarum . Vndè cùm par ratio ſit vtri-
uſque , erit quoque vtriuſque eadem iu-
ris diſpoſitio , l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Quartò ampliatur prędicta concluſio,
vt officialis poſſit repetere fructus pro
11 ſocietate contracta vltra valorem officij
non obſtante conſuetudine vrbis ineun-
di ſocietates vltra valorem officii : quia
cùm hæc conſuetudo ſit contra ius natu-
rale eſt nullius momenti, vt infra , Deo
duce, latiùs dicemus, q. 12. vbi rem hanc
latè tractabimus . An autem ſocietas
vltra valorem officij ſuſtineri poſſit vi
mutui cum intereſſe lucri ceſsantis , vel
damni emergentis , infra agemus , q. 11.

Sic ampliata limitatur ipſa concluſio,
quoad primam ampliationem quando
12 ignorantia eius, qui dedit pecuniam ad
ſocietatem officij vltra eius valorem, fuit
culpabilis: ſecus autem ſi non fuerit cul-
pabilis . vt quia tempore celebrationis
contractus interrogauit officialem de of-
ficio, an ſit liber, & talis ſocietatis ſit ca-
pax , & reſpondit dolosè affirmatiuè cùm
tale non ſit , propter quod deceptus ab
officiali ſocietatem coiuit vltra valorem
officij . Etenim hoc caſu officialis dolo-
sè agit, & puniendus venit pœna priua-
tionis officii, et condemnandus ad ſol-
uendos fructus ſocietatis in pœnam ſui
criminis , vel ratione intereſſe iuxta ta-
xam dictorum fructuum , vt patet ex
conſtitu-

Digitized by Google

conſtitutione Pii IV. de ſociet. offic. quã ad verbum ſupra retulimus hoc capite, ante q. 1. & inſuper turpitudo eſt tãtùm ex parte officialis, qui fructus exoluit, nimirum ſi repetere illos nequit, vt in l. Idem ſi ob ſtuprum, §. ſed quod meretrici. ibi, ſed ſolius dantis, ff. de condit. ob turp. cauſ. Confirmatur quoniam idem dicendum eſt de penſionibus ſolutis pro cenſu impoſito ſuper fũdo incapaci: nam ſi in inſtrumento emptionis cenſus enunciauerit venditor, fundum, in quo conſtituit cenſum eſſe frugiferum, et reddere tot fructus, qui ſufficiant ad ſupportandum onus cenſus conſtituti: ſi falſum enunciauit, excuſatur emptor, et cenſus ſuſtinebit ſaltem vt teneatur ad intereſſe, vt latè nos probauimus in dictis noſtris commentar. §. 1. q. 47. num. 16. Hoc ipſum dicendum eſt, vbi officialis interrogatus fingat ſe ignorare officij incapacitatem, vt deinde pecunia vti, et fructus ſolutos repetere poſſit: tunc enim, quia turpitudo eſt ex parte dantis dumtaxat, non poteſt fructus ſolutos repetere, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus: Siquidem doloſa ſimulatio peccatum eſt, vt habetur ex D. Thom. 2. 2. q. 3. art. 1. Et eò magis, quia huiuſmodi officialis cùm doloſè induxerit illum, qui dedit ei pecuniam ad ſecum contrahendum talem ſocietatem, ad minus tenetur ad intereſſe, cùm celauerit officij incapacitatem, arg. tex. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de action. empt. At iuſtum intereſſe poſſunt dici fructus, quos bona fide percepit: Sicut dicitur de eo, qui decepit à venditore cenſum emit ſuper fundo non libero, & incapaci: nam cenſus ſolutos poteſt ſibi retinere ſaltem ratione intereſſe, vt declarat Rouit. in Prag. 1. de cenſib. ſub num. 38. Molſ. p. 2. ſuæ ſum. tract. 12. cap. 6. num. 97. cum alijs, quos allegant, & nos adnotauimus in d. noſtris commentar. §. 1. q. 6. num. 12. & 13. Quod an ſit verum, infra latius declarabimus, q. ſeq. not. 1.

Imò arbitror, præfatam ampliationem veram eſſe non ſolùm quoad ignorantiam probabilem facti; ſed etiam iuris. Vndè ſi Ruſticus iuris ignarus dederit ſuam pecuniam ad ſocietatem vltra valorem officij, credens iuſtè contrahere, tunc ſaltem ratione intereſſe poterit fructus perceptos retinere, maximè ſi in Regione contractus huiuſmodi, iuſtus communiter exiſtimetur, iuxta ea, quæ infra latius, Deo duce, dicemus. q. 11.

Secundò limitatur prædicta concluſio vt officialis poſsit repetere illos tantùm
13 fructus, quos ſoluit pro pecunia data ad ſocietatem vltra valorem officij dumtaxat: non autem pro pecunia data vſque ad valorem officii: quoniam ſocietas nõ eſt in totum nulla; ſed pro ea tantùm parte, quæ fuit inita vltra officij valorẽ, vt ſupra probauimus, q. 5.

Tertiò limitatur eadem concluſio, vt locum non habeat, vbi aliqua ratio intereſſe concurrat: quòd tamen quomodo
14 procedat, infra q. 11. latiùs explicabimus.

Ad argumentum modo reſpondetur negando minorem: quia in caſu de quo
15 agitur non militat par ratio turpitudinis. Siquidem licèt officialis quoque fuerit in culpa accipiendo pecuniam vltra valorem officij, cùm id egerit contra legem prohibentem; nihilominus nullam iniuriam intulit ei cui ſoluit fructus, ſeù vſuras, nec ipſum fraudauit. At qui pecuniã dedit vltra valorem officij, fuit in maiori culpa; quia non ſolum egit contra legem prohibentem, ſed etiam contra legem Diuinam, ac naturalem committendo vſuram, & fructus vſurarios percipiendo iniuriam intulit officiali, cum vſura ſit rapina, c. ſi quis vſuram, 14. q. 3. Imò tunc officialis dicitur propriè legi contrauenire, quando interrogatus de capacitate officij, reſponderit, eſſe capax, cùm ſit incapax, vt in d. conſtitutione Pii IV. non autem cùm fructus ſoluit. Vndè cùm ſocius fuerit in maiori culpa, ceſſat regula illa, in pari cauſa turpitudinis melior eſt conditio poſſidẽ-
16 tis. Et eo maximè quoniam licet culpa cum culpa compenſetur, vt in c. in pari, & ibi Dyn. de regul. iur. in 6. Iaſon in l. in arenam, C. de inoffic. teſtam. & l. viro, atque vxore, vbi etiam Alex. ff. ſolut. matr. nihilominus culpa cũ culpa nõ compenſatur, quando vna eſt maior altera: quoniam tunc maior attenditur, & de minori non habetur ratio, l. 1. §. lata, ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. l. ſi ſeruum, §. ſequitur, ff. de verb. obligat. & Corn. conſ. 157. num. 2. lib. 2.

An in caſibus, in quibus officialis non poſſit fructus, repetere, ſocius, qui ſocietatem contraxit ſuper officio vltra valorẽ eius, & fructus percepit, tenetur in foro conſcientiæ eos reſtituere. Quæſt. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum non remittitur, niſi reſtituatur ablatum.*

2 *Lex licèt repetitionem deneget; in conſcientia tamen debitorem à reſtitutione non liberat.*

3 *Officialis triplici ex cauſa poteſt prohiberi fructus ex ſocietate percipere.*

4 *Quæ inſpicienda ſint ex parte dantis pecuniam, vt ceſſet fructuum reſtitutio, parte ſocij, qui pecuniam accepit vltra valorem officii.*

5 *Officialis ſi de iure prohibeatur fructus ſocietatis repetere ob eiuſdem dolum in negando officij incapacitatem, ſocius in foro conſcientiæ non tenetur ad eorum reſtitutionem.*

6 *Officialis quando de iure prohibetur fructus ſocietatis repetere ex eo quod interrogatus doloſè negauit officii incapacitatem, ſocius in foro conſcientiæ non tenetur eos reſtituere, ſi eos conſumpſit, & non eſt factus locupletior: vel extent, & nulla concurrit ratio intereſſe.*

7 *Officialis ſi interrogatus de capacitate officii, & aliis conditionibus, doloſè reſpondeat neſcire, vt poſſit vti pecunia, & fructus illius deinde repetere, tunc ſocius tenetur ad eorum reſtitutionem.*

8 *Ignorantia ex ſe non excuſat emptorem ementem cenſum ſuper re, quæ illius ſit incapax;*

9 *Socius, qui potuit ſcire officii in capacitatem, & diligentiam non adhibuit tenetur fructus perceptos reſtituere, non obſtante quacunque præſcriptione.*

10 *Socium, qui potuit ſcire officii incapacitatem vt ſupra non excuſat à fructuum reſtitutione eorum conſumptio, nec ætas, nec ſexus, nec priuilegium contrahentium, nec aliqua ratio intereſſe.*

11 *Socius ſocietatis officiorum conditionum ignarus dolo inductus ab officiali ad dandam ſibi pecuniam ad ſocietatem vltra valorem officii, tenetur fructus perceptos reſtituere.*

12 *Socius ſocietatis conditionis ignarus vt ſupra non tenetur fructus perceptos reſtituere; ſi eos bona fide conſumpſerit, & non ſit factus locupletior.*

13 *Reſtitutio omnis debetur vel ratione rei iniuſtè acceptæ, vel ratione iniuſtæ acceptionis.*

14 *Vſurarii fructus an, & quando ipſo iure ſtatim à lege citra hominis factum computantur in ſortem.*

15 *Socius ſocietatis conditionum ignarus dolo inductus ad contrahendam ſocietatem vltra valorem officii, ſi officialis obligauerit ſe ad intereſſe, poterit fructus perceptos ſibi retinere ratione intereſſe.*

IN hac re Caſtrac. de ſocier. offic. cap. 6. ſub num. 16. partem affirmatiuam
1 videtur tueri, dum ait, quòd licet in pari cauſa turpitudinis potior ſit conditio poſſidentis, fructus tamen illegitimè dati, ac percepti reſtitui debent: quia contractus prohibitus eſt, & peccatum non remittitur, niſi illicitè ablatam reſtituatur, c. 1. 14. q. 6. c. peccatum, vt ibi latè Couar. de regul. iur. in 6. vel ſaltem Fiſcus eos acquireret, qui eſt iniqui lucri acquiſiti iuſtus ablator, l. Lucius, ff. de iur. Fiſc. & Cyn. in l. 2. C. de condit. ob turp. cauſ Hanc eandem ſententiam tenet Say. lib. 10. clau. Regiæ tract. 2. cap. 5. ſub num. 19. circa fin. dum ait, quod licet lex repetitionem deneget; nihilomi-
2 nus in conſcientia debitorem à reſtitutionis obligatione non liberat. Poteſt autem hæc ſententia probari ex eo, quod ſtante nullitate talis ſocietatis, pecuniæ datæ officiali vltra valorem officij remanent apud ipſum purum mutuum, vt oſtendimus q. præcedenti: ergo quod ex eis percipitur eſt lucrum vſuratium; atque adeò eſt reſtitutioni obnoxium. His etiam adde, quæ nos adnotauimus in noſtris commentar. ad extrauag. Pii V. de cenſibus §. 3. quæſt. 20. num. 1. 2. & 3. dum oſtendimus, quòd ex quo pretium cenſus nulli, & vſurarii remanet

apud

Digitized by Google

apud venditorem talis cenſus, purum mutuum, penſiones ſolutæ illicitè percipiuntur, atque adeò ſunt reſtitutioni obnoxiæ, vt ibidem, num. 5.

Pro determinatione huius difficultatis eſt adnot. quòd officialis triplici ex
3 cauſa poteſt prohiberi fructus recipere. Primò ex eo quòd dolo induxit aliquem ſimplicem iuris, ac conditionum quas exigit officiorum ſocietas probabiliter ignarus, ad dandam ſibi pecuniam ſuper eiuſdem officio, vltra ipſius valorem, falsò aſſerens huiuſmodi ſocietates eſſe licitas: & id vt pecunia poſſet vti, & deinde, vt fructus ſolutos poſſit repetere; is enim de iure excluditur à repetitione ſolutorum fructuum; quia turpitudo eſt tantùm ex parte officialis, vt in l. idem ſi ob ſtuprum. §. ſed quòd meretrici, ibi, ſed ſolius dantis, ff. de condit. ob turp. cauſ. Secundò poteſt fortè prohiberi fructus repetere, quoniam interrogatus, an officiũ ſit capax, dolo reſpondit neſcire, vt poſſit pecunia vltra valorem officij ad ſocietatem ſibi data, vti, & deinde fructus ſoluẽdos repetere, vt ſupra diximus q. præced. lim. 1. quod an ſit verum inferius, Deo duce declarabimus. Tertiò prohibetur de iure ipſe officialis fructus repetere; quoniam tempore contractus interrogatus an officium ſit capax, ac aliàs ſocietates, & quas ſuper eo coitas exprimat; reſpondit dolosè eſſe capax cùm non ſit, & ſocietates deſuper contractas negauit, contra diſpoſitionem Pianæ conſtitutionis, vt in d. lim. 1. adnotauimus.

Secundò eſt adnot. quòd qui in ſupradictis caſibus, aut eorum aliquo bona
4 fide pecuniam ſuam dedit ad ſocietatem ſuper aliquo officio vltra valorem eius, & fructus percepit, inſpiciendum eſt, quòd aut fructus perceptos bona fide conſumpſit, & factus fuit locupletior, aut bona fide conſumpſit, ſed non fuit effectus locupletior: aut fructus nõ conſumpſit, ſed adhuc extant. Vel denique vult fructus ſibi retinere ratione intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis.

His breuiter ſic adnotatis ſit

Prima Concluſio.

SI officialis de iure prohibetur fructus ſocietatis repetere, ex eo quòd inter-
5 rogatus, an officium ſit capax, falsò negauerit eſſe incapax, & aliàs ſocietates deſuper contractas; hoc caſu puto ſocium in foro conſcientiæ nõ teneri ad eorum reſtitutionem: Probatur hæc concluſio: quoniam huiuſmodi fructus cenſentur ſibi donati vi cõſtitutionis Pij IV quam ad verbum retulimus hoc eodem cap. ante 1. q. in pœnam mendacij, ac fraudis ipſius officialis: & in ſatisfactionem iniuriæ illatæ ſocio ab ipſo officiali fraudante; qui inſuper venit officio priuandus: vt patet ex illis Pianæ verbis, circa eiuſdem finem, *Non tamen vltra valorem officiorum, ſuper quibus illas fieri contingit; ita quòd ad requiſitionem ſecũ ſocietates contrahentium, teneantur ſpecialiter exprimere aliàs ſocietates ſuper eodem officio contractas, ſi quæ ſint, & ſi eas falsò negauerint, vel expreſſerint in toto, vel in parte, pœnas priuationis officiorum ipſorum, ſuper quibus ſocietates huiuſmodi contractæ fuerint, ſine tamen præiudicio creditorum, quatenus aliundè illis ſatisfieri non poſſit, ipſo iure incurrant. Et nihilominus tàm ipſi, quam fideiuſſores deſuper præſtiti ad ſatisfactionem ſocietatum, & debitorum deſuper contractorum teneantur, &c.* Et hanc concluſionem videtur tenere Zacch. in ſuo tract. de ſociet. offic. num. 70. & 74. & ante ipſum Caſtrac. eod. tract. cap. 6. num. 18. & 19. His adde ea, quæ adnotauimus in dictis noſtris Commentar. §. 1. q. 6. num. 15. 16. & 17. vbi oſtendimus, quòd emptor cenſus probabiliter ignorans fundum ſubiugatum eſſe incapacem, ex eo maximè quòd eiuſdem venditor falsò enunciauerit tempore celebrati contractus, eſſe capacem, penſionis perceptas licitè poteſt ſibi retinere ſaltem ratione intereſſe ad eandem rationem, ad quam cenſus fuerat conſtitutus.

Ampliatur hæc concluſio, vt multò magis vera ſit, ſi ſocius, qui fructus
6 ex tali ſocietate percepit, conſumpſit, & locupletior non ſit effectus, iuxta ea quæ tradita ſunt per Couar. lib. 1. var. reſolut. cap. 3. num. 6. & 7. vel concurrat aliqua ratio intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, propter illa, quæ

dicemus infra, q. 11. Imò concluſionem
ipsā dicemus locum ſibi vendicare, etiā ſi
fructus percepti extent, & nulla concur-
rat ratio intereſſe: quoniam ſocius di-
ctos fructus facit ſuos, & retinere ſibi
poteſt vigore præfatæ Pianæ in pœnam
fraudis, ac mendacii officialis, & in ſa-
tisfactionem iniuriæ ipſi ſocio illatæ ab
eodem officiale. Quod tamen dico ve-
rum, ſi ſocius, qui dedit pecuniam ſe-
riò interrogauit officialem de officii ca-
pacitate, eo quòd re vera ignorabat ali-
as ſocietates deſuper contractas, atque
adeò eiuſdem incapacitatem: ſecus au-
tem ſi ſciebat officium non eſſe capax:
quoniam tunc licèt officialem interro-
gauerit de illis ſocietatibus iuxta ipſam
Pianam conſtitutionem, & ille negaue-
rit; nihilominus quia fructus ipſos non
percepit bona fide, non facit ſuos; quia
ceſſat eo caſu diſpoſitio prædictæ conſti-
tutionis, & tanquam vſurarii ſunt re-
ſtitutioni obnoxii, iuxta ea, quæ adno-
tauimus, q. præcedenti, verſ. His tamen,
& ſupra diximus ex Zacch. Caſtrac. &
& Say. in relatione eorum ſententiæ.

Secunda Concluſio.

SI officialis interrogatus à ſocio, an
officium ſit capax, & de alijs ſocie-
7 tatibus, ſi quæ ſint, iuxta ſupradictam
Pianam conſtitutionem, dolo reſponde-
rit, ſeù finſerit neſcire, cùm re vera cer-
tò ſciat eſſe incapax: & id vt poſſit vti
pecunia vltra valorem officii ad ſocieta-
tem ſibi data, & deinde fructus ſolutos
repetere; tunc & eo caſu puto, ſocium
teneri ad dictorum fructuum percepto-
rum reſtitutionem. Probatur; quia
non poteſt eos ſibi retinere in pœnam
mendacii, ac fraudis vi præfatæ Pianæ
conſtitutionis: quia dicta conſtitutio nō
loquitur de huiuſmodi mēdacio, & frau-
de; Sed de mendacio officialis expreſsè
negantis ſocietates ſuper eius officio cō-
tractas, in totum vel pro parte, vt con-
ſtat ex illis Pianæ verbis, *ſi eas falſo ne-
gauerit, &c.* vndè quamuis vterque re-
us ſit, & qui veritatem occultat, & qui
mendacium dicit, vt in cap. 1. de crim.
fal. nihilominus, quia ſumus in pœna-
libus, non eſt facienda extenſio de caſu
ad caſum, vt in c. odia, de regul. iur.
in 6.

Nec ſocius ſibi poteſt huiuſmodi fru-
ctus retinere; quia de iure denegetur offi-
8 ciali eorum repetitio, ſtante eiuſdem tur-
pitudine propter mendacium dolum, ac
fraudem, de quibus ſupra; quoniam in
primis poſſet negari huiuſmodi officiali
hoc caſu denegari repetitionem: ſiquidē
licèt ex parte ipſius ſit turpitudo ra-
tione mendacii, ac fraudis, nihilomi-
nus maior turpitudo conſpicitur ex par-
te ſocii, qui adhibita debita diligentia,
poterat ſcire capacitatem, vel incapacita-
tem officii: & propterea cum ſocietatem
contraxerit, nulla præmiſſa diligentia
præſumitur nullum reſpectum habuiſſe
ad ſocietatem, ſed tantùm ad pecuniam
mutuo vltra ſortem comparandam: quo-
niam aut voluit cōmittere vſuram, vel
periculo ſe expoſuit eam committendi,
dum præſumitur, aut voluiſse dare ſuam
pecuniam ſuper officio vltra valorem ip-
ſius, vel periculo ſe expoſuit eam dandi,
prout dedit ad ſocietatem vltra valorem
officii vt rectè declarat Zach. in ſuo tract.
de ſociet. offic. à num. 74. ad 85. Hac eadē
ratione ignorantia ex ſe non excuſat em-
ptorem ementem cenſum ſuper re, quæ
illius ſit incapax: etenim ſi tempore, quo
cenſum emit, diligenter non exquirit de
eiuſdem rei redditibus, ac capacitate præ-
ſumitur nullum reſpectum habuiſſe ad rei
fructus; ſed ad pecuniam dumtaxat ex
mutuo vltra ſortem comparandā: & pro-
pterea ſibi imputari debet, qui ſcire pote-
rat, & debuerat qualitatē rei, & eiuſdē ca-
pacitatē, cùm idē ſit ſcire, & ſcire poſse, ac
debere, l. quod te, & ibi Glos. in ver. debe-
res ff. ſi cert. pet. l. ſi Titius, & Seia, ibi. cùm
ſcire potuerit, ff. de fideiuſ. cum aliis à
nobis cumulatis in dictis commentar. §.
1. q. 6. num. 17. Vndè cum maior ſit tur-
pitudo ex parte ſocii, quàm officialis, nō
prohibetur officialis fructus repetere, vt
patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus, q. 7.
in reſponſione ad vlt. argum. Secundò
dato, & non conceſſo, quòd par turpitu-
do ſit ex parte vtriuſque contrahentis,
quapropter prohiberetur de iure officia-
lis fructus ſolutos repetere; ſocius tamē
tenetur in ſoro conſcientiæ reſtituere:
quoniam licèt lex repetitionem deneget;
nihilominus in conſcientia à reſtitutio-
nis obligatione non liberat. vt habetur
ex Say. lib. 10. clau. Reg. tract. 2. cap. 5.
ſub num. 19. circa fin. cum alijs à nobis
relatis in relatione primæ ſententiæ.

Amplia-

Ampliatur hæc concluſio, vt ſocius
9 fructus perceptos teneatur reſtituere nõ obſtante quacunque præſcriptione: quia cùm potuerit ſcire officii capacitatem, & incapacitatem, & diligentiam non adhibuit, dicitur eſſe in mala fide, at malæfidei poſſeſſor nunquam præſcribit, vt in c. poſſeſſor malæfidei, & ibi latè Couar. de Regul. iur. in 6. Confirmatur, quia cùm prædicti fructus ſint vſurarii ſunt vitio affecti, & propterea nec præſcriptio, nec allegatio bonæfidei aliquid operatur. vt patet ex iis, quæ habentur ex Alex. conſil. 121. num. 11. cum plur. ſeq. lib. 4. Dec. in l. petens, C. de pact. Gabr. de præſcipt. concl. 4. num. 12. cum aliis, quos retulimus in dictis comment. §. 3. q. 20. num. 10. 11. & 12.

Secundò ampliatur, vt reſtitutionem
10 dictorum fructuum non excuſet eorum conſumptio, nec ætas, nec ſexus, nec priuilegium contrahentium: quoniam fructus eo caſu computatur in ſortem ipſo iure à lege citra hominis factum, cum ſint vſurarii: & cum ſimus in materia vſuraria nunquam tranſeunt in dominiũ recipientis, vt patet ex communi ſententia tum Theologorum, tũ etiam Canoniſtarum, relata per Couar. lib. 3. var. reſolut. cap. 3. num. 6. verſ. ſed ad id. Vndè qui huiuſmodi fructus percepit licèt ſit Eccleſia, vel minor, aut mulier, non tamen excuſantur ab eorum reſtitutione; quamuis tutores, curatores, & Eccleſiæ Rectores ſic contrahentes teneantur ad intereſſe, vt nos latè de hac materia egimus d. §. 3. q. 20. lim. 2. & 3. à num. 5. ad 18. de reſtitutione agentes penſionum perceptarum ex cenſu inualido, ac vſurario. Imò non deſunt, qui velint, quòd nec aliqua ratio intereſſe ab huiuſmodi reſtitutione excuſationem præbeat, vt diximus d. q. 20. ſub num. 10. quod quidem an verum ſit infra, Deo duce, dicemus, q. 11.

Tertia Concluſio.

SI officialis de iure prohibeatur fru-
11 ctus de quibus agitur, repetere ex eo quòd dolo induxit ſocium ruſticum, ac ſimplicem iuris, ac conditionum, quas exigit officiorum ſocietas probabiliter ignarum, ad dandam ſibi pecuniam ſuper eiuſdem officio vltra ipſius valorem, falsò aſſerens huiuſmodi ſocietates eſſe licitas, vt pecunia poſſet vti, & fructus ſolutos deinde repetere; arbitror, dictum ſocium in foro conſcientiæ teneri ad prædictorum fructuum reſtitutionem: nam quamuis officialis non poſſit eos repetere, cum turpiter egerit; nihilominus ſocius quoad forum interius non eximitur ab obligatione reſtitutionis: ſiquidem lex repetitionem denegans non liberat in conſcientia à reſtitutionis obligatione, vt ex Say. & alijs ſupra diximus in relatione primæ ſententiæ. Confirmatur, quia dicti fructus lege aliqua ſocio non donantur in pœnam fraudis, ac mendacii officialis: nec ſupradicta Piana conſtitutio id ſtatuit in terminis noſtræ concluſionis. Præterea recipiens bona fide indebitum eſſe, licèt excuſetur à peccato, non tamen excuſatur à reſtitutione, vt patet ex toto tit. ff. de condit. indeb. Ergo pariter percipiens incrementum aliquod ex contractu illicito, quem putabat licitum, & probabiliter ignorabat eſſe illicitum, tenetur illud reſtituere tanquam indebitum, licet non peccet accipiendo, quod bona fide credebat eſſe debitum. Hinc emens rem furtiuam, putans furtiuam non eſſe, licèt non peccet emendo; illam tamen vero Domino reſtituere tenetur, l. inciuilem, C. de furt. Denique ſi quis bona fide cum probabili ignorantia egreſſus foret in contractu emptionis, ac venditionis latitudinem iuſti pretii, licèt non peccaſſet; tenetur tamen, ſuperueniente ſcientia reſtituere, quod ita eſſet egreſſus, vt ex Contad. Couar. Medin. & Nauar. tenet Molin. de contract. diſp. 350. num. 5. Ergo idem proportionaliter dicendum eſt in caſu noſtro, vt quamuis ſocius non peccet percipiendo fructus ex ſocietate contracta ſuper officio vltra eius valorem, ſtante ipſius bona fide, ac iuris ignorantia; nihilominus ſuperueniente ſcientia, tenetur illos reſtituere.

Limitatur tamen hæc cõcluſio primò,
12 vt licet ſocius in caſu, de quo agitur, teneatur fructus perceptos reſtituere; nihilominus ſi eos bona fide conſumpſerit, nec factus ſit locupletior, ad eorundem reſtitutionem non tenetur: quia omnis reſtitutio debetur vel ratione rei
13 iniuſtæ acceptæ, vel ratione iniuſtæ acceptionis: at in caſu noſtro cùm ſocius non teneatur dictos fructus reſtituere ratione iniuſtæ acceptionis, eo quòd putabat inculpabiliter eos percipere ex

con-

contractu licito; ſed tantum teneatur ratione rei accepta: ergo in tantum teneatur, in quantum ex conſumptione prædictorum fructuum factus ſit locupletior, vt patet ex iis, quæ habentur ex Molin. de contractib. diſp. 350. num. 5. Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 3. num. 6. & 7. & ex iis à nobis traditis, in dictis noſtris commentar. §. 3. q. 20. num. 31. cum plur. ſeq. Nec obſtat ſi dicatur, quòd cùm
14 prædictus contractus ſit vſuratius, atque adeò fructus percepti vſurarii, ipſo iure ſtatim à lege citra factum hominis computantur in ſortem, vt ſupra diximus concl. 2. ampl. 2. & extat deciſio 12. Rotæ Rom. poſt dicta noſtra Comment. tom. 2. impreſſa cum aliis à nobis cumulatis, d. §. 3. q. 20. num. 5. & 6. quoniã id verum eſt quotieſcunque contrahentes ſcienter, vel ex ignorantia culpabili celebrant contractum vſurarium, & fructus ex eo percipiuntur: ſecus autem ſi bona fide, & ex ignoratia iuris inculpabili, vſurarium contractum celebrent; quoniam tunc ſtante bona fide recipientis, ſi conſumentur, & non fiat locupletior recipiens, excuſatur ab eorum reſtitutione, per rationem ſupra allatam. In caſu autem noſtro agitur de ſocio ſimplici, iuris ignaro, & dolo inſuper inducto ab officiali ad contrahendam ſocietatem vltra valorem officii, vt eius pecunia vteretur, & deinde fructus ſolutos repeteret: quo circa ſi ſocius teneretur eos reddere officialis ex delicto ſuo premium conſequeretur, & dolus eius ſibi patrocinaretur, contra tex. in c. ad noſtram, de empt. & vendit.

Secundo limitatur eadem concluſio,
15 vt locum non habeat, vbi officialis in tali contractu obligauerit ſe ad damna, & intereſſe: nam tunc ſocius poſſet fructus perceptos ſibi retinere non tanquã fructus ſocietatis; ſed ratione damnorum, & intereſſe, ſi quæ paſſus fuerit iuxta ea, quæ habentur ex Paul. Caſtren. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. cum alijs relatis, deciſ. 37. num. 6. Rotæ Rom. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. impreſſa, in vna Romana ſocietatis, 28. Ianuar. 1591. coram Cardin. Blanchetto: & patet ex iis, quæ adnotauimus in dictis noſtris commentar. §. 3. q. 20. num. 37. Nec obſtat, quod ſocietas, de qua agitur eſt nulla tum ex defectu formæ, cùm ſit inita contra diſpoſitionem ſupra relatæ Pianæ conſtitutionis: tum etiam quoniam eſt vſuraria: at fructus ex contractu nullo, & vſurario non efficiuntur percipientis, etiam ſi illos velit ſibi retinere ratione intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, quod verè, ac realiter fuerit paſſus, vt oſtendimus d. q. 20. num. 37. ex Rota Rom. deciſ. 228. poſt eadem noſtra commentar. in illa Viterbien. cenſus, 2. Maij, 1595. coram b. m. Gypſio: quoniam reſpondetur, id locum ſibi vẽdicare, quando talis ſocietas eſſet contracta ſcienter, vel ex iuris ignorantia culpabili, & dolo non fuiſſet inductus ab ipſo officiali; at in caſu noſtro dolo præfatum ſocium induxit ad ſecum contrahendum modo prædicto, vt pecunia vti, & fructus poſtea ſolutos poſſit repeteret: ne igitur præmium ex ſuo delicto conſequi diceretur, & dolus ſibi patrocinari cẽſeatur, poterit in cõſcientia fructus ipſos retinere ſaltem ratione intereſſe realiter, & cum effectu paſsi. Imò hoc caſu arbitror poſſe ſibi dictos fructus retinere ratione intereſſe, etiam ſi officialis tẽpore celebrationis contractus ad damna, & intereſſe non ſe obligauerit in euentu nullitatis contractus: quoniam huiuſmodi intereſſe debeatur ex legis diſpoſitione, poterit ſibi retinere etiam ſi expreſsè non fuerit promiſſum, per ea quæ d. q. 20. num. 37. cumulauimus: quod quidem an ſit verum, infra, Deo duce, q. 11. latius explicabimus.

An ſocietas contracta vltra valorem officij ſuſtineri poſſit ſaltem in vim cenſus vitalitij. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Societas vltra valorem officij contracta non valet in vim cenſus vitalitij.*
2 *De natura cenſus vitalitij eſt, vt pecunia repeti non poſsit.*
3 *Societas ſuſtineri non poteſt ratione aſſumpti vitæ periculi, ſi vltra valorem officii contrahatur.*

1 AD hãc difficultatẽ reſpõdetur breuiter negatiuè. Pro qua re extat

Rota

Rotæ Rom. deciſ. 28. nu. 19. cum plurib. ſeq. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. in vna Romana ſocietatum, 29. Ian. 1601. coram Cardin. Mellino, ita ſe habens, *Quòd verò non poſsint ſuſtineri in vim alterius contractus, fundamentum Dominorum fuit; quia in vim cenſus vitalitii propter periculum vitæ æſtimabile pecunia, iuxta conſil. Oldrad. 207. non poteſt ſuſtineri: quia de natura iſtius cenſus vitali-
2 tii eſt, quòd pecunia repeti non poſsit, & ſubſtinetur ſolum propter incertitudinem vitæ, & per Dec. in conſ. 123. ſub num. 1. & ideò cùm dans pecuniam ad ſocietatem, poſsit illam repetere, elapſis ſex menſibus, iſte contractus eſt contrarius naturæ cenſus vitalitii: ratione verò aſſumpti periculi nõ
3 poteſt ſuſtineri: quia quando officium eſt grauatum in totum, non exiſtente officio, nec fructibus, nihil remanet officiali periculo expoſitum, pro cuius aſſecuratione aliquid præſtari poſsit, l. nihil intereſt, & l. periculi, ff. de naut. fœn. & etiam quia nullum periculum transfertur in officialem pecunia æſtimabile, cùm periculum cum periculo compeſetur.*

An ſocietas vltra valorem officij contracta, poſsit ſuſtineri ſaltem in vim ſponſionis, ſeu pacti.

Q. X.

SVMMARIVM.

1 *Societatem vltra valorem officii contractam valere in vim ſponſionis, qui doceant.*

2 *Sponſio ſuſtinetur ratione periculi.*

3 *Societatem vltra valorem officii non valere in vim ſponſionis, qui teneat.*

4 *Societas vltra valorem officii contractam an ſit ſuadenda, Azor. ſententia refertur.*

5 *Societas ſine officio proprio, aut alterius, atque adeò vltra officii valorem vi ſponſionis non poteſt conſiſtere.*

IN hac re tres extant opiniones. Nam
1 prima ſententia eſt Sot. lib. 6. de iuſt. & iur. q. 6. art. 2. ad fin. Nauar. com. 29. num. 3. de vſur. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 3. ſub num. 113. & aliorum exiſtimantium, huiuſmodi contractum licèt ſuſtineri non poſſet in vim ſocietatis; ſuſtineri tamen in vim pacti, ſeu ſponſionis. Quam quidem opinionẽ putat Filliuc. loco citato, eſſe omninò veram quoad forum conſcientiæ, quando contrahentes hac intentione contrahant, vt ſponſionem mixtam cum ſocietate celebrent. Et ſi intentionem huiuſmodi non habeant expreſsè tempore celebrationis contractus; quia ſemper implicitè, ac tacitè, quilibet contrahens habet animum contrahendi omni meliori modo, quo poteſt, hinc fit, vt per virtualem hanc intentionem, cenſeatur quoque adeſſe conſenſus neceſſarius cõtrahentium ad ſponſionem ineundam; atque adeò ad participandum fructum, & lucrum ex huiuſmodi contractu, quẽ alias nequirent vigore contractus ſocietatis.

Imò idem Filliuc. ait, quòd in foro ex-
2 terno tales contractus non condemnantur, niſi quando ab vna, & eandem perſona accipiuntur pecunia vltra valorem officij, vt teſtatur etiam Tiber. in prax. lib. 1. cap. 22. ſub num. 2. ſiquidem quando officia accomodantur alteri, ſatis ſciunt contrahentes eſſe onerata aliis ſocietatibus vltra eorum valorem: vtuntur tamen nomine ſocietatis, adhoc, vt talis contractus admittatur quoad forum exterius tanquam licitus; in quo fortè non admitteretur ſolus ſponſionis contractus. Mouetur ex eo, quòd ſponſio ſuſtinetur ratione periculi, cùm ſuper periculo illius iuſtitia fundetur, vt declarat idem Filliuc. poſt alios tom. 2. qq. moral. tract. 37. cap. 2. q. 2. at in hoc contractu vnus dat alteri centum ea lege, vt ſi intra ſex menſes obierit, recipiens ea, vt ſua retineat; atque adeò periculo ſuam pecuniam exponit: ergo ratione talis periculi poteſt incrementum aliquod intendere, iuxta ea quæ latè habentur per Doctor. in c. nauiganti, de vſur. Hinc in Germania, in Anglia, & in aliis Regnis conſuetudine receptum eſſe fertur, huiuſmodi ſponſionis contractus paſsim celebrari, ita vt in Germania vnus dat 100. alteri ea lege, vt ſi Romam profectus infra biennium incolumis redierit, reddat 124. ſin minus centum recipiens ſua ſibi faciat. Et in Anglia Pater duos,

vel

vel tres filios infantes habens præter primogenitum, Communitati dat 300. aureos ſub ea conditione, vt ſi filij vltra ſeptennium vixerint, Communitas ipſa in ſingulos annos reddere debeat 12. quòd ſi filij intra ſeptennium obierint acquirat ſibi illos 300. aureos. Denique Doctor. in d.c. nauiganti, de vſur. communiter arbitrantur, licitum eſſe contractum, quo quis monaſterio Religioſorũ, vel Collegio Clericorum dat 1000. aureos, aut totidem oues mille aureis æſtimatas ea lege, vt dum vixerit, debeat Monaſterium, vel Collegium certam penſionem quotannis illi ſoluere, & poſt eius obitum omnia ſibi ſua faciat.

Secunda ſententia eſt eorum, qui hu-
3 iuſmodi ſocietates vltra valorem officij contractas damnant, etiam in vim ſponſionis, ita Zacch. de ſociet. offic. nu. 144. Et extant plures Rotæ deciſiones poſt eiuſdem Zacch. tract. impreſſæ: nempè deciſ. 28. num. 24. in vna Romana ſocietatum, 29. Ianuar. 1601. coram b. m. Cardin. Mellino: & deciſ. 48. num. 17. in cauſa Foroliuienſ. ſocietatis, 13. Ianuar. 1614. coram Reuerendiſs. Damaſceno. Mouentur ex eo, quòd in ſpõſione ſolus euentus conditionis habetur pro cauſa obligationis, vt in l. à Titio, ff. de verb. obligat. & propterea in huiuſmodi cõtractu pecunia amittenda propter euentum mortis non eſſet danda ab initio; ſed in caſum mortis, atque adeò poſt mortem dantis: & ſic ceſſaret periculum vſuræ, eo quòd nullum poteſt conſiderari mutuum: at ille qui dat 12. pro ſingulis 100. in anno, cùm velit ab initio contractus ipſa centum, clarè conuincitur, quòd illa 12. non ſoluit pro ſolo periculo; ſed pro mutuo ſaltem ſimul, & mixtim. Confirmatur ex eadem deciſ. 48. num. 18. cum plur. ſeq. vbi dicitur, quòd periculum vnius anni maximè perſonæ ſanæ, & iuuenis, cum quibus vt plurimũ fiunt huiuſmodi ſocietates, tanti non valet: quæ mixtura illiciti ſatis eſt ad annullandum totum pactum de ſoluendis 12. quia pactum cùm contineat vnicam ſummam, dicitur indiuiduum, vt patet ex ijs, quæ habentur conſ. 32. num. 1. lib. 2. Alciat. conſ. 143. num. 2. lib. 7. Put. deciſ. 323. num. 1. & 7. lib. 1. at in indiuiduis licitum propter illicitum vitiatur, vt per Bart. in l. græcè, §. illud, num. 3. ff. de fideiuſ. Rom. conſ. 450. num. 4. Natt. conſ. 479. num. 29. Alex. conſ. 143. num. 3. lib. 7. cum alijs in d. deciſ. 48. cumulatis.

Tertia ſententia eſt Azor. par. 3. Inſtit.
4 moral. lib. 9. de ſociet. cap. 9. q. 1. verſ. Ego ſanè dicentis, quod quamuis præfatum contrahendi modum nunquam conſuleret; nihilominus officialem, qui ſocietates mixtas eo modo contraxerit, de facili, inquit, non condemnaret ad reſtituendam pecuniam, quam fuerit lucratus per mortem ſocij: nec ipſum, ſocium, qui ad ſex menſes lucrum acceperit, ad reddendum illud, ſeù ad computandum in ſortem, cùm probabiles ſint Doctorum opiniones pro hac parte. Quo verò ad forum externum ſocietates cum tali pacto ait, meritò condemnari, tum quia vſuræ ſpeciem habent: tum etiam quoniam in fraudem legis, & conſtitutionis Pontificiæ, eas prohibentis videntur initæ.

Pro determinatione huius difficulta-
5 tis ſunt recolenda ea, quæ ſupra adnotauimus, §. 1. q. vlt. dum in ea concluſimus, concl. 3. quod vi ſponſionis non poteſt ſocietas ſine officio proprio; nec alterius conſiſtere: eo quòd non detur ſponſio citra contentionem aliquam, ſeù decertationem, nec pecunia ſoluitur, aut aliquid aliud in principio contractus, ſed tantùm poſt impletam conditionem. Vndè cum paria ſint ſocietatem contrahere ſine officio, ac vltra valorem officii, quæ diximus de prædicta queſtione poſſunt dici de iſta: atque adeò ſicut concl. 4. in illa determinauimus poſſe eam conſiſtere in vim contractus innominati, do vt des, ad inſtar ſponſionis, ſeu contractus ſortium; ita quoque de hac phyloſophari poſſumus, inſpectis tamen circũſtantijs, & ſeruatis conditionibus, de quibus d. q. vlt. concl. 4. 5. & 6. cum earum ampliationibus, ac limitationibus: quibus ne bis idem repetere videamur, nos remittimus.

An ſocietas vltra valorem officij contracta ſuſtineri poſſit in vim mutui cum intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis; ita vt officialis teneatur pecuniam acceptam vna cum intereſſe ſocio reſtituere.

Q. XI.

SVMMARIVM.

1 *Vbi agitur de obligatione contrahenda ſi non valet quod ago, vt ago, nec valet vt valere poteſt.*

2 *Societas vltra valorem officij contracta an ſuſtineri poſſit in vim mutui cum intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis.*

3 *Intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis licitè pecipitur ex mutuo tam explicito, quam implicito.*

4 *Pecuniæ data ad ſocietatem vltra valorem officii non tranſeunt in dominium officialis.*

5 *Pecuniæ data in cenſum inualidum non transfertur dominium.*

6 *Mora æquiparatur furto, atque adeò moroſus debitor æquiparatur fori.*

7 *Alienas pecunias citra iuſtum titulum detinens æquiparatur maleſidei poſſeſſori.*

8 *Ignorantia ſicut datur iuris, & facti, ita etiam datur ſcientia facti, & iuris.*

9 *Scientia data iuris, & facti vtriuſque cōtrahentis inualiditatis ſocietatis, quidnam ſit inſpiciendum.*

10 *Scientia data alterius tantùm ex contrahentibus vt ſupra quidnam ſit inſpiciendum*

11 *Scientia vtriuſque contrahentis, vel alterius tantum inualiditatis ſocietatis ſicut poteſt dari iuris, & facti, vel ſolùm iuris, aut ſolùm facti; ita etiam poteſt dari ignorantia.*

12 *Sciētia tam iuris quàm facti inualiditatis ſocietatis vtriuſque contrahentis data, ſi contrahentes putent illicitè contrahere, tunc percipiens ex ea incrementum tenetur in ſortem computare, nec poteſt ratione intereſſe ſibi retinere.*

13 *Intereſſe non debetur ex contractu nullo ex defectu formæ, vel quia vſurarius.*

14 *Vſura qualibet eſt inuoluntaria ex parte dantis.*

15 *Deciſ. 37. Rotæ Rom. intellectus.*

16 *Scientia iuris, & facti data ex parte eius tantùm, qui pecuniam dedit ad ſocietatem, fructus ex ea percepti veniunt in ſortem computandi, nec ratione intereſſe retinere poſſunt.*

17 *Ignorans culpabiliter officii incapacitatem habetur, ac ſi eſſet ſciens.*

18 *Scientia vtriuſque contrahentis data vt ſupra, fructus ex ſocietate percepti ſunt computandi in ſortem, nec retineri poſſunt ratione intereſſe; etiam data probabili ignorantia recognoſcentis bonam fidem.*

19 *Scienter contrahentes ſocietatem inualidam, ſi fructus velint recipi ratione lucri ceſſantis tacitè, vel expreſſè, licitè retinentur.*

20 *Iuſtum, & iniuſtum non conſiſtit in bonitate, aut prauitate animorum, & intentionum, ſed in rerum, & operum externorum æqualitate, & inæqualitate.*

21 *Ignorantia vtriuſque contrahentis data inualiditatis ſocietatis, fructus retineri poſſunt ratione intereſſe.*

22 *Vſurarinm contractum celebrans, quem ſi talem ſciuiſſet, alium iuſtum celebraſſet, poteſt ratione intereſſe pro rata incrementum ex eo perceptum retinere.*

23 *Scientia vtriuſque contrahentis data tam iuris, quàm facti inualiditatis ſocietatis, ſi contrahentes fingant contrahere ſocietatem, ſed in rei veritate ſub eius pallio intendant contrahere contractum mutui cum intereſſe, licèt ſocietas ſit inualida; debetur tamen intereſſe.*

24 *Plus valet quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur.*

25 *Contrahentium mentes, non autem verba ſunt attendenda.*

26 *Contrahens quilibet implicitè habet animum contrahendi omni meliori modo, quo poteſt.*

27 *Scientia data alterius tantùm ex contrahentibus, ſi officialis ſciat ſui officii incapacitatem, & qui dedit pecuniam probabiliter eam ignoret, tunc licèt ſocietas ſit inualida; de iure tamen officialis tenetur ſocio ad intereſſe.*

28 *Ignorantia data nullitatis ſocietatis ex parte dantis pecuniam tantùm, debetur ei intereſſe ſiue ignorantia iurit ſit, ſiue facti.*

Digitized by Google

29 *Ignorantia data inualiditatis ſocietatis ex parte dantis pecuniam, debetur ei intereſſe, ſiue pactum interceſſerit, ſiue non.*

30 *Intereſſe ratione moræ debetur in vtroque foro.*

31 *Scientia incapacitatis officii, cum ignorãtia inualiditatis ſocietatis ex parte officialis: & ignorantia incapacitatis officii habens annexam ſcientiam inualiditatis ſocietatis ex parte dantis pecuniã, nõ excludũt eũ à conſecutione intereſſe.*

32 *Intereſſe non debetur illud non patienti.*

33 *Intereſſe non debetur in foro exteriori, niſi probetur.*

34 *Ex ſocietate nulla tãquã ex ſocietate nihil percipi poteſt, ſicut nec ex mutua tãquã ex mutuo; ſecus autẽ ex alia cauſa.*

35 *Regula, ſi non valet quod ago vt ago, valeat, vt valere poteſt, quomodo ſit intelligenda.*

IN hac controuerſia negatiuam par-
1 tem tueri videtur *S*cac. de commerc. & camb. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 8. num. 217. & 218. vbi loquens de ſocietate officiorum nulla, inquit ex ea nihil percipi poſſe; quoniam tunc pecunia data reſoluitur in purum mutuum pro qua re allegat Rot. Diuerſ. deciſ. 192. num. 1. deciſ. 291. num. 1. 336. num. 5. & 338. num. 1. quibus adde etiam, quæ ſupra diximus, q. 7. verſ. His tamen. Vndè ex eo non cadit perceptio fructuum: & ſi percipiantur ipſo iure à lege ſtatim computantur in ſortem tanquam percepti in cauſam vſuræ, iuxta ea, quæ adnotauimus in noſtris commentar. ad extrauag. Pij V. de cenſib. §. 3. q. 20. num. 9. Confirmatur eadem ſententia ex eo, quòd vbi agitur de obligatione contrahenda ſi non valet, quod ago vt ago, nec valet vt valere poteſt, vt habetur per Bart. in l. 1. §. ſi quis ita, num. 2. & ibi Iaſ. num. 6. not. 6. & alii, ff. de verb. oblig. Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 6. ſub num. 5. & Rota Diuerſ. d. deciſ. 336. num. 31. par. 1. vbi hac eadem ratione probat, quòd ſi donatio non valet vt donatio, nec poteſt valere alio modo propter reſiſtentiam legis: ergo ſocietas contracta vltra valorem officij, ſi non valet vt ſocietas, nec etiam valida erit in vim mutui cum intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis.

His tamen non obſtantibus, contra-
2 riam ſententiam videtur tenere Rotæ Rom. deciſ. 37. in fin. poſt Zacch. tract. de ſociet. officior. in vna Romana ſocietatum, 28. Iun. 1591. coram Card. Blanchetto, vbi poſt quam reſoluit, ſocietatem vltra valorem officii eſſe nullam, & fructus non deberi vltra ſummam excedentem valorem eius, ſed eſſe computandos in ſortem; quærit, an præfati fructus cedant ſaltem loco damnorum, & intereſſe, & videtur reſpondere affirmatiuè his verbis, *An autem fructus pecuniarum cedant loco damnorum, & intereſſe lucri ceſſantis, Rota voluit ſemper probari requiſita per Paul. de Caſtr. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. Put. deciſ. 39. lib. 1. &c.* quaſi dicat quod dicti fructus poſſunt retineri pro intereſſe vt ſupra, dummodo is qui dedit pecuniam intereſſe verè, ac realiter ſit paſſus, & alia requiſita concurrant, quæ à prædictis Doctoribus expoſtulantur. Confirmatur; quoniam alias officialis locupletaretur cum alterius iactura, contra tex. in l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. Vt igitur reiiciatur abſurdum, dicendum eſt, quòd ſi ſocietas vltra valorem officii ſit inualida, ac vſuraria, valeat ſaltem in vim mutui cum intereſſe lucri ceſſantis, vel dãni emergentis. His etiam adde deciſ. 7. poſt eundem Zacch.

Secundò probatur hæc eadem ſenten-
8 tia ex eo quod intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis licitè percipitur ex mutuo explicito, etiam ante moram, vt habetur ex Nauar. in can. *Si fœneraueris*, not. 15. ſub num. 42. verſ. Tertiò inter omnes, 14. q. 3. & in Man. cap. 17. ſub n. 297. §. Tertiò dico. Couar. lib. 3. var. reſol. c. 4. ſub n. 5. verſ. Sexto ex his, Tol. lib. 5. ſuæ ſum. cap. 33. n. 2. verſ. Conueniunt Tertiò, Scac. de commerc. & camb. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 8. n. 1. n. 178. & 183. verſ. *C*õcludo ſecundò, & ex aliis communiter: Ergo idem dicendum eſt de ſocietate cõtracta vltra valorem officii, vt ex ea percipi poſsit intereſſe lucri ceſſantis, vel dãni emergentis, cum talis ſocietas non ſit aliud quàm mutuum implicitum, vt ſupra adnotauimus in relatione primæ ſẽtentiæ, & in ſpecie quoque habetur ex Caſtrac. de ſociet. offic. c. 6. ſub nu. 12. & ſeq. at taciti, & expreſsi eadem eſt virtus. l. cùm quid, ff. ſi cert. pet. & officialis in caſu, de quo agitur conſtituitur in mora reſtituendi pecuniam tãquam: mutuum apud ſe exiſtentẽ, cùm nõ poſsit eã tenere titulo ſocietatis: ſed ex diſtractu teneatur reſtituere, vt paulò infra dicemus.

Tertiò

Tertiò pecuniæ datæ in ſocietatem
4 vltra valorem officij non tranſeunt in
dominium officialis: ſiquidem deeſt iu-
ſtus titulus, qui ſatis ſit ad dominij
translationem. Hinc hac eadem ratio-
ne, oſtendimus in noſtris Commentar.
ad extrauag. Pij V. de cenſib. §. 3. q. 20.
ſub num. 1. & 2. pecuniæ datæ in cen-
ſum inualidum non transferri domi-
5 nium in accipientem: ergo officialis,
qui pecunias recepit vltra valorem of-
ficij, ſi ſtatim non reſtituat conſtituitur
in mora circa illam interpellationem.
Etenim quamuis ille, qui eſt debitor
ſimpliciter ex contractu, vel quaſi, &
non ſoluit non dicatur in mora, niſi
prius moneatur ad ſoluendum, vt rectè
probat Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib.
4. de reſtitut. cap. 35. q. 2. nihilominus
non ita dicendum eſt de eo, qui eſt obli-
gatus reſtituere ex diſtractu, contra-
ctu reſoluto, ac nullo, vt latè probat
Scac. de commerc. & camb. §. 1. q. 7. p.
2. ampl. 8. num. 193. & 194. Quòd ſi of-
ficialis, qui pecuniam ad ſocietatem
accepit vltra valorem officij ſi ſtatim
non reſtituat, efficitur debitor moro-
ſus; proculdubio tenetur ad intereſſe
tam lucri ceſſantis, quàm damni emer-
gentis; etiam quòd pecunia apud ip-
ſum non remaneret tanquam mutuum;
quoniam ratione moræ deberi intereſ-
ſe, Doctor. communiter docent in l. vni-
ca, C. de ſent. quæ pro eo, &c. Gloſ. in
c. conquæſtus, de vſur. Lup. de vſur. com.
1. §. 6. num. 104. Nauar. in Man. cap. 17.
ſub num. 11. & alii. Siquidem mora
æquiparatur furto, atque adeò moro-
6 ſus debitor æquiparatur furi: & propte-
rea ſicut fur tenetur rem furtiuam vna
cum intereſſe reſtituere; ita etiam, &
moroſus debitor, vt latè probat Scac.
de commerc. & camb. d. ampl. 8. num.
100. Committitur autem mora tripli-
citer, nempè per contrafactum, per malè,
ſeu illicitè factum, & per non factum, vt
habetur ex Aret. conſ. 156. n. 6. quem re-
fert, & ſequitur Felic. de ſociet. c. 24. n. 6.

Denique hæc ipſa concluſio proba-
7 tur ex eo quòd alienas pecunias citra
iuſtum titulum ſcienter detinens, eſt
omninò ſimilis malefidei poſſeſſori; at-
que ideò abſque mora aliqua, & inter-
pellatione tenetur reſtituere pecunias
ipſas vna cum intereſſe lucri ceſſantis,
aut damni emergentis: ergo idem dicen-
dum eſt de officiali, qui pecuniam in
ſocietatem accepit vltra valorem officii,
cùm citra iuſtum titulum alienas pecu-
nias ſcienter detineat, vt teneatur non
ſolum ipſas reſtituere; verùm etiam, &
intereſſe tam lucri ceſſantis, quàm dam-
ni emergentis, vt conſtat ex eis, quæ
latè habetur ex Scac. loco citato, à num.
206. num. 221. quibus etiam adde, quæ
idem Scac. tractat. d. q. 7. par. 3. limit. 7.
& par. 2. ampl. 20. num. 19. cum plur. ſeq.
vbi diffusè agit de intereſſe præſtando
ab eo, qui ſcienter accepit pecuniam
ad cambium ſiccum. Hæ ſunt opinio-
nes, ac rationes pro vtraque parte, quæ
in hac re adduci poſſe videtur: reſtat mo-
do, vt quid nobis dicẽdum ſit, videamus.

Difficilis re vera eſt iſta quæſtio: &
8 propterea antequam ad eius determina-
tionem deueniamus eſt adnotandum
primò, quòd ſicut datur duplex ignorã-
tia, iuris ſcilicet, ac facti, & vtraque pro-
babilis, & improbabilis; ita etiam datur
duplex ſcientia, iuris videlicet, ac facti.
Iuris ſcientia quoad rem noſtram atti-
net, poteſt dici, quando cõtrahentes cer-
tò ſciunt, ſocietatem vltra valorem offi-
cij contractam eſſe de iure nullam, atque
inualidam, & contra conſtitutionẽ Pij
IV. quam ſupra ad verbum retulimus in
princ. huius capit. ante q. 1. Facti verò
ſcientia nuncupari poteſt, quando con-
trahentes certò ſciunt, ſocietatẽ per eos
contractam eſſe vltra valorem officii, at-
que adeò vltra eiuſdem capacitatem.

Secundò eſt adnotandum, quòd data
9 ſcientia vtriuſque contrahentis tam iu-
ris ſcilicet, quàm facti; atque adeò tam
inualiditatis ſocietatis, quàm incapaci-
tatis officii, tunc eſt inſpiciendum, quòd
aut ſic contrahentes putent illicitè con-
trahere, & nihil aliud intendant, quàm
vt officialis pecunia vtatur; & ſocius qui
pecuniam officiali tribuit nihil aliud in-
tẽdat quàm ex ea lucrum: aut huiuſmo-
di cõtrahentes fingant cõtrahere ſocie-
tatẽ, ſed in rei veritate intẽdant celebrare
contractũ mutui cũ intereſſe, vel aliũ cõ-
tractum omni iuſto titulo, quo poſsint.

Tertiò eſt adnotandũ, quòd data ſciẽ-
10 tia alterius tantùm ex contrahentibus,
adhuc eſt inſpiciendum primò an offi-
cialis ſciat officij incapacitatem, ſed non
ſocietatis inualiditatem; & ſocius ſciat
ſocietatis inualiditatem, ſed ignoret offi-
cii incapacitatem. Secundò eſt inſpiciẽ-
dum, an è conuerſo ſocius ſciat officii
incapacitatem, non autem ſocietatis in-
ualidi-

ualiditatem; & officialis ſciat ſocietatis inualiditatem, ſed nonofficii incapacitatem. Tertiò eſt inſpiciendum, an vnus ex contrahentibus habeat ſcientiam iuris, & facti ſimul modo ſupra explicato; & alter iuris tantum, vel facti dumtaxat: vel vnus habeat ſcientiam iuris, & alter ſcientiā facti. Quartò eſt inſpiciendum, an vnus ex contrahentibus habeat bonam fidem; atque adeò putet licitè contrahere, & alter malam fidem, putans videlicet illicitè contrahere: vel vterque bonam fidem: vel demum vterque malam fidem.

Quartò eſt adnot. quòd ſicut in caſu,
11 de quo agitur, poteſt dari vtriuſque contrahentis, vel alterius tantum ſcientia iuris, & facti, vel ſolùm iuris, aut ſolùm facti, vt ſupra diximus; ita etiam vtriuſque poteſt dari ignorantia iuris, & facti, iuris tantùm, vel tantùm facti: & tunc eſt inſpiciendum, an ambo contrahentes tēpore celebrati cōtractus laborauerint ignorantia probabili, vel improbabili ſimul: vel alter, dumtaxat laborauerit ignorantia probabili, vel improbabili; aut probabili, & improbabili ſimul. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima concluſio.

12 DAta ſcientia vtrinſque contrahentis tam iuris, quàm facti, atque adeò tam inualiditatis ſocietatis, quàm incapacitatis officii, & ſic ſocietatis vitiā eiuſdem valorem contractæ, ſi ſic contrahentes putent illicitè contrahere, & nihil aliud intendant, quàm ſub pallio ſocietatis officialis vti pecunia ſibi tradita, & ſocius, qui pecuniam officiali dedit, lucrum, & incrementum conuentum vltra ſortem; tunc qui percepit incrementum illud tenetur reſtituere, vel in ſortem computare, nec quicquam poteſt prætendere ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis. Probatur hæc concluſio; quoniam data vtriuſque ſcientia, ac intentione vt ſupra, quamuis verbis tempore celebrationis contractus enuncient contrahere ſocietatem; re vera tamen celebrant contractum mutui ſub lucro illicitum, ac vſurarium: & propterea contractus eſt nullus non ſolùm reſpectu formæ, cùm non fuerit ſeruata forma Pianæ conſtitutionis; ſed etiam eſt nullus, quia vſurarius. Vndè pecunia illa remanet apud officialem tanquam purum mutuum, & verè dicitur illi mutuata: & ideò ex ea non poteſt conſequi incrementum aliquod, & perceptum eſt reſtitutioni obnoxium, vt in c. conſuluit, de vſur. & clem. 1. eod. tit. Nec pro ea debetur intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis: nam licèt ex mutuo ratione intereſſe incrementum aliquod percipi poſsit per mutuantem à mutuatario, vt ſupra oſtendimus in relatione ſecundæ ſententiæ, argum. 2. nihilominus id fieri nequit, niſi concurrente mora ex parte mutuatarij in reſtituēda pecunia mutuata: vel ſi non concurrat mora, fuerit promiſſum intereſſe ab initio contractus. Vt latè Conrad. de contract. q. 30. concl. 2. & 4. Molin. eod. tract. diſp. 315. Salon. 2. 2. q. 78. art. 2. contr. 8. & 9. Leſſ. lib. 2. de Iuſtit. & iur. cap. 20. dub. 11. & alii communiter. At in caſu de quo agitur, ſupponimus nullum fuiſſe initum pactum de intereſſe ſoluendo: & nullam interueniſſe moram ex parte officialis in reſtituenda pecunia ſibi tradita à ſocio, quia nulla fuit conſtituta dies pro ea reſtituenda, ſed ſupponimus fuiſſe traditam per ſex mēſes, & deinde in antea ad beneplacitum: nec vllam præceſsiſſe monitionem, qua officialis fuerit monitus, ſeu requiſitus pecuniam reddere: mutuatarius autem non poteſt conſtitui in mora, niſi mutuum non reddat, præfiſſo termino: aut ſi terminus non fuerit præfiſſus, non poteſt dici moroſus, niſi prius moneatur de reſtituendo mutuo, vt habetur ex Doctoribus ſupra citatis, & patet ex dictis in 3. argum. ſecundæ ſententiæ.

Confirmatur hæc ipſa concluſio: quia
13 ſocietas, de qua agitur eſt nulla tum ex defectu formæ, tum etiam quia eſt vſuraria, vt ſupra oſtendimus: ergo ex ea non poteſt percipi intereſſe: ſiquidē ex cōtractu nullo ex defectu formę, vel quia eſt vſurarius nullo modo debetur intereſſe, vt fuit reſolutum per Rotam Rom. deciſ. 228. poſt noſtra commentar. ad extrauag. Pij V. de cenſib. impreſſa; in vna Vrbeuetana cenſus, 2. Maij 1595. coram b. m. Gypſ. & nos adnotauimus in eiſdē Commentar. §. 3. q. 20. ſub num. 37. vbi ob id concluſimus non deberi intereſſe ex cenſu nullo; & vſurario, eo quòd fuerit impoſitus ſuper fundo incapaci: ſiquidem eo caſu pretium cenſus remanet

nec

net apud illius venditorem purum mutuum ex quo nihil poteſt intendi nec ratione fructus, nec ratione intereſſe, niſi concurrente mora, aut pacto, vt ſupra.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd pecuniæ datæ officiali vltra valorem officij non
14 tranſeunt in eius dominium, quoniam eo caſu deficit iuſtus titulus, ſtante nullitate contractus, vt habetur in 3. argum. 2. ſententiæ: atque adeò eam non remanere apud officialem tanquam purum mutuum: quoniam mutui transfertur dominium penes mutuatarium, l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. petat. Quoniam reſpondetur, quòd ſtante vtriuſque contrahentis ſcientia, & mala fide, ac praua intentione vt ſupra, contrahentes non intendebant contrahere ſocietatem, ſed mutuum, quod quamuis ſit vſurarium, nihilominus non eſt tale ex parte officialis, ſed eſt purum mutuum, cùm nihil minus velit, quàm ſoluere vſuras: ſiquidem omnis vſura eſt inuoluntaria ex parte dantis: & propterea, qui dedit officiali pecuniam tranſtulit in eum illius dominium; atque adeò pecuniam ipſa dicitur detinere iuſto titulo mutui. Quod autem ex tali pecunia mutuata velit mutuans incrementum aliquod; non tamē mutuum ob id redditur nullum; ſed tantum incrementum: quod proinde venit reſtituendum, vel computandum in ſortem, vt in d. c. conſuluit, de vſur. & Clem. 1. eod. tit. Vndè ex hoc remanet quoque ſolutum 4. argum. eiuſdem ſecundæ ſententiæ ſupra relatæ: quoniam officialis hoc caſu non dicitur pecunias alienas mala fide poſsidere, ſed proprias vi veri, & puri mutui: & propterea donec fuerit monitus reddere, & conſtitutus in mora, iuſto titulo illas detinet: nam mutuum eſt iuſtus titulus, & ſeperatur ab iniquo, & vſurario lucro ex eo intento; cùm in ſuperabilis vtile per inutile non vitietur, c. vtile, & ibi Dyn. & alii Doctor. de regul. iur. in 6.

Neque denique obſtat deciſ. Rotæ 37. circa fin. quam ſupra retulimus in relatione ſecundæ ſententiæ: quia deciſio il-
15 la non loquitur de contrahentibus ſcientibus incapacitatem officii, & ſocietatis inualiditatem, & nihilominus voluerunt contrahere ſub ſocietatis velamine mutuũ vſurariũ iuxta concluſionem propoſitam: ſed loquitur de eo, qui ſciens, & prudens dedit pecuniam ſuam officiali vltra valorem officii non fœnerandi animo, ſed lucrandi licitè, omni iuſto titulo, quo poſſit: nam id ſignificat dictio illa *prudens*; qua vtitur dicta deciſio, num. 1. in illis verbis, *Dixerunt quod in hoc caſu, in quo contrahens ſciens, & prudens ſocietates inivit vltra valorem officiorum, &c.* aliàs prudens dici non poſſet, ſi intenderet illicitè contrahere, atque adeò mutuum vſurarium inire, vt nos ſupponimus in noſtra concluſione eo autem caſu non negamus deberi intereſſe ſi concurrant debitæ conditiones, vt infra latius, Deo duce, dicemus. vel ſecundo reſponderi poteſt, quòd verba illa, *ſciens, & prudens* referantur ad officialem ſuppoſita probabili ignorantia ex parte ſocij; nimirum ſi ei debeatur intereſſe, vt infra dicemus.

Ampliatur hæc concluſio, vt idem di-
16 cendum ſit ſuppoſita ſcientia iuris, & facti ex parte eius tantùm, qui dedit pecuniam officiali: nam ſtante illius prauo animo mutuandi ſub vſuris, non poteſt fructus perceptos ex tali ſocietate inita vltra valorem officij, ſibi retinere ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis per rationes ſupra relatas. Et idem dicendum eſt de eo, qui culpabiliter ignorauit
17 incapacitatem officii, & ſocietatis inualiditatem: quoniam ſi habetur, ac ſi eſſet ſciens, vt ſupra oſtendimus, q. 6. verſ. Hanc autem ſententiam.

Secundò ampliatur eadem concluſio, vt locum ſibi vendicet, etiam data pro-
18 babili ignorantia recognoſcentis bonā fidem: nam ſuppoſita ſcientia vtriuſque contrahentis, vt ſupra, ſi illicitè contrahere intendant, perceptum ratione talis contractus eſt reſtitutioni obnoxium, nec debetur aliquod intereſse; quia contractus ſocietatis conſiſtit ſolùm inter dantem pecunias, & officialem, vt patet ex lectura inſtrumentorum ſocietatum, & ex natura ſocietatis, quæ non poteſt iniri cum eo, qui rem non habet, atque adeò cum non habente officium: & recognitio bonæ fidei nihil commune habet cum ſocietate, nec celebratur cum dante pecunias; ſed inter officialem, & alios accedentes, vt habetur per Gabr. conſ. 63. num. 5. & 6. Zacch. de ſociet. offic. num. 85. & ſeq. & extat deciſ. Rotæ Rom. 45. num. 3. cum plur. ſeq. poſt eiuſdem Zacch. tract. in vna Romana ſocietatis, 10. Maii, 1604. coram S. m. Card. Ludouiſio, poſtea Greg. 15. P. M.

Sic ampliata limitatur eadem concluſio,

Digitized by Google

ſio, vbi contrahentes ſcienter vt ſupra
19 velint tacitè, vel expreſsè illos fructus
recipi ratione lucri ceſsantis, vel damni
emergentis; quamuis re vera putent illi-
citè contrahere: quoniam licèt putent
contractum iniuſtum inire; re vera tamē
celebrant contractum iuſtum: quia vt
ſupra oſtendimus poteſt ex mutuo ali-
quid intendi ratione intereſſe,tam ante,
quàm poſt moram. Vndè licèt ob ma-
lam contrahentium fidem, & prauam
eorum intentionem contractus ipſe non
celebretur citra culpam, nihilominus
intereſse contractum cùm ſit iuſtum, li-
citè percipi poteſt ſi debitæ concurrant
conditiones: ſiquidem iuſtum,& iniuſtū
20 non conſiſtit in bonitate, aut prauitate
animorum,& intentionum; ſed conſiſtit
in rerum, & operum externorum æqua-
litate, & inæqualitate vt poſt Ariſt.& D.
Thom. ait Nau. in c. ſi fęneraueris, not.
16. 14. q. 3.

Secundò limitatur ipſa concluſio, vt
non procedat ſuppoſita ignorantia,pro-
21 babili vtriuſque contrahentis, ſiue ſit
facti, vt quia officii incapacitatem pro-
babiliter ignorabat ex eo quòd ab offi-
ciali fortè per lapſum mentis ſui,vel eiuſ-
dem procuratoris non fuit in libro inte-
ger ſocietatum numerus adnotatus,quas
ſuper officio contraxerat: propter quod
interrogatus à ſocio de illarum numero
iuxta conſtitutionem Pii IV. bona fide
expreſſerit ſocietatum numerum in ipſo
libro conſcriptum dumtaxat exiſtimans
alias contractas non fuiſſe, cùm re vera
fuerint coitæ excedentes valorem officij,
vel ſaltem eidem adequantes: propter
quod ex probabili facti ignorantia vtri-
uſque contrahentis fuit inita vltima ſo-
cietas vltra valorem officii; ſiue igno-
rantia ſit etiam iuris, vt quia inſuper
contrahentes erant rudes, & probabili-
ter ignorabant,ſocietatem vltra valorem
officii eſſe inualidam. Etenim hoc caſu
licèt ſocietas ſit nulla; nihilominus ſtā-
te contrahentium bona fide exiſtiman-
tium iuſtam, ac licitam ſocietatem con-
trahere, ſocius qui recipit fructus ex ea,
poterit illos ſibi retinere ratione intereſ-
ſe,ſi fuerit illud paſſus,iuxta illius quan-
titatem: vt quia ſi talem ſocietatem non
coiuiſſet, aliam iuſtam, & licitam habe-
bat pre manibus, quam contraxiſſet, &
totidem fructus percepiſſet. Etenim qui
bona fide celebrat contractum vſurariū,
22 vel aliàs iniquum, quem ſi talem ſciuiſ-
ſet alium iuſtum quem habebat præ ma-
nibus celebraſſet; poteſt ratione lucri
ceſſantis, veritate comperta tantum re-
tinere; quantum contractu illo iuſto lu-
cratus fuiſſet; atque adeò contractum
illum iniquum nullum,& inualidum bo-
na fide celebratum reducendum eſſe ad
limites contractus iuſti, quem contra-
hens cum eodem, aut cum altero pote-
rat celebrare,vt poſt alios docet Leſs.lib.
2. de Iuſt. & iur.cap. 20.dub. 12. Siqui-
dem huiuſmodi contractus eſt cauſa, cur
pretermittat, alium contractum, quo
iuſtè lucratus fuiſſet. Quod quidem
maximè verum eſt, ait idem Leſs. ibi-
dem, num. 105. vbi vterque contrahen-
tium cenſetur conſentire in eoſdem titu-
los, ita vt is cum quo celebratur contra-
ctus intendat dare lucrum omni iuſto ti-
tulo, quo alter contrahens intendit illud
percipere. Et ſi intentionem huiuſmodi
non habeant expreſsè, ſatis eſt ſi contra-
riam non habeant:quia quilibet contra-
hens implicitè,ac tacitè habet animum
contrahendi omni meliori modo, quo
poteſt, vt rectè declarat Fillinc. tom. 2.
qq. moral. tract. 38.cap.6.q.3. ſub num.
113. vbi etiam ait, quod per virtualem
hanc intentionem cenſetur quoque adeſ-
ſe conſenſus neceſſarius contrahentium
ad ſponſionem ineundam, ſeu contractū
innominatum, do, vt des atque adeò ad
participandum lucrum ex huiuſmodi
contractu, quod aliàs requirent vigore
contractus ſocietatis, vt patet etiam ex
iis, quæ ſupra adnotauimus, q. 10. & 5.
1. quæſt. vlt.

Secunda Concluſio.

Data ſcientia vtriuſque contrahen-
tis tam iuris,quàm facti;& ſic tam
23 inualiditatis ſocietatis, quàm incapaci-
tatis officij, ſi ſic contrahentes fingant
contrahere ſocietatem, ſed in rei verita-
te ſub pallio ſocietatis intendant cele-
brare contractum mutui cum intereſſe
lucri ceſſantis, vel damni emergentis,
tunc licèt ſocietas ſit inualida, nihilo-
minus debetur intereſſe huiuſmodi,ſi de-
bitæ concurrant conditiones. Etenim
plus valet, quod agitur, quàm quod ſi-
mulatè concipitur, l. 1. C. plus valere,
24 quod agit. Non enim quod ſcriptum
eſt, ſed quod geſtum eſt, inſpicitur, l. 3.
C. eod. tit. atque ideò ad ſecernendam
contractus

contractus ſpeciem, non tam ad nomen,
25 & verba cõtractus, quàm ad contrahentium mentem eſt recurrendum, vt habetur ex Dec. in l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regul. iur. & Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 16. Confirmatur hæc concluſio ex iis, quæ ſupra adnotauimus §. 1. q. vlt. concl. 6. ampl. 2. vbi oſtendimus, quòd ſi contrahentes fingant ſocietatem coire; ſed in re intendant coire contractum innominatum, do vt des, atque adeò ex eo fructus percipere pro periculo vitæ, licèt contractus non valeat iure ſocietatis; valet tamen iure contractus innominati, vt habetur ex Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 3. num. 113. qui id ampliat, etiam ſi cõtrahentes non habuerint intentionem expreſſam celebrandi contractum innominatum: nam ſemper implicitè quilibet contrahens habet animum contra-
26 hendi omni meliori modo, quo poteſt ergo idem dicendum eſt in caſu, de quo agitur, cùm militet eadem ratio arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil. Denique probatur hæc ipſa concluſio ex ijs, quæ ſupra diximus concl. 1. limit. 1. vbi id verum eſſe oſtendimus, etiam ſi contrahentes illicitè contrahere exiſtimauerint. Ergo multò magis hoc ipſum dicendum eſt in caſu noſtro, in quo ſupponimus ſic contrahentes putaſſe celebrare contractum iuſtum, ac licitè contrahere, prout licitè in re contraxerunt, arg. tex. in auth. multò magis, C. de Sacroſanct. Eccl.

Tertia Concluſio.

Data ſcientia alterius tantùm ex cõtrahentibus, ſi officialis ſciat ſui
27 officij incapacitatem, & qui dedit pecuniam ignoret probabiliter eſſe incapax, vt quia debitam diligentiam adhibuit in explorando maximè ab officiali aliàs ſocietates ſi fortè ſuper officio contraxerit, & officialis ipſe dolosè negauerit alias ſocietates ſuper eo fuiſſe contractas, vel non omnes expreſſerit: propter quod fuit dolo inductus ad ſocietatem contrahendam vltra valorem officij, tunc licèt ſocietas ſit inualida; de iure tamen officialis tenetur ſocio ad intereſſe. Probatur, quia huiuſmodi intereſſe ſocius fuit paſſus culpa, ac dolo, officialis à quo fuit inductus ad contrahendam ſocietatem inualidam: vndè cum contra iuſtitiam id egerit, procul dubio tenetur ad ipſum intereſſe. Confirmatur, quia pecuniæ dolo acceptę per officialem vltra valorem officij, non fuit in eum translatum dominium, quia ſi ſocius ſciuiſſet officij incapacitatem ſuam pecuniam officiali ad ſocietatem non dediſſet: & propterea remanet apud ipſum officialem ſine titulo, & cum mora perinde, ac ſi eſſet penes furem, vt rectè probat Scac. de recipiẽte pecuniam ad cambium ſiccum de commerc. & camb. §. 1. q. 7. p. 2. ampliat. 8. num. 199. & 211. & ideò ſicut fur tenetur ad reſtitutionem rei furtiuæ vna cum intereſſe, cùm ſemper dicatur eſſe in mora, vt in l. in re furtiua, §. ex cauſa, ff. de condit. furt. ita etiam officialis in caſu de quo agitur, cùm militet eadem ratio, arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil. Denique hæc eadem concluſio patet ex tertia, & quarta rationibus ſupra allatis pro ſecunda ſententia, quibus nos remittimus, ne bis idem repetere videamur.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum ſibi vendicet non modo ſi ſocius, qui pe-
18 cunias dedit officiali laborauerit ignorantia facti, vt ſupra, ſed etiam ignorantia iuris, vt quia ignoret de iure, ſocietatem vltra valorem officij eſſe inualidam: quia cùm officialis certò ſciat, ſocietatẽ vltra valorem officij contraxiſſe, ſemper eſt in mora reſtituendi, & indebitè detinet pecunias acceptas per ea; quæ ſupra diximus: non igitur eſt mirum ſi tenetur ad pecuniarũ reſtitutionem vna cum intereſſe lucri ceſſantis, ac damni emergentis.

Secundò ampliatur eadem concluſio, vt in caſu, de quo agitur veniat reſtitu-
19 enda pecunia vna cum intereſſe ab officiali, qui eam in ſocietatem percepit vltra valorem officii, ſiue pactum fuerit initum de ſoluendo intereſſe, vt fieri ſolet in caſu quo ſocietas eſſet inualida, ſiue pactum non interceſſerit: quia ſocietas vltra valorem officii cùm ſit nulla, officialis sẽper cõſtituitur in mora, dum pecuniam acceptam non reſtituit; atque adeò ad intereſſe tenetur, eo quòd intereſſe ratione moræ debetur cuilibet creditori citra vllum pactum: Siquidem mora, & pactum in hoc æquiparantur, vt habetur ex Rota Diuerſ. par. 1. deciſ. 372. num. 6. verſ. Non obſtat quod: & Scacc. d. ampl. 8. num. 98. & 151.

Tertiò

Digitized by Google

Tertiò ampliatur dicta concluſio, vt
30 locum habeat in vtroque foro tam ſcilicet externo, quàm interno: ſiquidem intereſſe ratione moræ debetur etiam quoad forum interius, ac conſcientiæ, vt latè Rebuff. in l. vnica, Gloſ. vlt. num. 6. ampl. 3. vbi etiam Cagnol. num. 46. verſ. 3. & alii, C. de ſent. quæ pro eo, &c. Io. Bapt. Lup. in l. curabit, §. 6. num. 1. C. de action. empt. & Ruin. conſ. 103. ſub num. 4. verſ. Non obſtat. Eſt enim ſecund[um] rectam rationem, vt intereſſe debea[tur]: ergo debeatur non ſolum quoad fo[rum] exterius; ſed etiam quoad forum interius: quia in foro conſcientiæ attenditur recta ratio, & ius naturale, vt poſt alios habetur ex Scac. de commerc. & camb. §. 1. q. 1. ſub num. 213. Hinc legitur Exod. cap. 22. *Si læſerit quiſpiam agrum, vel vineam, & dimiſerit iumentum ſuum, vt depaſcatur aliena: quicquid optimum habuerit in agro ſuo, vel in vinea pro damni æſtimatione reſtituet, & ſi egreſſus ignis inuenerit ſpicas, &c. reddet damnum, qui ignem ſuccenderit.* Et cùm in foro cõſcientiæ intereſſe ſit reficiendum, debetur, etiam ſi nullatenus probari poſſet; dummodo officialis ſciat ſocium, qui dedit pecuniam illud fuiſſe paſſum; ſiquidem coram Deo non attenditur, quod probatur; ſed tantùm rei veritas, vt habetur ex Panor. in c. plerique ſub num. 18. & 20. de immun. Eccleſ. Felin. in c. 1. Fallent. 6. ſub num. 40. verſ. Hac Fallentia, de conſtit. Nauar. in c. ſi fœneraueris, num. 106. in fin. verſ. Quartò quod, 14. q. 3. & Couar. in c. cum eſſes, verſ. Sed eſt quæſtio, num. 4. in fin. de teſtam.

Quartò ampliatur, vt vera ſit non ſo-
31 lùm quando officialis ſcit incapacitatẽ officii, & ſocius eam ignoret; ſed etiam vbi officialis cum ſcientia incapacitatis officii habeat annexam probabilem ignorantiam inualiditatis ſocietatis: & ipſe ſocius cum ignorantia incapacitatis officii habeat annexam ſcientiam inualiditatis ſocietatis; atque adeò officialis laboraret ignorãtia iuris, nõ autẽ facti: & ſocius laboret ignorantia facti, ſed non iuris. Siquidem hoc caſu debetur intereſſe, cum illius fuerit in cauſa officialis, qui interrogatus à ſocio de aliis ſocietatibus, ſi eas expreſsiſſet, ſocietas contracta non fuiſſet, cùm ſupponamus, ſocium ſcire ſocietatem vltra valorem officii eſſe inualidam. Vt patet ex iis, quæ ſupra adnotauimus ad probandam præſentem concluſionem. Eſt tamen verũ, quòd hanc ampliationem puto locum ſibi vendicare, ſuppoſita ignorantia probabili incapacitatis officii, ex parte ſocii, vt quia interrogauit officialem vt ſupra, iuxta conſtitutionem Pii IV. à nobis ſæpè allegatam: ſecus autem ſi ſocius debitam diligentiam non adhibuit in explicando officialem ipſum, & ſic fuit in culpa: quoniam officialis licèt ſciat officii incapacitatem; nihilominus cùm probabiliter ignoret ſocietatis inualiditatem, vt ſupponimus, ſtante ipſius bona fide, non conſtituitur in mora in reſtituenda pecunia à ſocio accepta, atque ideò non tenetur ad intereſſe; eo quòd intereſſe non fuit deductum in pactum: & propterea non debetur, niſi prius debitore monito, vt habetur ex Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 5. de vſur. cap. 5. q. 4. verſ. Tertia conditio: Salon. 2. 2. q. 78. art. 2. contr 9. & ex alijs. Cõfirmatur; quia ſocius cum non adhibuerit debitam diligentiam in interrogando officialem de officii capacitate, ipſe fuit cauſa ſocietatis nulliter initæ, non autem officialis; cùm ſupponamus, ſtante eius bona fide quòd ſi interrogatus fuiſſet, verum proculdubio dixiſſet, & ſocius ſocietatem non coiniſſet, cùm eum ſcire ſocietatem vltra valorem officii eſſe nullam ſupra conceſsimus. Vndè ſocius ipſe ex quo fuit in culpa, damnum ſibi imputatur, iuxta regul. damnum, de regul. iur. in 6. Arbitror tamen, quòd ſi vterque contrahens laboraret iuris tãtùm ignorantia, non autem facti: vt quia ambo ſcirent incapacitatem officii; ſed vterque probabiliter ignoraret, ſocietatem ſupra valorem officii eſſe nullam, eo caſu licèt nulla eſſet ſocietas; nihilominus, ſtante bona fide amborum contrahentium exiſtimantium validè, ac iuſti contrahere: & quòd ſi ſciuiſſent ſocietatem eſſe innalidam, ac iniquam, alium cõtractum iuſtum, ac validum celebraſſent, poterit ſocius intereſſe lucri ceſſantis conſequi, debitis concurrentibus conditionibus. Etenim Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 20. dub. 12. ex mente doctiſsimorum virorum ait, quòd qui bona fide celebrauit contractum vſurarium, vel aliàs iniquum, quem ſi talem ſciuiſſet, celebraſſet alium iuſtum; poteſt ratione lucri ceſſantis, veritate comperta, tantũ retinere, quantum contractu illo iuſto lucratus fuiſſet, iuxta ea quæ ſupra adnotaui-

Digitized by Google

notauimus concl. 1. limit. 2. & infra dicemus, q. ſeq.

Sic ampliata limitatur ipſa concluſio,
31 vt ita demum debeatur ab officiali intereſſe, de quo agitur, ſocio, qui pecuniã dedit, ſi is ſocietati licitæ, cambio reali, aut alicui iuſtæ negotiationi eas deſtinaſſet, & quia tunc aliam licitam ſocietatem, aut aliam iuſtam negotiationem habuiſſet præ manibus, quibus infallibiliter ſuam pecuniam implicaſſet nec ſatis eſt qualitas loci, in quo paſsim inueniuntur occaſiones pecunias collocandi ad lucrum, iuxta ea quæ habentur ex Paul. Caſtr. in l. 3. §. vlt. ff. de eo, quod cert. loc. Put. deciſ. 237. lib. 1. cum aliis cumulatis per Rot. Rom. deciſ. 7. num. 3. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. impreſſa, in vna Romana fructuum, & intereſſe, 10. Decemb. 1614. coram R. P. D. Pamphilio. Et deciſ. 42. poſt eundem tract. in vna Romana fructuum ſocietatum 26. April. 1591. coram R. P. D. Blãc. Secus autem ſi pecuniam non intendiſſe aliter negotiari, quàm ad ſocietatem prędictam vltra valorem officij nullam, ac inualidam: quoniam tunc nullum diceretur pati intereſſe; ſed intendiſſe ex tali contractu lucrum merè vſurarium, vt rectè declarat Scac. de commerc. & camb. §. 1. q. 7. p. 3. lim. 7. à num. 15. vſque in fin. & propterea tanquam vſurarius veniret puniendus, cuius pęna licèt ſit de iure ſit extraordinaria, & iudicis arbitrio remittatur, iuxta ea, quæ habentur ex Iul. Clar. recept. ſent. lib. 5. §. vſura, verſ. ex hoc: Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 398. ſiquidem vſuraria prauitas eſt de iure punibilis, vt habetur ex Rot. Diuerſ. deciſ. 332. inter impreſſas Lugduni, anno 1612. nihilominus vſurarii Municipali iure variis pœnis plectuntur: atque adeò in noſtro Regno Neapoli, ano puniuntur pœna confiſcationis omnium bonorum, vt extat conſtitutio Regni, quæ incipit, vſurariorum nequitiam. Vndè qui ſcienter pecunias daret ad ſocietatem vltra valorem officij de iure Regni non ſolùm perderet fructus; ſed etiam ſortem; ſiue vſuras exegerit, ſiue non exegerit, nec inſtrumento iudicialiter non fuerit vſus: cùm vſuræ delictum cõſumetur ſola ſpe recipiendi ex mutuo aliquid vltra ſortem: & exactio eſt neceſſaria ſolùm vt poſſit etiam condemnari ad reſtitutionem, vt poſt alios docet Scacc. d. quæſt. 7. p. 2. ampl. 20. ſub. num. 30. verſ. extende concluſionem, quamuis aliqui contrarium doceant.

Secundò limitatur prædicta concluſio, vt debeatur intereſſe in caſu de quo
33 agitur quoad forum exterius, quando verè, & concludenter probatur iuxta tradita per Paul. Caſtr. & alios ſupra relatos limit. præced. & quando is qui dedit pecunias officiali vltra valorem officii in iudicio non egit ad conſequendas vſuras; ſed tantum egerit ad conſequendas pecunias, quas dedit vna cum intereſſe; atque ideò fieret ſuparatio liciti ab illicito: quoniam vtile per inutile non vitiatur, quando vtile ſuperabile eſt ab inutile, vt in c. vtile, & ibi Dyn. & alii, de regul. iur. in 6. & nos adnotauimus in Commentar. Bull. Cœn. lib. 1. cau. 4. q. 7. num. 32. Secus autem ſi ſocius ipſe, qui pecuniam vt ſupra tradidit, in iudicio egerit ad vſuras conſequendas, & & inſtrumento fuerit vſus: Siquidem eo caſu perderet non ſolùm intereſſe; ſed etiam capitale, vt habetur ex Laur. de Rodul. in c. conſuluit, p. 2. quæſt. 135 in fiue, ſub. num. 34. Quod verum eſt, quando adeſt conſtitutio municipalis id ſtatuens, vt ſupra diximus, limit. pręced. & coram iudice cauſarum agatur ciuiliter; quoniam tunc, reſecatis vſuris, condemnatur officialis ad pecunias receptas vna cum intereſſe, iuxta ea, quæ habentur ex Scac. d. §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampl. 8. à num. 238. ad num. 244. & in ſpecie Felic. de ſociet. cap. 24. per totum.

Reſtat modo, vt contraria ſoluamus.

Ad primum dicitur, quòd dum Scac. ibi ait, quòd ex ſocieta-
34 te nullæ nihil percipi poteſt, intelligendus eſt, vt ex ſocietate nulla nihil percipi poſsit tanquam ex ſocietate, ac in fructus ſocietatis: ſicut nec ex mutuo tanquam ex mutuo, & in pretiũ

 vſus

vſus rei mutuatæ incrementum aliquod experti valet: non tamen, quin ex nulla ſocietate percipi poſſit intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis, ſi ſufficienter probetur, cùm intereſſe huiuſmodi percipi poſſe ſupra oſtendimus. Nec deciſiones Rotæ videntur velle, pretium cenſus inualidi remanere penes cenſuarium tanquam purum mutuum, cùm velint, dominium dicti pretii non transferri penes ipſum, vt fuit reſolutum per eandem Rot. Romanã deciſ. 11. num. 5. poſt noſtra cõmentar. in extrau. Pij V. de cenſib. in vna Vrbeuetana cenſus 6. Iunij, 1594. coram R. P. D. Gypſio, & nos latè in dictis commen. §. 2. q. 20. in prin. & tamen mutui transfertur dominium penes mutuatarium, vt in l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. pet. Sed dictum pretium remanere penes cenſuarium tanquam mutuum improprium; atque ideò, vt creditum quodam, iuxta tradita per ipſum Scac. d. ampl. 8. num. 207. cum plur. ſeq. & propterea, ſtante mora in reſtituendo, debetur intereſſe ſuppoſita ſcientia inualiditatis contractus. Secundò reſponderi poteſt, quòd dato, & non conceſſo pretium illud manerer tanquam purum mutuum penes cenſuarium, id eſſet quando cenſuarius ignoraret nullitatem contractus; quoniam tunc non cenſeretur conſtitutus in mora; atque ideò non deberetur intereſſe: niſi contractus bona fide fuerit initus cum intentione lucrandi quocunque iuſto titulo, quo poſſit per ea, quæ ſupra adnotauimus, & q. ſeq. latius, Deo Duce, dicemus. Tertiò reſpondetur, quòd quamuis Rota ibi, & in aliis cauſis decreuerit, pecuniam acceptam ex contractu nullo remanere apud recipientem tanquam purum mutuum, atque ideò ex ea non deberi intereſſe; tamen in multis alijs deciſionibus reſoluit contrarium, vt teſtatur idem Scac. d. ampl. 8. num. 219. Et denique reſponderi poteſt ex eodem Scac. ibidẽ, quòd licèt auctoritas Rotæ magnam vim habeat, cùm eius reſolutiones ſint reſponſa Prudentum, nihilominus non habet vim legis: & eò magis quia in prædicto caſu pro, & contra iudicauit.

Ad confirmationem dicimus, quòd regula illa; *ſi non valet quod ago vt ago,*
35 *nec valet, vt valere poteſt, vbi agitur de obligatione contrahenda*: quamuis ſecundùm Doctores ſupra relatos, quos refert Scac. de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 7. p. 3. lim. 7. num. 5. in multis verificetur: nihilominus ait idem Scac. ibidem, num. 11. & ſeq. non eſt ſimpliciter vera; imò contraria eſt communis, atque ideò neutra ſimpliciter alleganda eſt pro deciſione cauſarum. Siquidem actum valere eo modo, quo valere potuiſſet, apertè colligitur ex c. vnico, §. 1. de ſponſalib. in 6. vbi licèt matrimonii contractus celebratus verbis ſolemnibus de præſenti requiſitis ad ſubſtantiam matrimonii non valeat ob defectum ætatis contrahentium; valet tamen vt contractus ſponſalium, qui inter eos celebrari potuiſſet. Vnde Iaſ. in l. 1. §. ſiquis ita, num. 23. verſ. expedita doctrina, ff. de verb. obligat. & poſt eum Rip. ibidem, num. 17. verſ. Ego autem ſubiicio regulam: ponunt regulam affirmatiuam generalem, dicentes, *Si non valet, quod ago, vt ago, valet vt valere poteſt.*

Imò quamuis dicere velimus, negatiuam regulam eſſe probabilem, nihilominus Scac. poſt alios, loco citato, num. 12. eam limitat in duobus caſibus: quorum alter eſt, quando ſub contractu nulliter inito, potuit virtualiter comprehendi contractus non geſtus, etiam ſi agatur de obligatione contrahenda, vt in caſu, de quo agitur: Siquidem tunc ſi actus non valet eo modò, quo factus eſt, valebit, vt fieri potuiſſet, vt in l. ſi tam anguſti, vbi Alber. & alii, ff. de ſeruit. Quocirca quemadmodum contractus ſponſalium cùm comprehendatur ſub contractu matrimonii, ſi contractus non valet, vt contractus matrimonii, valebit vt contractus ſponſalium; ita etiam in caſu noſtro cùm ſub contractu ſocietatis initæ vltra valorem officij, comprehendatur contractus mutui: imò ipſa ſocietas vltra valorem officii ſit mutuum, ſi contractus non valet vt contractus ſocietatis, valebit vt contractus mutui cum intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus. Alter caſus eſt, quando ſumus in materia fauorabili, vt ſi agatur de validitate contractus matrimonii: aut de diſſoluenda obligatione peccatorum; quoniam tunc ſi actus non valeat eo modo, quo fuit initus, valebit, vt fieri potuiſſet, vt habetur per Iaſon. loco citato, num. 19. & alios cumulatos ab codẽ Scac. vbi ſupra num. 14.

num. 14. qui applicando regulam ad caſum cambij ſicci, ait, eum eſſe fauorabilem, tum quia vitatur ſuſpicio vſuræ; tum quia conſeruatur iuſtitia naturalis, ſeù commutatiua, vt nemo locupletetur cum alterius iactura: quod quidem eiſdem rationibus militat in caſu ſocietatis initæ vltra valorem officij, vt conſideranti patet, quibus adde, quæ habentur ex eodem Scac. d. q. 7. p. 2. ampl. 20. à num. 17. ad 31. Et inſuper, quicquid ſit de præfata regula, ſi concedamus, dominium pecuniæ acceptæ in ſocietatem ab officiali vltra valorem officij non fuiſſe translatum in ipſum officialem, ſtante ſocietatis nullitate, vt ſupra oſtendimus, cùm pecunia remaneat penes eandem officialem ſine titulo, & cum mora, perinde eſt, ac ſi eſſet penes furem, vt rectè probat Scac. de recipiente pecuniam ad cambium ſiccum, d. ampl. 8. num. 199. & 211. Et ideò ſicut fur tenetur ad reſtitutionem rei furtiuæ vna cum intereſſe; ita etiam officialis, qui ſcienter in ſocietatem accepit pecuniam vltra valorem officij.

An propter Vrbis conſuetudinem ineundi ſocietatem vltra valorem officij, huiuſmodi contractus ſuſtineantur ex bona fide contrahentiũ, exiſtimantium, eos eſſe licitos. Q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Qui facit aliud, quod publicè putatur licitum, non cenſetur malè facere.*
2 *Opinio Docti viri excuſat à tranſgreſſione legis.*
3 *Conſuetudo celebrandi ſocietatem vltra valorem officii, non excuſat.*
4 *In materia vſurarum conſuetudo nõ ſuffragatur.*
5 *Conſuetudo celebrandi ſocietatem vltra valorem officii non ſolùm non excuſat contrahentes ab inualiditate contractus; ſed nec quidem à fructuum perceptorum reſtitutione.*
6 *Conſuetudo celebrandi ſocietatem vltra valorem officij licèt non excuſet ab inualiditate contractus, & fructuum reſtitutione; nihilominus ſocius, qui bona fide contraxit, poteſt intereſſe conſequi.*
7 *Contractum celebrãs vſurarium, quem ſi talem ſciuiſſet, licitum contraxiſſet, conſequi poteſt intereſſe.*
8 *Celebrantes bonafide contractus illicitos excuſantur à peccato; non tamen à reſtitutione.*
9 *Ignorantia eorum, quæ ſunt iuris naturalis an, & quando excuſet.*
10 *Conſuetudo non poteſt facere contractum vſurarium, & nullum, non vſurarium, & validum.*
11 *Conſuetudo excuſat à culpa, & à pęna, non autẽ à nullitate contractus vſurarii.*

IN hac re videtur prima facie affirmatiuè reſpondendum eſſe. Probatur
1 ex is, quæ habentur ex Nauar. lib. 1. ſuorum conſil. conſil. 20. ſeù 4. in nouiſſima impreſſione, de vſur. Rodriq. in ſua ſum. p. 2. cap. 108. concl. 8. & alij, qui volunt, quod celebrantes contractus aliquos licitos communiter exiſtimatos in Regione vbi celebrantur, eſtò quòd in ſe ſint vſurarij, & vſuras acceperint credentes eas licitè poſſe conſequi, excuſantur: ſiquidem, qui facit aliud, quod publicè putatur licitum, non cenſetur malefacere, vt in l. quid ſit fugitiuus, §. apud Labeonem, ff. de edil. edic. Sed in Vrbe adeſt conſuetudo coeundi ſocietates officiorum, etiam ſi officium grauatum eſſet vltra valorem eius, idque paſsim ſcitur à contrahentibus, præſertim cùm officia accomodantur alteri, nec condemnantur; niſi quando ab eadem perſona accipiatur maior ſumma pecuniæ, quàm ſit æſtimatio officii, vt teſtatur Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 3. ſub num. 113. ergo celebrantes huiuſmodi ſocietates vltra officii valorem excuſantur, atque adeò vi conſuetudinis ſuſtinẽ-
2 tur. Confirmatur quoniam opinio Docti viri excuſat à tranſgreſſione legis, vt in c. cappellanus, vt ibi Gloſ. & Doct. de fer. ergo multò magis communis error contrahendi ſocietates vltra valorem officii, debet ipſos cõtrahentes excuſare ab vſuræ labe, atque ideò ſocietates ipſas vi

luſtit.& iur.cap.20.dub. 12. ex non nullorum placito inquit, quòd qui bonafide fecit contractum vſurarium, aut alio
7 pacto iniquum, quem ſi talem ſciuiſſet alium iuſtum proculdubio celebraſſet, poteſt ratione lucri ceſſantis, veritate comperta, tantum retinere, quantum contractu illo iuſto lucratus fuiſſet; atque adeò contractum illum iniquum bona fide celebratum reducendum eſſe ad limites contractus iuſti, quam contrahens cum eodem, vel cum altero poterat celebrare: ſiquidem huiuſmodi contractus eſt cauſa cur pretermittat alium contractum, quo iuſtè lucratus fuiſſet. Quam quidem ſententiam improbabilem haud eſſe opinatur Leſſ. ibidem, num. 105. ſi limitetur ad illos contractus, in quibus vterque contrahentium cenſetur conſentire in eoſdem titulos, ita vt is, cum quo celebratur contractus intendat dare lucrum omni eo titulo, quo alter contrahens intendit illud percipere: & propterea poteſt locum ſibi vendicare in multis caſibus, de quibus habetur ex eodem Leſſ. loco citato, & ex alijs.

Secundò limitatur eadem concluſio,
8 vt quamuis ſocietates contractæ vltra valorem officij ſint nullæ, ac non ſuſtineatur vi conſuetudinis, ac bonafide contrahentium, & fructus percepti ex huiuſmodi ſocietate ſint reſtitutioni obnoxii: niſi concurrat ratio aliqua intereſſe, vt ſupra adnotauimus; nihilominus vigore talis conſuetudinis, bonafide contrahentes, ſtante eorum probabili ignorantia excuſantur à peccato: ſiquidem celebrantes contractus aliquos, licitos communiter exiſtimatos in Regione, in qua celebrantur; eſtò quòd in ſe ſint vſurarii, & vſuras acceperint, credētes eas licitè poſſe conſequi, excuſatur à peccato mortali, vt habetur ex Nauar. lib. 5. ſuorum conſ. conſilio 20. ſeu 4. in nouiſsima editione, ſub tit. de vſur. quem ſequitur Roderiq. in ſua ſum. par. 2. cap. 108. Etenim multi ſunt contractus, qui re vera vſurarii ſunt, & tamen liciti à Doctiſsimis viris iudicantur, & ècōtra: verùm nemo eſt, qui aſſerere habeat, prædictos Doctores ſic errando exiſtimantes, peccare, cùm iuris dubij, atque obſcuri ignorantiam à peccato excuſare latè probat Io. Andr. communiter receptus in c. 1. de poſtul. Prelat. in 6. & in ſpecie de errante circa contractum, de quo inter Doctores dubitatur, an ſit vſurarius tractat Card. in Clem. 1. §. fin. oppoſit. 3. de vſur.

Nec obſtat ſi dicatur, quod ignoran-
9 tia eorum, quæ ſunt iuris naturalis non excuſat, vt in c. turbatur nauicula, §. notandum, 1. q. 4. latè Dyn. in c. ignorantia. de regul. iur. in 6. atque adeò ignorantiæ iniuſtitiæ ſocietatis contractæ vltra valorem officii cum ſit iuris naturalis, eoquod talis ſocietatis ſit vſuraria, & vſura eſt naturali iure damnata, vt in c. ſuper eo, de vſur. per conſequens non poteſt contrahentes a letali culpa exemptos reddere. Quoniam reſpondetur, quòd vt latè adnotauimus in noſtris commentar. ad extrauag. Pij V. de cenſib. §. 3. q. 10. num. 42. præceptum non fœnerandi non deducitur immediatè à primis principijs; ſed tantùm remotè, & propterea ignorantia contractus vſurarij cùm poſsit eſſe probabilis, vt ibidem oſtendimus, conſequenter ſit, vt valeat à letali culpa excuſare. Vel ſecundò reſponderi poteſt, quòd ignorantia de qua agitur eſt iuris humani potius, quam iuris naturalis: nam nos ſupponimus, ſupradictos contrahentes ſcire, vſuram eſſe iure naturali prohibitam; ignorare tamen probabiliter, tale contractum eſſe vſurarium. Eſt tamen verum quòd ſi contrahentes probabiliter dubitarent de iuſtitia talis contractus, non excuſarentur, etiam ſi rudes eſſent, indocti, ac iuris ignari, qui illum non obſtante tali dubitatione celebrarunt, & nullam diligentiam adhibuerunt ad veritatem indagandam: quia cum tali dubio contrahentes non dicuntur laborare ignorantia probabili: ſiquidem conuincuntur, quòd aut velint iniuſtitiam committere, vel periculo ſe exponere iniuſtitiam committendi, iuxta ea, quæ habentur ex Molin. de contract. diſp. 305. num. 4. & 350. num. 5.

Ad contraria modo facilè reſpondetur.

10 Ad primum ex Nauar. & aliis reſpondetur, quòd præfati Doctores non dicunt conſuetudinem excuſare contractum à nullitate ipſius: nam conſuetudo non poteſt facere contractum vſurarium, & nullum non vſurarium, & validum

validum; ſed tantùm excuſat bonafide contrahentes vi dictæ conſuetudinis à peccato, & à reſtitutione, ſi aliqua ratio intereſſe lucri ceſſantis adſit, aut damni emergentis. & ad tex. in d.l. quid ſit fugitiuus, §. apud Labeonem reſpondet ipſe Nauar. conſuetudinem illam excuſare tantùm à culpa; non autem à nullitate contractus, ac à reſtitutione vſurarum, niſi aliqua ratio intereſſe concurrat. Secundò reſpondet Rota Rom. deciſ. 30. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. in vna Romana ſocietatis, 28. April. coram b.m. Card. Lancelotto. quòd tex. ille loquitur quoad euitationem pœnæ: non quòd propterea actus valeat, vt per Bero. in c. quia in omnibus, num. 8. cum ſeq. de vſur. & Aym. conſ. 145. num. 12.

Ad confirmationem dicitur, quòd ar-
11 gumentum ad ſummum nihil aliud cõcludit, niſi quòd conſuetudo excuſat à culpa, & à pœna, non autem à nullitate contractus vſurarij: quod nos non negamus.

De Tertia conditione ad officiorum ſocietates expoſtulata, nempè, vt ſocius, quem ſibi officialis adſciſcit, pecuniam numeratam coram Notario, & teſtibus ſoluat.

§. 3.

AD huius conditionis intelligentiam eſt adnot. quòd per ſociū hoc loco intelligitur is, qui dat pecuniam officiali ad ſocietatem vt participem eundem faciat fructuum ſui officij ad rationem duodecim quolibet anno pro ſingulis centum: ibi, inquam, præcipitur, pecuniam numeratam ſoluere ipſi officiali coram Notario, & teſtibus.

An ſatis ſit ad ſocietatem officiorum contrahendam, ſi à ſocio in alia re, quàm in pecunia ſolutio fiat.

Q. I.

SVMMARIVM.

1 *Omnia ſunt licita, quæ non reperiuntur prohibita.*

2 *Res ſuccedit loco pretij.*

3 *Pecuniæ nomine intelliguntur omnes res, ac ſpecies.*

4 *Pecuniæ nomine venit totum patrimonium, & quid homo habet in Terra.*

5 *Societatis contractus perficitur ſtatim ſequuto conſenſu vtriuſque ſocij.*

6 *Solutio in ſocietate officiorum contrahenda non poteſt in alia re fieri, quàm in pecunia.*

7 *Conſuetudo in ſocietatibus plurimum præualet.*

8 *Cenſus, pretium ſolui nequit in alia re, quam in pecunia numerata.*

9 *Pecunia adeò exigitur in conſtituendis ſocietatibus officiorum, vt ſi aliter fiant inualidi ſint contractus.*

10 *Lex quando præcipit aliquid fieri tempore contractus, illud quod præcipitur eſt de illius forma.*

11 *Formæ omiſſio vitiat actum, etiam ſi fieret per errorum præſumptum, negligentiam imperitiam, aut dolum Notarij.*

12 *Pecunia adeò exigitur in celebrandis ſocietatibus officiorum, vt ſatis non ſit ſi ſolutio fiat partim in pecunia, & partim in alia ſpecie æſtimata.*

13 *Vtile per inutile vitiatur, quando vitium eſt contra formam actus.*

14 *Solutio in ſocietate officiorum ſi fiat in auro, vel argento non excuſſo, eſt nullius momenti.*

15 *Maſſa auri, vel argenti non dicitur propriè pecunia.*

16 *Pecunia quæ in ſocietate officiorum ſoluitur debet eſſe propria ſocii.*

17 *Pecunia depoſita apud ſocium, an ipſe ſocius poſsit contrahere ſocietatem.*

18 *Solutio pecuniæ in ſocietate officiorum poteſt fieri per cedulam banchariam.*

19 Cedu-

19 *Cedula bancharia vim habet ſolutionis.*
20 *Pecunia numerata in celebrandis ſocietatibus officiorum exigitur quoad forum exterius, non autem quoad forum interius.*
21 *Conſuetudo eſt ius non ſcriptum.*
22 *Vnus contractus non conuertitur in aliũ, in quo pecunia eſt neceſſaria.*
23 *Cenſus vi extrauag. Pij V. non poteſt conſtitui in alia re, quàm in pecunia numerata.*
24 *Societas licèt ſolo conſenſu perficiatur; non tamen excludit rei interuentum.*

IN hac re pugnantes extant opinio-
1 nes. Nam prima ſententia fuit Gabr.
conſ. 81. lib. 1. & Leonel. ſuper Bull. Pij
IV. de ſociet. offic. Gloſ. 13. verſ. Hic tamen,
dicentium; ſocietatem validam eſſe,
quando aliqua res loco pecuniæ datur
officiali ſuper officio: & ita obtinuiſſe
teſtatur Leonel. loco citato. Mouentur
primò ex tex. in l. nec non, §. quod eius,
ff. ex quib. cauſ. maior. vbi habetur, quòd
omnia ſunt licita, quæ non repetiuntur
prohibita: ſed ſic eſt, quòd nullo iure,
nec conſtitutione aliqua Pontificia prohibitum
reperitur, ſocietatem contrahi
ſuper officiis in alia re, quàm in pecunia;
ergo ſocietas huiuſmodi in alia re,
quàm in pecunia coiri valet; atque adeò
ſatis eſt ad validitatem huius contractus,
ſi a ſocio, quem officialis ſibi adſciſcit,
ſolutio fiat in alia re, quàm in pecunia.
Confirmant eorum ſententiam,
ex eo quòd ſocius cùm officiali rem dat
æſtimatam, perinde eſt, ac ſi daret pretium:
quia talis æſtimatio facit emptio-
2 nem, l. quoties, C. de iur. delib. & ſic res
ſuccedit loco pretii, vt per Saly. in l. ſi
pro mutua, C. ſi cert. petat. & Specul. in
tit. de vſur. verſ. Pone vſurarius. Denique
pro hac ſententia faciunt ea, quæ
habentur ex Ludou. de Auend. in ſuo
tract. de cenſib. Hiſpan. cap. 37. num. 13.
cum plur. ſeq. & ſignanter num. 31. & 32.
vbi ait, quòd quamuis extrauag. Pij V. de
forma creandi cenſus exigat in contractu
cenſuali pretii conſtitutionem in pe-
3 cunia numerata; nihilominus per pecuniam
numeratam intelligit quemcunque
rem: ſiquidem pecuniæ nomine omnes
res, ac ſpecies comprehenduntur, l. pecunia,
de verb. ſignif. l. penul. C. de conſtit.
4 pecun. l. quæro, ff. de iur. dot. atque adeò
ſub pecuniæ vocabulo venit totum patrimonium,
& comprehenditur quicquid
homo habet in terra, l. cogi, & ibi
Bart. in prin. ff. ad Treb. l. talis ſcriptura,
ff. de legat. 1. c. totum, 1. q. 3. & c. quicquid,
1. q. 1. Ergò multò magis dicendũ
eſt in ſocietate officiorum, quæ nullo iure,
nec Pontificia conſtitutione prohibetur,
ſocietatem huiuſmodi contrahi
in alia re, quàm in pecunia: Sed tantùm
ita celebrari conſueuiſſe colligitur ex
forma inſtrumenti, quòd in eiuſmodi
contractibus fieri ſolet. Et re vera hanc
ſententiam quoque tenuiſſe Rotam Romanam
ſatis colligitur ex deciſ. 1. poſt
Zacch. tract. de ſociet. offic. impreſſa, in
vna Romana ſocietatis 2. Aprilis. 1601.
coram R. P. D. Iuſtò dum in ea habetur,
quod contractus ſocietatis perficitur
5 ſtatim ſecuto cõſenſus vtriuſque ſocii, l.
qui admittitur, & l. planè, ff. pro ſoc. l.
conſenſu, ff. de action. & obligat. & in terminis
huius ſocietatis Gabr. conſ. 81.
num. 1. lib. 1. & conſ. 63. num. 5. lib. 2. vbi
etiam addit, quod talis contractus ſaltem
reſpectu dantis pecuniam non exigit
rem præſentem.

His tamen non obſtantibus contra-
6 riam ſententiam arbitror de iure veriorem
eſſe, quam tenet Boccac. in ſuo tract.
de ſociet. offic. num 22. verſ. Sed in illis:
Caſtrac. eod. tract. cap. 7. num. 8. Zacch.
eod. tract. num. 165. & Filliuc. tom. 2. qq.
moral. tract. 38. de ſociet. cap. 6. q. 5. nu.
117. dicentes quoad forum ſaltem exterius
nullas, ac inualidas eſſe ſocietates
officiorum, in quibus conſtituendis non
pecunia; ſed alia res loco pecuniæ datur:
in quorum ſententiam videtur etiã
inclinare Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 9.
de ſociet. cap. 10. q. 2. Probatur hæc opinio
ex eo quòd ex communi vſu, & conſuetudine
Vrbis huiuſmodi ſocietates
conſueuerunt ſemper conſtitui in pecunia,
vt patet ex inſtrumenti forma iuxta
vſum Romanæ Vrbis, quã ſupra retulimus,
hoc eodem cap. q. 3. in illis verbis,
In mea Notarii, &c. præſentia in prompta, & numerata pecunia recepit, &c. Ergo
ad conſtituendas dictas ſocietates
pro forma exigitur, vt conſtituatur in
pecunia, & non in alia re: ſiquidem ſocietates
officiorum in pecunia conſtitui
conſueuerunt ob nimiam Curialium
neceſſitatem: & in ſocietatibus plurimũ
7 conſuetudini deferri, ait Bald. in l. 1. q. 2.
C. pro ſoc. nec à communi obſeruantia,
ac indubitata mercatorum conſuetudine
recedere licet, l. minimè, ff. de legib.

Corn.

Corn.conſ.314.nu.12.lib.3. Pariſ. conſ.
98.num.80.lib.3.Crau.conſ.91. num.7.
quos ad hoc teſtatur Rota Rom. deciſ.
31.à num.6.ad 9 poſt Zacch.tract. de ſo-
ciet.offic. impreſſa, in vna Romana ſo-
cietatis,9.Maij 1588.corā b.m. Gypſio.
Confirmatur, quoniam ſocietates offi-
ciorum permiſſæ fuerunt,vt ille,qui vult
officium emere, ſi non habeat pretium,
partem ſuper officio emendo accipere
poſſet: at officia ſolùm cum pecunia
emuntur, quæ ad hunc effectum intro-
ducta fuit vt ſit pretium, & menſura re-
rum venalium, vt in l.1. ff. de contrah.
empt. & propterea non poteſt alia res
ſuper officio dari,cùm res non ſuccedat
loco pretii: eo quòd emptio eſt pecuniæ
ad rem vt in d.l.1.& l.ſi ita fideiuſſorem,
ff.de fideiuſ.Bald.in l. mater, num. 15.
C.de rei vendic. Denique id non imme-
ritò fuit introductum:eo quòd ſumus in
materia ſuſpecta de vſuraria prauitate;
ſiquidem ob eandem cauſam fuit ſtatu-
8 tum per extrauag.Pij V.de cenſib. vt cē-
ſus pretium ſolui nequeat, niſi in pecu-
nia numerata coram Notario,& teſtibus
in ipſa celebratione inſtrumenti;quoniā
in ſolutione pretii cenſus in aliis rebus,
quàm in pecunia numerata, quam plu-
rimæ ſolent interuenire ſimulationes, &
fraudes.Hinc eſt,quòd inter alias conie-
cturas, quas cumulat Ioſeph Ludou. in
commun.opin.tit.de ſimul.contr. concl.
1.per totam,ea eſt,vt quando emptor lo-
co pecuniæ dedit venditori veſtes au-
reos, ſericas, vel alia ſimilia bona, præ-
ſumatur contractus ſimulatus, vt latè
poſt alios habetur ex Ludou. de Auend.
de cenſib.Hiſpan. cap.37. ſub num.8. &
nos adnotauimus in noſtris Commen-
tar.ad d.extrauag. Pij V. de cenſib. §.2.
q.1.num. 9. & 10. Vndè id multò magis
præſumendum eſt in contractibus ſocie-
tatum officiorum ac cenſuum: ſiquidem
iſti contractus ſunt valdè de vſura ſuſpe-
cti apud Doctores.

Ampliatur hæc concluſio, vt adeò pe-
9 cunia exigatur in conſtituendis ſocieta-
tibus, vt ſi aliter fiant, inualidi ſint con-
tractus: quia cum ex communi vſu, ac
conſuetudine non aliter conſtituantur
ſocietates, quàm in peunia, quòd ſocie-
tates prædictæ conſtituantur in pecunia;
eſt de ipſarum forma. Etenim lex quan-
10 do præcipit aliquid fieri tempore con-
tractus,illud, quod præcipitur eſt de ip-
ſius forma,quæ ſi non ſeruetur, contra-
ctus eſt nullus ipſo iure, Cacher. deciſ.
Pedam. 65. num.8. cum aliis ab eo rela-
tis. Surd. conſ.282. num.6. & ſeq. lib.2.
Dec.conſ.531.num.2.Bec.conſ.62.num.
42. cum aliis à nobis cumulatis in di-
ctis commentar.§.2.q.1. num.12. vbi id
11 extendimus verum eſſe, etiam ſi formæ
omiſſio fieret per errorem præſumptum,
negligentiam, dolum, vel imperitiam
Notarii. Quòd ſi hæc vera ſunt de iure,
multò magis militant vi conſuetudinis:
quæ non ſolùm lex dicitur non ſcripta,
vt in §.ex non ſcripto,in Inſt.de iur. na-
tur.gent. & ciu. Sed etiam præfertur le-
gi,ac iuri communi,Panor.in c. cùm ex
officii,num.13.de præſcr.latè Doctor.in
c.fin.de conſuet.

Secundò ampliatur eadem concluſio,
12 vt in contractu ſocietatis officiorum
adeò exigatur pecunia ex parte ſocii
contrahentis ſocietatem ſuper officio, vt
ſatis non ſit, ſi partim per eum ſoluatur
in pecunia, & partim in alia ſpecie æſti-
mata: aliàs ſocietas eſſet in totum nul-
la, atque inualida: ſiquidem, licèt vtile
per inutile non vitietur,quandò vtile ab
inutili ſeparari poteſt, vt in c.vtile, & ibi
Dyn.& alii,de regul.iur. in 6. nihilomi-
nus cùm in caſu,de quo agitur,exigatur
pro forma, vt ſocietas ſuper officiis cō-
ſtituatur in pecunia ex parte ſocii coe-
untis ſocietatem ſuper officio,ſi contra-
ctus eſt inutilis pro ea parte,qua conſti-
tuitur ſocietas in aliqua ſpecie æſtimata,
erit etiam inutilis, atque nullus in to-
tum,atque adeò etiam pro ea parte,qua
ſolutio fit in pecunia: nam quando vi-
31 tium eſt contra formam contractus,vti-
le per inutile vitiatur, vt patet ex iis,
quæ in materia ſolutionis cenſus con-
tra Felician. tom.2. de cenſib.lib.1. cap.
4.ſub num.6.probat Cenc. eod. tract. p.
2.cap.1.q.1.art.6.num.26.cum ſeq. cum
alijs à nobis cumulatis in d.q.1. noſtro-
rum Comment.num. 15. cum plur. ſeq.
vbi reſpondendo ad tex.in l.pecuniæ, ff.
de vſur. ſe habentem, quòd ſtipulatio
vſurarum concepta vltra legitimum
modum, ſolùm vitiatur in exceſſu, in
reliquis verò ſuſtinetur; diximus,quòd
defectus ibi erat in materia; non autem
in forma,vt eſt in caſu,quo agitur. Eſt ta-
men verum, quòd ſi daremus formam
hanc eſſe diuiduam; tunc ſocietas eſſet
nulla pro ea tantum parte, quæ ſoluitur
in ſpecie æſtimata, per ea quæ ſupra di-
ximus, hoc eodem cap. §.2. q. 5. vbi in
reſpon-

Digitized by Google

*re*ſponſione ad confirmationem, proba-
uimus, quòd tunc actus deficiens in for-
ma in totum corruit, & vtile per inutile
vitiatur cum forma eſt indiuidua; ſecus
autem ſi diuidua foret.

Tertio ampliatur, vt in ſocietate offi-
14 ciorum adeò requiratur ſolutio in pe-
cunia, vt ſi ſolutio fiat in auro, vel ar-
gento non excuſſo, inualidus ſit contra-
ctus: ſiquidem maſſa auri, vel argenti, aut
alterius metalli non excuſsi, non dici-
tur pecunia verè, ac formaliter; atque
15 ideo, qui tenetur ſoluere pecuniam,
non liberatur ſoluendo maſſam auri,
vel argenti, aut alterius metalli, vt ha-
betur per Dec. in l. 2. §. 1. num. 6. & ibi
etiam Alciat. num. 12. & alii, quos retu-
limus d. q. 1. num. 23. & ſeq.

Quartò ampliatur, vt adeò exigatur
16 pecunia in ſocietate officiorum ex par-
te ſocij, vt pecunia, quæ ſoluitur offi-
ciali, ſit ipſius ſocij. Vndè ſi quis ſocie-
tatem contraxerit ſuper aliquo officio,
& pecuniam ſoluerit ſocio, quæ ſua
non erat ſed erat apud ipſum depoſi-
ta ſub conditione, vt amoueri non
poſsit citra conſenſum eius, qui eam
depoſuit: quoniam tunc cùm dominium
pecuniæ non ſit ipſius ſocij, non po-
terat eiuſdem dominium transferre
in officialem: & propterea ſocietas con-
tracta ſuper officio diceretur citra pe-
cuniam aliquam, & citra emptionem
partis officij, eiuſdemque fructuum
emptionem; atque adeò nulla, ac inua-
lida, vt patet ex ijs, quæ reſoluta fue-
runt per Rotam Rom. circa ſolutio-
nem pretij cenſus, deciſ. 115. num. 1. &
2. poſt noſtra Commentar. in extrauag.
Pij V. de cenſib. ac Cenc. tract. impreſ-
ſa in vna Peruſina, ſeu Eugubina cen-
ſus, die 24. Maij, 1596. coram b. m. Car-
din. Blanchetto, in illis verbis, *contra-
ctus enim cenſus ſuſtineri non poteſt: quia
cùm pecuniæ ſtarent in depoſito apud
Blaxiottum, & non poſſent amoueri ſine
conſenſu Federici, & Vincentij, illis non
conſentientibus, non potuerunt conuerti
in emptionem cenſus: ex quo ſequitur, vel
quod deficiat pretium, vel quod repetenti-
bus deponentibus ipſum depoſitum, poſsit
depoſitarius per indirectum cogi ad ex-
tinctionem cenſus, vtrunque reperitur pro-
hibitum per extrauag. Mart. Calix. &
Pii V.*

Sed re vera quicquid ſit de ſolutione
17 pretij cenſus; in caſu tamen, de quo
agitur, & in materia ſocietatis of-
ficiorum, hanc ampliationem arbitror
non eſſe veram: ſiquidem qui pecunia
aliena apud ipſum depoſita aliquid
emerit, illud rei dominium competat,
vt in l. ſi pecunia, C. de rei vendic. cum
alijs apud Molin. de contr. diſp. 327. &
nos latè de hac re egimus in dictis com-
mentar. §. 2. q. 1. num. 34. cum plurib.
ſeq. Non tamen negamus, quòd ſi de-
poſitarius pecuniam ab officiali vendi-
cauerit, ſocietatem diſſolui, niſi ſocius
aliam pecuniam tribuerit: verum ipſe
ſocius tenetur officiali ad intereſſe, quod
ſua culpa fuerit paſſus.

Sic ampliata limitatur eadem conclu-
18 ſio, vt quamuis de forma contractus
ſocietatis officiorum ſit ſolutio in pe-
cunia, & non in alia re officiali facien-
da; nihilominus ſatis eſt, ſi ſolutio fiat
per cædulam banchariam; atque adeò
ſi tempore celebrationis contractus de-
tur ipſi officiali per ſocium cædula
bancharia pro ſolutione pecuniæ pro-
miſſæ: ſiquidem per cædulam huiuſmo-
19 di ſoluitur pecunia, & vim habet ſolu-
tionis, vt per Bart. in l. ſoluturus, ff. de
ſolut. Put. deciſ. 163. lib. 1. & cenſetur
ſufficienter ſatisfactum huic formæ per
conſuetudinem inductæ ad euitandas
fraudes, ac ſimulationes, per ea, quæ ha-
bentur ex Dec. in l. ſi mater, num. 4. C.
de inſtit. & ſubſt. Bran. de implen. & ob-
ſer. form. 1. fallent. & extat deciſio Ro-
tæ Rom. 103. num. 5. 6. & 7. poſt noſtra
Commentar. de cenſib. & Cenc. tract.
impreſſa, in vna Beneuentana cenſus, 29.
Martij, 1593. coram b. m. Card. Pamphi-
lio. Et in deciſ. 104. num. 1. poſt eadem
Comment. & tract. in vna Romana an-
terioritatis hypothecæ, 28. Nouemb.
1597. coram eodem, vbi tractans de ſo-
lutione pretij cenſus ſic ait, *Prout ſolutæ
cenſentur, tam ſchedula bancharia, quæ
habet vim ſolutionis, &c.*

Secundò limitatur, vt locum habeat
20 quoad forum exterius ad obuiandum
fraudibus: ſecus autem quoad forum
interius; atque adeò quamuis contra-
ctus, de quo agitur, in quo ſolutio pre-
tij non fuerit facta in pecunia numera-
ta, ſit nullus in foro externo, ſaltem præ-
ſumptiuè, cùm præſumatur ſimulatus;
non tamen eſt nullus in foro interno,
& ſic in foro conſcientiæ: quia ſtando
in iure naturali id non repugnat natu-
ræ ſocietatis officiorum, vt infra, Deo

duce, dicemus, q. ſeq. at in foro conſcientiæ attenditur ius naturale dumtaxat; non autem ius poſitiuum, quando ius poſitiuum fundatur in præſumptione fraudis. Etenim vbi verè ceſſat fraus, ius poſitiuum ceſſat in foro interno, vt rectè docet Scac. de commerc. & camb. §. 1. q. 1. ſub num. 131. in verſ. Declara, poſt Nauar. in c. ſi fœneraueris, num. 88. in fin. 14. q. 3. & Lopez de contract. lib. 1. cap. 19. verſ. Ad hæc.

Reſtat modo vt ad contraria reſpondeamus.

21 AD primum negatur minor: nam cum ex communi conſuetudine huiuſmodi ſocietates officiorum non contrahantur, niſi mediante pecunia, officiali tempore contractus ſoluenda à ſocio, quem ipſe officialis ſibi adſciſcit, ſatis cenſentur de iure in alia re coiri prohibitæ, arg. tex. in l. cùm maritus, ff. de pact. dotal. cùm conſuetudo ſit ius non ſcriptum, §. ex non ſcripto, de iur. nat. gent. & ciu. & in ſpecie Caſtrac. de ſociet. officior. cap. 7. num. 10.

22 Ad confirmationem dicitur, quòd licèt æſtimatio faciat emptionem; nihilominus ſi pecunia ſolutioni parata non eſt, contractus emptionis non poteſt conuerti in contractum ſocietatis, vt per Doctor. in l. ſingularia, ff. ſi cert. petat. per tex. in l. qui negotia, ff. mand. vbi communiter volunt ſcribentes, quòd vnus contractus in alium non conuertitur, in quo pecunia ſit neceſſaria, niſi illa ſit ſolutioni parata, vt rectè quoque in ſpecie reſpondet Caſtrac. loco citato, ſub num. 11.

23 Ad ſententiam Ludou. de Aund. dicimus, quòd communis ſententia tenet contra illum, dum volunt, quòd vi extrauag. Pii V. de cenſib. non poteſt conſtitui cenſus in alia re, quàm in pecunia numerata: aliàs cenſus eſſet nullus, vt habetur ex Molin. de contr. diſput. 390. ſub num. 1. Rebel. par. 2. de obligat. iuſt. lib. 10. q. 1. num. 2. Gaſp. Roder. lib. 1. de annu. redit. q. 13. ſub num. 13. verſ. verumtamen eſt, Salas de cenſib. dub. 8. ſub num. 3. in reſp. ad 3. Cenc. cod. tract. p. 2. cap. 1. q. 1. art. 5. in prin. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 35. cap. 3. q. 2. num. 310. & ex alijs. Vndè ſicut in contractu cenſus eius pretii ſolutio pro forma exigitur in vera, ac reali pecunia numerata; ita etiam in contractu ſocietatis officiorum exigitur pro forma ſolutio pecuniæ, veræ, ac realis.

Ad deciſionem Rotæ Rom. fundatæ ſuper eo quòd contractus ſocietatis ſolo conſenſu perficiatur reſpondetur, quòd licèt id ſit verum; non tamen propterea excludit rei interuentum, cùm hæc ſocietas ſine pecunia contrahi non poſſit, arg. tex. in l. 4. ff. pro ſoc. & Caſtrac loco citato, num. 12. ſecundò reſpondetur ex Zacch. de ſociet. offic. num. 175. quòd Rota ibi non firmat, quòd ad validitatem ſocietatum officiorum ſolutio non debeat fieri in pecunia; ſed tantùm, quòd illa non requiratur ſolutioni parata.

An attenta natura ſocietatis officiorum, non aliter contrahi poſſit, quàm in pecunia; etiam ſecluſis Vrbis, & Curiæ ſtylo, ac conſuetudine. Q. II.

SVMMARIVM.

1 *Verba per ablatiuum prolata conditionem inducunt, & conditio formam.*
2 *Societatis officiorum contractus eſt emptionis, & venditionis.*
3 *Pretium rei empta non poteſt conſiſtere in pecunia.*
4 *Simulatio contractus eſt contra legem Diuinam, naturalem, & humanam.*
5 *Simulatus cenſetur contractus emptionis, ac venditionis, cùm emptor loco pecuniæ dat venditori veſtes.*
6 *Societatis officiorum natura attenta poteſt in ea fieri ſolutio in alia re, quàm in pecunia numerata.*
7 *Pecunia appellatur res omnes, quarum æſtimatio ponderatur nummo.*
8 *Mutuum rectè contrahitur ſi detur res æſtimata pro pecunia mutuanda.*
9 *Cenſus ante extrau. Pij V. poterāt cōſtitui in alia re, quàm in pecunia numerata.*
10 *Conſuetudo Vrbis non con rahendi ſocietates niſi in pecunia numerata fundatur in præſumptione fraudis.*

11 *Præ-*

11 *Præſumptio non attenditur in foro conſcientiæ, ſed tantùm rei veritas.*

12 *Lex quando diſponit principaliter propter ſe, vel aliquem finem, non obligat tranſgreſſorem ad pœnam, ſi finis, ad quem principaliter tendit, non violatur.*

13 *Societas attenta eius natura poteſt contrahi in alia re, quàm in pecunia numerata, etiamſi à principio fuerit conuentum de danda re æſtimata loco pecuniæ.*

14 *Societas poteſt contrahi pretio conuento in pecunia, & deinde ſolui in re æſtimata, ſicut, & cenſus.*

15 *Societas, attenta eius natura, & ſecluſa conſuetudine Vrbis, poteſt contrahi etiã in re non æſtimata.*

16 *Societas, attenta eius natura, poteſt contrahi vbique in alia re quam in pecunia numerata, & eſt valida quoad forum conſcientiæ.*

17 *Societas officiorum extra Vrbem licitè contrahitur quoad forum exterius, & interius in alia re, quàm in pecunia numerata.*

18 *Societas officiorum, attenta eius natural, quas conditiones exigat.*

19 *Societas officiorum in Vrbe ſi contrahatur in alia re, quàm in pecunia numerata, eſt inualida.*

20 *Contractus de iure humano irritus, eo quòd in ſola fraudis ſuſpicione fundatur, ſi iuſtus ſit iure naturali, non impedit dominij tranſlationem in foro conſcientiæ.*

21 *Electio in foro externo, nulla eſt valida in fore conſcientiæ ſi non ſit contra ius turale.*

22 *Fructus ſocietatis initæ contra Vrbis conſuetudinem in alia re, quàm in pecunia numerata, ſi non ſit contra legem naturalem, & Diuinam, non ſunt reſtitutioni obnoxij in foro conſcientiæ.*

23 *Societas officiorum in Vrbe contrahitur in ſola pecunia numerata ad obuiandum fraudibus.*

24 *Forma an impleri poſſit per æquipollens.*

25 *Contractus emptionis, & venditionis poteſt celebrari, & conſtitui in ſpecie æſtimata.*

26 *Societas officiorum contracta in alia re, quàm in pecunia numerata habet mali ſuſpicionem.*

1 IN hac re videtur prima facie affirmatiuè reſpondendum eſſe, atque adeò attenta natura ſocietatis officiorum, etiam ſecluſis Vrbis, ac Curiæ ſtylo, ac conſuetudine non poſſe eam aliter contrahi, quàm in pecunia, ita vt ſi in alia re contrahatur, inualidus reddatur contractus. Probatur hæc ſententia ex eo quòd, vt ſupra probauimus, q. præcedenti, de forma ſocietatis eſt, vt contrahatur in pecunia: nam vltra rationes, quæſtione proxima, relatas, cùm ex forma inſtrumenti, & ex vi Vrbis conſuetudinis, ac ſtylo Curiæ in tali contractu exigatur ſolutio in prompta, ac numerata pecunia, vt patet ex illis verbis, *in prompta, & numerata pecunia, &c.* verba illa cùm per ablatiuum proferantur, conditionem inducunt; atque ideò formam importanr, vt in l. à teſtatore, ff. de condit. & demonſtr. Bart. in l. 1. num. 34. vbi etiam Iaſ. in ſecunda lectura, num. 13. Alciat. & alii. ff. ſolut. matr. ac Bald. in auth. Matri, & auiæ. C. quando mulier offic. tut. ergo cùm ſolutio in pecunia ſit de forma contractus ſocietatis, eſt etiam de natura; quoniam quæ ſunt de forma, ſunt etiam de natura: nam forma, & natura coincidunt. Siquidem forma hominis eſt anima, quæ dicitur quoque natura; quæ ſecundum Ariſtot. 2. Phyſ. definitur: Eſt principium motus, & quietis in eo, in quo eſt, primum, & per ſe, & non per accidens. Hinc ait Couar. in regula, peccatum, 2. p. relect. §. 3. num. 9. & in cap. cùm eſſes, num. 8. de teſtam. cum alijs, quos allegat, quòd quæ ſunt de forma contractus ſeruanda ſunt in vtroque foro tam externo, quàm interno.

Confirmatur hæc ſententia quoque
2 ex eo quòd contractus ſocietatis officiorum dicitur contractus emptionis, ac venditionis: etenim ſocii, qui admittuntur ad ſocietates officiorum dupliciter admitti ſolent. Primò in ipſa officii emptione, cùm officialis non poteſt totum officium emere ſua pecunia: Secundò poſt emptum officium: nam cùm officialis ſæpè pecunia egeat, cuius bonam ſummam expendit in officii emptione; admittit alios ſocios, qui comparticipes fiant fructuum officii, vt rectè declarat Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 1. ſub n. 104. in fin. atque adeò in vtroque caſu interuenit emptio officii quamuis vnus ſit officialis, quo mortuo, officiũ amittitur, & redit

& reddit ad Rom. Pontif.vt habetur ex eodem Filliuc.loco citato. At pretium
3 rei emptæ, ac venditæ non poteſt conſiſtere, niſi in pecunia, cùm emptio ſit cõmutatio pecuniæ ad rem: ergo ſocietas non poteſt cõſiſtere in alijs bonis,quàm in pecunia numerata, attenta eius natura,ac ſecluſis Vrbis conſuetudine,& Curiæ ſtylo. Vndè ſi quis contrahat ſocietatem,& det officiali frumentum,vinum, oleum, &c. non dicetur ſocietatem contrahere; ſed permutationem, quæ eſt rei ad rem,l.1.de rer. permut. & id etiam ſi contrahentes in contractu aſſerant cõtrahere ſocietatem: quoniam parum refert,quo nomine contrahentes vtantur, vbi natura contractus, pacti, ac conuentionis alia eſt.vt inſulam,ff.de præſcript. verb.Iaſ.in l.ſi pecuniam,ff.ſi cert.petat. Aluer.Valaſc.de iure emphyt. q.27. nu. 11.Rolan.conſ.96.num.30. 40. & 41. & alij.

Denique ſimulatio contractus eſt cõ-
4 tra legem Diuinam,naturalem,& humanam. Etenim fraus in legem committitur, cùm ſimulatè vnus contractus pro alio celebratur,arg.tex.in l.nõ dubium, C.de legib. ſed cùm datur res pro pecunia in contractu ſocietatis, vnus contractus ſimulatè pro alio celebratur; ſiquidem inter alias coniecturas ſimulationis contractus,quas cumulat Ioſeph Ludou. in commun.opin.ſub tit.de ſimulat.contract.concl.& Aluer. Valaſc. de iure emphyt.q.7 num.7.ad finem,ea eſt, vt contractus emptionis, ac venditionis cenſeatur ſimulatus, quando emptor loco
5 pecuniæ dedit venditori veſtes, aut alia eiuſmodi:quia præſumitur pretium illarum rerum mutuare,& rem emptam loco pignoris habere, ex ea fructus percipiens, & in ſortem non computans; atque ideò vſuram committens: & hanc coniecturam fortem eſſe inquit idem Ioſeph.Ludou. loco citato, verſ. Decima octaua coniectura, & Decian. conſ 105. num. 18. Ergo cùm in ſocietate officiorum datur officiali res pro pecunia,contractus eſt ſimulatus, atque adeò contra legem Diuinam,naturalem, & humanã: & ſic, attenta natura ſocietatis officiorum, & ſecluſa Vrbis conſuetudine, ſocietates officiorum non poſſunt aliter contrahi,quàm in pecunia.

His tamen non obſtantibus, contra-
6 riam ſententiam arbitror de iure veriorem eſſe.Probatur, quoniam rei emptæ, ſeu venditæ pretium non ſolum conſiſtere poteſt in pecunia numerata: ſed etiam in qualibet alia re numeratæ pecuniæ æquiualenti,vt in l. pretij, C. de reſcind. vendit. ſiquidem pretium dicitur omne illud,quod pro re datur, l.ſeruorum,§.1.ff.de ſtat.homin.l. quemquã, poſt prin. C. de Epiſ. & cler. Ergo eſtò quòd contractus ſocietatis officiorum ſit ſpecies emptionis,ac venditionis;non tamen pugnet eius naturæ, vt officiali detur res pro pecunia.Etenim pecuniæ nomen generale eſt, cuius appellatione omnes res,& ſpecies rerum comprehenduntur,l.pecunia,de verb.ſignif. c. quic-
7 quid,1.q.1.Hinc Ariſt.5.Ethic. appellat pecunias, res omnes, quarum æſtimatio ponderatur nummo: quod etiam docet Caſſan.ad conſuetud.Burgun.tit.1. verſ. Lepris,col.2.verſ.quæro quid veniat:vbi latè probat, quod pretij nomine venit omne quod datur venditori, etiam ſi non ſit pecunia.

Secundò probatur ex tex. in l.ſi pro
8 mutua,C.ſi cert.petat.vbi habetur,quòd ſi detur res æſtimata pro pecunia mutuanda, rectè contrahitur mutuum, & mutuatarius tenetur ad ſortem, & ad legitimas vſuras, ac ſi pro verò, ac legitimo pretio in pecunia numerata promiſſæ fuiſſent: ergò idem dicendum eſt in caſu; de quo agitur, vt attenta natura ſocietatis officiorum, ac ſecluſa Vrbis conſuetudine, ſi detur officiali res pro pecunia, valida ſit officiorum ſocietas.

Tertiò probatur, quoniam ex vi con-
9 ſtitutionis Pij V. de cenſib. conſtitutio cenſus non poteſt fieri in alia re, quàm in pecunia numerata, & nihilominus ante dictam conſtitutionem cenſus validi erant, etiam ſi pretij ſolutio facta non fuerat in pecunia numerata: & id non alia ratione,niſi quia, attenta natura cenſus, & ſecluſa dicta conſtitutione Pij V.id nullo iure nec naturali, nec poſitiuo prohibetur, vt habetur ex Nauar. in c.ſi fœneraueris,num.88.& num.121. 14.q.3.& conſ.1.ſub tit.de empt. & vendit. Salon. de contract. & commerc. human.ar.3.de cenſib.controuer.7.ſub nu. 2.verſ.Oppoſitum: Lopez in ſuo inſtructor.lib.1.cap.59. Boninſ. cap.1.de cenſib.Reginald. lib.25. ſuæ prax. ſub num. 419.Leſſ.lib.2.de Iuſt.& iur. cap.22. nu. 8.Gaſp.Roder. lib.1.de annu.redit.q.12. num.3. & id maximè ſi cenſus vendatur pretio conuento in pecunia, & ſoluatur

in ſpe-

in ſpecie æſtimata, vt per Ioan. de Salas de cenſib. dub. 8. ſub num. 5. Bonac. de contr. diſp. 3. q. 4. pun. vnico, ſub num. 21. Megal. 2. 2. inſtit. confeſ. lib. 2. cap. 7. q. 2. num. 57. & 58. Filliuc. tom. 2. qq. moral. p. 2. tract. 35. cap. 3. q. 2. num. 3 ro. Ludou. de Auend. de cenſib. Hiſpan. cap. 37. num. 13. cum plur. ſeq. & alios: ergò idem dicendum eſt in caſu noſtro, vt quamuis vi conſuetudinis non poſſit contrahi ſocietas officiorum in alia re, quàm in pecunia numerata; nihilominus attenta ſocietatis officiorum natura, ac ſecluſa dicta conſuetudine, non eſt ratio cur contrahi non poſsit in alia re, quàm in pecunia numerata; maximè ſi prius conſtituatur, pretio conuento in pecunia, & ſoluatur in ſpecie æſtimata. Etenim in vtroque caſu cōcurrit emptio, & venditio, & adeſt eadem ratio, arg. tex. in l. il ud, ff. ad leg. Aquil.

Quartò confirmatur eadem ſententia; quoniam conſuetudo Vrbis non con-
10 trahendi ſocietatem officiorum in alia re, quàm in pecunia numerata, fundatur in præſumptione fraudis; nam ſæpè officiales pecuniæ neceſſitate compulſi coguntur ſocietates contrahere in aliis rebus, quàm in pecunia, ementes eas ſuper iuſtum pretium, & deinde eaſdem volentes vendentes multò vilius, quàm emerant: quod quidem eſt iniquum, cùm cogantur emere merces, quibus non indigent, & eaſdem emere ſupra iuſtum pretium: ergò attenta natura huiuſmodi ſocietatis, ſi merces citra iniuriam, & fraudem iuſto pretio officiali dantur, valida eſt ſocietas, & contractus iure naturali ſuſtinetur; atque adeò quoad forum conſcientiæ eſt validus: ſiquidem in foro conſcientiæ attenditur rei veritas, non
11 autem præſumptio, vt in c. tua, §. is qui, de ſponſal. Na var. loco citato, & in Man. cap. 17. ſub num. 301. verſ. Nota quarto, & Molſ. p. 2. ſuæ ſum. tract. 12. cap. 7. num. 88. & alij.

Deniqùe confirmatur vlterius hæc ipſa ſententia; quoniã quando lex aliquid
12 diſponit non principaliter propter ſe, ſed propter aliquem finem, non obligat tranſgreſſores ad pœnã ſi finis, ad quem principaliter tendit, non violatur, vt c. quoniam contra falſum, & ibi Panor. col. 4. de probat. Curt. iun. conſ. 12. 1. conſiderat. col. 3. verſ. Sed quod fortius, & Tiraq. de ceſſante cauſa, 1. p. num. 18. Ergò ſi in caſu noſtro ceſſat omnis iniuſtitia, dolus, ac fraus, tradendo merces officiali iuſto pretio, ceſſat etiam conſuetudinis Vrbis, ſeu Rom. Curiæ ſtyli diſpoſitio; quibus fuit introductum, ne ſocietates officiorum contraharentur in alijs rebus, quàm in pecunia numerata; atque adeò; attenta natura ſocietatis, & ſecluſis dictis conſuetudine, ac ſtylo, valida eſt ſocietas officiorum in aliis rebus, quã in pecunia numerata.

Ampliatur primò hæc concluſio, vt attenta natura ſocietatis officiorum con-
13 trahi poſſit in alijs rebus, quàm in pecunia: ſiuè à principio fuerit conuentum de pecunia numerata ſoluenda, & poſtea res aliqua in ſolutum loco pecuniæ data fuerit res æſtimata; ſiuè à principio fuerit conuentum de danda re æſtimata loco pecuniæ; ſiquidem vtroque modo rectè contrahi poteſt contractus emptionis, ac venditionis, vt in l. 1. C. de rer. permut. ibi, *licèt nõ taxata quantitate etc.* vbi Gloſ. Barr. Bald. & Paul. de Caſtr. Dec. conſ. 163. Alciat. in l. 1. num. 23. & alii, ff. ſi cert. petat. à contrario ſenſu docent generaliter, taxata quantitate conſtitui emptionem; quoniam textus ait, non taxata quantitate eſſe permutationem: etenim eadem ratio militat in vtroque caſu, art. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil. Confirmatur, quoniam hoc ipſum dicitur de cenſu, cuius pretium ſoluitur in alia re, quam in pecunia numerata, vt habetur per Ioan. de Salas in ſuo tract. de cenſibus dub. 8. ſub num. 5. Ludou. de Auend. d. cap. 37. num. 15. & ſeq. & alios, recipientes ſententiam Gaſp. Roder. de annu. redit. lib. 1. q. 13. num. 3. & aliorũ exiſtimãtium ſecluſa extrau.
14 Pij V. de cenſib. tunc valere conſtitutionem cenſus ſoluto pretio in ſpecie, & non in pecunia numerata, cùm cenſus venditur pretio conuento in pecunia, & deinde ſoluitur in re æſtimata: ſecus autem ſi à principio fuerit conuentum de danna re æſtimata in pretium cenſus, & ita intelligendum eſſe volunt tex. in d. l. pretii, C. de reſcind. vendit. Sed verè falluntur; quia textus ille generaliter loquitur, quòd pretium, quod aliàs in pecunia numerata ſoluendum erat, conſentiente parte, in pecoribus ſolui poteſt: & eò maximè, quia pro hac re eſt textus in terminis, in d. l. ſi pro mutua, C. ſi cert. petat. & facit tex. in d. l. 1. C. de rer. perm. vt rectè declarant Ioan. de Salas loco citato, Ludou. de Auend. d. cap. 37. quos

nos

Digitized by Google

nos pro hac re retulimus in noſtris commentar. ad extau. Pij V. de cenſib. §. 2. q. 2. num. 34.

Secundo ampliatur eadem concluſio, vt attenta natura ſocietatis officiorum,
15 ac ſeclusis Vrbis conſuetudine, & Curiæ Rom. ſtylo; atque adeò ſtando in ſolo naturali iura, ſocietas officiorum contrahi poſſit, etiam in re non æſtimata; ſiquidem ius illud percipiendi fructus ex officio acquiri poteſt nō ſolū titulo emptionis, ſeu venditionis, vt ſupra adnotauimus; ſed etiam permutatione: vndè ſi ſocietas contracta pro re non æſtimata, non tenet titulo permixtæ emptionis, ſeu venditionis; erit tamen valida titulo permutationis, vt patet ex ijs, quæ docet Ioan de Salas de cenſib. dub. 8. ſub num. 5. & ſeq. agens de pretio cenſus conſtituto in re non æſtimata, & nos adnotauimus d. §. 2. q. 2. num. 36.

Tertiò ampliatur, vt attenta natura ſocietatis officiorum valida ſit in alia re,
16 quàm in pecunia numerata in foro conſcientiæ non ſolùm extra Vrbem; ſed etiam in Vrbe, vbi adeſt contraria conſuetudo, & contrarius Curiæ ſtylus: ſiquidem ius Diuinum, & ius naturale vbique ſunt eadem, & illis iuribus prædicta officiorum ſocietas propter ſupradictas præſumptiones vi dictæ conſuetudinis, ac ſtyli inductas, nunquam iudicatur iniuſta, ac ſimulata, ſi contrarium coram Deo ſit verum. Etenim nulla lex in ſola præſumptione fundata in foro conſcientiæ, & coram Deo obligat, ſi in rei veritate contrarium eius, quod præſumitur, ſit verum, vt in c. tua, & c. is qui, de ſponſal. Nauar. in c. ſi fœneraueris, ſub num. 105. 14. q. 3. & alij. Imò in foro conſcientiæ tenet huiuſmodi contractus, etiam poſt latam ſententiā de eius nullitate in foro exteriori: quia cùm dicta ſententia ſit fundata in præſumptione culpæ, ac fraudis, in foro conſcientiæ locum non habet; in quo tantùm veritas attenditur, vt ſæpè diximus: & nos tractantes de pretio cenſus conſtituto in alia re, quàm in pecunia numerata, adnotauimus d. q. 2. num. 39.

Quartò ampliatur, vt extra Vrbem locum ſibi vendicet tam quoad forum in-
17 terius, quàm quoad forum exterius. Siquidem quamuis vi bullæ S. M. Paul. IV. noſtræ Congregationis fundatoris, ſocietates non poſſint contrahi ſuper alia officia, quā Romanæ Curiæ, & ſi fiant, tanquam vſurariæ cenſeantur; nihilominus dicta Pauli IV. conſtitutio fuit in omnibus reuocata, & annullata per conſtitutionem Pij IV. Vndè ſi ſocietates huiuſmodi fierent ſuper officia Regalia non in pecunia numerata, ſed in alijs rebus, eſſēt vtique validæ, cùm huiuſmodi ſocietates non ſint prohibitæ cōtrahi ſuper officijs, quæ non ſint Romanæ Curiæ, nec conditio hæc pertinet ad rationem intrinſecā contractus, vt rectè ait Tolet. lib. 5. ſuæ ſum. cap. 40. verſ. Prima eſt.

Sic ampliata limitatur primò dicta cōcluſio, vt quamuis non ſit contra ius na-
18 turale, nec contra naturam contractus ſocietatis officiorum eas contrahi in alijs rebus, quàm in pecunia numerata; nihilominus ad iuſtitiam dicti cōtractus debent duo copulatiuè concurrere. Primum, vt res, quæ traduntur officiali ſine in pretio pecuniæ, quæ eidem ſolui deberet, æquiualentes: Secundum, vt officialis ita prædictis rebus egeat, vt eas fuiſſet aliunde empturus, ſi pecuniam numeratam à ſocio percepiſſet. Quòd ſi altera ex dictis conditionibus deficiat, officialis iniuſtum grauamen ſubiret: nam vel cogeretur emere res, quibus non egeat: aut illas ſupra iuſtum pretium pecuniæ indigentia compulſus comparare: atque adeò grauamen pateretur, vel ratione iniuſti pretii, vel ratione laboris inquirendi rem traditarum emptores. Harum conditionum defectu propter non nullas fraudes, quæ in cenſu conſignatiuo committi ſolent, Salon. de contract. & commerc. human. ar. 3. de cenſib. contr. 7. num. 3. reſtatur, quod in non nullis Regnis damnantur, & reſcinduntur contractus cenſuales, quibus pretium conſtituitur in aliis rebus, quàm in pecunia numerata, nempè valentiæ, vt idem Salon. refert: Galliæ, vt teſtatur Rebuff. in 2. tom. ad conſtit. Gallic. in tract. de conſtit. redit. ar. 1. Gloſ. 1. quem allegat Felician. tom. 1. de cenſib. lib. 1. in proœm. cap. 4. ſub num. 10. vbi ait, quòd ipſe quoque in ſupremo Conſilio, & in Curia Complutenſi eiuſmodi contractus quotidie, ac frequentiſſimè reſcindi: & ſi Salon. loco citato, dicant, quòd neque Caſtellæ, neque aliorum Regnorum Hiſpaniæ priuatæ leges tales contractus prohibent aut nullos eſſe decernunt; ſed Iudices tanquàm Reip. noxios execrantur: quod de iure fieri poſſe docet: ſiquidem, qui bonus, ac rectus eſt Iudex, quicquid

lege

Digitized by Google

lege ſuperioris nō conceditur, ſi in damnum Reip. verti poſſe animaduertat, prohibere poteſt, ac debet. Et in noſtro Regno Neapolitano extat Pragmatica ſub tit. de contract. quæ cenſus huiuſmodi conſtitutos citra pecuniam numeratā, & in rebus æſtimatis, declarat nullos, & vſurarios, & punit contrahentes, ac Notarios, vt refert Vi. deciſ. 365. num. 5. & Maſtrill. in addit. ad Petr. de Gregor. ſuper Bull. Nicol. 5. q. 5. num. 224.

Secundò limitatur, vt quamuis extra Vrbem, quoad forum exterius, & in Vr-
19 be quoad forum interius valeant ſocietates contractæ in aliis rebus, quàm in pecunia numerata, ſi adſint debitæ conditiones, vt ſupra adnotauimus; nihilominus in Vrbe vigore ſupra relatæ conſuetudinis, ac ſtyli quoad forum exterius ſunt inualidæ. Etenim in Vrbe cùm conſuetudine fuerit pro forma inductum, vt ſocietates officiorum non aliter contrahantur, quàm in pecunia numerata, vt ſupra adnotauimus, q. 1. ſi aliter celebraretur, proculdubio eſſet inualida: Siquidem quotieſcunque lex aliquid expoſtulat pro certa forma, non eſt ſatis illam ſeruare per æquipollens, vt in l. qui per ſaltem, ff. de iuteinr. Gloſ. in c. 1. de vita, & honeſt. Cler. & his quoque adde, quæ diximus in noſtris Commentar. ad extrau. Pij V. de cenſib. §. 2. q. 2. num. 45. cum plur. ſeq.

Ex hac cōcluſione ſic ampliata, ac limitata infertur primò, quòd contractus de
20 iure humano irritus, eo quòd in ſola fraudis ſuſpitione fundatur, ſi iuſtus ſit de iure naturali, ac Diuino, non impedit dominij tranſlationem in foro conſcientiæ, vt habetur ex Innoc. in c. quòd ſicut, num. 8. de elect. dum inquit, quòd electio de iure naturali, atque adeò quoad forum interius ſubſiſtit, ſi interueniat electorum conſenſus, qui tantùm iure naturæ requiritur, vt in c. intet corporalia, de tranſact. etiam ſi in foro externo nul-
21 la, ac inualida ſit electio, ex defectu ſolēnitatum, ab humano iure expoſtulatarū; atque adeò electus in foro conſcientiæ, in quo ius naturale attenditur, non tenetur renunciare: ſiquidem ius humanum ſolemnitates huiuſmodi adinuenit ob Eccleſiarum periculum, & ad obuiandum fraudibus, quæ in electionibus obeundis fieri ſolent: quæ quidem vbi ceſſant apud Deum, ſolemnitates non attenduntur, vt habetur ex Panor. in c. quia plerique, nu. 31. de immunit. Eccl. Iaſ. in l. nemo, in 2. lect. verſ. Pro parte negatiua; ff. de legat. 1. & Felin. in c. 1. verſ. fallit ſextò, num. 39. de conſtit.

Secundò infertur, quòd quamuis in Vrbe vi dictæ cōſuetudinis in foro exter-
22 no ſocietatis officiorum cōtractæ in aliis rebus, quàm in pecunia numerata ſint inualidæ; atque ideò fructus ex dicta ſocietate in dicto foro veniunt reſtituendi; nihilominus quoad forum interius, & in foro conſcientiæ, ſi ſocietates huiuſmodi citra iniuſtitiam, ac fraudem fuerint initæ in alijs rebus, quàm in pecunia numerata, fructus percepti non ſunt reſtitutioni obnoxii: nam, attento iure naturali, ibidem eſt tradere officiali fundum, valentem centum, ac eidem numerare centum, ſi debitæ conditiones concurrant, quas ſupra retulimus, lim. 1. vt in terminis pretii cenſus ſoluti in alijs rebus, quā in pecunia numerata probat Nauar. in c. ſi fœneraueris, num. 88. & 121. 14. q. 3. Reginald. lib. 25. ſuæ prax. num. 419. Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 22. dub. 12. num. 60. Rebel. de obligat. iuſt. lib. 10. q. vlt. num. 1. Salas de cenſib. dub. 8. num. 10. Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 10. de cenſib. cap. 8. q. 2. verſ. Ex his intelligitur.

Reſtat modo, vt contraria diluamus.

AD primum dicimus, quamuis vi conſuetudinis Vrbis, ac ſtyli Curiæ
13 Romanæ pro forma contractus fuerit introductum, vt ſocietates officiorum non contrahantur in aliis rebus, quàm in pecunia numerata; id tamen fuit inductum, non quia eſſet contra naturam contractus ſocietatis officiorum eam cōtrahi in alijs rebus, quàm in pecunia numerata; ſed ad obuiandum fraudibus; & iniuſtitiis, quæ à malis hominibus officialibus inferuntur in contrahendis ſocietatibus officiorum in alijs rebus. Vndè ſolutio pecuniæ in mercibus in ſocietatibus officiorum non dicitur contra formam contractus, vt quia re vera faciat tranſire contractum ſocietatis in alium contractum; ſed tantùm præſumptiuè & propterea cùm in foro conſcientiæ, in quo attenditur ius naturale, non attendatur præſumptio, ſed rei veritas, ſi re

Digitized by Google

ſi re vera res dentur officiali iuſto pretio citra fraudem,& iniuſtitiam aliquam nihil intereſt quoad forum internum, a: de iure naturali, quòd ſocietas non contrahatur in pecunia numerata. Et quamuis regulariter quando aliquid præſcri-
24 bitur ſeruandum pro forma, ſatis non ſit illud ſeruare per æquipollens,vt habetur per Dec. in l. ſi mater, num. 4. C. de inſtit.& ſubſtit.id tamen verum eſt, quãdo forma non reſpicit certum effectum: at ſi certum effectum reſpiciat;vt in caſu, de quo agitur,nempè ad euitandas iniuſtitias, dolum,& fraudem,tunc per æquipollens adimpleri poteſt, vt per eundem Dec.loco citato,& per tex.in l.iubemus, C.de teſtam. vbi nomen hæredis in teſtamento exprimi, quamuis pro forma præſcribatur; nihilominus, quoniam id requiritur ad habendam tantùm hæredis certitudinem,ſatis eſt quocunque modo hæredis certitudo habeatur.

Ad confirmationem reſpõdetur,quòd licèt daremus, ſocietatem officiorum
25 habere admixtam emptionem, ſeu venditionem; negamus tamen contractum emptionis non poſſe celebrari, niſi conſtituatur pretium in pecunia numerata: nam licèt regulariter rei emptæ pretium conſtituatur, & ſoluatur in pecunia numerata; nihilominus poteſt conſtitui, & ſolui in ſpecie æſtimata, vt in l. pretij, C. de reſcind. vendit. Nec ex eo quòd officiali res traditur pro pecunia contrahitur permutatio, quæ eſt rei ad rem: quoniam id verum eſſet, ſi res daretur inæſtimata: ſecus autem ſi æſtimata tribueretur: eo quòd tunc ſi res daretur in pretium rei emptæ, contractus veræ emptionis, ac venditionis celebraretur, vt habetur ex Paulo Caſtr. in l. 1. ff. de rer. permut.quem ſequitur Alciat.in l.2. nu. 23. ff. ſi cert. petat. ex alijs, quos refert Ludou. de Auend. de cenſib. Hiſpan.cap. 37. num. 23.

Ad vltimum denique negatur minor, quoniam licèt ſocietas officiorum con-
26 tracta in alia re,quàm in pecunia numerata, habeat mali præſumptionem; nihilominus nos ſupponimus ſcriò, & citra omnem malitiam,ac iniuſtitiam verè celebrari contractum ſocietatis officiorum, & verè ſolui pecuniam in rebus æſtimatis: & propterea cùm in foro conſcientiæ non habeat locum præſumptio, ſed rei veritas, vt ſupra oſtendimus, meritò corruit argumentum.

An Officialis recipiens ſuper eius officio pecuniã numeratã à ſocio coram Notario,& teſtibus,in ipſa celebratione inſtrumenti, ſi eam deinde mox reſtituat ex conuentione prius inita,cõtractus reddatur irritus Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dominium per rei traditionẽ transfertur.*
2 *Officialis,qui recepit pecuniam coram Notario,&c. ſi eam deinde mox reſtituat ex conuentione prius inita, contractus redditur irritus.*
3 *Cenſualis contractus inualidus eſt, in quo emptor cenſus ſoluit pretium coram notario,&c. ea lege, vt pretium illud ſoluenti mox reddatur.*
4 *Tertius ſi ſoluat pecuniam officiali nomine ſocij, praua conuentione, vt mox ſibi reddatur, contractus eſt nullus.*
5 *Societas officiorum non modo redditur inualida ſi conſtet de cõuentione prius inita de mox reſtituenda ſorte; ſed etiam ſi de huiuſmodi conuentione praua non conſtet.*
6 *Pecunia ſi realiter fuerit tradita officiali, ſeu tertio nullo prauio pacto de mox reſtituenda,ſi deinde mox reſtituatur in ſatisfactionem veri, ac realis debiti, validus eſt contractus.*
7 *Societas cum prauio pacto de mox reſtituenda pecunia licèt quoad forum exterius ſit inualida; nihilominus valida erit quoad forum interius, ſi pecunia mox reddita fuerit in ſatisfactionem veri debiti.*

IN hac re videtur prima facie negatiuè reſpondendum eſſe. Etenim per ſo-
1 lutionem pecuniæ numeratæ factæ corã Notario, & teſtibus, eſt iam ſatis adimpleta forma tradita contractibus ſocietatum officiorum vi conſuetudinis Vrbis, ac ſtyli Romanæ Curiæ, vt patet ex inſtrumento à nobis relato hoc eodem cap. q. 3. in illis verbis. *Quæ Dominus Petrus ab eodem Domino Paulo præſente in mei Notarij,&c.* Etenim ſtante traditione

tione dictæ pecuniæ, facta officiali, illius dominium in eum ſtatim fuit translatum vt in l. traditionibus, C. de pact. & §. per traditionem, in Inſtit. de rer. diuiſ. quod vi formæ prædictæ, conſuetudinis, ac ſtyli Curiæ expoſtulatur. Quòd deinde officialis ipſe pecuniam acceptam mox reſtituat ſocio, id non attenditur: quia per talem pecuniæ reſtitutionem nos ſupponimus, dictum officialem nullum grauamen, nec iniuſtitiam fuiſſe paſſum: ſed dictam pecuniam ex alia cauſa fuiſſe ſocio debitam. Confirmatur, quia nos videmus, paſſim id ſeruari per contrahentes non ſolùm in huiuſmodi ſocietatibus; ſed etiam in contractu cenſus: ergò prędictus contractus eſt licitus; quia iuſtitia contractus præſumitur ex conſuetudine contrahentium, vt in l. quid ſit fugitiuus, §. apud Labeonem, ff. de edil. edic.

His tamen non obſtantibus, oppoſitā ſententiam arbitror eſſe veriorem. Pro-
2 batur, quoniam ex vi conſuetudinis Vrbis, & ſtili Romanæ Curiæ fuit inductum, vt numeratio pecuniæ fiat officiali corā Notario, & teſtibus vt dominium pecuniæ transferatur in officialem, ita vt ipſius efficiatur verus dominus. At in caſu, de quo agitur, qui ſoluit pecuniam officiali præuio pacto, vt ſoluta mox ſibi reddatur, non dicitur transferre illius dominium in officialem: ſiquidem non dicitur ſoluere, qui ita pecuniam ſoluit, vt mox ſibi reddatur, vt in l. qui ſic ſoluit, ff. ſolut. ergo ſi officialis acceptam pecuniam mox reſtituat, contractus ſocietatis efficitur irritus. Confirmatur hæc eadem ſententia ex iis, quæ tradita ſunt à Bocc. de cenſib. p. 1. num. 5. & 44. & p. 3. num. 21. & 57. Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 10. de cenſib. cap. 8. q. 1. Cenc. eod. tract. p. 2. cap. 1. q. 1. ar. 7. num. 26. & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 35. cap. 3. q. 2. & ex
3 aliis aſſerentibus inualidum eſſe contractum cenſualem, in quo emptor cenſus ſoluit pretium coram Notario, & teſtibus iuxta formam traditam per extrau. Pii V de cenſib. ea lege, vt pretium illud ſoluenti mox reddatur. Imò alii contractus eo ipſo declarantur nulli, cùm conſtat de conuentione facta ante inſtrumenti celebrationem, de ſtatim reſtituendo pretio, vt per Aret. in Inſt. de liter. obligat. §. 1. num. 10. Bertaz. tract. de clauſ. inſtrum. clau. 34. Glos. 8. ad fin. verſ. Non reprobatur: Et Cenc. loco citato. Quòd ſi hæc vera ſunt in cenſus contractu, & in aliis contractibus, erunt etiam vera in contractu ſocietatis officiorum, cùm militet eadem ratio, arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum habeat non ſolùm in ſocio ſoluente of-
4 ficiali pecuniam, præuia conuentione, vt mox ſibi reddatur; ſed etiam in tertio, qui ſocij nomine pecuniam ſoluit ſub eo pacto: quia in vtroque caſu ficta, & non vera dicitur ſolutio, nec talis pecuniæ dominium transfertur in accipientem, vt in d. l. qui ſic ſoluit, ff. de ſolut. & in terminis cenſus ſoluti ſub eadē lege probat Azor. loco citato, verſ. Sed quid addendum.

Secundò ampliatur eadem concluſio, vt non ſolùm ſocietas officiorum redda-
5 tur inualida, ſi conſtet de conuentione prius inita de reſtituenda pecunia per officialem accepta: verùm etiam ſi de huiuſmodi conuentione pręuia non conſtet; ſed tantùm fuerit probatum, pecuniam ab ipſo officiali acceptam mox ſoluenti fuiſſe reſtitutam. Etenim quāuis alij contractus non aliter reddantur inutiles, niſi probetur, prædictam conuentionem præceſſiſſe, vt ſupra oſtendimus; in hoc tamen contractu, in quo ex vi Vrbis conſuetudinis, ac Curiæ ſtyli requiritur pro forma pecuniæ numeratio coram notario, & teſtibus, & quòd pecunia efficiatur officialis eam recipientis, cenſetur nullus contractus, etiam ſi talis conuentio non probetur, vt patet ex cumulatis per Bertaz. de clauſ. inſtrum. clauſ. 34. Gloſ. 8. num. 3. & alios apud Cenc. d. ar. 7. num. 26. qui hoc ipſum locum habere in contractu cenſus oſtendit, quo ſit ſolutio pretii mox recipiendi, & non conſtat de pręuia conuentione.

Sic ampliata limitatur ipſa concluſio, vt ita demum locum ſibi vendicet, ſi pe-
6 cunia ſoluta officiali mox repetatur, pręuio pacto de ea mox reſtituenda: ſecus autem ſi huiuſmodi pactum non præcedat, & pecunia officiali realiter fuerit tradita: ſiquidem eo caſu, licèt deinde, completo contractu, mox fuerit repetita in ſatiſfactionem veri, ac realis debiti ex alia cauſa; contractus tamen nō redditur inualidus: eo quòd diſpoſitio d. l. qui ſic ſoluit, ff. de ſolut. habet locum vbi pręceſſerit pactū de pecunia accepta mox reſtituenda, vt ibi habetur per Doctores.

Digitized by Google

Etenim quando nullum præcedit pactū. Officialis, qui pecuniam recepit, remanet liber ad eam mox reſtituendam, vel poſt aliquod tempus. Quòd ſi hæc vera ſunt in ſocio, ſunt etiam vera in tertio ſoluente pecuniam nomine ſocii, iuxta ea, quæ habentur ex Azor. loco citato in fin. In dubio tamen ſemper præſumitur, dictam conuentionem præceſſiſſe, niſi contrarium probetur: quæ quidem probatio cùm ſit negatiua eſt difficilis probationis. Eſt tamen verum quòd in dubio huiuſmodi conuentio non præſumitur in illis contractibus, in quibus numeratio pecuniæ coram notario, & teſtibus, &c. non eſt de forma contractus: & propterea in contractu cenſuali vitalitio, aut perpetuo irredimibili, vel in contractu libellario, & in aliis ſimilibus dicta conuentio non præſumitur; & propterea non reſcinduntur, niſi talis conuentio fuerit legitimè probata, vt patet ex Cenc. d. ar. 7. ſub. num. 25. & ex iis, quæ diximus in noſtris commentar. ad extrau. Pii V. de cenſib. §. 2. q. num. 7. 8. & 9.

Secundò limitatur prędicta concluſio, vt licèt quoad forum exterius irritus ſit
7 contractus ſocietatis officiorum, in quo fuerit ſoluta pecunia officiali, præuio pacto, vt mox ſoluenti reddatur; nihilominus quoad forum conſcientiæ, ſi pecunia ſoluta officiali, præuio dicto pacto, mox fuerit ſoluenti in ſatisfactionem debiti, quod ipſe officialis verè, ac realiter debebat, validus erit contractus. Etenim cùm dicta Vrbis conſuetudo, & Curiæ Romanæ ſtylus numerationem pecuniæ induxerint coram Notario, & teſtibus faciendam ad euitandas iniuſtitias, & fraudes, quæ in huiuſmodi contractibus fieri ſolent à contrahentibus; atque adeò conſuetudo, & ſtylus fundantur in præſumptione fraudis; in foro conſcientiæ ceſſat præſumptio, & attenditur veritas, vt patet ex iis: quæ habentur ex Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 35. cap. 3 q. 3. num. 314. & q. 2. num. 309. quibus adde ea, quæ cumulauimus in noſtris commentar. ad extrau. Pii V. de cenſibus §. 2. q. 3. num. 1. & 2.

Reſtat modo vt ad contraria reſpondeamus.

Ad primum negatur aſſumptum: ſiquidem, ſtante pacto de pecunia mox reſtituenda, non eſt facta pecuniæ verè ſolutio, nec eiuſdem dominij translatio in officialem, vt ſupra diximus, per tex. in l. qui ſic ſoluit, ff. de ſolut.

Ad confirmationem dicimus, quòd quicquid ſit de dicta conſuetudine, ac praxi, quamuis in foro conſcientiæ tolerari poſſit, ſi nullus concurrat dolus, nec iniuſtitia; in foro tamen exteriori vi Vrbis conſuetudinis, & Curiæ Rom. ſtyli contractus eſt nullus, ac inualidus, vt de contractu cenſus latè diximus in ſupra relatis commentar. §. 2. q. 3.

An ad validitatem contractus ſocietatis officiorum, ſolutio pecuniæ debeat fieri officiali dumtaxat, & non alteri eius nomine. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ ſolutio in contractu ſocietatis ſatis eſt ſi fiat officiali, vel alteri eius nomine.*

2 *Pretii cenſus ſolutio ſatis eſt ſi fiat in propriis manibus venditoris cenſus, ſiue de eius mandato alteri.*

Ad hanc quæſtionem reſpondetur breuiter ſatis eſſe ſi pecuniæ ſolu-
1 tio fiat officiali, vel alteri eius nomine. Etenim ſolutio pretii cenſus, quæ per extrau. Pii V. præcipitur fieri coram Notario, & teſtibus, & in actu celebratio-
2 nis inſtrumenti, ſatis eſt ſi ſolutio fiat in propriis manibus venditoris cenſus, ſiuè de eius mandato, & commiſſione in manu alterius, nempè Campſoris, qui conſtituat creditorem in d. pretio ipſum cenſus venditorem, aut alicuius mercatoris, vt habetur ex Cenc. de cenſib. p. 2, cap. 1. q. 1. ar. 7. num. 22. & extat deciſio 133. num. 12. Rotæ Rom. poſt eiuſdem Cenc. tract. & poſt noſtra Commentar. in d. extrau. Pii V. de cenſib. impreſſa, in vna Bononienſ. cenſ. 19. Octobr. 1598. coram b.m. Penia. Quòd ſi hæc vera sūt de ſolu-

de ſolutione pretii cenſus, idem dicendũ eſt de ſolutione pecuniæ facienda officiali in ſocietate officiorum, cùm militet eadem ratio, arg. tex. in l. illud. ff. ad leg. Aquil. Idem dicendum eſt ſi ſoluto pecuniæ fiat in manu eius, qui eſt officialis creditor: ſiquidem eodem modo rectè fieri poteſt ſolutio pretii cenſus, vt habetur ex Cenc. loco citato, num. 23. & nos adnotauimus in d. commentar. §. 2. q. 4.

An ſi pecunia numeretur in abſentia Notarij: & deinde numerata tradatur offficiali coram eodem in actu celebrationis inſtrumento ſocietatis officiorum, cenſeatur Vrbis conſuetudini, & Romanæ Curiæ ſtylo ſatisfactum. Q. 5.

S V M M A R I V M.

1 *Forma ſi ommittatur in aliquo actu, actus ipſe vitiatur.*

2 *Pecuniam in ſocietate ſolui coram Notario, &c. cur fuit inductum ex conſuetudine Vrbis.*

3 *Pretium cenſus ſi numeretur in abſentia Notarij, & teſtium: & deinde ita numeratum tradatur venditori coram eiſdem in actu celebrationis inſtrumenti Pianæ conſtitutioni non cenſetur ſatiſfactum.*

4 *Societas, in qua pecunia numeratur in abſentia Notarij, & deinde numerata traditur officiali coram Notario, &c. eſt valida, & Vrbis conſuetudini, ac Curiæ ſtylo cenſetur ſatisfactum*

5 *Societatis officiorum contractus licèt dicatur perfectus cùm ſubſequitur ratificatio, & pecuniarum effectualis numeratio; contractus tamen ſemper ferè ſtipulatur abſente creditore.*

6 *Pretium cenſus licet vi Pianæ conſt. præcipiatur ſolui in pecunia numerata corã Notario, &c. vſus tamen ſe habet, vt ſoluatur coram teſtibus, & Notario, non autem quòd pecunia numeretur corã illis*

7 *Societates in Vrbe communiter contrahuntur, in quibus ſatis eſt, ſi officialis cõfiteatur pecunias recepiſſe.*

8 *Fortunæ omiſſio in re leui non vitiat actũ.*

9 *Societates hodie pauci ſunt, qui cõtrahãt pecuniam præſenti.*

10 *Pretium cenſus licèt ex Piana præcipiatur numerari coram Notario, & teſtibus non tamen id præcipitur in ſocietatibus officiorum.*

IN hac difficultate videtur negatiuè
reſpondendum eſſe, atque adeò ſi pe-
cunia numeretur in abſentia Notarii, &
1 deinde numerata traditur officiali corã
eodem Notario in actu celebrationis in-
ſtrumenti ſocietatis officiorum, non cen-
ſetur ſatisfactum conſuetudini, ac ſtylo,
de quibus agitur. Probatur, quoniam
vi dictæ conſuetudinis, ſeù ſtyli pro for-
ma requiritur numeratio pecuniæ faci-
enda officiali coram Notario, vt patet ex
illis inſtrumenti verbis, *In qua ſocietate
D. Paulus poſuit ſcuta* 200. *in aureo, quæ
Dominus Petrus ab eodem Domino Paulo
præſente in mei Notarii, &c. præſentia in
prompta, ac numerata pecunia recipit, &
ad ſe traxit, &c.* Ergo ſi pecunia nume-
retur in abſentia Notarij, & deinde nu-
merata tradatur Officiali coram eodem
Notario in actu celebrationis inſtrumẽ-
ti, non dicitur ſeruata forma inducta à
dictis Vrbis conſuetudine, et Curiæ Rom.
ſtylo, eiuſdemque minimè ſatisfactum;
atque adeò nullus erit ſocietatis huiuſ-
modi contractus: Siquidem ea, quę pro
forma tradita ſunt contractui, ſi omit-
tantur vitiant contractum; nam forma
debet ad vnguem, & præcisè ſeruari, l.
qui per ſalutem, ff. de iureiur. Doctor. in
l. 1. ff. de liber. & poſthum. Alex. conſ.
42. num. 16. lib. 1. & Riminal. Senenſ.
conſ. 180. num. 4. Vndè formæ omiſſio,
etiam in qualitate, ac in minima parte
vitiat actum, Bart. Imol. & alij in d. l. 1.
ff. de liber. & poſthum. Butr. in c. fin. in 7.
not. de teſtit. ſpoliat. & Dec. in c. pruden-
tiam, in 4. not. de offic. delegat. Etenim
forma indiuidua eſt, & diuino corrumpit
Dec. conſ. 12. num. 30. lib. 1. & Brun. in
tract. de form. dicentes, quod in ijs, quæ
ſunt de forma ſi recedatur à parte rece-
ditur à toto.

Confirmatur, quoniã ab Vrbis conſue-
2 tudine, & Stylo Curię nõ alia ratione fuit
inductum, vt pecunia tradenda officiali
numeretur eidẽ corã Not. &c. niſi ad ob-
uiandã fraudibus, ac iniuſtitiis, quæ cõ-
mitti ſolent à cõtrahẽtibus in huiuſmodi

 ſocietatem

Digitized by Google

ſocieratem contractibus. Sæpè ſepius
enim videnres aliqui, officiales pecuniæ
indigenria preſſos, cum eiſdem officio-
rum ſocietates contrahunt, eoſdem com-
pellentes partem prerij in pecunia per-
cipere, & partem in mercibus, quibus
non indigent, ſupra iuſtum pretium ip-
ſis vendins. Imò inrerdum cogunt ipſos
officiales percipere aliquā pecuniæ par-
rem, & deinde reliquum pecuniæ ſoluunt
per parres remporis decurſu: quæ quidē
omnia iniquiſsima ſunr, vt ait Molin. de
conrr. diſp. 390. ſub num. 2. Cui iniquita-
ri ſufficienrer obuiarur per numerario-
nem pecuniæ; ac eiuſdem traditionem
coram norario in actu celebrationis in-
ſtrumenti.

Denique probatur eadem ſententia
3 ex ijs, quæ nos adnotauimus in noſtris
commentar. ad extrauag. Pij V. de cēſib.
§. 2. q. 5. dum oſtendimus, quòd pretium
cenſus ſi numeretur in abſenria Nota-
rij, & teſtium: & deinde ita numerarum
rradatur vendirori coram eiſdem in actu
celebrarionis inſtrumenti, non cenſerur
dictæ Pij V. extrauag. ſariſfactum, exigē-
ri ſolutionem prerij cenſus in pecunia
numerara coram notario, & teſtibus, in
ipſo actu celebrationis inſtrumenri: & id
concluſimus per rationes ſupra relaras:
ergò idem dicendum eſt in caſu, de quo
agitur, cùm milirer eadem ratio, arg. rex.
in l. illud, ff. ad leg. Aquil.

His remen non obſtantibus, contrariū
4 puto verius. Probarur hæc ſenrentia, pri-
mò ex ſupradictis inſtrumenri verbis,
*In qua ſocietate Dominus Paulus poſuit
ſcuta 200. in auro, quæ Dominus Petrus ab
eodem Domino Paulo præſente in mei no-
tary præſentia in prompta, ac numerata pe-
cunia recepit, & ad ſe traxit.* Vndè ex vi
formæ dicti inſtrumenti, quod ſuper hu-
iuſmodi contractibus ex communi Vr-
bis conſuetudine, & Curiæ ſtylo celebra-
tur, non exigirur, vt pecunia coram No-
tario numeretur; ſed ſaris eſt ſi prius fue-
rir numerata ob illa verba *in prompta, ac
numerata pecunia, &c.* Secundò probа-
tur ex ijs, quæ habenrur ex Tiber. in
ſua prax. lib. 1. cap. 14. num. 1. quem re-
ferr, & ſequitur Zacch. in tract. de ſocier.
offic. ſub num. 169. cum plur. ſeq. dum
ait, quòd licèt huiuſmodi contractus
5 tunc dicarur perfectus ſi ſequatur ratifi-
cario, & pecuniarum effectualis numera-
rio; nihilominus teſtatur quod ferè ſem-
per iſte contractus ſtipulatur, abſente
creditore; atque adeò non exburſantur
pecuniæ in actu ſtipularionis; ex quo
prius accedere debenr fideiuſſores om-
nes. Hanc eandem opinionem renet Ga-
br. conſ. 81. dum air, contractum iſtum
non exigere rem præſenrem, & pecuniā
ſolurioni paratam. Et ita fuit deciſum
per Rotam Rom. deciſ. 1. poſt Zacch.
tract. impreſſa, in vna Romana ſocieta-
tis, 2. April. 1601. coram R.P.D. Iuſto,
quam referr idem Zacch. loco citato,
num. 172. & per eam loquentem de ſocie-
tate officiorum, fuit reſolutum, quòd ſe-
quuto conſenſu vtriuſque ſocij ſociera-
tis contractus perfectus dicitur, & ini-
tium ſumit à primæuo conſenſu, quamuis
confeſsio de recepto eſſet ſub ſpe effe-
ctualis numerationis: nec conſenſus re-
mouetur, vel ſuſpenditur, ſi reſtat adim-
plendum aliquod pactum in hoc contra-
ctu, ſaltem reſpectu dandis pecunias.

Adde, quòd licèt vi extrauag. Pij V. de
6 cenſib. præcipiatur, vr numerario pretii
cenſus fiat coram notario, & teſtibus; ni-
hilominus Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib.
10. de cenſib. cap. 8. q. vlt. in fin. reſtatur,
quòd vſus ſolùm habet, vt pretium ſo-
luatur coram reſtibus, & notario; non
aurem quòd pecunia, quæ ſoluitur nu-
meretur coram illis. Imò Molina de con-
tract. diſp. 390. ſub num. 2. verſ. Illud ad-
monuerim, ait, quòd paucisſimi ſunt,
qui dictam extrauag. quaod hanc clauſu-
lam ſeruent. Quòd ſi hæc vera ſunt, ac
procedunt in ſolutione prerii cenſus, ex
paritare rationis vera quoque iudican-
da, ac locum ſibi vendicare in caſu, de
quo agirur, recta rario ſuadet: nam dato,
& non conceſſo, quòd numerario pecu-
niæ officiali facienda, eſſet pro forma in-
ducta à ſupradicta Vrbis conſuerudine,
ac Rom. Curiæ ſtylo; ſi ramen officiali
pecunia tradarur numerata in abſenria
notarii, hæc eſſet leuiſsima tranſgreſsio:
at omiſsionem leuem ad formam daram
pertinentem, non viriare actum, non nul-
li volunt probabiliorem eſſe ſententiam,
vt haberur ex Molin. de Iuſt. & iur. tom.
1. diſp. 218. & de contract. diſp. 390. ſub
num. 2. verſ. illud poſtremo, poſt Valaſc.
Bart. & alios. Er hæc eſt rario, quòd in
Vrbe communiter contrahuntur ſocie-
7 tates, in quibus ſatis eſt, ſi officialis con-
fitearur pecunias recepiſſe, vt pater ex
forma contrahendi eas à nobis ad ver-
bum relata, hoc eodem cap. 5. §. 1. q. 5. in
reſponſ. ad primum, verſ. Dec. 19. Apri-
lis. &

lis.& infra quæſt.6.concl.4. latius dicemus.

Reſtat modo, vt contraria ſoluantur.

1 AD primum negatur antecedens, vt patet ex prima ratione allata ad probationem noſtræ ſententiæ, dum verba, ſupra relati inſtrumenti quoad hanc clauſulam declarauimus, Secundò reſpôdetur, quòd eſtò quòd numeratio pecuniæ coram notario,&c. eſſet inducta pro forma ex vi dictæ conſuetudinis, ac Curiæ Romanæ ſtyli; nihilominus cùm omiſsio dictæ numerationis coram notario ſit leuis, non vitiat actum, vt ſupra diximus.

Ad ſecundum cõcedimus antecedẽs:
9 verũ quia hæc ſolemnitas propter eius difficultatem à paucis impletur, nec vi dictæ conſuetudinis pro forma contractus exigitur, ſi omittatur, non vitiatur contractus: eo maximè qui hodie pauci ſunt, qui pecunia præſenti ſocietates officiorum contrahunt, vt ſupra oſtendimus.

Ad tertiũ dicimus, quòd in extrauag.
10 Pij V. de cenſib. pro forma præcipitur, vt numeratio pretij cenſus fiat coram notario, & teſtibus: at numeratio pecuniæ coram notario facienda officiali nõ præcipitur pro forma vi Vrbis conſuetudinis: & eſtò quòd præciperetur eſt leuis tranſgreſsio, quæ non vitiat contractum: & ſi nos non negemus, quòd melius eſſet ad obuiandum fraudibus, ſi pecunia numeranda eſſet in actu celebrationis inſtrumenti, vt ait Zacch. loco citato, num.174.

An ſocietas officiorum contrahi poſsit ex pecunia ab officiali ante debita. Q. VI.

SVMMARIVM.

1 *Societas officiorum attenta eius natura, & quoad forum internus licitè contrahi poteſt pecunia debita.*

2 *Lex fundata in præſumptione non obligat in conſcientia.*

3 *Societas officiorum vt contrahi poſsit pecunia ante debita quas conditiones exigat.*

4 *Societas officiorum extra Vrbem contrahi poteſt pecunia ante debita, & valida, erit etiam quoad forum exterius.*

5 *Societas officiorum pecunia ante debita extra Vrbem contracta, eſt valida ſiue contracta fuerit ſuper officiis Eccleſiaſticis, ſiue ſæcularibus.*

6 *Bulla Paul. IV. de ſocietatibus fuit omnino reuocata per Bull. Pii. IV.*

7 *Piana conſtitutio de ſocietatibus officiorum, an fuerit publicata.*

8 *Societates officiorum, attentis Vrbis conſuetudine, & ſtylo Curiæ Rom. non poſſe contrahi pecunia ante debita, probabiliter eſt dicendum.*

9 *Societates officiorum cur pecunia numerata contrahi, fuerit Vrbis conſuetudine, & Rom. Curiæ ſtylo introductum.*

10 *Societas officiorum cùm contrahitur pecunia ante debita non datur pro ea actio in iudicio vi antiquiſsimæ Vrbis conſuetudinis.*

11 *Cenſualis contractus pecunia ante debita celebratus vi extranag. Pii V. eſt inualidus.*

12 *Pœna inualidationis contractus à lege conſtituta, non habet locum, niſi poſt latam ſententiam.*

13 *Societates officiorum pecunia ante debita in Vrbe contractas, validas eſſe probabiliter quoque eſt dicendum.*

14 *Pecunia ante debita ſi quis velit ſocietatem officiorum contrahere, ſatis eſt ſi officialis debitor confiteatur pecuniã receptiſſe.*

15 *Contractus peccans in forma quoad leuem omiſsionem, non ob id irritatur.*

16 *Argumentum de contractu ad ſententiã, & è contra in iure eſt validum.*

HAec controuerſia poteſt diſputari dupliciter. Primo attenta ſola natura ſocietatis officiorum, ſeclufis Vrbis conſuetudine, & Romanæ Curiæ ſtylo contrahendi huiuſmodi ſocietates in pecunia numerata coram notario, & teſtibus,&c. atque adeò quoad forum internum. Secundò diſputari poteſt, attentis dictis conſuetudine, ac ſtylo, & ſic quoad forum externum. His adnotatis, ſit

Prima

Prima concluſio.

CErtum eſt attenta natura contra-
1 ctus ſocietatis officiorum, atque adeò quoad forum interius licitè contrahi poſſe ſocietatem officiorum in pecunia ante debita. Hæc concluſio eſt cõmunis,& tenet eam Boccac. in ſuo tract. de ſocietate offic.num.68.Filliuc. tom.2. qq.moral.tract.38. cap.6.q.5. num.118. & alij. Probatur primò, quoniam apud Deum idem eſt ſolui centum officiali: ac verè deberi ab illo, & eum habere illa, pro ſolutis. Secundò probatur ex eo, quòd Vrbis conſuetudo induxit in huiuſmodi ſocietatum contractibus numerationem pecuniæ coram Notario,& teſtibus, fundata in præſumptione iniuſtitiæ, ac fraudis, atque ideò præſumitur, ſocietatem non conſtitui ex pecunia verè debita: Vndè ſi pecunia eſt verè,ac integrè debita,& ceſſat omnis fraus, ac iniuſtitia, vt ſupponimus, validus eſt contractus in foro conſcientiæ:ſiquidem lex
2 fundata in præſumptione non obligat in conſcientiæ quando præſumptio veritati non eſt conformis, & contrarium eius,quod præſumitur eſt coram Deo,vt in c. is qui & c. tua, & ibi Doctor. de ſponſal. Hinc eſt, quod Bulla Pii V. de camb. quæ prohibet pacta de lucro ceſſante, non ſeruatur in foro conſcientiæ, ſi lucrum verè ceſſat campſori:& id non alia ratione, niſi quòd lex illa fundatur in præſumptione fraudis, vt habetur ex Nauar.in Man.cap.17. num. 301. aliàs num.283. litt. M. Tertiò probatur quia ſi quoad forum interius inualida eſſet ſocietas contracta ex pecunia antea debita, atque ideò eſſet contra legem Diuinam,ac naturalem; id eſſet vel ratione vſuræ palliatæ, vel ratione alterius iniuſtitiæ,ac iniquitatis in ea contentæ.Non poteſt dici primum: quia pro pecunia antea debita nihil exigit ſocius ratione mutui,ſeù dilatæ ſolutionis; ſed verum iuſtumque debitum cõfert ſocietati prædictæ,quod non minus valet,quia illi creditum, eſt, quàm ſi tunc actu numerata pecunia daretur. Nec poteſt dici ſecundum:nam cùm debitum illud ſit verum, & iuſtè contractum; quòd fuerit anticipatum nullam continet iniquitatem, vel iniuſtitiam:non igitur ſocietatis contractus ex pecunia antea debita celebratus, eſt irritus,ac contra legem naturalem,& Diuinam; ſed attenta ſocietatis natura eſt licitus. Denique probatur eadem cõcluſio ex ijs,quæ adnotauimus in noſtris commentar. ad extrauag. Pij V. de cenſib.§.2.q.8.ſub num.11.vbi ex Nauar.in c.ſi fœneraueris, num.88.& 121. 14.q.3. Salon.de contract. & commerc. human. art.3.de cenſib.contr.8.num.3.& ex aliis, oſtendimus, quod attenta natura contractus cenſualis; quoad forum interius licitè conſtituitur cenſus ex pecunia antea debita, non obſtante dicta extrauag. Pij V. quæ pro forma exigit in illo contractu, vt ſolutio pretii fiat in pecunia numerata coram notario,& teſtibus, &c. Ergò idem dicendum eſt de ſocietate officiorum,vt attenta eius natura coiri poſsit in pecunia antea debita, quamuis vi dictæ Vrbis conſuetudinis, ac ſtyli contrahi non poſsit niſi in pecunia numerata coram notario, &c. cùm militet eadem ratio,arg.tex.in l.illud, ff. ad leg.Aquil.

Eſt tamen verum, quòd ad hoc,vt cõ-
3 clnſio ipſa locum habeat, quatuor debent concurrere. Primò, vt debitum, de quo agitur verum ſit, & iuſtè contractũ per officialem,ac integrum,& commenſuratum fructibus ſocietatis, iuxta ea, quæ habentur ex Salon.de contract.art. 3.de cenſib.contr.8.ſub num. 3.Secundò requiritur,vt chyrographum,ſeu inſtrumentum prædicti debiti per officialem contracti omninò deleatur, ſtante ſocietate contracta in illo debito: ſecus autẽ ſi prioris debiti contractus non fuerit caſſatus; quia tunc huiuſmodi ſocietas nec in foro quidem interiori ſubſiſteret, vt rectè probat Boccac. de ſociet. offic. num.68.circa fin. num. 192. & ſeq. Tertiò expoſtulatur, vt officialis ſit ſoluendo; verum commodior illi ſit pro pecunia debita coire ſocietatem ſuper eius officio, quàm aliàs res ſuas diſtrahere cum maiori diſpendio: aliàs ſi ſoluendo non eſſet, ita vt à ſolutione debiti excuſatus eſſet in foro ſaltem conſcientiæ, & id conſtaret ſocio creditori, tunc talis contractus non eſſet iuſtus: quia virtualiter eſſet exigere intereſſe ab ipſo officiali pro pecunia debita,ad quod non tenetur: ſiquidem cùm ſit impotens,excuſatur à ſolutione debiti pro eo tempore,vt in terminis ſolutionis pretij cenſus ex pecunia antea debita,habetur ex Filliuc. tom.2.qq.moral. par.2. tract.35. cap.3. q.2.

Digitized by Google

q. 2. num. 309. Quartò requiritur, vt nulla vis, nulla fraus interueniat pro celebrando huiuſmodi ſocietatis contractu; ſed cùm creditor, adueniente ſolutionis tempore, vellet debitum in pecunia ſibi tradi, officialis eius debitoris gratia contentatur in pecunia ipſa ſibi debita ſocietatem contrahere, vt de pretio cenſus pecunia antea debita docet Salon. loco citato. Vbi rectè quoque reiicit opinionem eorum, qui volunt inſuper eo caſu, vt creditor habeat in animo, pecunia illa, ſi à debitore ſuorum accepiſſet cenſũ emere:& propterea hanc eandem conditionem reiicimus quoque in caſu, de quo agitur, vt non ſit neceſſe pro contrahenda huiuſmodi ſocietate, vt creditor intentionem habeat, pecunia illa, ſi ab officiali eius debitore, conſequutus fuiſſet, ſocietatem contrahendi. Siquidem conditio iſta non tantùm reſpicit iuſtitiam contractus, quàm intereſſe lucri ceſſantis, vt quia detineat apud ſe debitor pecuniam, ex qua ſocietatem contraxiſſet: & propterea non eſt neceſſaria, cùm id non quæratur, an ratione lucri ceſſantis poſſit creditor à debitore moroſo intereſſe conſequi; ſed tantùm an ex pecunia antea debita licita ſit in foro conſcientiæ officiorum ſocietas.

Secunda Concluſio.

4 NOn ſolùm quoad forum interius; ſed etiam quoad forum exterius extra Vrbem valida eſt ſocietas officiorum contracta ex pecunia antea debita. Probatur, quoniam, attenta natura ſocietatis officiorum, non pugnat eam coiri in pecunia debita, vt oſtendimus ſupra concluſione præcedenti:& extra Vrbem non adeſt conſuetudo, nec ius aliquod, quibus prohibeatur ſocietas coiri ſuper officiis pecunia antea debita: ergò extra Vrbem valida eſt ſocietas officiorum inita in pecunia antea debita, non ſolùm quoad forum interius,& ſic in foro conſcientiæ; ſed etiam quoad forum exterius: ſiquidem omnia licita ſunt, quæ prohibita non reperiuntur, l. nec non, §. quod eis, ff. ex quib. cauſ. maior. l. ab ea parte, de probat.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum
5 habeat extra Vrbem, ſiue ſocietas contracta ſit ſuper officiis Eccleſiaſticis; ſiuè ſæcularibus, nempè Regiis, aut aliorum Principum, & Ciuitatum liberarum: etenim attenta natura ſocietatis officiorũ, cùm contrahi poſsit in pecunia antea debita, & non adſit prohibitio extra Vrbem contrahendi ſocietates ſuper officiis; non poteſt aſsignari diuerſitatis ratio, cur quoad forum exterius non poſſint huiuſmodi ſocietates contrahi ſuper officiis Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus; aut è contra, cùm in vtroque caſu militet eadem ratio, arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil. Nec eſt conditio neceſſaria ad intrinſecam rationem contractus, vt ſocietates non fiant in aliis officiis, quàm Romanæ Curiæ, & ideò poſſunt ſocietates coiri ſuper officiis Regiis, & aliis officiis ſæcularibus,& Eccleſiaſticis, vt per Tolet. lib. 5. ſuæ ſum. cap. 40. verſ. Prima eſt.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd vigore
6 Bullæ Paul. IV. quam ſupra ad verb. retulimus ante q. 1. huius c. ad contrahendas huiuſmodi ſocietates duæ conditiones exiguntur: quarum prima eſt, vt non admittantur ſocii vltra medietatem pretii officiorum:& ſecunda, vt tales ſocietates coiri nequeant ſuper aliis officiis, quàm Romanæ Curiæ; quoniam reſpondetur, quòd Bulla illa Paul. IV. fuit omninò reuocata per Bullam Pii IV. quam loco ſupra citato quoque retulimus, in illis verbis, *Motu ſimili, ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine dictam conſtitutionem per dictum Paul. IV. vt præmittitur factam cum omnibus in ea appoſitis clauſulis, cuius tenor, ac ſi de verbo ad verbum inſereretur pro expreſſis haberi volumus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac pro caſſatis, irritis, & annullatis haberi volumus, illamque viribus tempore futuro penitus euacua-*
7 *mus, &c.* Nec obſtat id quod aliqui dicunt de dicta Bulla Pii IV. nempè, quòd non fuerit publicata, propter quod cùm vim non habeat, remanet in ſuo robore Bulla Paul. IV. quoniam reſpondetur, quòd licèt non appareat publicata; nihilominus ſi publicatio neceſſaria eſt in conſtitutionibus motu proprio emanatis, dictæ Bullæ publicatio eſt valdè veriſimilis, cùm reperiatur regiſtrata in Secretaria Apoſtolica, impreſſa ab impreſſoribus Cameralibus, publicè vendita, in Bullario inſerta, & vſque ad hanc diem ſemper allegata in deciſione cauſarum citra cõtradictionem aliquam. Imò in Pontificatu Paul. IV. expediebantur ſuper

per

per huiuſmodi ſocietatibus ſupplicationes, quæ vigore illius Bullæ erant neceſſariæ, & poſt prædictam conſtitutionem Pii IV. non fuerunt amplius expeditæ iuxta formam ipſius conſtitutionis: & ſocietates fuerunt contractæ vltra medietatem valoris officii, contra Paul. IV. decretum. ac determinationem, propter quod Rota Rom. deciſ. 28. num. 5. & 6. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. reſoluit, prædictam Bullam fuiſſe omninò publicatam.

Tertia Concluſio.

8 Attenta Vrbis conſuetudine, & attento Curiæ ſtylo contrahendi ſocietates officiorum in pecunia numerata coram Notario in ipſo actu celebrationis inſtrumenti, arbitror quoad forũ exterius de iuris rigore ſocietatẽ officiorũ cõtrahi nõ poſſe pecunia ante debita. Hæc concluſio eſt Boccac. in ſuo tract. de ſociet. offic. num. 64. cum plur. ſeq. qui figurando caſum, exemplum ponit de eo, qui vendidit Titio officiali veſtem 100. aureis, & pro eis ſibi ſoluendis cedulam priuatam accepit. Et quoniam idem officialis ſocietatem poſtea contraxit ſuper eius officio cum eodem veſtis venditore, pretium illud ex vtriuſque contrahentis conſenſu ſibi retinuit, cum obligatione ſoluendi ad rationem 12. pro quolibet centenario, ſingulis annis, pro ſex menſibus futuris, & deinde ad beneplacitum, &c. & tandem concludit huiuſmodi ſocietatem non ſubſiſtere: quia non celebratur in pecunia numerata, prout exigitur vigore antiquiſſimæ Vrbis conſuetudinis, ac Curiæ ſtyli. *I*dẽ docent Caſtrac. eod. tract. cap. 7. ſub nu. 14. Azor. par. 3. *I*nſtit. moral. lib. 9. de ſociet. c. 10. q. 1. verſ. Quæres. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 5. nu. 117. & ſeq. & alii. *P*robatur hæc ipſa concluſio pluribus rationibus. *P*rimò, quia debitum ex vna cauſa non poteſt conuerti in aliam vbi pecunia requiritur ſolutioni parata, vt per Corn. conſ. 241. col. fin. relatum à Caſtrac. loco citato: at in ſocietatibus officiorum vi dictæ conſuetudinis pro forma exigitur pecunia, & pecunia præſens, ac numerata, vt habetur ex Boccac. in fine proœm. dict. tract. non ergo ſocietas officiorum poteſt contrahi in pecunia ante debita.

Secundò, quoniam vi conſuetudinis
9 prædictæ in Vrbe non alia ratione fuit inductum, vt ſocietates officiorum fierẽt in pecunia numerata &c. niſi ad euitandas fraudes, & ſimulatas ſolutiones, & nec pateat aditus vſuræ: atque adeò conſuetudo ipſa fundatur ſuper præſumptione iniuſtitiæ, ac fraudis, vt ſupra oſtendimus, concl. 1. ergo ſocietates huiuſmodi coiri nequeunt in pecunia ante debita ſaltem citra præſumptionem quoad forum exterius iniuſtitiæ, ac fraudis. Hac eadem ratione cenſus vi extrauag. Pii V. de cenſibus, non poſſunt creari, niſi eorum pretium ſoluatur in pecunia numerata coram notario, &c. ad euitandas ſcilicet fraudes, ac ſimulatas ſolutiones in perniciem Populorum: & ne in eorundem perniciem de facili currant homines ad celebrandos huiuſmodi cõtractus adeò fraudis, ac iniuſtitiæ ſuſpectos: vt extat Rotæ Rom. deciſ. 103. & 126. poſt noſtra Commentar. in dictam *P*ij V. extrauag. & in ſpecie, quòd pecunia ante debita cenſualis contractus celebrari non poſſit tenent Molin. de contract. diſp. 390. num. 2. *S*alon. de cõtract. & commerc. human. art. 3. de cenſib. cõtr. 8. num. 1. Boccac. eod. tract. par. 1. nu. 46. Leſſ. lib. 2. de *I*uſt. & iur. cap. 22. dub. 12. num. 80. & alii, quos nos retulimus in d. commentar. §. 2. q. 7. num. 7.

Denique probatur eadem concluſio
10 ex ratione allata à Filliuc. loco citato, dum in ſpecie inquit, quòd cùm ſocietas contrahitur pecunia ante debita, non datur pro ea actio in iudicio vi dictæ antiquiſſimę cõſuetudinis: ergò pro forma à prædicta conſuetudine fuit inductum, vt non aliter ſocietas officiorum contrahi poſſit, quàm in pecunia numerata coram notario, & teſtibus, & in ipſo actu celebrationis inſtrumenti: quoniam aliàs non denegaretur actio in iudicio. Vndè cùm pro forma contractus expoſtuletur pecuniæ numeratio, proculdubio ſocietas officiorum nulliter celebratur pecunia ante debita. Etenim hac ipſa ratione cùm de forma contractus cenſualis requiratur pretii ſolutio in pecunia numerata, ſi fiat ſolutio in pecunia ante debi-
11 ta, contractus redditur irritus, vt habetur ex Rota Rom. deciſ. 80. num. 5. poſt dicta noſtra commentar. in vna Romana pretii Palatii, 15. *I*anuar. 1607. coram b. m. *I*uſto, in illis verbis, *Secunda ratio fuit, quoniam non ſolùm cenſus peccat in forma,*

Digitized by Google

forma, ſed etiam venditio; quia non interuenit pecunia numerata, quod eſt requiſitum neceſſarium ex eadem conſtitutione Pij V. Et in ſpecie quòd in contractu ſocietatis officiorum exigatur pecunia prompta, & numerata vltra ſupra numeratos Doctores videtur etiam Tiber. in ſum. prax. lib. 1. cap. 14. num. 1. in fine, relatus à *Z*acch. de ſociet. offic. num. 168. & ſeq. dum ait, quòd huiuſmodi contractus tunc demum dicitur perfectus, ſi ſequatur ratificatio, & pecuniarum effectualis numeratio, Eſt tamen verum, quòd quatenus quoad forum exterius, ſtante dicta conſuetudine huiuſmodi ſocietatis contractus eſſet inualidus, pœna
12 inualidationis non habebit locum, niſi poſt latam ſententiam, iuxta ea, quæ habentur ex Molin. de contract. diſp. 390. ſub num. 2. verſ. Illud poſtremo.

Quarta concluſio.

13 QVamuis de iuris rigore nobis videatur ſatis probabilis opinio eorum, qui volunt, attenta Vrbis conſuetudine, ac attento Romanæ Curiæ ſtylo contrahendi ſocietates in pecunia numerata coram notario, &c. non poſſe coiri ſocietates huiuſmodi in pecunia ante debita, vt ſupra oſtendimus concl. proxima; nihilominus non ob id cenſemus improbabilem eſſe ſententiam oppoſitam: quinpotius æquè probabilem, vel ſaltem paulò minus eam exiſtimamus. Etenim hãc ſententiam tenet Gabr. conſ. 81. quem ſequitur Rota Rom. deciſ. 1. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. in vna Romana ſocietatis, 2. Aprilis, 1601. coram R. P. D. Iuſto: per quam fuit deciſum, quòd contractus ſocietatis officiorum non requirit rem præſentem, & pecuniam ſolutioni paratam: eo quòd ſecuto conſenſu vtriuſque ſocii, ſocietatis contractus perfectus dicitur, & initium ſumit à primeuo conſenſu, quamuis confeſsio de recepto eſſet ſub ſpe effectualis numerationis: nec conſenſus remouetur, vel ſuſpenditur, ſi in tali contractu reſtat aliquod pactum adimplendum reſpectu dantis pecunias. vt ſupra adnotauimus, q. proxima, verſ. His tamen. *I*mò practicus ille Tiber. in ſua praxi lib. 1. cap. 14. à Zacch. relatus in d. ſuo tract. num. 168. cum plurib. ſeq. licèt velit, quòd iſte contractus tunc demum dicitur perfectus ſi ſequatur ratificatio, & pecuniarum effectualis numeratio; nihilominus deinde teſtatur, quòd ſemper ferè iſte contractus ſtipulatur, abſente creditore: & propterea non exburſantur pecuniæ in actu ſtipulationis; ex quo prius accedere debent fideiuſſores omnes: vt patet etiam ex quadam formula ſocietatis contractæ, quam ſupra ad verbum retulimus §. 1. q. 5. in reſponſ. ad primum, verſ. Die 19. Aprilis: & cuius etiam meminimus, q. proxima, verſ. Adde, in fin.

Vndè ſi ex pecunia ante debita quis
14 velit ſocietatem contrahere, puto ſatis eſſe ſi officialis debitor confiteatur pecuniam recepiſſe: eo magis quoniam contra huiuſmodi ſocietatem non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, ſtante maximè obligatione Camerali, vt habetur ex Tiber. loco citato, & Zaccah. d. num. 168. Poteſt etiam confirmari hæc concluſio ex traditis per Surd. conſ. 162. num. 38. & ſeq. dum ait, quòd, attenta extrauag. Pij V. de cenſibus ex pecunia ante debita cenſus creari poteſt, quamuis per eam expoſtuletur ſolutio pretij in pecunia numerata coram notario, &c. *I*dem docet *S*alaz. in tract. de vſu, & conſuet. cap. 8. num. 45. dum ait, ſtante motu proprio *Pij* V. non requiri actualem pretij numerationem; ſed ſatis eſſe confeſsionem de recepto; cui fauet etiam Ioan. Guttier. pract. qq. lib. 2. q. *176.* ſub num. 2. & Mar. Anton. lib. 1. var. reſol. cap. 44. & cap. 84. num. *6.* qui Doctores mouentur ex eo, quòd per confeſsionem de recepto probatur realis numeratio, vt habetur per Bald. in l. ſi non ſortem, §. indebitum, col. 2. ff. de condit. indeb. Hinc eſt, quòd ſi vi alicuius ſtatuti exigatur ſolutio, ſatis eſt, quòd conſtet de ea per ſolutionem confeſſatam, Dec. in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. petat. & conſ. 193. num. 4. Alex. conſ. 123. num. 5. lib. 2. & in terminis Bullæ Nicol. V. de cenſibus, voluit Burſat. conſil. 214. num. 12. lib. 2. Quòd ſi hæc vera ſunt de ſolutione pretij cenſus, non video cur eadem locum non habeant in contrahenda ſocietate officiorum; cùm non ſit maioris efficaciæ conſuetudo in caſu noſtro, quàm extrauag. Pij V. diſpoſitio circa ſolutionem pretij cenſus.

Et re vera ſi verè, & expreſsè conſtet
15 de pecunia ante debita, & de caſſatione

inſtrumenti ipſam pecuniam debitam continentis, ac concurrant aliæ conditiones,quas ſupra retulimus, concluſ. 1. verſ. Eſt tamen verum; non ſolùm quoad forum interius noſtram conclusionem arbitror eſſe veram,verùm etiam puto probabilem fore quoad forum exterius: ſiquidem eo caſu ſocietas peccaret in forma quoad leuem omiſsionem, quæ non eſt ſatis ad irritandum contractum, vt diximus q. præced. verſ. Adde:& in reſp.ad vlt.argum.

Adde, quòd hanc ipſam ſententiam
16 confirmat quidam Modernus ex eo, quòd licitè potuiſſet fieri ſententia à Iudice, condemnando officialem ad ſoluẽdum centum pro pretio veſtium: vel niſi ſtatim ſolueret, vt obligaret ſe per contractum ſocietatis officiorum ad ſoluendum decem annuos ex fructibus ſui officij: ergò iuſtè venditor veſtium contrahit ſocietatem cum ſuo debitore, cùm ipſemet idem per iuſtam ſententiam cõſequi poſſet. Etenim ſicut valet argumẽtum de contractu ad ſententiam,l.ſi procurator,ff. de procur. ita etiam valet argumentum de ſententia ad contractum; quia per ſententiam quaſi contrahimus, l.3.§.idem ſcribit,ff. de pecul. Sed re vera hæc ratio nobis non probatur:quoniã conſequentia non videtur ſubſiſtere: ſiquidem per ſententiam Iudicis ceſſat ſuſpitio fraudis:ſecus autem ſi ſocietas cõtrahatur à partibus ex pecunia ante debita;quia tunc nõ ceſſat ſuſpicio fraudis.

An ſi quis mutuet 100. aureos officiali coram Notario, & teſtibus numeratos, cum pacto, vt niſi præfinito die reddantur, ex nunc cenſeatur contracta ſocietas ſuper officio ad rationem ſex pro quolibet ſemeſtre, &c. ſocietas dicatur valida. Q. VII.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ numeratio in ſocietatibus officiorum exigitur vi Vrbis conſuetudinis,& vi ſtyli Rom. Curiæ.*

2 *Cenſus conſtitutus ex pecunia mutuata in ipſo contractu mutui ſi præfixo tempore nõ reſtituatur,æſtimatur inualidus.*

3 *Societas contracta ex pecunia mutuata in ipſo contractu mutui, ſi pecunia mutuo data non reſtituatur præfiſſo termino, eſt valida.*

PRo parte negatiua videtur prima
1 facie reſpondendum eſſe: eo quòd in celebratione huiuſmodi contractus pecuniæ ſolutio, ac numeratio non fuit adhibita,prout vi conſuetudinis, ac ſtyli exigitur; ſed pecunia, ac eiuſdem numeratio fuit adhibita in contractu mutui dumtaxat: ergò ſocietas non poteſt ſubſiſtere. Confirmatur hæc eadem ſententia ex traditis per Felic. tom. 2. de cenſib.lib.1.cap.8. num.15. in fine, di-
2 centem, illicitam eſſe eam formam conuentionis,qua tempore,quo datur pecunia mutuo,depoſito,aut alio titulo, agitur,vt niſi intra tale tempus ſoluatur,debitor promittat, & conſtituat cenſum ad rationem vnius pro 14. & id non alia ratione,niſi, quòd tempore, quo incipit reditus currere,pecunia præſens non eſt: ergo idem dicendum eſt in caſu, de quo agitur circa contractum ſocietatis. Denique rationi, ac iuri contrarium eſt, vt ſocius percipiat fructus eius, quod officialis non accepit:& licèt antea ex vi mutui acceperit; tamen quia contractus ex propria vi exigit pecuniam præſentem non poteſt creari ex pecunia antea accepta, vt in terminis ſolutionis pretij cenſus argumentatur Felician.loco citato,verſ.Sed ex alia cauſa.

His tamen non obſtantibus, oppoſi-
3 tam ſententiam puto veriorem: atque adeò licitus eſt contractus, de quo agitur. Siquidem ſocietas per dictionem illam.*Ex nunc.* cenſetur conſtituta eodem tempore cum contractu mutui in pecunia numerata coram notario,& teſtibus, & in ipſo actu celebrationis inſtrumenti: non tamen debentur fructus niſi poſt elapſum præfinitum diem, & mutuum non redditum. Et ſic patet reſponſio ad contraria:quibus adde ea, quæ habentur ex Couar.lib.3.var.reſol.c.4. ſub num.6. Gomez de cenſib.in 4.condit.Gaſp. Roder.de annu.redit.lib.1.q.13. nu.4. verſ. Secundo infertur: & Felician. loco citato,vbi teſtatur, contractum cenſualem hoc modo initum ſæpè numero vidiſſe approbatum Regio diplomate. Et Couar. quoque refert vidiſſe pluries huiuſmodi contractum fuiſſe celebratum: vt nos diximus in noſtris commentar. ad extrauag.Pij V.de cenſib.q.6.

An

An ſocietas officiorum contrahi aliquo caſu poſſit in pecunia credita. Q. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Statuto expoſcenti pretij numerationem ſatisfit, ſi prius, vel poſterius interueniat numeratio.*

2 *Statim aliquando dicitur aliquid fieri etiam poſt duos menſes.*

3 *Societas officiorum quamuis vi conſuetudinis Vrbis non contrahi debeat, niſi pecuniæ ſolutione facta coram Notario, & teſtibus, nihilominus ſatis erit, ſi poſt aliquot dies poſt celebratum contractum ſolutio fiat.*

4 *Societas officiorum, attenta conſuetudine Vrbis, de iuris rigore, non videtur poſſe contrahi pecunia credita.*

5 *Statuto expoſcenti pretij numerationem ſatisfit, ſi prius, vel poſterius interueniat numeratio; niſi pretij numeratio in aliquo contractu exigatur pro forma.*

6 *Cenſus ſolutio fieri poteſt per cedulam banchariam.*

7 *Solui ſtatim dicitur, quamuis ſolutio fiat poſt aliquos dies.*

8 *Societatis officiorum contractus tunc dicitur perfectus, ſi ſequatur ratificatio.*

9 *Societas officiorum rectè contrahitur per ſolutionem pecuniæ per cedulam banchariam.*

10 *Societas officiorum quòd contrahi poſſit pecunia credita, licèt probabilis ſit opinio; nihilominus de iuris rigore oppoſita videtur probabilior.*

11 *Vtile per inutile non vitiatur in ſeperabilibus.*

IN hac re pro parte affirmatiua facit
1 conſ. Corn. 241. num. 7. lib. 3. dicẽtis,
quòd ſtatuto expoſcenti pretij numerationem ſatisfit, ſi prius, vel poſterius interueniat numeratio: cuius ſententiæ fauet etiam Rota Romana deciſ. 92. nu. 6. poſt noſtra commentar. in extrauag. Pij V. de cẽſib. impreſſa in vna Eugubina cenſus 10. Febr. 1597. coram R. P. D. Litta, vbi habetur, quòd etiam poſt conſtitutionem *Pij V.* non videtur improbata conſtitutio cenſus, & ſi in ipſo actu non interueniat pecunia numerata: & ita fuiſſe declaratum in ſignatura Gregor. XIII. Quod verum eſſe fuit reſolutum non tantùm quando pretium eſſet ſolutum eodem die poſt celebrationem contractus; ſed etiam poſt quatuor, vel plures dies: quia nihilominus ſolutio poteſt dici facta in actu venditionis, cùm contractus ſtipulationis, & numerationis ſit vnus, l. ſi ita, §. fin. & ibi Doctor. ff. de nouat. Et ſtatim dicitur fieri aliquando ſe-
2 cundum ſubiectam materiam, etiam poſt duos menſes, vt extat deciſ. Rotæ Rom. 103. num. 11. & 12. poſt ſupra relata Cõmentaria, in illis verbis, *Non obſtat, quòd iſta ſolutio facta fuerit quatuor dies poſt celebrationem inſtrumenti: quia non ideò dicitur minus facta ſtatim, vt loquitur commiſſio, cùm hæc dictio, ſtatim intelligatur etiam cum aliquo temporis interuallo, l. quod dicimus, & ibi Gloſ. ff. de ſolut. adeò, vt ſecundum ſubiectam materiam aliquãdo verificetur etiam in ſpatio duorum mẽſium, vt latè per Alber. in ſuo Diction. ver. ſtatim, Tiraq. in l. ſi vnquam, in verſ. Reuertatur, ſub num. 119. C. de reuoc. donat.* Quòd ſi hæc vera ſunt, concludendum videtur, quòd quamuis vi conſuetudinis
3 Vrbis in contrahenda ſocietate officiorũ fiat ſolutio pecunię corã Not. & teſtibus, &c. nihilominus ſatis erit, ſi poſt aliquot dies poſt celebratũ contractũ ſolutio fiat ad eiuſdem contractus validitatem. Et re vera hanc ſententiam inſpecie docet Tiber. in ſua prax. lib. 1. cap. 14. quem refert Zacch. in ſuo tract. de ſociet. offic. n. 168. dum licèt velit, quòd huiuſmodi ſocietatis cõtractus tunc dicitur perfectus, ſi ſequatur ratificatio, & pecuniarum effectualis numeratio; nihilominus deinde ſubdit, quòd ſemper ferè præfatus contractus ſtipulatur, abſente creditore, & propterea non exburſantur pecuniæ in actu ſtipulationis; ex quo prius accedere debent fideiuſſores omnes: & tamen non poſſe opponi contra talem ſocietatem exceptionẽ non numeratæ pecuniæ, ſtante præſertim obligatione Camerali. Imò pro hac eadẽ ſententia extat Rota Rom. deciſ. 1. poſt eiuſdem Zacch. tract. impreſſa, in vna Romana ſocietatis, 2. Aprilis, 1601. in qua per Dominos ſequutos ſententiam Gabr. conſ. 81. fuit reſolutum, huiuſmodi contractum non expoſtulare rem præſentem, & pecuniam ſolutioni paratã, vt latius ſupra adnotauimus, q. 6.
Hæc ſẽtẽtia re vera licèt ſit probabilis;
4 nihilominus, attenta Vrbis cõſuetudine,

& attento Curiæ Romanæ ſtylo, expoſcentibus in huiuſmodi contractibus pecuniam numeratam coram Notario, & teſtibus in ipſo actu celebrationis inſtrumenti, de iuris rigore non video quomodo valeat celebrari pecunia credita: ſiquidem forma contrahendi ſocietates per conſuetudinem introducta iuxta inſtrumentum, quod communiter in Vrbe celebratur, de quo egimus ſupra hoc eodem cap.q.3. eſt ſeruanda tanquàm lex, vt ait Boccac.in fine proœm. ſui tract. de ſociet. offic. & de iure non currunt vſuræ, niſi pro rata ſortis ſolutæ, l. eos qui, C.de vſur.& eo maximè, quia ſupra, q.6. concl. 3. oſtendimus probabiliorem eſſe ſententiam eorum de iuris rigore, qui volunt, ſocietates officiorum non poſſe contrahi pecunia ante debita: ergò multò minus conſtitui poteſt pecunia credita. Etenim quamuis communiter velint Doctores, quòd attenta natura contractus cenſualis, non pugnat emi pecunia ante debita, & in alia re, quàm in pecunia numerata, vt probauimus in noſtris Commentar.in extrauag. Pij V. de cenſib.§.2. q.1. & 8. nihilominus multi negant, iure naturali, ac attenta natura cenſus emi poſſe pecunia credita, vt habetur ex Nauar. in c.ſi fœneraueris, nu. 85.& 88.14.q.3.Rebel.par.2.de obligat. iuſt.lib.10.q.1. num. 21. Salon. de contract.& commerc.human.art. 3. de cenſib.controu.8.num.5.verſ. obſeruemus, Felician.tom.1. de cenſib. lib.1. cap.8. num.11.& 12. & ex aliis apud Ioan. de Salas,eod. tract. dub.8. num.1. Et hoc ideò inter alias rationes, quòd emptor cenſus non alia ratione ius habet percipiendi penſionem annuam, niſi ratione iuſti pretij collati; atque adeò, niſi pretium cenſus venditori conferat, inique ab eo penſiones annuas exigit, & obligatum habet venditorem ipſum ad annuas penſiones ſibi præſtandas: ergò eadem ratione idem videtur dicendum in caſu noſtro, vt ſocius non alia ratione habeat ius percipiendi ab officiali 12. aureos in anno, pro quolibet centenario, niſi ratione pecuniæ ab eo officiali collatæ ſuper eius officio: aliàs iniquè exigeret illos 12.pro ſingulis centum, non ſoluta pecunia officiali, vt q. ſeq. latius, Deo duce, dicemus.

Reſtat modo, vt contraria diluamus.

AD conſ.Corn.241.num.7. lib.3. re-
5 ſpondetur, quòd quamuis ſatisfiat ſtatuto expoſcenti pretij numerationem, ſi prius, vel poſterius interueniat numeratio; id tamen verum eſt, quando pretij numeratio in aliquo contractu non exigitur pro forma: at in ſocietate officiorum pecunia numerata requiritur pro forma contractus vi Vrbis conſuetudinis, ac Curiæ ſtyli, vt ſupra adnotauimus: & propterea non dicitur ſatisfieri dictis conſuetudini, ac ſtylo, ſi pecunia ſoluatur officiali ante, vel poſt contractum ſocietatis. Imò de rigore cùm pecunia, numerata in d. contractu requiratur pro forma, non eſt ſatis ſi pecunia ſoluatur ſtatim poſt perfectum contractum: ſiquidem licèt ea, quæ incontinenti fiunt, cenſeantur ineſſe; non tamē cenſentur ineſſe verè, ac propriè, ſed fictè, vt poſt alios habetur per Bolong. in l.lecta, num.31.32.& 33.ff.ſi cert.pet. Vnde Felic.tom.2.de cenſib.cap.8.ſub num.9. ob id concludit, quòd ſi contractus cenſus fuerit à contrahentibus habitus pro abſoluto,& perfecto, numeratio pretii facta incontinenti poſt, non proderit: eo quòd illa fictè ineſt, & ad cenſus validitatem vi extrauag. Pij V. de cenſib. exigitur vera pretij numeratio contemporanea formationi contractus. Verba autem ſtatuti debent intelligi in caſu vero, non autem in caſu ficto, l.1.§. ſiquis autem,ff.de exercit. act. & in terminis cenſus,Cenc.par.2.cap.1.q.1.art.7.num.18.

Ad deciſ. 92. reſpondetur eam loqui
6 de ſolutione cenſus facta per cedulam bancariam, quam fieri poſſe oſtendimus in d. noſtris Commentar. §. 2. q.1. lim.2.& q.9.limit. vnica. Ad deciſionem vero 103.dicimus, quòd dum ait, ſtatim fieri etiam id, quod fit poſt aliquos dies, & poſt duos menſes, non loquitur reſpectu pretii numerandi in contractu cenſus; nam huic neceſsitati ibi fuerat ſatisfactum per conſignationem cædulæ bancariæ, quæ in ipſo actu celebrationis inſtrumenti fuerat venditori cenſus conſignata; ſed loquitur de numeratione facta à Bancho, & à Mercatore, qui cædulam fecerat: nam cum non requiratur

quiratur pro forma ſubſtantiali, vt Banchus, ſeu Mercator ſoluat ipſo actu præſentationis cædulæ; ſed dicetur ſuæ obligationi ſatisfacere, quandocunque ad libitum creditoris ſoluat: & dicitur ſtatim ſoluere, licèt ſoluat poſt aliquot dies, poſt cædulæ exhibitionem: nimirum ſi Rota habens reſpectum ad ſubiectam materiam, inquit, ſolutionem dici factam ſtatim ſi ſit facta aliquot dies poſt præſentationem cedulæ. Et quod pecuniæ ſolutio in ſocietate officii fieri quoque poſſit per cædulam banchariam extat deciſio Rotæ Rom. 55. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. impreſſa, in vna Romana ſocietatis, 1. Iulii 1602. coram b. m. Card. Pamphilio.

Ad tradita per practicũ illum Tiberiũ in ſua prax. lib. 1. cap. 14. reſpondetur,
8 quòd licèt teſtatur, ſemper ferè contractum ſocietatis officiorum ſtipulari, abſente creditore, & propterea non exburſantur pecuniæ in actu ſtipulationis, cùm prius accedere debeant fideiuſſores; nihilominus inquit, quòd tunc demum contractus iſte dicitur perfectus, ſi ſequatur ratificatio, & pecuniarins effectualis numeratio: quaſi dicat, quòd licèt in praxi non exburſentur pecuniæ in actu ſtipulationis; nihilominus contractus huiuſmodi de iure rigore nunquam dicitur perfectus, niſi ſeqnatur ratificatio, & pecuniarum effectualis numeratio. Et quamuis primi ſemeſtris retentio tacitã ratificationem inducat, maximè ſi concurrat pecuniarum exburſatio; nihilominus noua, & expreſſa inſcriptis per publicum inſtrumentum fieri debet ſocietatis ratificatio: ſiquidem ſocietas contrahitur ſociorum conſenſu, & ideò requiritur expreſſa ratificatio, aliàs non eſſet ſocietas, nec pecuniæ ſtarent in periculo, vt per Boccac. de ſociet. offic. nu. 189. & num. 212. qnibus adde, quæ habentur ex Caſtrac. eod. tract. cap. 8. num. 21. cum plur. ſeq. vbi rem hanc latè declarat: & ſecundum eius declarationem fortè poteſt intelligi opinio Zacc. de ſociet. offic. ſub num. 397. dum vult ex ſolutione ſortis principalis induci ratificationem; quia non ſolet fieri ſolutio niſi poſt perfectam ſocietatem.

Ad d. deciſ. 1. poſt Zacch. tract. poteſt reſponderi, quòd ſi deciſio ipſa rectè per-
9 pendatur, loquitur iuxta ea, quæ habentur in paulò ſupra relatis Rotæ deciſ. 92. & 103. atque adeò fuit ſatisfactum contrahi per conſignationem cædulæ banchariæ officiali in actu ſtipulationis: & propterea non erat opus, vt à Bancho, ſeu Mercatore, pecuniam numerare dum contractus ſocietatis ſtipularetur; ſed ſatis erat ſi numeratio fieret poſt aliquot tempus, vt patet ex tenore dictæ deciſ. 1. in illis verbis, *Præſertim in hoc caſu, vbi ex parte dantis pecunias nihil aliud erat adimplendum, dato mandato directo Mercatori, quod habet vim ſolutionis factæ*.

Cæterum, quia Rota Romana in d. deciſ. 1. reſoluit, contractum huiuſmodi ſolo contrahentium conſenſu perfici,
10 qnamuis confeſſio de recepto eſſet ſub ſpe effectualis numerationis; nec conſenſus remouetur vel ſuſpenditur ſi reſtat adimplendum aliquod pactorum, nec talis ſocietas exigit rerum præſentem, & pecuniam ſolutioni paratam; ob id redditur valdè probabilis prior ſententia, quæ ſe habet, poſſe ſocietatem hanc coiri pecunia eredita, quamuis de rigore probabilior videatur oppoſita opinio, vt colligitur ex iis, quæ habentur ex Zacch. de ſociet. offic. num. 170. cum plurib. ſeq. vndè retenta hac vltima ſententia tanquam probabilori, ampliatur concluſio, vt locum ſibi vendicet, ſiue ſocietas pecunia credita contrahatur in totum, ſiue pro parte: quoniam eadem eſt ratio totius, & partis, l. quæ de toto, ff. de reiuend. Eſt tamen verum, quòd contractus diceretur inualidus pro ea tantùm parte, quæ contrahitur pecunia credita; non autem reſpectu pretij ſoluti in actu celebrationis inſtrumenti coram Notario, & teſtibus: ſiquidem in ſeparabilibus vtile per inutile non vitiatur, l. vtile, & ibi Dyn. & alii, de regul. iur. in 6. Eſt tamen verum, quòd quamuis demus, ſocietates officiorum non poſſe contrahi pecunia credita, vi ſupra relatæ conſuetudinis, & Rom. Curiæ ſtyli; nihilominus ſatis erit ſatisfactum dictis conſuetudini, ac ſtylo, ſi pro pecunia tradatur officiali cædula bancharia; & ſi poſt aliquos dies pecunia effectualiter ſoluatur officiali: qnia cædula bãcharia habet vim ſolutionis, vt patet ex iis, quæ ſupra diximus ex dictis Rotæ deciſionibus 92. & 103. & nos latè in ſupra relatis noſtris Commentar. §. 2. q. 15. ſub num. 2. cum plur. ſeq.

An

An, attenta natura ſocietatis officiorum, atque adeò de iure naturali, & in foro conſcientiæ, poſſit ſocietas ipſa coiri pecunia credita. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Naturali iure, atque adeò quoad forum interius valida eſt ſocietas contracta pecunia debita.*
2 *Emptio pecuniæ credita licitè cõtrahitur.*
3 *Societas nec naturali iure, & per conſequens nec quoad forum interius valida eſt pecunia credita.*
4 *Societas ex ſui natura exigit, vt tempore celebrationis contus ſoluatur officiali.*
5 *Cenſualis contractus attenta eius natura non poteſt celebrari pecunia credita.*
6 *Societas, attento iure naturali, contrahi nequit in totum, nec pro parte.*
7 *Societas nullibi contrahi poteſt pecunia credita.*
8 *Societas contrahi poteſt pecunia credita, quando ſocius non intendit fructus percipere ante pecuniæ ſolutionem.*
9 *Societas officiorum contrahi poteſt pecunia credita, ſi pro ea ſoluatur intereſſe officiali.*
10 *Rationis diuerſitas aſſignatur cur ſocietas iure naturalè contrahi poſſit pecunia ante debita, & non contrahi pecunia credita.*
11 *Iniquè ſemper agitur cùm percipiuntur fructus ex ſocietate contracta pecunia credita.*
12 *Officia citra licentiam Principis vendi nõ poſſunt.*

IN hac re videtur prima facie dicendũ iure naturali, ac quoad forum interius validas eſſe ſocietates officiorum cõ-
1 tractas pecunia credita. Probatur hæc ſententia ex ijs, quæ adnotauimus ſupra q. 6. concl. 1. vbi oſtendimus, quòd attenta natura ſocietatum officiorum, ac de iure naturali non pugnat, huiuſmodi ſocietates contrahi pecunia ante debita: ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, vt non pugnet, huiuſmodi ſocietates coiri pecunia credita, ſeù dilata ſolutione; quia non poteſt aſſignari diuerſitatis ratio, cur pecunia anticipata de iure naturali poſſit contrahi ſocietas officiorum, & non pecunia credita, ac dilata ſolutione. Confirmatur, quia contrahere ſocietatem pecunia credita aliquando magis expedit officiali, quàm ſocio: nam ſi ſocius pecunia nõ egeat tẽpore celebrati contractus, ſed poſt octo dies, poſt menſem, aut plures, pecunia credita ſtaret periculo ipſius ſocii, non autem officialis. Denique licita eſt emptio, ſeù venditio pecunia credita, vt in §. venditæ verò res, & traditæ, in Inſt. de rerum
2 diuiſ. l. quod vendidi, ff. de contrah. empt. ergò licita quoque erit ſocietas contracta pecunia credita: nam ſocietas officiorum habet admixtum contractum emptionis, ac venditionis: ſiquidem ſocii, qui admittuntur in hac ſocietate dupliciter admitti ſolent. Primò in ipſa emptione officij, cum officialis non valet totum illud emere ſuis pecuniis: Secundò poſtquàm officialis emit officium ipſum; nam cum ſæpè officialis pecunia indigeat, cuius bonam ſummam impendit in emptione officij; idcircò admittit alios ſocios, vt rectè declarat Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 1 ſub num. 104.

His tamen non obſtantibus, oppoſitũ puto verius. Moueor primò, quia non
3 alia ratione ſocius ius habet percipiendi fructus ſuper officio; niſi ratione pecuniæ ab eo collatæ; nam pro rata pecuniæ ſolutæ percipit ex ipſo officio fructus, ac ab eiuſdem officiali: ergò niſi ſocius pecuniam officiali ſoluat, iniquè ab eo fructus exigit, eundemque obligatum habet. Confirmatur, quia ſocietatis officiorum contractus adinuẽtus eſt, vt ſubſidio præſentis pecuniæ, præſentibus officialis indigentijs occurreretur, vt patet ex his, quæ habentur ex Caſtrac. de ſociet.offic.cap.7.ſub num. 8. & ex Filliuc. loco citato: ergo huiuſmodi contractus ex ſui natura exigit, vt tempore celebra-
4 tionis eius pecunia ſoluatur, non autem poſtea. Etenim iniquum eſt, officialem ſoluere penſionem eius, quòd non accepit, & indigentiis adhuc prẽmi. Denique contractus cenſualis, attenta eius natura, non poteſt conſtitui pecunia cre-
5 dita; vt ſupra adnotauimus, q. 7. Ergo idem dicendum de ſocietate officiorum, vt contrahi non poſſit, attenta eius natura,

tuta, ac de iure naturali, ac in foro conſcientiæ in pecunia credita, cùm vtroque caſu militet eadem ratio, arg. tex. in l. *illud*, ff. ad leg. Aquil.

Ampliatur hæc concluſio, vt de iure naturali contrahi nequeat ſocietas officiorum pecunia credita, ſiue contrahatur in totum, ſiue pro parte, cùm eadem ratio ſit totius, & partis, l. quæ de toto, ff. de reiuend. Non tamen erit inualida pro ea parte qua contrahitur in pecunia; quoniam in ſeperabilibus vtile per inutile non vitiatur, c. vtile, & ibi Doct. de regul. iur. in 6.
6

Secundò ampliatur, vt locum ſibi vendicet non ſolùm in Vrbe, ſed etiam extra Vrbem, & vbique: ſiquidem iuri naturali, ac Diuino omnes ſubiiciuntur, ex nullus excipitur.
7

Sic ampliata limitatur prædicta concluſio, vt vera ſit quando ſocius vellet fructus ex officio percipere, pecunia adhuc non ſoluta; quoniam tunc ſocietas eſſet iniqua: ſecus autem ſi ſocius fructus non percipiat, donec pretium ſoluat: ſiquidem eo caſu non repugnat naturæ contractus ſocietatis ſolutionis dilatio, vt de cenſu conſtituto pecuniæ credita oſtendimus in noſtris commentat. in extrau. Pij V. de cenſib. §. 2. q. 10. ampl. 1.
8

Secundò limitatur ipſa concluſio, vbi pro pecunia credita ſoluitur officiali intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergẽtis; quoniam tunc perinde eſſet, ac ſi ſocius fructus ex officio non perciperet, niſi poſt pecuniæ effectualem ſolutionem, vt colligitur ex iis, quæ habentur ex Ioan. de Salas, de cenſib. dub. 8. ſub num. 3. in fin. in reſp. ad tertiam ſecundæ ſententiæ. Arbitror tamen, quòd officialis ſi ratione dilatæ ſolutionis pecuniæ velit intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis conſequi, tunc ſolutionis dilationem fieri debere gratia ipſius ſocij pecuniæ debitoris, & officialis ratione dilationis huiuſmodi intereſſe aliquod patietur, ipſique ſocio fuerit denunciatum; aliàs non poſſet officialis intereſſe percipere: nec ſocius fructus ex tali ſocietate conſequi: quia contra iuſtitiam fructus ex ea perciperet, intereſſe non ſoluto. Etenim venditor alicuius rei, dilata pretii ſolutione, poteſt exigere aliquid ratione intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis; dummodo intereſſe fuerit emptori denunciatum, vt in c. nauiganti, & ibi Doctor. de vſur. latè Molin. de cõtract. diſp. 315. num. 4. cum plur. ſeq. Intereſſe nanque nunquàm debetur ante moram; niſi deducatur in pactum: quia ſortè emptor nolniſſet ſibi dilationem fieri de pretio cum tali onere, vt rectè declarat Salon. 2. 2. q. 78. ar. 2. controu. 8. nu. 10. Molin. de contract. diſp. 41. n. 6. & ſeq. & nos latè de hac re egimus in ſupra relatis noſtris commentat. §. 2. q. 10. circa fin. & q. 11.
9

Reſtat modo, vt ad argumenta reſpondemus.

Ad primum negatur conſequentia. Eſt enim diuerſa ratio in ſocietate contracta in pecunia ante debita, ſeu anticipata, & in pecunia credita: ſiquidem priori caſu nulla iniuſtitia committitur contra officialem; quin potius confertur ei vtilitas, & commodum ex anticipata pecuniæ ſolutione, cum toto illo tempore officiali ſui ſocij pecunia citra omne intereſſe fruatur: at quando ſocietas contrahitur pecunia credita, & ſocius fructus percipit ex officio, iniquè percipit; cùm iniquum ſit, eius, quod non accepit, penſionem ſoluere: eo quòd non alia ratione ſocius ius habet percipiendi fructus ex officio, niſi ratione pecuniæ in officialem collatæ, vt ſupra oſtendimus.
10

Ad confirmationem dicimus, quòd licèt ex hoc capite poſſet extendi re officiali cõtrahere ſocietatem pecunia credita: ſemper tamen iniquè agitur, percipiendo fructus ex officio, pecunia non ſoluta, & officialis magis grauatur, quàm releuatur ex periculo pecuniæ pertinente ad ſocium.
11

Ad vltimum dicitur, quòd quamuis ſocietas officiorum habeat quodammodo contractum emptionis, ſeu venditionis admixtum; nihilominus vnus tantũ eſt officialis, & propriè officij emptor; quo viuente, durat ſolùm officium, & eo moriente, ceſſat, niſi reſignet, vt per Filliuc. loco citato. Nec officialis ſocietatem contrahendo cum aliquo ſuper eiuſdem officio iam empto, dicitur vendere partem officii ſocio; quoniam officia citra licentiam Principis non ſunt in commercio noſtro, vt latè Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 41. ſed tantùm fructus
12

illiu,

illius ſocio cõmunicare, & de illis eum participẽ facere: quos fructus officialis ſolet cõducere ad rationẽ 12. pro cẽtenario, ſingulis annis, eoſdem ſoluere pro rata pecuniæ ſibi collatæ, vt rectè declarat Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 3. num. 2. cum plur. ſeq. & Boccac. eod. tract. num. 177. cum Zacch. num. 36. 37. & 38.

An ſcriptura pro forma requiratur in contractu ſocietatis officiorum. Q. X.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo eſt altera lex.*
2 *Scriptura non eſt de ſubſtantia contractus ſocietatis officiorum.*
3 *Scriptura non eſt de forma contractus ſocietatis officiorum tam quoad forum interius, quàm exterius.*
4 *Societas officiorum citra ſcripturam aliquam contracta præſumitur fictitia.*
5 *Contractus quamuis ſcripturam non exigat; poſſunt tamen paciſci partes, vt citra ſcripturam non intelligatur perfectus.*
6 *Societas officiorum citra ſcripturam contracta qualiter probetur per teſtes.*

IN hac re videtur prima facie affirmatiuè reſpondendum eſſe. Probatur ex ijs, quæ tradita ſunt per Boccac. in fine proœm. ſui tract. de ſociet. offic. vbi ait, quòd in inſtrumento, quod ſupra hoc eod. cap. retulimus, q. 3. datur forma qualiter ſunt contrahendæ, & quatenus licitæ efficiantur ſocietates officiorum, ex quo inſtrumento reſultat conſuetudo temporis immemorabilis; qua eſt altera lex, & propterea ſeruanda: ergò in huiuſmodi contractu pro forma exigitur inſtrumentum: cùm ex vi dictæ conſuetudinis ſocietates officiorum contrahantur in pecunia numerata coram Notario, & teſtibus, in actu celebrationis inſtrumenti. Confirmatur ex ijs, quæ habentur ex eodem Boccac. in ſuo tract. de cenſib. p. 2. num. 189. Felician. eod. tract. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 9. Gaſp. Roder. de annu. redit. lib. 1. q. 15. num. 1. Salon. de contract. & commerc. human. ar. 3. de cenſib. contr. 24. ſub. num. 2. Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 10. de cenſib. cap. 19. q. 1. Salas eod. tract. dub. 51. num. 1. Petr. Salaz. in ſuo tract. de vſu, & conſuetud. cap. 9. num. 11. verſ. Sed non puto ceſſare, & alij ferè communiter, dum voluut, quòd ex quo vi extrau. Pij V. de cenſib. præcipitur, contractum conſuetudinem celebrari in pecunia numerata coram Notario, & teſtibus, in actu celebrationis inſtrumenti, ſcripturam eſſe de ratione contractus cenſualis; quia cùm ſit appoſita in ea parte, in qua S. Pontifex dat formam ſeruandam circa conſtitutionem annui cenſus, clarè oſtendere videtur, quòd inter cætera ad effectum, vt cenſus licitè conſtitutus cenſeatur, opus ſit, vt de tali conſtitutione publicum inſtrumentum, manu publici Notarij, & coram teſtibus fiat, vt conſtare poſſit, quòd talis cenſus ſit conſtitutus, ſeruata forma d. extrau. nempè, vt videatur, an interuenerit pretij numeratio in pecunia verè numerata, an cenſus in re immobili fuerit creatus, & an adſit pactum redimendi quandocunque. Ergò idem videtur dicendum in caſu, de quo agitur; quòd ex quo vi Vrbis conſuetudinis, ac ſtyli ſocietates officiorum communiter contrahuntur in pecunia numerata coram Notario, & teſtibus, in actu celebrationis inſtrumenti, ſcriptura eſt de ratione contractus ſocietatis: nam clarè ex ea colligitur, quòd inter cętera ad effectum, vt ſocietates licitè conſtitutæ cenſeantur, opus ſit, vt de tali conſtitutione publicum inſtrumentum manu publici Notarii, & coram teſtibus celebretur, vt conſtare poſſit, quòd huiuſmodi contractus ſit conſtitutus, ſeruata forma d. conſuetudinis, ac ſtyli; nempè vt videatur, an in ipſis ſocietatibus contrahendis interuenerit pecunia numerata coram Notario, & teſtibus, cum alijs pactis, & clauſulis, à dictis conſuetudine, ac ſtylo inductis pro licitè contrahẽdis huiuſmodi officiorum ſocietatibus, & iuxta formam antiqui inſtrumenti ſocietatum, quod ſupra ad verbum retulimus hoc eodem cap. q. 3. Etenim non poteſt dici maioris efficaciæ d. extrau. Pij V. in præſcribenda forma contractui cenſuali; quàm dicta conſuetudo, & ſtylus: cum conſuetudo ſit Lex non ſcripta, vt in §. ex non ſcripto, de iur. naturali, gent. & Ciuil. in Inſtit. & in ſpecie in præſcribenda forma contractibus ſocietatũ officiorum, dictam conſuetudinem eſſe

alteram

alteram legem, & propterea ſeruandam eſſe, ait Boccac. in fine proœmij ſui tract. de ſociet. offic.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam puto veriorem eſſe, quam
3 tenet Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 11. & Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 15. verſ. ſi roget quis: ſiquidem Vrbis conſuetudo in coeundis huiuſmodi ſocietatibus non videtur inducta ad conficiendum neceſſariò ſuper eam ſcripturam, ſeù inſtrumentum; ſed ad contrahendas ſocietates ipſas in pecunia numerata coram Notario, & teſtibus, quotieſcunque talis contractus in ſcriptis conſtituitur. Cæterum vbi ſola conuentione contrahitur, ſcriptura non requiritur; ſed ſatis eſt ſi pecunia numeretur officiali cum pactis, & clauſulis in conſueto, & antiquo inſtrumento apponi ſolitis, cùm ſocietatis contractus ſolo conſenſu perficiatur, vt in l. qui admittitur, & l. planè, ff. pro ſoc. l. conſenſu, ff. de action. & obligat. & in ſpecie de ſocietatis officiorum contractu Gabr. conſ. 81. num. 5. lib. 1. & extat deciſ. 1. Rotæ Rom. poſt Zacch. in ſuo tract. de ſociet. offic. impreſſa, num. 2. in illis verbis, ***Domini reſponderunt ſine difficultate, ſocietatem non fuiſſe lucratam: moti ſunt, quia contractus ſocietatis perfectus fuit ſtatim ſecuto conſenſu vtriuſque ſocij, &c.*** Vndè forma inducta à d. Vrbis conſuetudine, non videtur dirigi circa confectionem ſcripturæ; ſed circa celebrationem huiuſmodi ſocietatum in pecunia numerata, &c. ad obuiandum fraudibus, &c. atque adeò non valet conſequentia, ſocietas officiorum debet cõtrahi in pecunia numerata; ergo neceſſaria eſt ſcriptura, cùm ſcriptura non ſit de ratione contractus vt ſic, l. contrahitur, ff. de pignor. action. l. pactum, quod bonafide, C. de pact. l. cùm res C. de probat. Exceptis tamen caſibus enumeratis per Gloſ. in c. 1. §. poſtquam, vbi etiam Franc. de cenſib. in 6. Aluer. Valaſc. in ſuo tract. de iur. emphyt. q. 7. & alios, inter quos non connumeratur contractus ſocietatis Fiunt enim ſcripturæ in contractibus, vt quod actum eſt per eas faciliùs probari poſſit: ſine ipſis autem quod actum eſt, valet; ſi habeat probationem, vt in d. l. contrahitur, ff. de pignor. act. His adde, quæ ſupra adnotauimus lib. 1. cap. 2. q. 6.

Ampliatur hæc cõcluſio, vt multo magis locum habeat quoad forum interius, atque ideò in foro conſcientiæ: nam ſi requiſita ad contractum ſocietatis officiorum concurrant, citra omnem controuerſiam in eo ſcriptura non exigitur; non ſolùm publica, ſed nec quidem priuata: quia de ratione contractus in genere non requiritur ſcriptura, vt in d. l. contrahitur, & in ſpecie eſt tex. in l. qui admittitur, & l. planè, ff. pro ſoc. cum alijs ſupra relatis. Et omnes contractus, in quibus deficiunt ſolemnitates iuris poſitiui, ſi adſunt requiſita iuris naturalis, eſt validus in foro conſcientiæ, vt ex Reginal. lib. 25. ſuæ prax. num. 415. §. itaque, & alijs probat Molſ. p. 2. ſuæ ſum. tract. 12. cap. 6. num. 4. & p. 1. tract. 6. cap. 16. num. 158. vbi probat valere electionem in foro conſcientiæ, ſi habeat requiſita iuris naturalis, quamuis careat ſolemnitatibus ad eam requiſitis de iure poſitiuo.

Sic ampliata limitatur eadem concluſio, vt licet quoad forum interius valeat
4 contractus ſocietates officiorum citra ſcripturam aliquam: imò quoad forum exterius, vt ſupra diximus; nihilominus, quia huiuſmodi contractus communiter celebrantur, mediante inſtrumento, cum obligatione quoque Camerali, ſi contrahatur ſocietas aliqua officiorum citra ſcripturam aliquam, puto quoad forum exterius eam præſumi fictitiam, ſimulatam, ac in fraudem vſurarium, per ea, quæ habentur ex Molſ. p. 2. ſuæ ſum. tract. 12. cap. 6. num. 41. & Cenc. de cẽſib. p. 1. cap. 4. ſub num. 5. ſiquidem ſocij cenſentur ſocietatem cõtrahere, vt moris eſt, vt habetur ex Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9 de ſociet. cap. 11. q. 1. circa fin. Et quamuis contractus ſcripturam non exigat;
5 contrahentes tamen poſſunt conuenire, vt contractus nõ cenſeatur perfectus, niſi ſubſequente ſcriptura: & tunc antequam contractus in ſcriptis redigatur, poſſunt ab eo partes reſilire, vt in l. contractus, & ibi Bald. & alii, C. de fid. inſtrum. vbi ex contractu inſcriptis non oritur ius, niſi completa ſcriptura, munda, & ſine vitio in forma in qua fieri conſueuit.

Secundò limitatur, vt dato, quòd citra ſcripturã contractus ſocietatis officiorũ
6 valet quoad forum exterius; nihilominus ad probandũ huiuſmodi contractũ nõeſt ſatis per teſtes probare fuiſſe cõtractã talẽ ſocietatẽ; ſed inſuper exigitur, vt teſtes deponãt de ſolẽnitate intrinſeca requiſita in tali cõtractu, nẽpè quòd fuerit cõtrata

A a a in pe-

in pecunia numerata, &c. qnoniam illa ſolemnitas cùm ſit intrinſeca huiuſmodi contractui, non præſumitur in eo interueniſſe, niſi per teſtes legitimè probetur, vt patet ex ijs, quæ habentur per Bart. in l. 1. C. de vſur. Felin. in c. ſicut, num. 4. & 51. vbi etiam Butr. Panor. & Imol. de re iud. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 132. num. 26. & Boccac. in ſuo tract. de cenſib. p. 2. ſub num. 190.

Ad contraria modo patet reſponſio ex dictis.

De quarta conditione, quam ſocietas officiorum exigit, nempè, *ſi ſocius moriatur intra ſex menſes, officialis lucretur pecuniam: & præterea licitum ſit ſocio intra 15 dies nominare alium, cuius vita periculo ſtet pecunia apud officialem.* §. *IV.*

SVMMARIVM.

1 *Socius ſi moriatur intra trimeſtre durante ſocietate officiorum, officialis ſocietatem lucratur.*

2 *Socio licitum eſt intra dies 15. nominare alius, cuius vita periculo ſtet pecunia, ita vt ſi intra trimeſtre moriatur; officialis pecuniam ad ſocietatem acceptam ſuam ſibi faciat.*

Conditio hæc continet duas partes, quarum prior eſt, vt ſi ſo-
1 cius moriatur intra ſemeſtre, & ſic durante ſocietate, officialis pecuniã ſibi datam ad ſocietatem lucretur: poſterior verò eſt, vt licitum ſit ſocio
2 intra dies 15. nominare alium, cuius vitæ periculo ſtet pecunia, ita vt ſi intra dictum ſemeſtre moriatur, officialis ipſe pecuniam ad ſocietatem acceptam ſuam ſibi pariter faciat. Et quoniam dubitari poterat de iuſtitia talis conditionis; idcirco antequam ad vlteriora progrediamur, ante omnia diſcutiendam duximus quæſtionem, quæ ſequitur.

An conditio ſupradicta iuſta eſſe dicatur. Q. I.

SVMMARIVM.

1 *Socius in alijs ſocietatibus dans pecuniã non ſubit periculum vitæ; ſed tantùm pecuniæ ſi perdatur.*

2 *Conditio in ſocietate officiorum poſita, vt ſi ſocius moriatur intra trimeſtre, officialis pecuniam lucretur, eſt iuſta.*

3 *Societas illa dicitur iuſta, in qua inter ſocios ſeruatur æqualitas.*

4 *Periculum cum periculo compenſatur in ſocietate officiorum.*

5 *Contractus quando dubitatur de eius qualitate debet iudicari innominatus.*

6 *Societas officiorum eſt vera ſocietas.*

In hac re videtur prima facie dicendum, conditionem hanc eſſe iniuſtã.
1 Etenim in alijs ſocietatibus dans pecuniam non ſubit periculum vitæ; ſed tantùm pecuniæ ſi perdatur, vt per Gloſ. in l. ſi non fuerint, ff. pro Soc. Bart. & Bald. in l. 1. C. eod. Et id quando ſocietas ſit, vt communio fiat tantùm in lucro; non in capitali; nam ſi ſocietas fieret, vt communio ſit in lucro, & capitali, tunc dans pecuniam non ſubiret periculum totius pecuniæ, ſed tantùm partis, vt in l. ſi id quod, §. item Celſus, & in l. cum duobus, §. quidam ſagariam, ff. pro ſoc. At in hac officiorum ſocietate ſocius ſubit periculum vitæ; non ergò iuſta eſt, ac licita huiuſmodi conditio.

His tamen non obſtantibus, in contrarium veritas; atque adeò dicimus
2 conditionem hanc eſſe iuſtam. Probatur ex eo, quod illa ſocietas eſt iuſta, in qua inter ſocios ſeruatur æqualitas, ita vt vnus ſocius non plus grauetur altero,
3 l. cùm duobus, §. damna, & in l. ſi non fuerint, ff. pro ſoc. huiuſmodi eſt ſocietas, cum conditione, de qua agitur: ergò eſt iuſta. Minor probatur, quia attẽta natura huius ſocietatis, officiũ perire deberet

communi

communi periculo, tàm officialis ſcili-
cet, quàm ſocij, atque adeo per mortẽ
officialis ſocius deberet amittere pecu-
niam, quam officiali contulit. At pro
4 maiori contrahentium commoditate,
periculum ſocietatis communicatur in-
ter officialem, & ſocium hoc pacto, vt
ſi officialis moriatur, totum officium
amittat, & eius hæredes teneantur pecu-
niam collatam ſocio reſtituere è contra
verò ſi moriatur ſocius, pecuniam ipſam
lucretur officialis, & ſic periculum cum
periculo compenſatur, vt rectè declarat
Leonel. in Bul. Pij IV. de ſociet offic. in
prin. verſ. Septimum, & Gloſ. 11. verſ.
Naturam, Caſtrac. eod. tract. cap. 9.
num. 8. 12. & 14. Mant. de tacit. & am-
big. conuent. lib. 6. tit. 2. ſub num. 17.
Zacch. de ſociet. offic. num. 34. qui pro
hac re affert deciſ. *Rotæ* Rom. in cauſa
Foroliuien. ſocietatis 13. Ianu. 1614. co-
ram Reuerendiſſ. *S*acrato.

Ad contrarium reſpondet Caſtrac. d.
tract. cap. 9. num. 14. cum plurib. ſeq.
5 quòd fortè huiuſmodi contractus ob illã
conditionem non poteſt propriè dici
contractus ſocietatis: ſiquidem qui dat
pecuniam ſubit vitæ periculum, & offi-
cialis periculum officii; quæ pacta ſunt
contra naturam contractus ſocietatis, in
qua in omnibus æqualitas ſeruãda eſt, vt
ſupra oſtendimus. Vndè putat tale con-
tractum potius dici innominatum: & eò
magis, quia quando adeſt dubitum de
qualitate alicuius contractus, debemus
illum iudicare innominatum potius, quã
nominatum, l. 1. ff. de æſtim. action. Imò
Bald. in c. in cauſa, de cauſ. poſſeſ. &
propr. num. 5. ait, quòd omnes contra-
ctus de mundo, quos conſuetudo de no-
uo inuenit, ſunt contractus innominati.
Et quamuis in inſtrumento ſocietatis of-
ficiorum dicatur, quòd officialis recepit
in ſocietatem ſuper eius officio, &c. ni-
hilominùs ait idem Caſtrac. ibi, quod
contractus indicatur ab effectu; non au-
tem à verbis contrahentium, vt in l. in-
ſulam, ff. de præſcrip. verb.

Sed re vera hæc *C*aſtrac. reſponſio no-
bis non probatur: ſiquidem ſatis ſupra
6 hoc eodem cap. q. 4. oſtendimus, ſocie-
tates officiorum, eſſe veras, ac proprias
ſocietates; & ad argumentum Caſtrac.
ſufficienter fuit reſponſum in d. q. 4. in
reſp. ad primum. Siquidem cùm pericu-
lum periculo compenſetur in hac ſocie-
tate, ſatis in ea ſeruatur æqualitas; &
dicta conditio cùm non ſit contra ſub-
ſtantiam ſocietas; ſed tantum contra na-
turam, non vitiatur contractum: Sed
ſtante ſupradicta compenſatione, ſocie-
tas ipſa cum prædicta conditione reddi-
tur iuſta, vt ibi latiùs declarauimus.

Ibi, *ſi ſocius moriatur, &c.* Qualis debeat eſſe mors ſocij, aut alterius, cuius vitæ periculo ſtat pecunia apud officialem, ad hoc vt officialis pecuniam ipſam lucretur. Q. II.

SVMMARIVM.

1 *Mors ſocij, aut alterius, cuius vitæ pe-
riculo ſtat pecunia; debet eſſe naturalis,
ad hoc, vt officialis pecuniã ipſã lucretur*
2 *Contractus ſocietatis officiorum ex incer-
titudine vitæ dantis pecuniã iuſtificatur.*
3 *Mors naturalis ſocij exigitur in ſocietate
officiorum, nec ſatis eſt violentia, ad
euitandam occaſionem captandæ mortis.*
4 *Pecuniam non lucratur officialis ſi ſocius
fuerit cõdemnatus ad perpetuos carceres*
5 *Mors naturalis qualiter differt à Ciuili.*

AD hanc difficultatem reſpondetur
breuiter, quoad mors debet eſſe
1 naturalis, atque ideò ſocius cuius vitæ
periculo ſtat pecunia apud officialem
debet decedere morte naturali, prout
contra diſtinguitur à morte ciuili, ac
morte violenta, vt patet ex illis inſtrumẽ
ti, quoad verbum retulimus hoc eodem
cap. q. 3. *Quòd moriente D. Paulo ante D.
Petrum, durante ſocietate huiuſmodi, morte
tamen naturali, non violenta, non vi, ferro,
nec veneno, ſeù alitercunque inflicta ab ho-
mine violẽter, quòd dictus Petrus lucretur
dicta ducẽta, & teneatur tantùm ad ſolutio-
nem fructuum decurſorum non ſolutorum;
&c.* Etenim cõtractus ſocietatis officio-
rum ex incertitudine vitæ dantis pecu-
niam iuſtificatur: & propterea de natura
huius ſocietatis eſt, vt moriente illo, qui
pecuniã dedit, durante ſocietate, officia-
lis pecunias receptas ſuper eius officio
nomine ſocietatis ſuperlucretur, vt ha-
betur ex Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 4.
ſub num. 26. cap. 8. num. 1. & 2. & cap. 16.
num. 2. Felicio de ſoc. cap. 34. num. 18. &

Zacch. eod. tract. num. 25. Vndè citra
periculum vitæ dantis pecunias, iſte cō-
tractus, fœneratitius eſſet, vt per eundem
Caſtrac. d. cap. 8. num. 1. & 2. Mant.
poſt alios, de tacit. & ambig. conuent. lib.
6. tit. 2. num. 17. in fin. Zacch. loco ci-
tato, num. 127. vbi ob id inquit, quòd
ſtante periculo vitæ, licèt poſſint emi re-
ditus ad vitam ementis, vt habetur ex
Rota Rom. deciſ. 37. num. 3. poſt eun-
dem Zacch. tract. in vna Romana ſocie-
tatum, 28. Ianu. 1595. coram b. m. Blan-
chetto; non tamen inde ſequitur, quòd
ſolum periculum vitæ ſufficiat, ad hoc vt
ſocietatis officiorum contractus iuſtifi-
cetur, vt per Bocc. de ſociet. offic. num.
126. Caſtrac. ibibem, num. 18. & alios
apud enndem Zacch. ibi, num. 128.

Oportet igitur eum, qui dat pecuniã
ad ſocietatem mortem ſubire naturalem
3 non autem violentam, aut ciuilem, ad
hoc vt officialis pecuniam ipſam lucre-
tur: & id ad euitandam occaſionem ca-
ptandæ mortis, vt habetur ex Zacch. d.
tract. ſub num. 402. & extat Rota Rom.
poſt eundem Zacch. tract. deciſ. 54. ſub
num. 7. in vna Romana ſocietatis offic.
16. Aprilis, 1612. coram b. m. Dama-
ſceno.

Ex his infertur; quòd officialis non
lucratur pecunias in ſocietatem datas, ſi
qui eas contulit fuerit condemnatus ad
perpetuos carceres. Etenim quamuis
pœna perpetui carceris dicatur capitalis,
vt per Bart. in l. 1. ff. de public. iud. Bald.
in l. reos, in prin. de accuſat. Felin. in c.
qualiter, il 2. §. ad corrigendos, eod. tit.
ita vt, vbi pro aliquo facinore de iure
ciuili pœna mortis imponitur: de iure
canonico clericus imponitur pœna per-
petui carceris, & bona publicantur; vt
per Older. conſ. 17. & conſ. 4. & cappel.
Toloſ. deciſ. 150. nihilominus huiuſmo-
6 di pœna non poteſt dici naturalis, nec
etiam violenta; cùm mors naturalis, vel
violenta illa dicatur, cùm anima à cor-
pore ſeparatur: & damnatus tunc natu-
raliter moritur, cùm eius anima ſepara-
tur à corpore, vt per Bald. in l. fin. C. ſi
pend. appel. Dicitur autem mors ciui-
lis pœna perpetui carceris; quia con-
demnati ad perpetuos carceres efficiun-
tur ſerui pœnæ, vt per Rolan. à Val. conſ.
2. num. 48. & 53. quæ mors appellatur
ficta mors; & propterea non eſt ſatis, vt
per carcerationem perpetuam dantis pe-
cuniam, officialis lucretur eam, vt latè
probat Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 33.
per totum. Idem dicendum eſt de de-
portatis, Bannitis, & condemnatis ad tri-
remes: nam horum mors dicitur ciuilis,
non autem naturalis, aut violenta, vt per
Caſtrac. loco citato, cap. 36. Et eadem
ratione officialis nō lucratur pecuniam,
ſi ſocius, qui eam contulit Religionem
ingrediatur: nam licèt per Religionis
ingreſſum, ac profeſſionem diſſoluatur
ſocietas, vt ſuo loco dicemus, & Reli-
gioſus habeatur pro mortuo, vt in l. Deo
nobis, C. de Epiſc. & cler. nihilominus
mors huiuſmodi eſt ficta; at ſtipulatio in
caſu verò, non autem in caſu ficto debet
intelligi: Siquidem ſtipulatio ſtrictè, &
propriè intelligitur, l. quicquid aſtrin-
gendæ, ff. de verb. oblig. latè Caſtrac. vbi
ſupra cap. 35. Et multò minus officialis
lucrabitur pecuniam, ſi is qui eam ad
ſocietatem contulit, in excommunica-
tionem incidat: Siquidem pœna excom-
municationis licèt dicatur pœna mortis
ſpiritualis, vt per Gloſ. in §. ſi igitur, in
auth. de conſan. vter. fra. c. per venera-
bilem, vbi Panor. qui fil. ſint legit. ni-
hilominus non eſt mors naturalis, nec
violenta, per quam anima ſeparatur à
corpore, vt per eundem Caſtrac. loco
ſupra relato, cap. 34.

An ſi morte violenta moriatur perſona per ſocium nominata, cuius vitæ periculo ſtat pecunia apud officialem, officialis ipſe pecuniam ſibi collatam à ſocio ſuam ſibi faciat. Q. III.

SVMMARIVM.

1 *Officialis non lucratur pecuniam ſi perſona nominata per ſocium moriatur morte violenta, ſi ſub eius vita periculo ſtet ipſa pecunia.*
2 *Vbi militat eadem ratio, ibi eſt eadem iuris diſpoſitio.*

In

IN hac te videtur affirmatiuè reſpondendum eſſe: Siquidem ſocietatis inſtrumentum, quod ſupra ad verbum retulimus, hoc eodem cap. q. 3. loquitur de morte violenta illata ei, qui pecunias contulit; non autem de morte violenta illata perſonæ nominatæ, cuius vitæ periculo ſtat pecunia apud officialem, vt patet ex illis verbis, *Et moriente Domino Paulo ante D. Petrum, durante ſocietate huiuſmodi, morte tamen naturali, non violenta, &c.* Ergò ita demum officialis pecunias ſibi collatas non facit ſuas, ſi is qui dedit pecuniam moriatur morte violenta; non autem ſi violenta morte decedat perſona nominata. Confirmatur, quia Caſtrac. de hac materia diffusè tractans in ſuo tract. de ſociet. offic. cap. 17. cum plurib. ſeq. ſemper agit de eo, qui pecuniam contulit officiali, & morte violenta deceſſerit, ad excludẽdum officialem ipſum à pecuniæ collatæ conſecutione: ergò nunquam officialis à pecuniæ collatæ conſecutione excluditur, niſi moriatur morte violenta, is qui pecuniam contulit.

His tamen non obſtantibus, in contrarium eſt comminis ſententia, quam
1 tenet Zacch. de ſociet. offic. ſub num. 400. & ſeq. & alij dicentes, officialem non lucrari pecunias ſibi collatas per mortem violentam illatam perſonæ, cuius vitæ periculo ſtat pecunia apud officialem, nec diſtinguit de eo, qui dedit pecuniam, aut de perſona nominata: ergo nec nos diſtinguere debemus, arg. tex. in l. 1. §. generaliter. ff. de legat. preſt. & eo maximè quia eadem ratio militat in vtroque caſu, cùm eidem periculo captandæ mortis exponatur perſona nominata, ac ſocius, qui pecunias contulit: atque ideò cùm militet eadem ratio, eadem etiam militat iuris diſpoſitio: arg. tex. in l. adigere, §. quamuis. ff. de iur.
2 patr. & l. illud. ff. ad leg. Aquil. Et quamuis inſtrumentum loquatur de ſocio, qui pecuniam contulit; non tamen cenſetu r excludere perſonam nominatam: quia loquitur de ſocio ante nominationem factam, quo caſu eius periculo ſtabat pecunia apud officialem. Vt rectè declarat Zacch. loco citato, num. 402. Eſt tamen verum quòd licèt dentur pecuniæ ad ſocietatem ſub periculo vitæ perſonæ nominatæ; nihilominus cum dante pecuniam; non autem cum nominato inita cenſetur, vt habetur ex Caſtrac. d. cap. 17. in prin. Vndè ſi dans pecunias ante nominatum decederet, cùm per obitum illius ſocietas extincta ſit; etiam quòd deinde nominatus decederet, officialis pecuniam ſibi collatam non lucratur, cùm dici non poſsit nominatum, durante ſocietate deceſſiſſe, cùm per mortem eius, qui pecuniam dedit finita ſit ſocietas. An autem facta nominatione, vt officialis lucretur pecuniam exigatur, vt præmoriatur ſocius, vel perſona nominata à ſocio, vel vterque infra, Deo duce, agemus hoc eadem, §. in propria quæſtione. Cæterum illud certum eſt, quòd hoc loco agitur de morte eius tantùm cuius vitæ periculo ſtat pecunia apud officialem, ſiue ſit ipſe ſocius ante nominationem; ſiue alter nominatus à ſocio.

An ſi is, cuius vitæ periculo ſtat pecunia apud officialem gladio ſe ipſum interimat, officialis ipſe pecuniam collatam lucretur. Q. IV.

SVMMARIVM.

1 *Fiſco applicantur bona eorum, qui mortem ſibi conſciuerunt.*
2 *Officialis ſocietatem lucratur, ſi is, cuius vitæ periculo ſtat pecunia, ſe ipſum interimet.*
3 *Occiſus ille propriè dicitur, qui ab alio occiditur.*
4 *Stipulantis perſona non includitur ſub generali ſermone.*
5 *Interficiens ſe ipſum non dicitur morte violenta occidi ab homine.*
6 *Pecunia illius, qui mortem ſibi intulit, cenſetur vi ſocietatis acquiſita officiali, & non Fiſco, ſaltem prius natura.*
7 *Mortem ſi ſibi infert quouiſmode is qui pecuniam ad ſocietatem dedit ſub eius periculo vitæ, aut perſona nominata, ſiue telo, ſiue baculo ſiue proijciat ſe per feneſtrã, &c. officialis lucratur ſocietatem; niſi qui ſe ipſum proiecit probetur inſanus effectus ex præuio vulnere.*

In hac

IN hac re videtur prima facie negati-
1 uè reſpondendum eſſe. Siquidem officialis ex vi verborũ inſtrumenti ſocietatis, quod q. 3. hoc eodem cap. ad verbum retulimus, expreſsè excluditur à pecuniarum emolumento; cum is cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ, violenta morte interimitur, nempè ferro, telo, &c. vt patet ex illius verbis, *Super morte autem conuenerunt, quòd moriente Domino Paulo, ante Dominum Petrum, durante ſocietate huiuſmodi; morte tamen naturali, non violenta, non vi, ferro, nec veneno, ſeu alitercunque inflicta ab homine violenter, quòd d. Petrus lucretur dicta 200. & teneatur tantùm ad ſolutionem fructuum decurſorum non ſolutorum, &c.* At is, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem, ſi gladio ſe ipſum interimat, nõ dicitur decedere morte naturali, ſed morte violenta, ac ferro, quæ mortis ſpecies expreſsè excluditur vi dicti inſtrumenti. Non ergò ſi is, cuius vitæ periculo ſe ipſum gladio interimat, officialis pecunias ſibi collatas lucrifaceret. Confirmatur, quia bona eorum, qui mortem ſibi conſciuerunt, ipſo facto Fiſco per confiſcationem acquiruntur, vt in l. 3. & ibi Bart. ff. de bon. eor. qui mort. ſibi conſc. Iaſ. in l. 2. num. 2. C. qui teſtam. facer. poſſ. ergò pecuniæ apud officialem exiſtẽtes nõ poſſũt effici ipſius officialis.

Oppoſitis tamen non obſtantibus,
2 contrariam ſententiam arbitror de iure veriorem eſſe, quam tenet Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 22. dicens, in caſu de quo agitur, officialem pecunias ſibi collatas ſuas ſibi facere. Siquidẽ huiuſmodi mors violenta à ſe ipſo illata in exceptione non comprehenditur: exceptio enim mortis violentæ intelligenda eſt de ea, quæ infertur ab alio; non autem à ſe ipſo, arg. tex. in l. qui inſulam, §. colonus, vbi Bart. ff loc. Bald. conſ. 395. col. 1. lib. 2. Etenim ille propriè dicitur occiſus,
3 qui ab alio occiſus eſt, l. 1 §. occiſorum, ff. ad Senatuſc. Syllan. Et de huiuſmodi interempto expreſsè loquitur dictum inſtrumentum excipiens mortem violentam, vt conſtat ex illis verbis, *Seu alitercunque inflicta ab homine violẽter, &c.* Siquidem cùm dicitur inflicta ab homine violenter, nõ poteſt intelligi de morte inflicta à ſemetipſo: tum quia in ge-
4 nerali ſermone perſona ſtipulantis non comprehenditur, vt in l. Paulus, §. fin. vbi Gloſ. & Bart. ff. de pignor. l. inquiſitio, & ibi Bald. & Salyc. C. de ſolut. tum quia diſtincta debet eſſe perſona agentis, ac patientis, vt habetur ex Bero. in c. quæ in Eccleſiarum, num. 122. vbi etiam Felyn. de conſtit. Vndè ſi ſtatutum concedit præmium occidenti bannitum, non comprehendit bannitum, ſe ipſum interficiẽtem: nec talis bannitus vitat pœnam à iure ſtatutam ijs, qui mortem ſibi conſciuerunt, vt per Felyn. & Doctor. communiter loco citato, & Dec. in l. 2. C. qui teſtam. fac. poſ. Denique exceptio mortis violentæ non alia ratione fuit adinuenta, niſi ad euitandam occaſionem captandæ mortis ab officiali, vt per Boccac. in ſuo tract. de ſociet. offic. num. 34. in fin. Leonel. ſuper Bull. Pij IV. Gloſ. 21. verſ. Ad quartum, Caſtrac. eod. tract. cap. 17. ſub num. 9. verſ. Quartò ſuadetur, Zacch. eod. tract. nu. 402. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 18. ſub num. 5. & extat deciſ. Rotæ Rom. 54. ſub num. 7. poſt eundem Zacch. tract. in vna Romana ſocietatis officiorum, 16. Aprilis, 1612. coram b. m. Damaſceno. *At* hæc ratio ceſſat in eo qui pecuniam contulit officiali, aut alterior, cuius vitæ periculo pecuniæ ſtant apud officialem: non ergo exceptio mortis violentæ cõprehendit eum, cuius vitæ periculo pecuniæ ſtãt, & mortẽ ferro, aut qualitercunque ſibi intulit; atque adeò officialis eo caſu pecunias lucrabitur.

Reſtat modo, vt contraria ſoluamus.

AD primum patet reſponſio ex di-
5 ctis: is enim, qui ſe ipſum interficit, non dicitur occidi ab homine violenter: & propterea eius mors in exceptione non comprenditur.

Ad confirmationem reſpondetur ex
6 Caſtrac. d. cap. 22. num. 13. quem ſequitur Zacch. de ſociet. offic. num. 418. quòd licet bona eornm, qui ſe ipſos interficiunt, ipſo facto confiſcantur, ac Fiſco acquiruntur; nihilominus in caſu, de quo agitur, pecuniæ cenſentur ſaltem prius natura acquiſitæ officiali ob mortem dantis pecuniam ſuper vita ipſius: ex quo ſua culpa eas amiſit: & propterea Fiſcus eas apprehendere non poteſt, tanquam illius, qui mortem ſibi conſciuit; quoniam tunc non erant illius; ſed officialis irreuocabiliter.

Idem

Idem multò magis dicendum eſt de eo, qui ob conſcientiam criminis tedio vitæ affectus ſe interficit, vt probat ibi Caſtrac. Nec hoc caſu diſtinguendum eſt de ſocio, qui pecuniam contulit ſuper eius vitæ periculo: aut de nominato, in cuius vitæ periculo ſtarent pecuniæ apud officialem: quoniam is etiam ſi ſe interficiat, officialis pecunias lucrabitur, cum talis non dicatur ab homine interemptus, quod omninò exceptio exigit. Hanc eandem ſententiam tenet Boccac. de ſociet. offic. ſub num. 122. & 168. vbi ponit caſum de eo, qui letaliter vulneratus poſt octo dies à feneſtra ſe proiectū interemit: & concludit, quòd hoc caſu ſocietas eſt lucrata; quia cauſa proxima fuit proiectio à feneſtra, & ſic mortem ſibi conſciuit: & propterea quouiſmodo ſibi mortem quis inferat, ſiue veneno, ſiue laqueo, ſiue aqua, ſiue igne, ſiue ſe proijciat à Turri, ſiue à feneſtra, pecuniæ per officialem lucrantur: ſiquidem probat Boccac. locis citatis, hanc mortem non dici violentam illatam ab homine, ſed voluntariam à ſe ipſo. Eſt tamen verum quòd id, quod diximus de letaliter vulnerato, qui poſt octo dies à feneſtra ſe proiecit, eſt verum, niſi iſte talis, ex vulnere fuiſſet effectus inſanus: quia tunc mors fuiſſet cauſata ab illa percuſsione, & vulnere letali; atque adeò eſſet ex vulnere mortuus ab homine, & non propria voluntate, vt per eundem Boccac. d. nu. 168. Tiber. in prax. lib. 1. c. 19. & Zacch. de ſociet. offic. ſub num. 419.

An ſi is, cuius vitæ periculo ſtāt pecuniæ apud officialem, fuerit laqueo ſuſpenſus, aut capite truncatus ob eius delictū, officialis pecunias collatas ſuas ſibi faciat. Q. V.

SVMMARIVM.

1 *Ad excludendum officialem à lucro ſocietatis per mortem Socij, quæ requirantur.*

2 *Nulla maior victima Deo offerri poteſt, quàm de criminoſis iuſtitiam facere.*

3 *Nulla maior æquitas datur in natura, quàm hominem criminoſum exterminare, cùm talis homo non ſit.*

4 *Iudex occidendo Reum non dicitur homicidium committere.*

5 *Mors illata Reo à Iudice non poteſt dici illata ab homine, ſed à lege per Miniſtros Dei.*

6 *Interemptus iuſſu Iudicis propter eius crimina, non à Iudice, ſed à ſe ipſo dicitur interimi.*

7 *Homicida quod fecit ſemper expectat.*

8 *Reo Iudex pœnam remittens illius criminis conſcium ſe oſtenderet.*

9 *Deciſio Rotæ 54. poſt Zacch. refertur ad probandum, quòd ſocius ſi laqueo fuerit à Iudice propter eius crimen ſuſpenſus, officialis lucratur ſocietatem.*

10 *Mors ſemper dicitur violenta quando cauſatur à nocumento extrinſeco.*

11 *Suſpenſus laqueo ſi iuſſu Iudicis fuerit ſuſpenſus propter eius delictum, & eius vitæ periculo ſtent pecuniæ datæ ad ſocietatem, officialis ſocietatem non lucratur.*

12 *Deciſiones Rotæ referuntur ad probandum, officialem non lucrari ſocietatem, ſi is qui pecuniam dedit laqueo ſuſpenditur à Iudice propter eius delictum.*

13 *Societas officiorum an ſtatim ſoluatur bonorum publicatione alicuius ex ſocijs.*

14 *Societas officiorum diſſoluitur per mortem ciuilem.*

15 *Societas diſſoluitur cum ſocius efficitur pœnæ ſeruus.*

16 *Socius, cuius vitæ periculo ſtāt pecuniæ, ſi poſt publicationem bonorum deceſſerit morte naturali, officialis eas non lucratur, atque adeò fiſcus pecunias repetit.*

17 *Fideicommiſſum non extinguitur per publicationem bonorum hæredis.*

18 *Iura conditionalia an, & quando tranſeant in Fiſcum.*

19 *Bona delinquentis an tranſeant in Fiſcū cum ſuo onere.*

20 *Societas attenta eius natura poteſt extingui etiam durante tempore, quo fuit inita.*

1 IN hac difficultate pugnantes extant opiniones. Nam prima ſententia fuit Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 29. ſub num. 6. verſ. His tamen non obſtantibus, exiſtimantis, officialem hoc caſu pecunias collatas

collatas ſuas ſibi facere. Probat ſuam ſententiam ex eo, quòd ad excludendum officialem à lucro dictarum pecuniarum expoſtulantur duo: primum: quod mors ſit violenta: ſecundum, quòd mors violenter ſit illata ab homine, vt patet ex inſtrumenti verbis ſæpè relatis, *Morte tamen naturali, non violenta, ſeu alitercunque inflicta ab homine violenter.* At quādo quis laqueo ſuſpenditur, aut capite truncatur iuſſu *Iudicis*, licèt talis mors ſit violenta; non tamen dici poteſt ab homine illata; ſed à Dei Miniſtro; quia *Iudex* dum malos punit, in eo quòd mali ſunt, eſt Dei Miniſter, atque adeò non hominis, ſed legis eſt miniſterium, iuxta illud D. Hyeronimi ſuper Ezechiel. & ſuper Hierem. dicentis, Homicidas ſacrilegos, venenarios punire, non eſt effuſio ſanguinis; ſed legum miniſterium, c. homicidas, & c. qui malos, 23. q. 5. & c. quæſitum, 23. q. 4. Hinc ait Paul. de Caſtr.
2 in l. nemo, C. de epiſcop. aud. quòd nulla maior victima Deo offerri poteſt, quàm de criminoſis iuſtitiam facere: & Bald. in c. ſuper hoc, in fin. de renunc. inquit,
3 Nullam maiorem æquitatem dari in natura, quàm hominem criminoſum exterminare; cùm talis homo non ſit; ſed bellua, quæ ſe armat contra naturam. Vndè Iudex occidendo Reum non dicitur ho-
4 micidium committere contra præceptū de non occidendo; quia homicidium eſt iniuſta hominis occiſio: ſed dicitur Dei miniſter, & vindex in iram ei, qui malum agit, vt in c. reos, 23. q. 5. atque adeò mors violenta illata Reo ex iudicis iuſſu, qui iuſtè, ac rectè proceſsit, non po-
5 teſt dici illata ab homine, ſed à lege per Miniſtros Dei, iuxta illud D. Auguſtini in c. ſi homicidium 23. q. 5. c. quos Deus, 33. q. 2. & ibi Gloſ.

Imò qui crimina morte digna com-
6 mittit, dum condigna pœna plectitur, non à Iudice, ſed à ſe ipſo interimitur. Scriptum eſt enim Gen. cap. 9. *Quicunque effunderit ſanguinem humanum, fundetur ſanguis illius.* & homicida, quod
7 fecit ſemper expectat, l. 3. C. de epiſc. aud.
8 Et propterea Iudex non poteſt Reo pœnam remittere: aliàs criminis illius conſcium ſe ſe oſtenderet, vt in l. 2. & ibi latè Bald. C. de commer. & merc. & Tiraq. de pœn. in Prefat. Ex dictis igitur concludit Caſtrac. loco citato, quòd ſi is, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem fuerit laqueo ſuſpenſus, aut capite truncatus ob eius delictum, officialis pecunias collatas ſuas ſibi faciet: quod quidem verum eſſe putat; etiam ſi officialis contra huiuſmodi Reum lucri gratia ageret, niſi apertè conſtaret, non zelo iuſtitiæ agere, ſed tantùm animo conſequendi tale lucrum: quoniam tunc ex eiuſdem improbitate præmium conſequi non mereretur.

Pro hac eadem ſententia eſt deciſ. Ro-
9 tæ Rom. 54. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. in vna Romana ſocietatis officiorum, 16. Aprilis, 1612. coram b. m. Damaſceno, cuius tenor eſt, qui ſequitur. *Quidam Io. Baptiſta Canaparius dedit pecuniarum ſummas ad ſocietatem officiorum, cum ſolito pacto, quòd moriente ipſo Io. Baptiſta morte naturali, non violenta illata ab homine, ferro, veneno, aqua, igne, vel aliàs quomodolibet violenter, pecuniæ lucri fierent. Euenit, quòd idem Io. Baptiſta ob ſua delicta per manus iuſtitiæ laqueo ſuſpenſus periit, fuit coram me dubitatum, an per iſtam mortem factus eſſet locus pacto de ſuperlucrandis pecuniis. Et pro affirmatiua concluſum: quia verè iſta eſt mors naturalis ad differentiam Ciuilis, vt per Bald. conſ. 8. num. 3. lib. 4. Nec poteſt dici illata ab homine: quia mors, quæ infligitur de ordine iuſtitiæ, non attribuitur homini, ſed legi, vt in tex. in c. homicidas, & in c. ſi homicidium in fin. 23. q. 5. latè proſequitur Modern. Fanen. tract. de ſociet. cap. 29. per totum, cùm eius rationes placuerint Dominis: & quatenus poſsit illata ab homine, non tamen erit illata violenter, prout requirit pactum, cùm ſit illata ſecundum legem, & rationem, c. quos Deus, ver. violentiam, 33. q. 1. vbi Gloſ. Non obſtat, quòd*
10 *imò erit illata violenter ab omne, quia verè non eſt ipſa lex, quæ occidit; ſed carnifex, atque adeò ſi carnifex nunquam percuteret, nunquam moreretur condemnatus. Eſt enim violenta; quia ſemper dicitur mors violenta, quando cauſatur à nocumento extrinſeco, vt videtur de mente Bald. d. conſ. 8. & latè tradit D. Thom. in ſum. par. 3. q. 14. art. 2. vbi propterea concludit quòd licet, Dominus noſter paſſus ſit voluntariè, iuxta illud Iſa.* oblatus eſt, quia ipſe voluit. *Eius tamen mors fuit violenta, quia fuit cauſata à nocumento extrinſeco: Quoniam reſpondetur, mortem quidem Io. Baptiſtæ fuiſſe violentam ad differentiam merè naturalis, quæ cauſatur à nocumento intrinſeco; ſed non propterea poſſe dici illatam ab homine, vt vult pactum:*

ctum: quia homo in hoc caſu ſeruit tanquam merum inſtrumentum, & res inanimata, vt in d. c. homicidas, & c. ſi homicidium: vel ſaltem quatenus poſſet dici illata ab homine non erit illata violenter, poſitum in fine pacti, quod illud totum qualificat, C. olim, de reſcript. L. 1. C. de liber. præter. L. doli vbi Bart. in ſum. ff. de ſer. corrup. Alex. conſ. 101. num. 10. lib. 3. Decian. conſ. 70. num. 19. & ſeq. lib. 3. Nec facit, quòd imò videtur illata violenter, & proueniat ex nocumento extrinſeco ſuper allegato; quia dum partes morti inferendæ per hominem, addiderunt aduerbium, violenter, voluerunt aliquid pluſquàm nocumentum extraordinarium: Vndè aduerbium, violenter, ſtaret otioſè, & ſine miſterio contra regulam, de qua in c. ſi Papa, de priuil. in 6. l. quàm, in prin. Vbi Gloſ. verſ. fruſtra, ff. de legat. 1. Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. num. 9. Roman. conſil. 180. num. 5. Alex. conſ. 11. num. 11. lib. 2. & conſequẽter illud aduerbium, violenter, debet intelligi, quòd ſit illata ab homine contra ordinem iuſtitiæ: quia non reperitur talis violentia, quæ poſsit adeſſe, & abeſſe à morte illata per hominem, quàm iſta, quæ opponitur iuſtitiæ. Et iſte intellectus ſuadetur ex eo; quia exceptio mortis illatæ ab homine non videtur adinuenta ob aliud, quàm ne aliàs per illum, qui eſt lucratus pecunia, parentur inſidiæ vitæ illius, qui dedit pecunias. Etenim antiquis temporibus ſocietates per mortem officialis vacabant ad lucrum Cameræ Apoſtolicæ, non fiebat iſta exceptio; ſed quomodocunque moreretur officialis erant amiſſæ pecuniæ ſocietatis. Cùm igitur iſtud periculum ceſſet in morte, quæ infertur de ordine iuſtitiæ, debet ceſſare, & cautela, ad onot. in l. 1. vbi Bald. in prin. Saly. & Caſtrac. num. 1. C. de naut. Fœn. Gloſ. in l. 3. verſ. Propinquæ mortis, ff. de donat. cau. mort. Rom. conſ. 404. num. 9. Et quatenus verba omninò repugnent, debent intelligi ſecundum naturam actus, qui geritur. Bald. conſ. 343. in prin. lib. 1. Crauet. conſ. 3. num. 3. & illud, quod veriſimiliter fuit cogitatum, Bald. conſil. 159. num. 5. verſ. Nam verba, lib. 3. Angel. conſ. 249. Crauet. conſ. 3. num. 11. & periculum vitæ modernarum ſocietatum ſubrogatum in locum vacationis officij; de quo in antiquis ſocietatibus, quæ ſicut nunc, ita, & tunc contingebant in quocunque genere mortis, quatenus verba omninò non repugnant, cenſendum eſt ſubrogatam cum ijſdem qualitatibus, ad regulam, ſubrogatum: de qua per Gabr. tit. de regul. iur. concl. 2. per totam vbi ponit multa ſimilia. Non obſtat, quòd & in morte illata de ordine iuſtitiæ poſſent cadere inſidiæ, puta in ſubornandis teſtibus, vel corrumpendo iudicem; quia iſtæ ſunt res nimis inſolitæ, & ante longè petitæ de quibus non præſumuntur contrahentes cogitaſſe, Angel. conſ. 176. num. 2. Dec. conſ. 14. num. 2. Gozzad. conſ. 94. num. 42. Sylu. conſ. 16. num. 24. Rolan. conſil. 45. num. 3. 20. 22. lib. 3.

His tamen non obſtantibus, oppoſi-
11 tam ſeutentiam puto veriorem eſſe, quam tenet Zacch. in ſuo tract. de ſociet. offic. ſub num. 412. verſ. De veritate autem huius, & num. 413. cum plur. ſeq. dicens, non poſſe dari caſum, vt qui dedit pecunias moriatur per manus iuſtitiæ, & pecuniæ ſint ab officiali lucratæ. Etenim cùm ſtatim ſequuta mortis ſententia iſte talis dicatur mortuus ciuiliter; cùm efficiatur ſeruus pœnæ, iuxta ea, quæ habentur ex Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 30. ſub num. 4. & morte ciuili extinguatur ſocietas, vt in l. verum in fin. ff. pro ſoc. ſequitur, quòd tempore, quo ſocius laqueo ſuſpenditur, aut capite truncatur per manus carnificis, nulla adſit ſocietas, & conſequenter nec ab officiali lucrari poſſunt pecuniæ in ſocietate collatæ. Idem dicendum eſt eo magis, ſi bona talis damnati publicata eſſent, quoniam tunc cùm eorum dominium tranſeat ipſo iure in Fiſcum citra apprehenſionem aliquam, vt in l. actione, §. publicatione, & ibi Doctor. ff. pro ſoc. ſocietas diceretur diſſoluta; atque ideò, aduenĩente poſtea morte naturali poſt finitam ſocietatem, & poſtquàm ſors principalis illius tranſierit in Fiſcum, illa non poteſt ſuperlucrari, vt rectè ait *Zacch.* loco citato, ſub num. 414.

Pro hac eadem opinione extant duæ
12 Rotæ Romanæ deciſ. 74. & 75. poſt d. Zacch. tract. impreſſæ coram R. D. D. Manzanedo in cauſa Romana quarum prior eſt ſub die 11. Decembr. 1613. & poſterior ſub die 17. Febr. 1614. In priori ſub num. 2. verſ. Non obſtat, ita legitur, *Non obſtat quòd dicta ſocietas ſcutorum 1700. eſſet ſuperlucrata per mortem Piccinardi: quia eo ipſo quod per ſententiã eius bona fuerunt publicata, illorum dominium tranſiuit ipſo iure in Fiſcum abſque nulla apprehenſione, Bart. in l. 1. §. an bona, ff. de iur. Fiſc. Raph.* Cuman. *conſ. 32.*

num.2.Ruin.conſ.31.num.3.& ſeq. lib.4. Franc.Luc.de Fiſc.& eius priuileg. p.1. num.92.& par.2.tit.de publ.bonor. in fin. Angel. in tract. de malefic. in verb. Eius bona:verſ.Et nota, Boſſ.de public.num.25. Peregr. de iure Fiſc. lib.5.tit.1. num.52. & ſocietas remanſit diſſoluta,§.publicatione,in Inſt.de ſociet. l.actione,§. publicatione,& l.verùm,§.fin.ff.eo.Vndè adueniente morte naturali poſt finitam ſocietatem, & poſtquam ſors principalis illius tranſierit in Fiſcum, illa ſuperlucrari non poterat, Gabr.conſ.78. num.1.lib.1. In poſteriori verò,& ſic in deciſ.75.ſupra relata à nu. 1.tenor eſt talis, *Nec obſtare videbatur, quòd ſocietas tranſeat in Fiſcum cum ſuo onere,& cauſa,& conditionibus,quibus in Piccinardo damnato reſidebat,l.in facto,§. Fiſcus,ff.de condit.& demonſtrat.l.cum Fiſco,ff.ad Syllan.l.res quæ,§.res,ff.de iur. Fiſc.& ſic per mortem Piccinardi debebat officialis ſuperlucrari ſocietatem, iuxta Moder.Fan.de ſociet.cap. 39. num.8. Reſpondetur enim, quòd deciſio nullatenus firmat,ſocietatem per publicationem bonorum tranſiuiſſe in Fiſcum, qua, cauſa forſan potuiſſet ratio contraria applicari; ſed firmat, quòd per ſententiam publicationis dominium bonorum tranſiuit in Fiſcum; & quòd ſocietas per dictam publicationem remanſit diſſoluta, iuxta tex. expreſſum in §.publicatione,in Inſtit. de ſociet. & in l. verùm,§.fin.& in l.actione,§. publicatione, ff. eod. Vndè diſſoluta ſocietate per publicationem, non poteſt ſocietas iam extincta tranſire in Fiſcum; ſed tantùmodo actio pro conſequendis pecuniis datis in ſocietatem: & ſic deciſio infert, quòd adueniente morte naturali Piccinardi poſt finitam ſocietatem, nempè poſt publicationem, & poſtquam dicta ſors principalis illius tranſiuerat in Fiſcum,illa ſuperlucrari non poterat, cùm ante mortem fuiſſet iam extincta,& diſſoluta iuxta conſ.Gabr.78. num. 1.lib.1.Nec ex eo quòd Piccinardus illam diſdicere non poterat intra ſemeſtre ſequitur, quòd nec etiam diſſolui potuit per dictam publicacionem,cùm ſocietas poſsit finiri,etiam durante tempore,quo fuit inita, Alex.conſ.34.nu.4.lib.2.;Corn. conſ.310. ſub num.3.lib.4.Dec.conſ.113.in prin.*

Eſt tamen verum,quòd dum in ſupra-
13 dicta deciſione habetur, quòd per bonorum publicationem ſtatim diſſoluitur ſocietas officiorum, id non admittitur per Caſtrac. de ſociet. offic. cap.37. ſeu 38. Etenim regulariter huiuſmodi ſocietates ad ſex menſes,& poſtea ad beneplacitum ambarum partium fieri ſolent,& officialis fructus anticipatos pro ſex menſibus,ſoluere ſolet. Vndè durante dicto tempore, quemadmodum ille, qui dedit pecunias, illas repetere non potuiſſet,ita nec etiam Fiſcus qui ex cōfiſcatione ſuccedit in locum illius, l. qui in alterius,ff.de regul.iur.officialis enim ſolùm ſortem reſtituere tenetur in fine ſex menſium:ergò ante diem conueniri non poteſt,l.1.in fin.ff. de vſufr. accreſc. l.cedere diem, ff. de verb. ſigniſ. ita Caſtrac. loco citato. Sed re vera Caſtrac. falſo videtur inniti fundamento; quia cum publicatione bonorum diſſoluatur ſocietas, officialis ſtatim tenetur reſtituere ſortem principalem;& Fiſcus cum ſuccedat in locum eius confiſcationem ſuit paſſus tenetur reddere officiali fructus ſemeſtris,quos anticipato ſoluit, vt infra dicemus,verſ.Neque obſtat, & patet ex dictis in d. deciſ.75. Sed de hac re latius,Deo duce, dicemus lib. 3. de extinctione ſocietatis officiorum agentes.

Reſtat modo, vt ad contraria reſpondeamus.

AD rationes Caſtrac. reſpondetur,
14 quod quamuis mora illata ex ordine iuſtitiæ non dicatur illata ab homine violenter; nihilominus cùm damnatus efficiatur ſeruus pœnæ, atque ideò moriatur ciuiliter, per mortem ciuilem diſſoluitur ſocietas. Vndè adueniente morte naturali poſt finitam ſocietatem, pecunias collatas officialis non poteſt ſuas ſibi facere, & ad rationes allatas in d. deciſ. 54. eodem modo reſpondetur.

Ex dictis igitur patet,quid dicendum
15 ſit in propoſita quæſtione per Caſtrac. de ſociet.officior.cap.30.de eo, qui condemnatus ad mortem auſugerit à carceribus, vel dum raperetur ad ſupplicium,è manibus familię ereptus auſugerit: is enim non ex eo,quòd non fuerit ſuſpenſus, officialis non fuit ſuperlucratus pecunias in ſocietatem datas; ſed quia per condemnationem cùm fuerit effectus ſeruus pœnæ, atque adeò mortuus

tuus ciuiliter, ſocietas eſt diſſoluta. Sicut eadē ratione, & multò magis dicendum eſt de eo, qui dum raperetur ad ſupplicium fuerit occiſus, vt patet ex dictis. & ex cumulatis per eundē Caſtr. loc. citat. c. 31.

Ex dictis etiam patet, quid dicendum
16 ſit de alia quæſtione propoſita per eundem Caſtrac. eod. tract. cap. 38. ſeu 39. dum quærit, an ſi ſocius cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem, poſt publicationem bonorum, durante ſocietate, deceſſerit morte naturali, officialis eas lucretur. Etenim quamuis Caſtrac. ibidem, num. 7. verſ. contrarium tamen: partem affirmatiuam tueatur; atque ideò putet, Fiſcum non poſſe repetere pecunias officiali collatas: & ſi fortè exegiſſet infra ſemeſtre teneri eidem officiali reſtituere; nihilominus ex relata deciſ. 74. oppoſitam ſententiam meritò tuetur Zacch. de ſociet. offic. ſub num. 415. ſiquidem eo ipſo quòd per ſententiam bona eius, qui pecunias in ſocietate contulit, publicata fuerunt, illorum dominium tranſiuit ipſo iure in Fiſcum abſque vlla apprehenſione; atque ideò ſocietas remanet diſſoluta: & propterea, adueniente morte naturali damnati poſt ſocietatem ipſam diſſolutam, pecunias officialis non poteſt ſuas ſibi facere.

Nec obſtat tex. pro Caſtrac. ſenten-
17 tia relatus, in l. Statius, §. Cornelio, ff. de iur. Fiſc. vbi bona damnati ſtant penes Fiſcum confiſcata, donec veniat conditio, qua adueniente, fideicommiſſario reſtituere ea poſtea tenetur: quoniam reſpondetur, quòd fideicommiſſum non extinguitur per publicationem bonorum hæredis, vt in l. quod placuit, ff. de iur. Fiſc. at ſocietas extinguitur publicatione bonorum, vt in l. actione, §. publicatione, & ibi Doctor. ff. pro ſoc. & propterea ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor.

Nec præterea aduerſatur, quòd is qui
18 pecunias in ſocietatem contulit, cum pacto, vt officialis eſſent, ſi morte naturali decederet, dicitur creditor dictarum pecuniarum ſub contraria conditione, nempè, ſi durante ſocietatis tempore, morte naturali non decederet: atque adeò dictum creditum eſt conditionale in bonis illius, qui pecunias contulit: at in Fiſcum iura conditionalia non tranſeunt, quando conditio ante confiſcationē purificata non eſt, vt in l. quoties, in fin. & ibi Bart. ff. de nouat. Quoniam reſpondetur ex Addentib. ad Bart. in d. l. quoties, ibi mente Bart. & dicimus, quòd tunc obligationes conditionales non tranſeunt in Fiſcum quando proueniunt ex vltima voluntate, vt in l. non ad ea, ff. de condit. & demonſtrat. ſecus autem ſi proueniant ex contractu, vt in l. inter ſocetum, §. fin. ff. de pact. dotal.

Neque denique valet dicere, quòd
19 ex quo bona delinquentis tranſeunt in Fiſcum cum ſuo onere, vt in l. in facto, §. Fiſcus, ff. de condit. & demonſtr. per publicationem bonorum ſocietas tranſiuit in Fiſcum: quoniam rectè reſpondet Rota deciſ. 75. negando conſequentiam: quoniam ex eo nihil aliud ſequitur, niſi quòd dominium bonorum publicatorum ipſo facto tranſit in Fiſcum. Vndè ſocietas per dictam publicationem cùm remaneat diſſoluta, ac extincta non poteſt tranſire in Fiſcum, cum non ſit; ſed tantùm in eum tranſit actio pro conſequendis pecunijs datis in ſocietatem, reſtitutis tamen officiali fructibus ſemeſtris anticipatè ſolutis, vt ſupra diximus, verſ. Eſt tamen verum: circa fin. Etenim de natura ſocietatis
20 eſt, vt poſſit extingui, etiā durante tempore, pro quo fuit inita, vt per Alex. cōſ. 34. n. 4. cum alijs allegatis d. deciſ. 75. a. 3.

An ſi is, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem profectus ad Bellum, ab hoſtibus occidatur, officialis pecunias ipſas ſuas ſibi faciat. Q. VI.

SVMMARIVM.

1 *Mors eius; qui occiditur in bello dicitur quodammodo voluntaria.*
2 *Excommunicatus exiſtens in bello poteſt à quocunque abſolui.*
3 *Mors violenta qua ratione excipiatur in ſocietate officiorum.*

4 *Socius in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ ſi occiſus moriatur in bello, officialis eas non lucratur.*

5 *Mors, quæ contingit in bello largo modo dicitur naturalis.*

6 *Moriens in bello non dicitur voluntariè occiſus, quia quod per ſe primo ab eo intenditur, eſt honor.*

7 *Ceſſante ratione an, & quando ceſſet lex.*

IN hac re affirmatiuam partem tuen-
1 tur Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 23. ſub num. 2. verſ. Sed contrarium, & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 10. ſub num. 127. ſiquidem mors eius, qui occiditur in Bello dicitur voluntaria potius quàm violenta; cùm ſua voluntate ſupponatur profectus ad bellum, vbi de facili homines occiduntur: ob id enim ait Panor. in c. Paſtoralis, §.
2 præterea, ſub num. 2. de offic. ordin. quòd excommunicatus exiſtens in bello poteſt à quocunque abſolui. Confirmatur, quia non alia ratione excipitur mors
3 violenta; niſi ad effugiendam occaſionem captandæ mortis per officialem, cuius intereſt, vt per Boccac. de ſociet. offic. ſub num. 34. in fin. Zacch. eod. tract. nu. 401. Leonel. ſuper Bull. Pij IV. Gloſ. 21. verſ. Ad quartum, Caſtrac. tract. eod. cap. 17. num. 9. verſ. Quartò ſuadetur, & num. ſeq. Tib. lib. 1. ſuæ prax. cap. 18. ſub num. 5. & Rota Rom. deciſ. 54. num. 7. poſt d. Zacch. tract. in vna Romana ſocietatis officij, 16. Aprilis, 1612. coram Reuerendiſs. Damaſceno: at in caſu, de quo agitur, ceſſat ratio ſupradicta, ob quam fuit introducta huiuſmodi exceptio: etenim ſupponitur ſocius mortuus in Bello ex hoſtium impetu, ac inſidijs, quorum non intererat mors, ac vita illius, vt pecunias in ſocietate collatas lucrari poſſent. Ceſſante autem ratione legis, ceſſat lex, l. adigere §. quamuis, ff. de iur. patr. c. cùm ceſſant. de appellat.

His tamen non obſtantibus, in contra-
4 rium eſt communis opinio, quam tenet Boccac. de ſociet. offic. num. 121. verſ. Et quid ſi moriatur. Zacch. eod. tract. num. 404. Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 16. verſ. ſi quæras. & ita deciſum fuiſſe teſtatur Tiber. loco citato: & quidam Modernus, ſuper perſona cuiuſdam Lucij Romani, qui ad Bellum in Galliam profectus interijt. Probatur hæc ſententia ex verbis inſtrumenti, quod ad verbum retulimus ſupra hoc eodem cap. q. 3. in illis verbis, *Seu alitercunque inflicta ab homine violenter.* Etenim in Bello ab hoſtibus interemptus verè dicitur violentam mortem ſubijſſe, & ab homine violenter occiſus, cum ab homine nocumento extrinſeco fuerit interemptus. Et
5 mors, quæ contingit in Bello largo modo dicitur mors naturalis, vt poſt Guliel. de Bene. in c. Raynuntius, num. 19. verſ. Mortuus, de teſtam. ait idem Boccac. loco citato. Eſt tamen verum, quod Filliuc. loco ſupra relato, ait in hac re attendendam eſſe conſuetudinem, iuxta quam teſtatur audiuiſſe, ſolere eos, qui ad Bellum ſe conferre proponunt, antea dirimere ſocietates huiuſmodi, vel nominare alium, cuius periculo ſtet ſors: quo pacto ſignum eſt, mortem in Bello reputari quodammodo naturalem; quia voluntariè illi exponitur homo.

Ad contraria patet reſponſio

AD primum igitur negatur antece-
6 dens: quia quod per ſe primo intenditur per euntem ad Bellum, non eſt mors; ſed honor, bonũ Reip. & ſui Principis: Quòd deinde fuerit interemptus, id eſt per accidens, quod in moralibus non attenditur.

Ad confirmationem dicitur, quòd
7 tunc, ceſſante ratione legis ceſſat lex, quando ceſſat ratio legis in communi; ſecus autem ſi in aliquo caſu in particulari, vt in caſu, de quo agitur, vt per Anton. de Butr. & alios, in c. poſt tranſlationem de renunc. & latè Sanch. de matr. lib. 2. diſp 37. ſub num. 3. Imò nec quidē in eo, qui proficiſcitur ad Bellum ceſſat exceptionis ratio, cùm à belli Ducibus collocari poſſit in loco, vbi de facili ab hoſtibus poſſit interfici, ſub hac intentione, vt ab officiali pecuniæ lucrarentur: vltra quod non deſunt, qui velint, rationem dictæ exceptionis non eſſe vitationem occaſionis captandæ mortis; ſed eſſe generalem, ne qui morte violenta deceſſerit ſubiret damnum amiſsionis pecuniarum: nam hac ratione excipitur etiam mors ex partu, in qua non militat ratio captandæ mortis, vt habetur ex Seraph. in ſuo voto, quod incipit, caſus propoſitus, de quo per Zacch. de ſociet. offic. ſub num. 402. eſtò, quòd vitatio occaſionis captandæ mortis fuerit dictæ exceptionis ratio; nihilominus cùm ſit impul-

impulſiua non attenditur, vt latè Panor. in c. poſt translationem, num. 17. & ſeq. in 2. Lectur. de renunc.

An ſi is cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ apud officialem proficiſcatur ad bellum, & per quamplurimos annos facta diligentia, non reperiatur, præſumitur mortuus morte violenta, vel naturali. Q. VII.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet præſumitur viuere, niſi probetur mortuus.*

2 *Mors debet probari ab eo, qui ſe fundat in morte.*

3 *Viuere quamuis quis præſumatur; niſi probetur mortuus, hæc tamen præſumptio per contrariam præſumptionem eliditur.*

4 *Iuuenis bellicoſus, elapſo quinquennio, facta diligentia, ſi non reperiatur præſumitur mortuus.*

5 *Prælium viſus ingredi, & non egredi, præſumitur mortuus, concurrente fama, vel vno teſte de viſu*

6 *Fama ſola licèt non probet mortem eius qui aberat, inducit tamen præſumptionem, quæ transfert onus probandi contrarium in aduerſarium.*

7 *Præſumptionem habens pro ſe releuatur ab onere probandi.*

8 *Mors alicuius an ſufficienter probetur per vnum teſtem, vel per alias coniecturas.*

9 *Cedula bancharia habet vim ſolutionis.*

10 *Mors violenta ſatis cenſetur probata ſi quis fuerit viſus ingredi, ſed non egredi de prælio, & facta diligentia non reperiatur nec viuus, nec mortuus.*

11 *Mandatum extinguitur morte mandantis*

12 *Socius, qui pecunias ad ſocietatem officiorum contulit, ſi ad bellum, aut in longinquas partes, & de eo per plures annos noui habitum non fuerit, & facta diligentia non reperiatur mortuus, nec viuus, tunc & ſi probata cenſeatur eius mors, nihilominus non præſumitur mortuus morte violenta, ſed naturali.*

12 *Qualitas, quæ naturaliter ineſt homini ſemper præſumitur ineſſe.*

14 *Morte violenta mortuus in dubio quis nõ præſumitur.*

HAnc controuerſiam latè diſputat Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 24. Nos autem breuitati conſulentes rem ipſam totam per ſequentes concluſiones breuiter abſoluemus. Quo circa pro eiuſdem determinatione ſit

Prima concluſio.

REgulariter quilibet præſumitur viuere, niſi probetur mortuus. Hæc
1 concluſio eſt Gloſ. & Bart. in l. 2. §. ſi
dubitetur, ff. quemadmod. teſtam. aper. Alex. conſ. 175. verſ. Non obſtat, col. pen. & Panor. in c. in præſentia, num. 4. dicentium, quem non præſumi mortuũ, licèt habita diligenti inquiſitione ignoretur, vbi ſit. Hinc Dec. conſ. 104. num. 4. inquit, mortem deberet probari per
2 eum, qui ſe fundat in morte: & hoc ideò;
quia quilibet præſumitur viuere vſque ad 100. annos, vt per Doctores ſupra relatos, & Tuſch. in ver. Mors, concl. 400 num. 25.

Secunda Concluſio.

QVamuis regulariter quilibet præſumatur viuere, niſi probetur mor-
3 tuus; nihilominus hæc præſumptio per
contrariam præſumptionem eliditur: ſiquidem vna præſumptio elidit aliam, quando eſt fortior alia, vt habetur ex Panor. in c. accidens, num. 14. de crim. falſ. Hinc ſequitur, quòd licèt quis præſumatur viuere; hæc tamen præſumptio eliditur, ſi agatur de iuuene belli-
4 coſo vagante: nam is, elapſo quinquen-
nio præſumitur mortuus, vt conſuluit Natt. conſ. 241. quem refert, & ſequitur Tuſch. ver. Mors, concl. 400. num. 15. Idem dicendum eſt de eo, qui fuit
5 viſus prælium ingredi, ſed non egredi:
nam is præſumitur mortuus in prælio, vt habetur per Corn. conſ. 251. lib. 1. & Caſtrac. loco citato, ſub num. 16. in fin. & num. 17. vbi id maximè locum ſibi vendicare probat, concurrente fama, vel vno teſte de viſu: etenim fama publica, iunctis alijs adminiculis, quòd aliquis ſit

mortuus,

Digitized by Google

mortuus, elidit præſumptionem, qua quis præſumitur viuere; maximè ſi agatur de mortuo in locò valdè remoto, aut de morte antiqua: ſecus ſi agatur de mortuo in loco vicino, & de morte recenti; quia per famam mors non probatur, vt latè probat Tuſch. loco citato, num. 2. 3. & 26. quibus adde ea, quæ habentur ex Panor. in d. c. in præſentia, ſub num. 6.

Tertia Concluſio.

Eliſa præſumptione vitæ per præſumptionem mortis fortiorem, iu-
6 xta ea, quæ ſupra diximus in præcedenti concluſione; tunc qui habet præſumptionem pro ſe transfert onus probandi contrarium in aduerſarium. Vndè ſola fama licèt non probet mortem eius, qui aberat; inducit tamen præſumptionem, quæ transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, vt per Bald. cõſ. 398. lib. 2. Tuſch. d. concl. 400. num. 4. & num. 19. Etenim qui habet præſumptionem pro ſe, releuatur ab onere pro-
7 bandi, vt habetur per Bald. lib. 4. Tuſch. loco citato, num, 19. & 24. Panor. in c. veniens, num. 3. de presb. non baptiz. & c. nihil, num. 14. de elect. Eſt tamen verum, quòd Bart. in l. 2. §. ſi dubitetur,
8 ff. quemad. teſtam. aper. licèt velit, mortem alicuius ſufficienter probari poſſe per vnum teſtem, vel per alias coniecturas, & Gloſ. ibidem per famam; nihilominus Bart. ipſe, quem ſequitur Panor. in d. c. in præſentia, ſub num. 6. de ſponſ. plenius hanc materiam examinans, inquit, requirendam eſſe probationem ſecundum quantitatem præiudicii: ſiquidem vbi agitur de maximo præiudicio, vt quia quis accuſatur de homicidio, debent eſſe probationes plenæ; nempè quòd teſtes viderunt eum mortuum, vel ſepeliri, vt in l. inde Neratius, ff. ad leg. Aquil. Si verò non agatur de tanto præiudicio; tamen præiudicium eſt magnum, vt quia agitur de forma, vel ſtatu hominis, vt cùm agitur de vxore, quæ vult tranſire ad ſecunda vota, & tunc exigitur certus nuncius; atque ideò ſatis eſt vnus teſtis, de morte mariti deponens, vt in d. c. in præſentia, & ibi Panor. quòd ſi agatur de modico præiudicio, ſatis eſt fama maximè ſi concurrant alia adminicula. Cæterum vbi agitur de commodo pecuniario, vel de hæreditate, ac ſucceſſione, quando agitur de morte recenti, & in loco non remoto, cùm nõ ſit difficilis probationis, non ſufficit fama; ſed iſto caſu requiritur plena probatio, vt habetur per Alex. conſ. 25. num. 3. & 4. lib. 4. & num. 8. vbi dicit eam magis communem; etiam ſi conſanguinei habuerint, eum pro mortuo, vt per eundem Alex. conſ. 117. num. 7. lib. 4. & latè Tuſch. d. concl. 400. num. 26.

Ex hoc infertur, quòd ſi filius, vel alius propinquus eius, qui pecunias officia-
9 li in ſocietatem contulit, tanquàm hæres ipſius, de cuius vita ignoratur, ab officiali ſortem repetere nollet; eo quòd diceret, elapſo ſocietatis tempore, mortuum eſſe illum, qui pecunias dedit, durante ſocietate, morte violenta; tunc cùm ius ſuum ſit fundatum in morte, illam probare tenetur iuxta probationes, de quibus ſupra egimus, concl. 2. & preced. cùm nemo poſſit ſe gerere pro hærede, viuente teſtatore, l. neminem, ff. de acquir. hæred. latè Bart. in l. ſiquidem, ff. ſol. matr. Et ſi durante ſocietate, dicatur mortuus, non ſolùm debet probare mortem; ſed etiam mortuum morte violenta ab homine illata iuxta tenorem inſtrumenti, vt rectè declarat Caſtrac. loco citato, ſub num. 14. 15. & ſeq. & illius mors violenta ſatis videtur probata, qui fuit viſus prælium ingredi; ſed non egredi: & facta diligentia, non reperiatur mortuus, nec viuus, iuxta ea, qua ſupra adnotauimus. concl. 2.

Eſt tamen verum, quòd aliquando nõ tantùm hæredes eius, qui pecunias in ſo-
11 cietatem contulit, vt ſupra, eiuſdem mortem probare tenentur, iuxta ea, quę ſupra diximus: ſed etiam aliquo caſu tenetur mortem ſupradicti probare officialis. Vt ſi v. g. qui pecunias contulit ante diſceſſum ad bellum, aut in longinquas partes, procuratorem ad fructus exigendos, vel ad reuocandam ſocietatẽ; & ſortem repetendam reliquiſſet, ſi procurator fructus exigere vellet, tunc poſſet; quamuis notitia ſui principalis non haberetur. Et ſi officialis de morte excipere vellet, cùm id fundamentum ſuę intentionis eſſet, mortem ipſam probare teneretur, vt per Bart. in d. l. ſiquidem, ff. ſol. matr. & in l. §. ſi dubitauit, quemad. teſtam. aper. & Soc. iun. conſ. 26. num. 4. lib. 2. Non obſtat ſi dicatur, quòd mandatum procuratoris eſt fundatum in vita Domini, per mortem cu-

ius extinguitur, §. item ſi adhuc, in Inſtit. mand. l. mandatum, C. eod. atque ideò cùm vita Domini ſit fundamentum intentionis ipſius procuratoris, illi videtur incumbere onus probandi vitam Domini, l. Spadonem, §. qui abſolutus, ff. de excuſat. tutor. & in l. qui duos, §. cùm in bello, ff. de reb. dub. Quoniam reſpondetur, quòd procurator non agit ex perſona ſua, ſed ex perſona ſui principalis, qui viuus præſumitur, cùm quilibet præſumatur viuere, niſi probetur mortuus, vt latè probauimus ſupra, concl. 1. Et mors cùm ſit facti, facta non præſumitur, per ea, quæ conſuluit Bald. conſ. 145. num. 5. lib. 5. & propterea officiali incumbit onus probandi mortem Domini, cùm ſit ſuum fundamentum, ad excludendum procuratorem; non autem procuratori, qui de vita replicat, vt rectè Caſtrac. d. cap. 24. ſub num. 10. & ſeq.

Quarta concluſio.

SI is, qui pecunias ad ſocietatem contulit, ad bellum acceſſerit, aut
12 in longinquas partes ſe contulerit, & de
eo per quamplurimos annos noui alquid
habitum non fuerit, & facta diligentia
non reperiatur mortuus, nec viuus tunc
etſi probata cenſeatur eiuſdem mors iuxta
ea, quæ ſupra adnotauimus, concl.
2. & 3. nihilominus non præſumitur
mortuus morte violenta; ſed mortuus
præſumitur morte naturali. Hæc concluſio
eſt Caſtrac. d. cap. 24. num. 18.
& Zacch. de ſociet. offic. num. 405. Probant
eorum ſententiam ex eo quod qua-
13 litas, quæ naturaliter ineſt homini ſemper
potius præſumitur, Gloſ. & Doctor.
in c. his, qui fidem, de ſponſ. Gloſ. in c.
ſi fortè, de elect. in 6. At mors naturalis
in homine à natura ineſt, iuxta illud,
ſtatutum eſt hominibus ſemel mori. quòd
autem morte violenta moriatur, non eſt
14 à natura, ſed per accidens, & contra
naturam. Vndè alleganti, aliquem eſſe mortuum morte violenta tanquam fundamentum ſuæ intentionis incumbit onus probandi, cùm quis in bello morte quoque naturali mori potuiſſet; nempè ex inedia, crapula, labore, intemperie aeris &c. & propterea non probatur hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, atque adeò hæredibus dantis pecunias incumbit onus probandi, illum deceſſiſſe ex morte violenta, ab homine illata. Et tamen verum, quòd mors violenta alicuius illata ab homine, ſufficienter videtur probata ſi viſus fuerit aciem belli, & ſic prælium ingredi, & non egredi, & facta aliqua diligentia non reperitur nec mortuus, nec viuus. Et quamuis potuerit occidi ab equis, vel ex alio nocumento, & non ab homine; nihilominus quia id rarò accidit, non attenditur: nam lex adaptatur ad ea, quæ frequentius accidunt, l. nam ad ea, ff. de legib.

An ſi is, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem, igne concremetur, officialis pecunias ipſas lucretur. Q. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Ignis, quo ſupponimus peremptum eum; cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem quadrupliciter potuit ſuccendi*

2 *Mors ignis ſi violenter inferatur ſocio, in cuius vitæ periculo datæ ſunt pecuniæ ad ſocietatem, officialis eas non lucratur, ſiue mors ignis expreſsè excepta ſit in ea, ſiue non.*

3 *Mors ignis, ſi ſe ipſo ſuccenſo ſuccedat ei; in cuius vitæ periculo datæ ſunt pecuniæ; officialis eas lucratur.*

4 *Mors ſi cauſetur ei, in cuius vitæ periculo datæ ſunt pecuniæ vi fluminis, aut maris tempeſtate, officialis lucratur eas.*

5 *Mors ſi ſuccedat ei in cuius vitæ periculo, &c. vi fluminis, aut maris tempeſtate dolo alicuius, officialis non lucratur pecunias.*

6 *Mors ſi ſuccedat ei in cuius vitæ periculo, &c. ab igne caſu fortuito ſuccenſo ab homine, ſi ſuccendens dabat operam rei licitæ, officialis lucratur pecunias: ſecus autem ſi non dabat operam rei licitæ.*

7 *Mors ſi ſuccedat ei, &c. ab igne data opera ab homine ſuccenſo impunè officialis pecunias non lucrabitur.*

8 *Mors ſi ſuccedat ei, &c. qui poteſtati reſtitit, ne capiatur per familiam eiuſdem, officialis pecuniam non lucratur.*

9 *Bannitus licèt impunè poſſit occidi; poteſt tamen ſe ipſum defendere, ne occidatur.*

10 *Mors*

10 *Mors ſi ſuccedat ei & qui familiæ iniuſtè reſiſtat, officialis pecunias lucrabitur.*

MVltoties contrahentes in contractu ſocietatis officiorum non ſolùm excipiunt mortem violentam illatam ferro, veneno, &c. ſed etiam illatam igne, & aqua, vt patet ex deciſ. Rotæ Rom.54. in prin. poſt Zacch. tract. impreſſa, quā ſupra ad verbum retulimus, q.5. Vndè hæc controuerſia poteſt dupliciter diſputari; primò quando mors ignis fuit expreſsè excepta in inſtrumēto: ſecundò quando non fuit excepta, prout non excipitur in inſtrumento, cuius tenorem retulimus ſupra hoc eod. cap.q.3.

Secundò eſt adnot. quòd ignis, quo
1 ſupponimus peremptum eum, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem quadrupliciter potuit ſuccendi. Primò ſe ipſo, vt contingi ſolet in fenilibus, quæ ex ſe per antipariſteſim aliquando ſuccenduntur. Secundò potuit ſuccendi ab homine cauſaliter præter intentionē eius, vt ſi quis candela accenſa fuerit ingreſſus tugurium, in quo extabat magna feni quantitas, illudque caſu ſuccēſum combuſſerit domum tugurio contiguam, in qua dormiebat is, cuius vitæ periculo ſtabant pecuniæ apud officialem, propter quod & ille fuerit ab igne quoque peremptus. Tertiò potuit ſuccendi ignis ab homine data opera, vt ſuccenderet eum, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ violenter, & ſic contra iuſtitiam. Quartò potuit ſuccendi ignis ab homine data opera ad comburendū eum, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ, impunè vt quia erat bannitus. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima Concluſio.

SI mors ignis inferatur ab homine
2 violenter ei, cuius vitæ periculo pecuniæ ſunt collatæ, officialis eas non lucratur: ſiue mors ignis expreſsè excepta ſit in ſocietatis inſtrumento, ſiue non fuerit excepta. Probatur, quia quando expreſsè excipitur ſtandum eſt conuentioni, cùm non ſit contra ſubſtantiam contractus: & quando non excipitur expreſsè, cenſetur excepta in illis verbis, *Seu alitercunque inflicta ab homine violenter.* Siquidem qui ex igne ſuccenſo ab homine violenter concrematur, proculdubio dicitur mori morte violenta, illata ab homine violenter. Eadem ratione idem dicendum eſt de occiſo ab homine violenter veneno, aqua, & alio quocunque modo.

Secunda concluſio.

SI is, cuius vitæ periculo ſtant pecu-
3 niæ apud officialem decedat igne ſe ipſo ſuccenſo eo modo, quo ſupra diximus in ſecundo notando, aut ſimili, officialis lucrabitur pecunias ipſas. Hæc concluſio patet, quoniam licèt is dicatur mortuus morte violenta; non tamen eſt combuſtus ab homine; quæ mortis ſpecies à contrahentibus excipitur, vt conſtat ex illis inſtrumenti verbis, *Morte tamen naturali, non violenta, non vi, ferro, nec veneno, ſeu alitercunque inflicta ab homine violenter.* Idem dicendum eſt de eo, qui vi fluminis, aut maris tempeſtate
4 demergitur. Vndè ſiquis natando in flumine recreationis gratia aquarum impetu raptus demergatur, ſi is pecunias dederit ad ſocietatem ſuper eius vitæ periculo, aut eſſet perſona nominata, in quam translatum fuiſſet vitæ periculum, hoc euentu officialis pecunias ſibi collatas lucratur: ſiquidem licèt iſte talis mortuus ſit morte violenta; non tamen eſt mortuus miniſterio hominis. Hæc ipſa militant in eo, qui cibos venenatos comedit: nam ſi is ſua ſponte ſiue ſcienter, ſiue ignoranter illos comederit, & veneno perijſſet, officialis pecunias ad ſocietatem ſibi datas lucrabitur: is enim quamuis decedat morte violenta; nihilominus non dicitur ab homine interemptus; atque ideò caſus huiuſmodi non eſt exceptus in ſtipulatione.

Eſt tamen verum, quòd ſi quis dolo,
5 ac fraude ſuaſerit ei, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ, vt ſupra, vt cibos venenatos comedat, falsò aſſerens eſſe bonos: aut eidem ſuaſerit natare in tali parte periculoſa, dicens eſſe tutam, ſi is veneno interierit, aut demergatur, officialis pecunias ſuas ſibi non faciat: quoniam iſte talis diceretur mortuus morte violenta ſibi ab homine illata violenter, qui caſus in ſtipulatione eſt exceptus: ſiquidē cùm dolo illum induxerit ad natandum, aut ad comedendum cibos venenatos, ſecuta morte, perinde eſt, ac ſi ipſe occiderit:

Digitized by Google

derit: nam qui cauſam damni dat damnum dediſſe videtur, & vnuſquiſque ex conſilio ſuo fraudulento efficitur obnoxius, vt in c. nullus ex conſilio, & ibi *Gloſ.*& Doctor. de regul. iur. in 6. & huiuſmodi mors dicitur illata violenter, cùm contra iuſtitiam fuerit dolo inductus ad comedendum cibos venenatos, aut ad natandum: ſiquidem id propriè denotat dictio illa, *Violenter*. Nempè contra ordinem iuſtitiæ, vt patet ex d. deciſ. 54. quibus adde ea, quæ habentur ex Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 28.

Tertia concluſio.

6 SI caſu fortuitò ſuccendatur ignis ab homine, quo comburatur is, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem, ſi ſuccendens vt ſupra dabat operam rei licitæ, officialis ipſe lucrabitur pecunias. Probatur; quoniam licèt talis mors ſit violenta, cùm prouenerit à nocumento extrinſeco, & poſſet dici quodammodo ab homine ſaltem materialiter; nihilominus non dicitur ab homine formaliter, nec violenter, atque adeò hæc mortis ſpecies non excipitur in ſtipulatione. Etenim cùm illa ignis ſuccenſio non prouenerit à voluntate hominis, combuſtio illa non prouenit ab homine, vt ab homine: quia vt ait D. Thom. 1. 2. q. 1. in corpore illæ actiones dicuntur humanæ, quæ ſunt, propriæ hominis in quantum eſt homo; & illæ actiones vocantur propriè humanæ, quæ ex voluntate deliberata procedunt, *Præterea* illa combuſtio non poteſt dici ab homine violenter; quia non eſt contra iuſtitiam formaliter; ſiquidem nos ſupponimus, ignem fuiſſe caſu ſuccenſum ab homine dante operam rei licitæ, & citra eiuſdem culpam, arg. tex. in. c. Ioannes. de homicid. & patet ex ijs quæ ſupra adnotauimus, concl. præced. in fine.

Dixi, *Dante operam rei licitæ*, quia ſi ſuccendens vt ſupra dabart operam rei illicitæ, cùm combuſtio illa ſuccendentis ignem, culpæ imputetur, con equenter ſit, vt combuſti mors dicatur violenta, illata ab homine violenter, quæ à contrahentibus excipitur in ſtipulatione; atque ideò officialis pecunias non lucrabitur, vt patet ex ijs, quæ cumulantur ex Caſtrac. d. cap. 18. num. 13. cum plur. ſeq. vbi num. 14. addit, quòd licèt culpa aliàs per allegantem probari debeat; non tamen id locum habet in incendio, quod vt plurimum circa culpam hominis non ſolet euenire, per ea, quæ habentur per Gloſ. Bart. & Bald. in l. creditor, C. de pignor. action. Bart. in l. ſi quis ex argentariis, §. an verò. ff. de eden. Vndè cùm in dubio præſumatur incendium culpa hominis prouenire, officiali incumbit probandi onus, quòd incendium hominis culpa non euenerit: aliàs pecunias collatas ſuas ſibi non faciet.

Quarta Concluſio.

SI data opera ab homine fuit ſuccenſus ignis, ex cuius incendio impunè
7 fuit combuſtus is, in cuius vitæ periculo erant pecuniæ apud officialem iuxta caſum propoſitum ſupra in 2. not. in fin. tunc, & eo caſu officialis pecuniam non lucrabitur. Probatur quoniam ſi impunè fuit combuſtus, eo quòd erat bannitus, ſocietas erat ante diſſoluta cum iam mortuus erat ciuiliter, vt de ſuſpenſo ex ordine iuſtitiæ ſupra quoque diximus, q. 5. verſ. His tamen non obſtantibus, & eſt tex. in §. relati, in Inſtit. quib. mod. patr. pot. ſoluit. l. 1. C. de hæred. inſtit. & late Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 37. ſub num. 4. Idem dicendum eſt, ſi
8 is, cuius vitæ periculo erant pecuniæ à familia poteſtatis fuerit interemptus; quia reſtitit, ne ab ea caperetur: nam quamuis familia habens mandatum ad aliquē capiendum, ſi reſiſtat poſſit eum impunè occidere, ſi aliter capere non poſſet, vt colligitur ex tex. in l. ſi ſeruus, C. de his, qui ad Eccleſ. confug. Bald. in l. fin. C. de exhib. reor. Angel. de malefic. in verſ. fama publica, num. 54. Boſſ. tit. de capt. num. 12. Hippol. de Marſil. in l. 1. num. 25. de Sicar. & in ſua pract. §. vlterius, & Capyc. deciſ. 41. nihilominus non poteſt dici quin factum illud fuerit illicitū, etiam quòd punibile non eſſet, l. penul. ff. de his, qui not. infam. Etenim vnicuique licitum eſt proprium ſanguinem redimere, l. 1. ff. de his, qui ſibi mort. conſciuer. l. tranſigerem, C. de tranſact. qua-
9 propter bannitus licèt poſſit impunè occidi; ipſe tamen poteſt ſe defendere, ne occidatur, cùm defenſio ſit de iure naturali, l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. & iura, quæ pœnam imponunt eximenti aliquem de manibus familiæ, intelliguntur de ter-

tio eximente, vt in toto tit. ne quis eum, & ibi Ias. l. 3. Sed quicquid ſit de opinione Caſtrac. arbitror ipſe tamen, quòd
10 ſi iuſtè carcerandus reſiſtat cum armis, & à familia occidatur, officialis pecunias lucrabitur: quia occidens eo caſu citra culpam, & pœnam occidit reſiſtentem, vt in d. l. ſi ſeruus, C. de his, qui ad Eccleſ. confug. Siquidem capiendus tunc dicitur eſſe in culpa reſiſtendo cum armis: & ideò ſua culpa damnum patitur, & meritò ſibi imputatur, vt in regula, damnum, de regul. iur. in 6. Vndè licèt moriatur morte violenta ab homine; non tamen mors dicitur violenta ab homine violenter, cùm ex ordine iuſtitiæ inferatur, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, col. 2. in fin.

An ſi is, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem, in colluctatione occidatur, officialis ipſe pecunias lucrabitur. Q. IX.

SVMMARIVM.

1 *Colluctationes ſunt de iure prohibitæ ſecundũ aliquos, contrarium ſtatuitur n. 3.*
2 *Aliud eſt non pati damnum, & aliud non lucrum conſequi.*
3 *Socius in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ, ſi in colluctatione occidatur, officialis lucratur eas.*
4 *Tex. in c. 1. de torneam. intellectus.*
5 *Ex diuerſis non fit illatio.*
6 *Socius ſi in duello, aut in torneamentis occidatur, officialis nõ lucratur pecunias.*
7 *Socius in cuius vitæ periculo, &c. ſi in colluctatione occidatur ab officiali colluctãte, officialis ipſe pecunias lucrabitur.*

IN hac re Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 26. ſub num. 1. verſ. Sed contrarium,
2 partem negatiuam putat veram: nam arbitratur, colluctationes eſſe prohibitàs, tum iure Canonico, per tex. in c. 1. de torneam. tum etiam de iure ciuili, per l. 1. C. de gland. lib. 11. Confirmatur, quoniam licèt de conſuetudine licita ſit colluctatio ſaltem vbi non adeſt periculum, vt mors ſuccedat; nihilominus ait ipſe Caſtrac. ibi, occidentem eo caſu excuſari à pœna, non autẽ officialis pecunias ſibi datas lucrabitur: ſiquidem aliud eſt non pati damnum, & aliud lucrum nõ conſequi. Et quamuis loquatur de officiali in colluctatione ſocium, qui pecunias ſibi contulit occidente; idem tamen dicendũ eſſe de quolibet alio, cũ militet eadẽ ratio, arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aq.

Oppoſitis tamen non obſtantibus, cõtrariam ſententiã puto veriorem eſſe. Probatur; quia colluctatio nec de con-
3 ſuetudine, nec de iure eſt de genere prohibitorũ, vt in l. qua actione, §, ſi quis in colluctatione, ff. ad leg. Aquil. maximè ſi fiat in loco, & modo, quo periculum non adſit, vt mors ſequatur, & mors ſuccedat contra, & præter intentionem colluctantium. Siquidem cùm ſupponamus mortem caſu fuiſſe illatam, non poteſt proueniſſe ab homine; vt ab homine, cùm non ſit voluntaria: nam illa actio dicitur humana, quæ prouenit ex deliberata volũtate hominis, vt per D. Thom. 1. 2. q. 1. in corp. Nec etiam dici poteſt proueniſſe ab homine violenter, cùm non fiat colluctatio contra ordinem iuſtitiæ: nec colluctantes colluctando dant operã rei illicitæ, cùm iure permittente, ſupponimus colluctaſſe, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, q. proxima, concl. 3. Cum igitur in caſu, de quo agitur, is, cuius periculo collatæ ſunt pecuniæ, durante ſocietate, non ſupponatur mortuus ab homine violenter, prout exigit ſtipulatio; quãuis mortuus ſit morte violenta, & ſic à nocumẽto extrinſeco; nihilominus officialis pecunias collatas ſuas ſibi faciet.

Ad cõtraria facilè reſpondetur.

4 AD tex. in c. 1. de torneam. reſpondetur tex. illum non loqui de colluctatione, in qua rariſsimè contingit mors, ſed de torneamentis, in quibus ſæpè ludentes moriuntur. Sic etiam tex. in d. l. 1. C. de gladiat. lib. 11. non loquitur de colluctantibus; ſed de gladiatoribus, qui de facili inter ſe occiduntur: & propterea ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor. Et cùm du-
5 ellum ſit omni iure prohibitum, ſi in du-
6 ello ſocius occidatur, multò minus officialis pecunias lucrabitur: nam is verè diceretur occiſus ab homine, cùm mors fuerit voluntaria ſaltem in cauſa; quoniã vt plurimũ alter ex duellantibus remanear occiſus; & occiſus ab homine violenter contra ordinem iuſtitiæ: eo quod duellum eſt omni iure prohibitum. Et eiſdem rationibus ibidem dicendum eſt de occiſo in torneamentis, & inter

inter gladiadum: nam in huiuſmodi ludis ſæpè mortes ſuccedunt, & de iure prohibentur.

Ad confirmationē dicimus, quòd quāuis aliud ſit non pati pœnam, & ſic damnum; & aliud lucrum non conſequi: nihilominus cùm colluctatio ſit licita, vt ſupra oſtendimus, ſicut victori datur brauium, vt plurimum, & ſic præmium; ita etiam officiali poteſt etiam acquiri pecunia ſibi data ad ſocietatem ex morte ſocij colluctantis, cùm ſupponamus eſſe cauſalem præter, & contra opinionem colluctantium: nec diſtinguendum puto de colluctantibus, an alter eorum ſit officialis, & ſocius deceſſerit; cùm hoc caſu non attendatur perſona; ſed qualitas mortis.

An ſi is, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem, volens fuerit ab aliquo occiſus durante ſocietate, officialis ipſe lucrabitur pecunias. Q. X.

SVMMARIVM.

1 *Officialis occidens ſocium, in cuius vitæ periculo; &c. volentem occidi, non lucratur pecunias.*

AD hanc queſtionem reſpondet Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 26. in fi-
1 ne, quòd ſi officialis occiderit dantem ſibi pecunias; eo volente, officialis ipſe pecunias non lucrabitur. Probat ex eo, quod officialis occidendo ſocium, eo caſu facit non ſolùm contra legem naturalem; ſed etiam contra legem ciuilem, id expreſsè prohibentem, vt in l. liber homo, ff. ad leg. Aquil. Bart. in l. 1. §. vſqueadeò, ff. de iniur. c. contingit, de ſentent. excom. Hæc ſententia veriſſima eſt, non ſolùm ſi officialis ſocium volentem occidat: ſed etiam quilibet alicnius: nam is verè diceretur occiſus ab homine violenter, cùm mors illa proueneri à nocumento extrinſeco, à voluntate deliberata hominis, & contra ordinem iuſtitiæ. Non obſtat ſi dicatur, quòd ſi ſocius gladio, aut laqueo ſe ipſum interimat, officialis pecunias ſibi collatas lucratur, vt ſupra probauimus, q. 4. & tamen dicitur mori morte violenta, ac ab homine, cùm à ſe ipſo ſupponatur occiſus, & violenter contra iuris ordinem; quoniam reſpondetur, quòd qui ſe ipſum occidit, licèt moriatur morte violenta violenter; non tamen perimitur ab homine: ſed à ſe ipſo: ſiquidem exceptio, per hominem, intelligit perſonam occidentem diſtinctam ab occiſo, vt in d. q. 4. oſtendimus.

An ſi is, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem, fuerit vulneratus, & poſt quamplurimos dies decedat, officialis ipſe pecunias lucrabitur. Q. XI.

SVMMARIVM.

1 *Socius, in cuius vita periculo, &c. ſi moriatur ex prauio vulnere poſt multos dies, an, & quando officialis lucretur pecunias.*

2 *Vulnus an, & quando dicatur mortale.*

IN hac difficultate Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 25. diſtinguit tres caſus;
1 quorum primus eſt, quando liquido cōſtat, dantem pecunias ex vulnere deceſſiſſe, & tunc ait, certum eſſe, quòd officialis pecunias non lucrabitur: quod verum puto ſiue decedat durante ſocietate, ſiue ſocietate extincta: ſiquidem ſi moriatur, durante ſocietate ex vulnere, is diceretur mortuus morte violenta, cùm prouenerit à nocumento extrinſeco: & mortuus ab homine violenter, cùm ſupponamus occiſum contra iuſtitiam; quæ mortis ſpecies excipitur in ſtipulatione, vt patet ex inſtrumento ſocietatis, quod ſupra ad verbum retulimus hoc eodem cap. q. 3. Quòd ſi moriatur poſt diſſidictam ſocietatem ex vulnere tanto minus ipſe officialis pecunias lucrabitur: quoniam pecunias non poteſt lucrari ex vi ſtipulationis, niſi morte naturali decedat ſocius, ſeù is cuius vitæ periculo datæ ſunt pecuniæ, durante ſocietate: ſecus ſi decedat morte violenta illata ab homine violenter. Secundus caſus eſt, vbi conſtaret apertè, vul-

vulneratum omninò ex vulnere conualuiſſe, & ea agebat, quæ ſani agere conſueuerunt, vel longo interuallo poſtea deceſſit, tunc quia non præſumitur ex vulnere deceſſiſſe, ſed ex noua cauſa, vt habetur ex Bald. conſ. 328. lib. 2. clarum eſt, officialem lucrari pecunias: quod verum arbitror eſſe; ſi decedat, durante adhuc ſocietate; ſecus autem poſt ſocietatis tempus elapſum; & poſt diſdictam; nam ſi moriatur durante ſocietate, & non ex vulnere; is no dicitur mortuus morte violenta illata ab homine violenter; quæ mortis ſpecies excipitur in ſtipulatione, cùm talis mors non prouenerit à nocumento extrinſeco, ſed dicitur mortuus morte naturali iuxta conuentionem inter contrahentes initam: at ſi moriatur poſt diſdictã cùm nos ſupponamus non eſſe mortuum ex vulnere, non habet locum ſtipulatio, cùm ex vi ſtipulationis officialis pecunias lucratur, ſi ſocius, qui ſuæ vita periculo pecunias dedit, aut ab eo nominatus, durante ſocietate deceſſerit, vt conſtat ex verbis dicti inſtrumenti. Tertius caſus eſt quando eſſemus in dubio, an vulnus fuerit mortale, vel deceſſerit ex vulnere, aut ex alijs cauſis, & tunc ait ipſe Caſtrac, ibi num, 2, & 3. quòd officiali incumbit onus probandi ex noua alia cauſa eum deceſſiſſe; eo quòd in dubio quis præſumitur mortuus ex vulnere, vt per Bald. in c. 1. in prin. quib. mod. feud. amit. Angel. & Salyc. *C.* de emend. ſer. latè Bald. conſ. 136, lib. 2. vbi rectè declarat, an & quã-
9 do vulnus ſit cenſendum mortale, aut non mortale. Et quòd quis præſumatur mortuus ex vulnere allegat ipſe Caſtrac. Blanc. in ſua prax. crim. num. 68, cum plur. ſeq. fol. 130. Afflict. in conſtit. Regni 13. num. 12. & Rebuff. in ſua prax, regula de infir. benefic. reſign. Gloſ. 11. Quod quidem puto verum ſiue iſte talis moriatur, durante ſocietate, ſiue poſt finitam ſocietatem; niſi longo tempore poſt vulnus deceſſerit; quoniam tunc non præſumeretur mortuus ex vulnere, per ea, qua ſupra adnotauimus in primo caſu.

An ſi is, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem fuerit leuiter vulneratus durante ſocietate, & ſuo malo regimine, vel medicorum imperitia deceſſerit, officialis pecunias lucrabitur? Q. XII.

SVMMARIVM.

1 *Qui hominem non occiderit, ſed vulnerauerit, vt occidat, pro homicida eſt condemnandus.*

2 *Nihil intereſt an quis occidat, vel cauſã mortis præbeat,*

3 *Vulneratus leuiter, & ex penuria, ſeù carentia Chyrurgi ſit mortuus, mors an imputetur vulneranti.*

4 *Socius in cuius vita periculo ſunt pecuniæ ſi leuiter vulneretur, & imperitia medicorum, vel ſuo malo regimine moriatur, officialis eas lucrabitur; niſi ei ſuperuenerit febris grauis, & maligna, qua deceſſerit,*

5 *Qui hominem vulnerauit, vt occidat, non verè, ſed fictè dicitur homicida.*

6 *Diſpoſitio loquens in caſu verò, non habet locum in caſu ficto.*

7 *Occidere is qui cauſam mortis præbet, tunc dicitur, quando cauſa eſt proxima,*

8 *Vulneratus leuiter, ſi ex penuria medicorum moriatur, mors non imputatur vulneranti,*

IN hac difficultate videtur prima facie negatiuè reſpondendum eſſe, at-
1 que adeò, officialem eo caſu pecunias ad ſocietatem ſibi datas non lucrari, Probatur ex tex. in l. Diuus, ff. ad leg. Cornel. de ficar. vbi habetur, quod qui hominem non occiderit, ſed vulnerauerit, vt occidat, pro homicida eſt condemnandus. Ergo qui leuiter vulnerauerit ſocium, de quo agitur animo ſaltem, vt occidat, ſi medicorũ imperitia, aut ſuo malo regimine moriatur, multò magis pro homicida damnandus eſt arg. tex. in auth. multò magis, C. de ſacr. Eccl.

Quod

Digitized by Google

Quòd eſt homicida, is dicitur mortuus ab homine violenter; quæ mortis ſpecies excipitur in ſtipulatione, vt patet ex inſtrumento ſocietatis, quòd ad verbum ſupra retulimus hoc eodem cap. q. 3.

Cõfirmatur ex tex. in l. nihil intereſt, 2 ff. ad leg. Cornel. de ſicar. vbi Vlp. ait, quòd nihil intereſt, vtrum occidat quis, an cauſam mortis præbeat: vterque enim tenetur l. Cornel. de ſicar. & ſic de homicidio; ſed vulnerans eum, in cuius vitæ periculo datæ ſunt pecuniæ ad ſocietatem, ſi moriatur, durante ſocietate, verè præbet illi cauſam mortis; nam niſi vulneraſſet quamuis leuiter, non perijſſet; ergò verè homicida eſt, & tanquam homicida tenetur lege Cornel. de ſicar. Quòd ſi vulnerans dicitur homicida: ergo mortuus ex vulnere quantumuis leui imperitia medicorum, aut ex malo regimine, verè dicitur mortuus morte violenta, cùm prouenerit à nocumento extrinſeco, & ab homine violenter, cùm contra ordinem iuſtitiæ fuerit ab homine vulneratus, quæ mortis ſpecies excipitur in ſtipulatione, vt patet ex dicto ſocietatis inſtrumento.

Denique ſupponamus, quòd vulneratus 3 ille leuiter moriatur, eo quòd non eſt inuentus Chyrurgus, à quo mederetur, tunc, eius mors non poteſt imputari Chyrurgi imperitiæ, quia non eſt; ergò neceſſariò imputatur vulneri; atque adeò dicitur mortuus ex vulnere, & proinde, ſequuta morte, verè dicitur mortuus morte violenta, illata ab homine violenter; quæ mortis ſpecies excipitur in ſtipulatione, vt ſæpè diximus. Nõ igitur eo caſu officialis lucrabitur pecunias.

Oppoſitis tamen non obſtantibus, 4 contrariam ſententiam puto veriorem eſſe, atque adeò officialem in caſu, de quo agitur, lucrari pecunias ad ſocietatem ſibi datas. Probatur, quia adhoc vt vulnerans dicatur propriè, ac formaliter homicida, requiritur, vt mors omninò ſequatur ex actione vulneris; non autem aliunde, puta ex malo regimine, ac imperitia medicorum, vt habetur per Bald. conſ. vlt. verſ. Tertiò caſu, lib. 4. & nos laté de hac re egimus in noſtris Cõmentar. in Bull. cœnæ lib. 2. c. 9. q. 10. cũ plur. ſeq. Vndè cùm vulnerans, de quo agitur, non poſsit dici homicida; ergo mortuus vulneratus ab eo leuiter, non poteſt dici mortuus ab homine, quæ mortis ſpecies excipitur in ſtipulatione, vt patet ex forma dicti inſtrumẽti, quod ſupra retulimus q. 3. huius cap. Eſt tamen verum, quod ſi leuiter vulnerato ſuperuenerit febris grauis, ac maligna, qua deceſſerit, puto hoc caſu, officialem nõ lucrari pecunias; maximè ſi vulnerãs habuit animum occidendi, iuxta ea, quæ diximus d. q. 10. ſub num. 10. quoniam iſte talis verè poteſt dici mortuus vi vulneris, & ex vulnere, cùm febrim illam cauſauerit vulnus. Pro qua re facit tex. in c. ad audientiam, de homic. vbi Rom. Pontifex declarauit irregularem quendam præsbyterum, qui volens famulum corrigere cingulo, quo cingi conſueuerat, contingit, quòd cultrus de vagina, quæ cingulo adhærebat elaſpus, illum in dorſo aliquantulum vulnerauit; propter quod alia graui infirmitate percuſſus deceſsit, eſtò quòd aliquandiù vixiſſet, & conualuiſſet à vulnere.

Ad argumenta modo reſpondetur.

AD primum ex d. l. Diuus, negatur 5 conſequentia; quoniam eo caſu non dicitur verè homicida; ſed tantùm fictè, vt diximus in d. q. 10. num. 11. ar vi ſtipulationis ad excludendum officialem exigitur, vt verè committatur homicidium, & ex vi vulneris verè ſequatur mors, cùm in contractibus verba ſtrictè ſint intelligenda, l. quicquid aſtringendæ, ff. de verb. oblig. Etenim diſpoſitio lo- 6 quens in caſu vero, non habet locum in caſu ficto. l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. geſt. Et in ſpecie ſtipulatio in ſocietate officiorum non extendi ad caſum fictũ, latè probat Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 33. num. 10. cum plur. ſeq. per ea, quæ habentur per Bart. & alios in d. l. quicquid aſtringendæ ff. de verb. obligat. & in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. Siquidem aliud eſt, aliquem eſſe talem, & haberi pro tali, l. rei iudicatæ, ff. ſolut. matr. & l. 1. C. de his, qui ſub mod.

Ad confirmationem ex l. nihil, ff. ad 7 leg. Cornel. de ſicar. reſpondetur, quòd tunc is dicitur occidere, qui cauſam mortis præbet, quando cauſa mortis eſt proxima, & per ſe: ſecus autem ſi eſt cauſa remota, & per accidens, vt eſt vulnus leue, in caſu, de quo agitur; ex cuius vi mors

mors orta non eſt; ſed ex malo regimine, ac imperitia, & negligentia medicorum.

Ad vltimum negatur conſequentia:
8 nam dato, quòd eo caſu mors tribuatur vulneri; non tamen tribuitur vulneri per ſe; ſed per accidens: ſiquidem per ſe primo tribuitur medicorum inopiæ: & propterea mors præfato euentu non tribuitur vulneranti.

An is, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ apud officialem, ſi durante ſocietate reperiatur mortuus in aliquo puteo, officialis pecunias ſuas ſibi faciat. Q. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Mors in dubio non præſumitur alicui illata à ſe ipſo.*

2 *Leges adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt.*

3 *Socius, in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ apud officialem ſi reperiatur in aliquo puteo mortuus, officialis non lucratur eas, niſi probet, caſu in puteo cecidiſſe, vel ſponte in eo ſe præcipitaſſe, & mortuum fuiſſe.*

1 AD hanc rem reſpondet Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 21. in fin. & ait, quòd ſi aliquis repertus fuerit mortuus in puteo, non præſumitur, quòd ſe præcipitauerit: quia in dubio non præſumitur, quòd mortem quis ſibi intulerit, vt per Dec. in l. 2. num. 13. C. qui teſtam. fac. poſſ. & conſ. 438. Vndè officialis ſi vult lucrari pecunias ſibi datas ad ſocietatem à ſupradicto mortuo reperto, debet probare, illum ſe ipſum in puteũ præcipitaſſe. Imò nec præſumitur caſu in eum cecidiſſe: & propterea ſi officialis id afferat ad lucrandas pecunias, debet probare; cùm ſit fundamentum ſuæ intentionis, & agatur de lucro captando.
2 Et eò magis; quia id raró venit, & leges adaptantur ad ea, quæ frequentius occidunt, l. nam ad ea, ff. de legib. Et cùm ea, quæ fiunt caſu dicantur fieri per accidens; in moralibus attenditur id, quod
3 eſt per ſe; non autem per accidens: & propterea non præſumitur quis in puteum caſu cecidiſſe, ac mortuum eſſe.

An is, cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ apud officialem, ſi ab aliquo fuerit occiſus ad ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelę, officialis pecunias ipſas lucrabitur. Q. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Officialis lucratur pecunias, ſi quis occiderit eum, in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ, ad ſui defenſionem.*

2 *Socius, in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ, ſi fuerit occiſus ab officiali ad ſui defenſionem, ipſe officialis pecunias lucrabitur; etiam ſi promiſerit ſe non defendere.*

3 *Pactum, quòd non liceat ſe defendere, eſt inualidum, & contra ius naturale.*

4 *Lege permittente occidens aliquem, non dicitur eum occidere violenter.*

5 *Socius, in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ ſi bannitus occiſus fuerit, lege permittente, an officialis pecuniam lucrabitur.*

6 *Socius, in cuius vitæ periculo, &c. ſi in adulterio comprehenſus fuerit occiſus ab officiali, aut ab alio, officialis ipſe lucrabitur pecunias.*

1 AD hanc quæſtionem reſpondetur breuiter affirmatiuè. Etenim licèt is dicatur mortuus morte violenta, & ab homine; non tamen eſt mortuus ab homine violenter, quod omninò exigitur, vt mors dicatur excepta in ſtipulatione, vt ſæpè diximus: ſiquidem non dicitur occiſus ab homine violenter, qui ſecundum iuſtitiæ ordinem occiditur, vt ſupra oſtendimus, q. 5. at qui ad ſui defenſionem aliquem occidit cum moderamine inculpatæ tutelæ, nullum crimẽ committit, nec vllam culpam contrahit, cùm defenſio omni iure ſit licita, l. vt vim, & ibi Doctor. ff. de iuſt. & iur. l. ſciẽtiam, §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil. c. ſignifi-

ſignificaſti,il 2. de homic. Bald. in l. data opera, col. 4. C. qui accuſ. poſſ. & alii cōmuniter. Hinc ait Panor. in c. Clerici, il 1. de vit. & honeſt. cler. & in c. ſicut dignū, de homicid. quòd ſi ſacerdotem Miſſam celebrantem quis agreſſus fuerit, licitum eſt ei celebrationem dimittere, & ſe defendendo agreſſorem occidere: quoniam talis occiſus non modo non dicitur occiſus violenter, ſed nec ab homine, & potius à ſe ipſo interfici, vt per Panor. loco citato, & Bald. in l. fin. ff. de rer. diuis.

Ampliatur, vt hæc concluſio locum
2 ſibi vendicet, etiamſi officialis ad ſui defenſionem occiderit eum, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ; quoniam adhuc pecunias lucrabitur, vt rectè Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 22. per totum: quod verum eſſe probat, etiam ſi officialis cautionem præſtitit ei qui ſub eius periculo ſunt pecuniæ de non offendendo illum: ſiquidem promiſsio de non offendendo ex mente legis recipit conditionem, niſi is, qui ſpopondit prouocatus fuerit, Bart. in l. 1. ff. ſi quadr. paup. feciſ. dicat. & in l. aut facta, ff. de pœn. in l. verum, ff. de furt. Bald. conſ. 195. lib. 2. Alex. conſ. 19. lib. 1. & conſ. 115. lib. 4. Corn. conſ. 51. lib. 1. & alij apud Caſtrac. loco citato, ſub num. 2. in fin. vbi etiam addit, quòd exceptio in caſu noſtro de morte violenta, recipit tacitam conditionem ex lege, niſi mors violenta à dante pecunias ſuper eius vitæ periculo prouenīat.

Secundò ampliatur eadem concluſio,
3 etiam ſi officialis promiſerit ſupradicto ſe non defendere in euentu agreſsionis: quia non valet pactum, vt non liceat ſe defendere; quoniam tale pactum eſt contra ius naturale, quo iure eſt defenſio, vt per Bald. conſ. 111. lib. 4. & in ſpecie Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 20. ſub num. 2.

Tertiò ampliatur, vt vera ſit in quoli-
4 bet, qui lege permittente occidit illum, in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ ad ſocietatem officiali datæ nam qui lege permittente occidit aliquem non dicitur eum occidere violenter, vt ſupra diximus.

Ex quo infert Caſtrac. d. cap. 20. ſub
5 num. 4. quòd ſi is, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ, fuerit poſtea bannitus, & ex forma ſtatuti occidi poſsit, ſi officialis, aut quilibet alius eum occideret, pecunias ad ſocietatem traditas lucrabitur: quoniam id faciet, lege permittente, & id maximè ſi officialis non lucrandi animo id egerit; ſed vt occideret Reip. hoſtem. Sed verè hoc caſu videtur Caſtrac. decipi: ſiquidem licèt officialis per rationem ab eo allatam pecunias poſsit ſuas ſibi facere, cùm non dicatur occidere bannitum violenter; nihilominus, quia per bannum huiuſmodi diſſoluitur ſocietas; eo quòd bannitus eſt mortuus ciuiliter, & pro mortuo habetur, §. relegati, in Inſt. quib. mod. patr. pot. ſol. l. 1. C. de hæd. inſtit. Bald. conſ. 27. lib. 4. & id maximè quando impune occidi poteſt, vt latè per Alex. conſ. 26. lib. 1. num. 15. & per eundem Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 37. ſub num. 4. officialis non poteſt lucrari pecunias; quamuis talis bannitus ab eo, vel ab alio occidatur, aut moriatur quomodolibet morte naturali; quia ex vi ſtipulationis non poteſt lucrari pecunias, niſi is cuius periculo ſtant, moriatur durante ſocietate; vt patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus, q. 5. verſ. His tamen non obſtantibus. & in ſpecie adnotauimus, q. 8. concl. 4.

Secundò infertur ex eodem Caſtrac.
6 d. cap. 20. ſub num. 2. verſ. Idem ſi occideret, cum plur. ſeq. quòd ſi is, qui dedit pecunias ſuper ſuæ vitæ periculo, aut nominatus ab eo, durante ſocietate, fuerit comprehenſus ab officiali, aut ab alio in adulterio cum vxore, aut filia, & fuerit occiſus, tunc officialis pecunias lucrabitur; quoniam is non dicitur ab homine occiſus violenter, ſed à lege permittente, atque adeò ſecundum ordinem iuſtitiæ: cùm toleratum ſit marito occidere vxorem in adulterio comprehenſam, l. Gracchus, C. de adulter. vel ſaltem in Regno noſtro Neapolitano per conſtitutionem Regni, ſi maritus; cùm multi velint, non probari de iure per d. l. Gracchus eſſe permiſſum viro occidere vxorem, in adulterio comprehenſam; ſed tantum patri per tex. in l. nec in ea, ff. eod. tit.

An

An ſi in ſtipulatione non eſſet exceptus caſus mortis violentæ eius, in cuius periculo ſtant pecuniæ apud officialem, & ab eo occidatur, officialis ipſe pecunias lucrabitur. Q. XV.

SVMMARIVM.

1 *Socius, in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ ſi occidatur ab officiali, officialis ipſe non lucraretur pecunias, etiam ſi caſus mortis violentæ in ſtipulatione non fuiſſet exceptus.*

2 *Officialis quocunque modo fuerit cauſa mortis illius, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ, pecunias ipſas non lucrabitur.*

3 *Officialis conſulens occidi eum, in cuius vitæ, &c. pecunias non lucretur, etiam ſi ſuum conſilium in homicidium non influxerit.*

4 *Conſulentes licèt non influxerint in delictum; puniuntur tamen pœna extraordinaria.*

AD hanc difficultatem reſpondetur
1 breuiter negatiuè. Etenim non
conuenit, vt ex proprio delicto quis præmium conſequatur, l. relegatorum in fin. de interd. c. ſi quilibet, 22. q. 2. l. ſiue hæreditaria, ff. de negot. geſt. Et hanc ſententiam in ſpecie tenet Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 19, dum air, quòd etiam ſi in ſtipulatione non eſſet appoſita illa clauſula, *Et non violenta, illata, & infli-*
2 *cta ab homine, &c.* nihilominus quocunque modo officialis fuerit cauſa mortis violentæ illius, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ, pecunias ipſas non lucrabitur. Etenim nihil intereſt, vtrus quis occidat, an mortis cauſam prebeat; vterque enim tenetur lege Cornel. de ſicar. l. nihil intereſt, ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Vndè ſi officialis conſulerit, aut mandauerit occidi ſocium, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ, vel ab eo nominatum, pecuias ſibi ſuas non faciet per rationes ſupra relatas.

Imò idem Caſtrac. ibi ſub nu. 9. agens
3 de officiali conſulente occidi eum, qui
pecunias ipſi ad ſocietatem dedit ſuper eius vitæ periculo, excludit dictum officialem à pecuniarum lucro; etiam ſi ſuū conſilium non influit in homicidium, vt quia, qui ſocium interficit, erat eundem interfecturus, etiam citra officialis conſilium. Etenim conſulentes huiuſmodi licèt in crimen non influant; non tamē impunes ſunt à pœna; ſiquidem, quamuis non puniantur pœna ordinaria; ple-
4 ctuntur tamen mitiori pœna, vt eſt tex.
in c. ſicut dignum, §. qui verò, de homicidio, Panor. in c. 1, num. 5. propè fin. de offic. deleg. & alij apud eundem Caſtrac. ibi: & propterea cùm conſilium ſit fraudulentum; etiam ſi cauſa damni dati impulſiua tantùm cauſa fuerit, punitur, vt habetur per Franch. in c. nullus, de regul. iur. in 6. Cagnol. in. l. conſilij, ff. eod. tit. nimirum igitur, ſi officialis ex tali delicto præmium conſequi non debet, cùm nemo ex ſua culpa de iure puniбili præmium conſequi debeat, l. verùm, §. tempus, ff. pro ſoc. c. ſi quælibet. 22. q. 2. & Dec. in c. cùm inter, num. 23. de excep.

An ſi mulier det pecunias ad ſocietatem ſuper eius vitæ periculo, & moriatur in partu, officialis ſuas illas ſibi faciat. Q. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Mulier prægnans valetudinaria nuncupatur.*

2 *Mulier, in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ ſi decedat in partu, vel ex cauſa partus, officialis ex vi ſtipulationis ſolitæ pecunias non lucratur.*

PRo huius rei explicatione eſt adnot.
1 quòd licèt mulier decedens in par-
tu, vel ex partu, & occaſione partus, dicatur mori morte naturali, non autem violenta, vt habetur per Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ. eo quòd mulier prægnans valetudinaria nuncupatur, l. 2. §.

ſed

ſed ſi non propter, ff. ſi quis caut. & in ſpecie Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 18. num. 9. atque ideò ſi in partu, durante ſocietate, decederet, ex vi formæ inſtrumenti, quod ad verbum ſupra retulimus q. 3. huius cap. officialis lucraretur pecunias à muliere ad ſocietatem collatas ſuper periculum eiuſdem vitæ; idcircò quando pecuniæ dantur ſuper vita alicuius mulieris, poſt illa verba, *Non violenta, non vi, ferro, nec veneno, ſeu alitercunque, inflicta ab homine violenter*, ex communi ſtylo ſolent in inſtrumēto hęc alia verba addi, *Nec ex partu, nec ex cauſa partus, ſeu excepta partus, & prægnantiæ cauſa* vt habetur per Rotam Rom. deciſ. 79. in prin. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. impreſſa, in vna Romana ſocietatis, 16. Nouemb. 1612. coram R.P.D. Caualerio. Vndè mors, quæ
2 prouenit ex cauſa partus, licèt naturalis ſit; nihilominus eſt excepta: atque ideò ſi mulier ex partu, ſeu ex cauſa partus decederet, officialis pecunias ſibi ad ſocietatem à muliere datas non lucrabitur, vt determinauit Rota Rom. deciſ. 33. poſt d. Zacch. tract. in vna Romana ſocietatis, 17. Iunij 1569. coram Oradino, cuius meminit Caſtrac. loco citato, ſub nu. 15. Tiber. in ſua prax. lib. 1. cap. 18. num. 4. Roccac. de ſociet. offic. num. 35. & Zacch. eod. tract. num. 424. qui pro hac re allegat plures alias eiuſdem Rotæ deciſiones.

An ſi in contractu ſocietatis officiorum cum muliere, Notarius omittat clauſulam illam *Nec ex partu, nec ex cauſa partus*. Poſſit deinde eandem inſtrumento addere. Q. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Clauſulæ apponi ſolitæ in contractu poſſunt à Notario de nouo addi, ſi omittantur.*

2 *Quod quotidie apponi ſolet in inſtrumēto habetur pro appoſito.*

3 *Mulier prægnans, in cuius vitæ periculo, &c. ſi decedat in partu, & clauſula partus non fuerit excepta, an & quando officialis pecunias lucretur.*

4 *Notarius an & quando in inſtrumento poſſit clauſulas ſolitas omiſſas de nouo addere.*

1 AD hanc quæſtionem reſpondetur, quòd cùm clauſula, de qua agitur, de communi Notariorum ſtylo apponi ſoleat in contractibus ſocietatum, quæ cùm mulieribus contrahuntur, vt habetur ex Caſtrac. de ſociet. offic. ſub num. 14. ſi in inſtrumento omittatur, poteſt à Notario de nouo addi. Etenim Notarius ſemper cenſetur rogatus de clauſulis ſolitis, & conſuetis, vt latè habetur per Iaſ. in l. certi conditio, §. ſi nummos, ff. ſi cert. petat. & l. vt liberis, C. de collat. Felin. in cap. ex litteris, num. 12. de fide inſtr. Gabr. commun. opin. de conſuetud. concl. 3. ad quod facit tex. in l. fin. C. de fideiuſ. vbi Bald. ex eo colligit, quòd illud, quod quotidie ſolet apponi in in-
2 ſtrumento debet haberi pro appoſito. Et quoniam in illo tex. oppoſitum potius probari putat ipſe Caſtrac. cap. 8. ſub num. 16. idcircò quicquid ſit de hac ſententia, ſatis rationabile nobis videtur, vt ita demū dicta clauſula à Notario omiſſa poſſit inſtrumento de nouo addi, quā-
3 do inſtrumentum non fuerit extenſum in breuiatura; aliàs ſecus: ſiquidem ſecundum ſententiam magis receptam, tunc Notarius poteſt addere inſtrumen-
4 to clauſulas ſolitas, & conſueta, quando inſtrumentum eſt in fieri, & antequam extendatur in breuiatura, & ita puto intelligendum eſſe Bald. loco citato. Siquidem hanc opinionem docet idem Bald. in rub. C. de reuocand. his, quæ in fraud. cred. & Barb. in c. quoad translationem, col. 6. de offic. deleg. in c. cùm M. de conſtit. in cap. 2. de precar. & conſ. 9. col. fin. lib. 4. Afflict. in conſt. Regn. rub. 73. num. 17. lib. 2. Pariſ. conſ. 45. nu. 43. lib. 1. Alex. conſ. 105. in fin. lib. 2. & alij. quos refert, & ſequitur Caſtrac. loco citato, ſub nu. 17. Quæ omnia intelligenda ſunt de clauſulis concernentibus ſubſtantiam actus, vt eſt clauſula, de qua agitur: ſecus autem quando clauſulæ conſuetæ concernunt ſolemnitatem, ſiue executionē, vel clariorem intelligentiam; quoniam tunc à Notario poſſunt inſtrumento addi ſimpliciter, ac quandocunque, etiam poſt extenſionem, & ex interuallo, vt patet ex ijs, quæ habentur ex Felin. in c. ex litteris, num. 15. de fid. inſtr.

Digitized by Google

An mulier grauida, quæ contraxit ſocietatem ſuper eius vitæ periculo, cum clauſula illa, *Nec ex partu, nec ex cauſa partus*, ſi moriatur ante partum, officialis pecunias ad ſocietatem datas lucrabitur. Q. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Moriens ante partum non dicitur mori ex partu, & ex cauſa partus.*

2 *Partus ſumitur tripliciter. nempè pro actu pariendi, pro fœtu iam nato, & pro fœtu non dum nato.*

3 *Partus antequam edatur dicitur pars viſcerum matris.*

4 *Mori ex partu prægnans probabiliter dici poteſt, etiam ſi antequam actu pariat, moriatur.*

5 *Mori ex partu pregnans an dicatur, ſi in febrem incidat, & moriatur.*

6 *Officialis ad hoc vt excludatur à lucro pecuniarum per mortem mulieris ex partu, requiritur; quòd partus fuerit cauſa finalis, non impulſiua mortis.*

7 *Prægnans cenſetur ex partu, & ex cauſa partus deceſsiſſe, ſi dolores partus habens, & non valens parere deceſſerit, quamuis non pariat.*

8 *Prægnans cenſetur ex partu, ſeu ex cauſa partus deceſsiſſe, ſi poſt partum ſtatim in febrim incidat, & moriatur.*

9 *Quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.*

10 *Mors tribuitur vulneranti, ſi vulnerato ſuperueniat ſpaſimus, & mors.*

11 *Prægnans an ex partu, vel ex cauſa partus deceſſerit, ſtandum eſt iudicio Medicorum.*

12 *Prægnans ſi deceſſerit, in dubio præſumitur deceſsiſſet ex cauſa partus.*

13 *Fauendum eſt in dubio agenti de damno vitando, quàm agenti de lucro captando.*

1 PRima facie videtur affirmatiuè reſpondendum eſſe. Etenim mulier moriens ante partum, non dicitur mori ex partu, nec ex cauſa partus: eo quòd nunquam peperit, nec partum edidit: ergo huiuſmodi mors non eſt in ſtipulatione excepta; atque ideo officialis pecunias lucratur, cùm mortua ſit morte naturali. Hanc ſententiam videtur tenere Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 18. ſub num. 19. dum ait; quòd ſi mulier decederet ante partum, vel poſt partum, non dicitur ex partu deceſsiſſe, cùm etiam ex alia cauſa obire potuiſſet.

2 Pro determinatione huius difficultatis eſt adnot. quòd partus ſumitur tripliciter. Primò pro actu pariendi, iuxta illud Cicer. 2. de Natura Deor. *Diana adhibetur ad partus*, & Virg. lib. 1. Aeneid. *Geminam partu dabit Ilia prolem.* Secundò partus ſumitur pro fœtu iam nato. Mart. lib. 1. *Nec iacuit partus, ſed, matre cadente cucurrit.* Plin. lib. 8. cap. 32. *editos partus exercent curſu.* Tertiò partus dicitur etiam fœtus non natus, vt in rubr. De ventr. inſpic. cuſtodiendoque part. & clarius in l. 1. §. ex hoc reſcripto,
3 ff. eod. in illis verbis, *Partus enim antequam edatur, mulieris portio eſt, vel viſcerum: poſt editum planè partum à muliere, &c.* Eſt tamen verum, quòd partus propriè dicitur in ipſo actu pariendi; nam antequam naſcatur dicitur venter, cùm ſit mulieris portio, & poſt editum propriè dicitur infans, vt in d. l. 1. §. fin. Vbi ponitur differentia inter ventrem, partum, & infantem, his verbis, *Sed mos Regionis inſpiciendus eſt, & ſecundum eum obſeruari ventrem, & partum, & infantem.* Vbi Dionyſius Gothnofredus declarando dicta verba ſic ait, venter antequam natus ſit: partus in ipſo actu pariendi: infans, iam natus. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima Concluſio.

4 MOri ex partu probabiliter dici poteſt mulier, etiam ſi antequam actu pariat, moriatur. Hæc concluſio colligitur ex ijs: quæ habetur ex Caſtrac. d. cap. 18. num. 19. à contrario ſenſu, dum ait, Vndè ſi mulier decederet ante partum, vel poſt partum, non diceretur ex partu deceſsiſſe; niſi hoc liquidè probaretur. Ergò à contrario ſenſu ſi liquidè conſtaret, talem mulierem deceſsiſſe ex partu, non pugnat, vt dici poſsit decedere ex partu, etiã ſi decedat antequã pariat. Hoc autẽ poſſet cõtingere, ſi propter vẽtrẽ, ſeu propter fœtũ in

vtero exiſtentem multa incommoda paſſa eſſet, propter, quæ fœtus in vtero mortuus eſſet, & cauſata febris, quæ deinde decederet ex partu; nempè ex morte fœtus in vtero: qui fœtus licèt formaliter dicatur venter, cùm ſit portio viſcerum matris, vt in iuribus allegatis; nihilominus ſecundum, commũnem modum loquendi appellatur etiam partus, vt in d.l.1.§. ex hoc reſcripto, ff. de ventr.inſpic.

Pro hac eadem concluſione videtur
4 quoque Zacch. de ſociet. offic. ſub num. 429.& facit deciſ. Rotæ Rom.33. num. 1.& 2.poſt eiuſdem Zacch.tract. impreſſa, in vna Romana prætenſæ ſocietatis, 27.Iunij,1569. coram R.P.D. Oradino, ita ſe habens, *Fuit dubitatum, an ſocietas per obitum Virginiæ cenſeretur extincta taliter, quòd pecuniæ ſint deperditæ, & fuit dictum,non eſſe extinctam:quia euenit caſus exceptus in inſtrumento ſocietatis; qui erat; quòd ſi Virginia moreretur ex cauſa partus,non perderentur: & mortua eſt ex cauſa partus; quia ante adiunctum febris, erat malè diſpoſita, & propter ventrem paſſa fuit multa incommoda, vt dicunt obſtatrices: tum quia Medici aſſerũt, quòd duo acciderunt ad cauſandam mortem febris, & partus. Vndè cùm partus fuerat abortiuus,& non poteſt dignoſci, an febris diſceſſerit, eſt attribuendus obitus abortui per l.huic.ſcripturæ, la 2.§. ſi ſeruus,ff.ad leg.Aquil.* Et id maximè verum eſt, ſi non ſolùm partus, ſed etiam prægnantiæ fuerit excepta cauſa, vt conſtat ex deciſ.79.poſt eiuſdem Zacch. tract.in alia Romana ſocietatis, 16. Nouembr. 1611.coram R.P.D.Caualerio: & deciſ. 80. in eadem cauſa, & coram eodem, ſub die 8. Martij 1613. Denique probatur; quia quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, vt infra concl.3. latius declarabimus.

Eſt tamen verum, quòd adhoc vt of-
6 ficialis excludatur à lucro pecuniarum per mortem mulieris ex partu, requiritur,quòd partus fuerit cauſa finalis,non autem impulſiuæ præfatæ mortis, iuxta ea,quæ habentur ex Panor. in cap. poſt translationem,col.5.de renunc. & Bald. in l. generaliter, col. 5. C. de epiſc. & cler. nempè quòd fuerit cauſa principalis, & ſine qua, mortis: aliàs ſemper diceretur, mulierem grauidam ex partu deceſſiſſe,vt probat Caſtrac. d. cap. 18. ſub num.17.18.& 19.Quæ cauſa ſi principalis eſt,ſufficit, quamuis non ſit immediata: nam ſatis eſt, quòd ſit mediata ſi eſt cauſa cauſæ: quoniam quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, vt infra dicemus concl. 3. Vndè nobis non probatur, quod ait Caſtrac. circa cauſam mediatam, & immediatam mortis mulieris.

Secunda concluſio.

7 MVlier grauida cenſetur ex partu, & ex cauſa partus deceſſiſſe, ſi dolores partus habens, & non valens parere deceſſerit, quamuis non pariat. Hæc concluſio eſt clara: quoniam tunc mulier iſta verè dicitur deceſſiſſe ex partu, eo quòd deceſſit ex difficili actu pariendi, cùm partus ſumatur quoque pro actu pariendi, vt ſupra adnotauimus. Et inſuper dicitur deceſſiſſe ex partu, & ex cauſa partus: quia fœtus in vtero exiſtens fuit in cauſa, vt moreretur: nam fœtus in vtero adhuc appellatur partus ſecundum communem modum loquendi, vt ſupra diximus. Vndè officialis, qui ſocietatem contraxit cum muliere excipiente mortem ex partu, & ex cauſa partus, ſi mulier ipſa deceſſerit in actu pariendi, non valens partum edere,pecunias ſibi ad ſocietatem datas non lucrabitur.

Tertia concluſio.

8 MVlier cenſetur ex partu,& ex cauſa partus deceſſiſſe, ſi poſt partum ſtatim in febrim incidat, & moriatur: quia præſumitur, febrim fuiſſe ſibi cauſatam ex partu, & ex cauſa partus: quod maximè verum eſt ſi mulier paſſa fuiſſet nonnulla incommoda occaſione prægnantiæ,& poſt partum ſtatim febris ſubſecuta fuiſſet,ex qua deceſſerit: ſiquidem mors tribuitur partui tanquam pri-
9 mæ cauſæ; quoniam quod eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati, l. manumiſsiones, ff. de iuſt. & iur. Bald. conſ. 237. verſ. Nam quando,lib.2. Vndè ſi poſt vulnus
10 illatum ſuperueniat ſpaſimus, & mors, tunc mors tribuitur vulneranti, vt per Bald.conſ.328.verſ.Item an propter vulnus, lib. 2. & Menoch. de arbitr. caſu 275.num.7.Pro hac concluſione faciunt etiam Rotæ Rom. deciſ. 33.79.& 80.

poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. quas ſupra retulimus, concl. 1. Quæ quidem deciſ. 80. ſub num. 2. verſ. Confirmabantur, rectè reſpondet ad tex. in l. huic ſcripturæ, §. ſi ſeruus, ff. ad leg. Aquil. dum ait, quòd ſi vulneratus letaliter, decedat poſtea in naufragio; mors eius tribuitur naufragio, non autem vulneranti: rectè in quam, reſpondet dicens, ibi mortem tribui naufragio, vel ruinæ ſuperuenienti; non autem vulneranti, ſeu vulneri præcedenti; quia cauſa ſuperueniens nō permiſit diſcerni, an vulnus quantumuis letale eſſet, mortem iacturum.

Quarta concluſio.

11 MVlier, an ex partu, ſeu cauſa partus deceſſerit, vel ex alia cauſa, ſtandum eſt iudicio Medicorum, & maximè eorum, qui eam curarunt, vt patet ex d. deciſ. 79. ſub num. 5. verſ. Præterea cum plurib. ſeq. in illis verbis, *Præterea fiebat vis in iudicio Medicorum, qui mulierem hanc curarunt, & formiter examinati deponunt, eam obijſſe ex abortu; quorum dictis tanquam in arte peritis ſtandum eſt, l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. homin. l. 1. ff. de ventr. inſpic. Boer. deciſ. 323. num. 21. Bald. conſ. 237. & conſ. 238. lib. 2. Et licèt pro alia parte inducantur, & alij medici; tamen videtur potius eſſe ſtandum iudicio illorum, qui infirmitati, & curæ interfuerunt, &c.*

Quinta concluſio.

12 VBi dubitatur, an Mulier deceſſerit ex partu, ſeu ex cauſa partus, an vero ex alia cauſa, ad effectum decernendi in caſu, de quo agitur, vtrum officialis debeat lucrari pecunias, ad ſocietatē ſibi tributas; tunc in tali dubio iudicandum eſt, mulierem deceſsiſſe ex partu, & ex cauſa partus, non autem ex alia cauſa; atque adeò officialis pecunias non lucrabitur: quoniam in dubio fauendum eſt illi potius, qui agit de damno vitando, quàm ei, qui agit de lucro captando, vt in d. deciſ. 33. ſub num. 3. ibi *Quia, occurente duplici cauſa illa præualet, ex cuius parte eſt ille, qui vult euitare damnum, & præfertur illi, qui tractat de lucro potius, quàm de damno, partui in dubio fauendum eſt.* Hoc idem habetur in d. deciſ. 79. ſub num. 7. verſ. tandem, his verbis, *Tandem Domini valdè mouebantur ex eo quia negari non poteſt, quin rès ſit dubia propter concurſum Medicorum, & teſtium variè deponentium, & propter difficultatem huius probationis, ex quo morbo mulier deceſsit; quo caſu Rota benigniorem interpretationem ſolet amplecti; videlicet fauore illius, qui agit de damno vitando contra illum, qui agit de lucro captā-do, & c.* Idem denique fuit reſolutum in d. deciſ. 80. in fin. & hanc ſententiam ſequitur etiam Zacch. de ſociet. offic. ſub num. 429.

An ſi Mulier, vel eius vir, qui pecunias officiali ad ſocietatem dedit, cauſam præbuerit, vt ipſa mulier decederet ex partu, vel ex cauſa partus, officialis pecunias; ipſas lucrabitur. Q. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Prægnans, vel eius vir, qui pecunias officiali ad ſocietatem dedit, cauſam præbuerit vt ipſa prægnans decederet in partu, vel ex cauſa partus, officialis pecunias lucratur.*

2 *Damnum, quod ſua culpa patitur, ſibi imputatur.*

3 *Quod eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati.*

1 AD hanc quæſtionem breuiter reſpondetur affirmatiuè ex Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 18. ſub num. 21. verſ. Si tamen mulier: & ex Zacch. eod. tract. num. 430. Vndè ſi vir, qui pecunias dedit, aut ipſa mulier, in cuius, vitæ periculo dantur, abortum procuraſſet, officialis proculdubio pecunias ſuas ſibi faciet. Etenim damnum, quod
2 quis ſua culpa patitur, ſibi imputatur, vulgata regula, damnum, de regul. iur. in 6. l. quod quis ex culpa, ff. eod.

ff. eod. l. ſi dictum, §. ſi compromiſero, ff. de euict. & culpoſus ex ſua culpa commodum reportare non debet, c. intelleximus, & ibi Dec. de iudic. Eſt tamen verum, quòd ſi culpa mariti non eſſet ordinata ad mortem vxoris, in conſideratione non haberetur, vt in c. quia diuerſitatem, vbi Gloſ. de conceſ. præben. l. non omne, de ſtat. lib. Caſtrac. loco citato, ſub num. 24. & ſeq. & Zacch. d. num. 430. latè Bart. in l. 2. §. fin. ff. ſi quis caut. cum alijs allegatis per Caſtrac. ibi, circa fin.

Ex hoc infert ibidem, quòd generaliter dici poteſt, quòd mors naturalis licèt
3 ex cauſa, & culpa morientis, vel etiam officialis prouenerit; ſi tamen cauſa eſſet remota, & culpa non eſſet ordinata ad caſum mortis, talem cauſam, & culpam non eſſe conſiderabilem, ad quod allegat tex. in l. ſed ſi plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pupil. ſubſt. l. ſi mulier in prin. vbi Gloſ. ff. rer. amot. Bald. in auth. ex teſtamento, in 13. oppoſit. C. de collat. Quam quidem Caſtrac. ſententiam puto veram, quādo cauſa remota non eſſet principalis in effectum influens mediatè: quoniam quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, vt ſupra adnotauimus, q. præced. concl. 1. & 3.

Ibi *intra ſex menſes, &c.* An ſi ſocius, in cuius periculo ſunt pecuniæ apud officialem, intra ſex menſes moriatur, antequam officialis ipſe promiſſos fideiuſſores, præfiſſo termino, dederit, pecunias ſuas ſibi faciat.

Q. XX.

SVMMARIVM.

1 *Societas officiorum ſolet contrahi ad ſex menſes proximè venturos, & deinde in antea ad beneplacitum, præuia diſdicta 15. dierum, & ad maiorem cautelam dantis pecuniam ſolet officialis promittere dare duos fideiuſſores vti principales, principaliter, ac inſolidum infra duos menſes obligandos.*

2 *Societatis contractus ſolo conſenſu perficitur.*

3 *Societas abſque fideiuſſoribus conſiſtere poteſt.*

4 *Societatis contractus eſt nominatus.*

5 *Contractus nominatus eo ipſo quòd celebratur, non eſt licitum ab eo recedere, altera parte reluctante ob non implemētum eorum, quæ promiſſa fuerunt; ſed tantùm datur actio ad intereſſe.*

6 *Socius in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ ſi intra ſex menſes moriatur, ante quàm officialis promiſſos fideiuſſores, præfixo termino, dederit, officialis ipſe pecunias non lucratur.*

7 *Contractum non obſeruans ex parte ſua, ab omni conuentionis commodo cadit.*

8 *Socius, in cuius vitæ periculo, &c. ſi intra ſex menſes moriatur, & promiſſi fideiuſſores intra præfixum tempus non dentur, officialis non lucratur pecunias, etiam ſi fructus acceperit pro primo ſemeſtri.*

9 *Dos non poteſt dari ſine matrimonio.*

10 *Socius in cuius vitæ periculo, &c. ſi moriatur intra ſex menſes, non datis fideiuſſoribus infra ſtatutum terminum promiſſis, officialis pecunias non lucrabitur etiam ſi in caſu contrauentionis obligauerit ſe ad damna, & intereſſe.*

11 *Socius, in cuius vitæ periculo, &c. ſi moriatur intra ſex menſes non datis fideiuſſoribus, officialis pecunias non lucrabitur, etiam ſi non fuerit in mora in dandis fideiuſſoribus.*

12 *Mora requiritur vbi agitur de pœna incurrenda; ſecus autem vbi agitur de lucro captando.*

13 *Socio moriente intra ſemeſtre non datis fideiuſſoribus vt ſupra, officialis non lucratur pecunias, etiam ſi fiat pactum, vt duret ſocietas, etiam ſi promiſſi fideiuſſores non dentur.*

14 *Officialis ita demum pecunias non lucratur, non datis promiſſis vt ſupra fideiuſſoribus, ſi adſit pactum reſolutiuum contractus; aliàs ſecus.*

15 *Pactum reſolutiuum contractus ſtatim operatur, facta declaratione per creditorem.*

16 *Commodum quis non debet conſequi ex contractu, quem non ſeruauit.*

17 *Socius percipiendo fructus ex ſocietate, an, & quando cenſeatur remittere obligationem de praſtandis fideiuſſoribus.*

18 *Officialis in euentu, quo non lucratur pecunias ob fideiuſſores promiſſos, & non datos,*

datos, poteſt repetere fructus ſolutos.

19 *Socius propter fideiuſſores ſibi promiſſos, & non datos, poteſt fructus ſibi retinere ratione intereſſe, ſi fuerit illud paſſus.*

20 *Societas licèt ſolo conſenſu perficiatur, qui non impleuit ex parte ſua, quoad ſe ſuſpendit effectum contractæ ſocietatis.*

21 *Societas licèt ſit contractus nominatus; nihilominus id habet ſpeciale, vt ab ea liceat recedere ante tempus ſi promiſſa non impleantur.*

AD tituli quæſtionis explicationem eſt adnot. quòd vt patet ex formuli
1 inſtrumenti ſocietatis officiorum, quod ad verbum retulimus ſupra q. 3. huius cap. hæc ſocietas ſolet contrahi ad ſex tantùm menſes proximè venturos,& deinde ad beneplacitum ambarum partium, cum diſdicta 15. dierum præcedente. Et inſuper ad maiorem cautelam dantis pecuniam ad ſocietatem officialis, qui eam recepit, ſolet ſemper promittere dare duos fideiuſſores vti principales, & principaliter, ac inſolidum infra duos menſes obligandos. Et quoniam dubitari poterat, an ſi prædicti fideiuſſores pręſtiti non fuerint iuxta promiſſionem, & ſocius, qui pecunias contulit intra ſemeſtre moriatur, officialis ipſe pecunias ipſas ſuas ſibi faciat; meritò de hac difficultate, hoc loco eſt diſcutiendum.

In hac re videtur prima facie affirmatiuè reſpondendum eſſe. Etenim con-
2 tractus ſocietatis ſolo conſenſu perficitur, l. ſocietatem, l. qui admittitur, & l. planè, ff. pro ſoc. & in ſpecie Gabr. conſ. 81. num. 1. lib. 1. & conſ. 63. num. 5. lib. 2. & extat deciſ. Rotæ Rom. 1. num. 2. & 3. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. impreſſa, in vna Romana ſocietatis 2. Aprilis 1601. coram R.P. D. Iuſto vbi num. 5. ob id fuit reſolutum, quòd non propterea ſuſpenditur conſenſus, ſi aliquid reſtat adimplendum pro obſeruatione pactorum in huiuſmodi contractu. Si igitur ſtatim ſecuto contrahentium conſenſu, contractus ſocietatis perficitur: ergo ſi ſocius infra ſex menſes decedat, non datis ab officiali promiſſis ab eo fideiuſſoribus, officialis ipſe vi pacti lucratur pecunias: quoniam is moritur infra ſex menſes, durante, ac perfecta ſocietate, & fideiuſſores non ſunt de ra-
3 tione ſocietatis: eo quod ſocietas ſine fideiuſſione ſtare poteſt, vt habetur ex Barbat. conſ. 31. num. 3. lib. 1. & ex dicta deciſ. 1. num. 9. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 302. num. 14. & ſeq. & Zacch. de ſociet. offic. num. 456. vbi ex eodem Grat. ibi num. 28. addit, quòd imò iſta obligatio de damno fideiuſſores intelligitur ſi pars petierit, vt fuit deciſum per Rotam Diuerſ. deciſ. 113. num. 6. par. 1.

Secundò probatur ex eo quòd contra-
4 ctus ſocietatis eſt nominatus, quia proprium habet, ac peculiare nomen, nec ſtat in generali nomine pactionis, ſeu contractus, vt in l. iuris gentium, in prin. ff. de pact. & nos latè declarauimus in noſtris commentar. in extrau. Pij V. de cenſib. in proœm. q. 8. num. 16. 17. 18. & 19. & eò magis quia huiuſmodi contractus, vt plurimum ſcriptura, ac ſtipulatione vallatur: & propterea dato, & non conceſſo, quòd ex ſui natura nominatus non eſſet, ſcriptura, ac ſtipulatione nominatus efficitur: ſiquidem à ſtipulatione ſpecificum nomen accipit, vt patet ex ijs, quæ adnotauimus in d. q. 8. num. 18. & 46. At contractus nomi-
natus eo ipſo quòd celebratur, non eſt
5 licitum ab eo recedere altera parte reluctante, ob inobſeruantiam, ſeu non implementum eorum, quæ promiſſa fuerũt; ſed tantum datur actio ad intereſſe, vt in l. ea conditione, C. de reſcind. vend. ergo ſocietatis contractus eo ipſo quod celebratur non eſt licitum ab eo recedere ob fideiuſſores promiſſos, & non præſtitos: & propterea cum firma remaneat ſocietas, etiam fideiuſſoribus non datis, ſi ſocius qui pecunias contulit intra ſemeſtre moriatur, officialis pecunias ipſas ſuas ſibi faciet, etiam ſi promiſſos ab eo fideiuſſores non dederit.

His tamen non obſtantibus contrariã ſententiam arbitror de iure veriorem
2 eſſe, quam tenet Gratian. Diſcept. forenſ. cap. 137. num. 8. & cap. 143. ſub num. 48. verſ. Ideò etiam dicimus, & num. 49. & alij, quos referr, & ſequitur Zacch. de ſociet. offic. num. 441. & in ſpecie extat Rota Romana, deciſ. 5. poſt eundẽ Zacch. tract. impreſſa, in vna Romana ſocietatis officij, 2. Iunij 1608. coram b. m. Çardin. Lancellotto; cuius tenor eſt, qui ſequitur, *Cum Domini de Sorbellonibus nõ dederit in fideiuſſorem Mercatorem prout conuenerant, & pro eorum parte non adimpleuerint, Domini reſolueruntnon fuiſſe locum lucra pecuniarum,*

ac inde

*et inde mandatum ab A.C. relaxatum fu-
iſſe exequendum, cum non poſſint ſe fun-
dare in pacto, nec iuuari contractu vltro,
citroque obligatorio, neque locum facere
ex inſtrumento, quod non obſeruauerunt,
l. 1. §. offerri, ff. de action. empt. l. cùm
proponas, la 2. & ibi Dec. & alij, C. de
pact. & in iſtis terminis, quòd is, qui non
præſtit fideiuſſionis, non lucretur pecunias
per obitum illius; ſuper cuius vita pericu-
lo inita erat ſocietas, fuit reſolutum in cau-
ſa Romana duorum millium, 19. Martij,
1574. & in alia Romana ſocietatis, 9. Iu-
lii, 1584. coram Illuſtriſs. Cardinali Se-
raphino, &c.* Fundantur omnes præfati
Doctores in eo, quòd non obſeruans
7 contractum ex parte ſua, ab omni com-
modo conuentionis cadit, l. ſi conuene-
rit, §. fin. ff. locat. c. peruenit, de iure-
iur. Et re vera non eſt fenerandum, vt
quis ex eo contractu quem non impleuit
commodum conſequatur, vt habetur per
Seraph. deciſ. 209. num. 4. & deciſ. 673
& Grat. Diſcept. forenſ. cap. 301. num.
8. & quòd contractus vires diſſoluantur
ſi promiſſa non ſeruentur, latè habetur
per Doctor. in l. quis maior, C. de tran-
ſact. qui dicunt id eſſe vniuerſaliter verũ
in omni contractu, ſtante maximè iura-
mento, vt per Corn. conſ. 25. num. 11.
lib. 2. & in ſpecie conſ. 121. lib. 1. verſ.
Ponderandum, vbi ait, quòd pœna d. l.
ſi quis maior, haber locum in contractu
ſocietatis. Vndè cùm officialis non de-
derit fideiuſſores atque adeò non ſerua-
uerit ea, quæ promiſit, meritò pecunias
non lucrabitur pecunias, ſi durante ſo-
cietate, decedat ſocius in cuius vitæ pe-
riculo ſunt apud ipſum officialem.

Ampliatur primò hæc concluſio, vt
locum ſibi vendicet, etiam ſi ſocius fru-
8 ctus perceperit pro primo ſemeſtri: nam
ſi officialis fideiuſſores promiſſos non
dederit infra duos menſes à die celebrati
contractus, & ſic in primo ſemeſtri, &
ipſe ſocius in cuius vitę periculo ſunt pe-
cuniæ intra ſemeſtre moriatur, pecunias
ipſas non lucrabitur: quia fideiuſſores
promittuntur non ſolùm pro reſtituenda
ſorte, ſocio ſuperuenienti, finita ſocieta-
te; ſed etiam pro ſoluendis fructibus ſe-
quentis ſemeſtris, & vlteriùs durante
ſocietate, vt ſupra diximus, quibus adde
Bocc. de ſociet. offic. num. 143. Imò ſi
fideiuſſores promittantur præſtari infra
dictum tempus pro fructibus tantùm
ſoluendis, adhuc preſtari debent intra
dictum tempus computandum à die ce-
lebrati contractus, non autem à die ſe-
cundi ſemeſtris, vt habetur in d. dec ſ. 5.
ſub num. 2. verſ. Neque obſtat, & num.
2. cum plur. ſeq. vbi contraria ſoluit his
verbis, *Neque obſtat, quòd cùm obligatio
dandi fideiuſſores eſſet pro fructibus ſol-
uendis, & cùm fructus primi ſemeſtris eſ-
ſent ſoluti, promiſſio de illos præſtando in-
fra duos menſes debeat intelligi primo ſe-
meſtri, l. tali, ff. de iur. dot. vbi terminus ad
ſoluendum dotem currit à die matrimonij,
ſicut terminus ſoluendi pretium infra an-
num intelligitur à die conſignationis rei
emptæ cum aliis ſimilibus exemplis; tum
quia in dictis caſibus terminus ſoluendi do-
tem non poterat incipere antequam fierent
nuptiæ, not. Bald. in antiqua lectura illius
l. cùm dos non ſit ſine matrimonio, & pro-
9 pterea talis capienda eſt interpretatio, vt
fuit reſolutum in cauſa Romana fideiuſſio-
nis de repreſentando, 18. Maii 1607. co-
ram R.P.D. meo Marcumautio. vbi etiã
fuit dictum, quod diſpoſitio dictæ l. tali, eſt
ſpecialis in dote; ſic etiam in caſu emptio-
nis, & venditionis dies ſolutionis pretii
non venit, niſi poſtquam res empta ſit con-
ſignata, ne aliàs quis retineat res, & preti-
um; quæ ratio ceſſat in caſu noſtro; quia
dans pecunias voluit ſibi cauare in futurũ,
vt adueniente ſecundo ſemeſtre eſſet totus:
neque aliàs fuiſſet contracturus: tum quia
prædicta concluſio eſt fundata in veriſimili
mente contrahentium, & ſi de contrario
conſtat, ceſſat illa præſumptio. Vinc. de
Franc. deciſ. 354. num. 1. verſ. Nobilo-
minus hæc opinio: In caſu autem noſtro ex
verbis inſtrumenti clarè conſtat de mente
dantis pecunias, & quòd aliàs non fuiſſet
contracturus; nam expreſſè conuenit, quòd
pro ſolutione fructuum tantùm, durante ſo-
cietate, daretur intra duos menſes proxi-
mos aliquis mercator, & patet, quòd mens
contrahentium fuit dare, & recipere fide-
iuſſorem pro fructibus infra duos menſes à
die celebrati contractus; nam verbum,* pro-
ximos, *deſignat extremitatem prioris tem-
poris, ſcilicèt temporis factæ obligationis,
§. pupillus, in inſtit. de inut. ſtipul. Bald.
conſ. 246. num. 2. lib. 5. & dictio,* intra, *
concludit tantùm ſua extrema, & excludit
ea, quæ ſunt extra, Soc. conſ. 211. in prin.
lib. 2. & faciunt tradita per Gemin. conſ.
121. attenta forma ſtatuti, num. 7. Et do-
cuit obſeruantia ſubſecuta; nam ſtatim
ſecuto obitu Io. Baptiſtæ, non expectato ſe-
cundo ſemeſtri, datus fuit fideiuſſor, quod
intendit,*

Digitized by Google

*intendit, partes non ſenſiſſe, quòd præſta-
retur, finito primo ſemeſtri Caſtren. conſ.
314. in fin. & conſ. 347. col. fin. lib. 1.
Aym. conſ. 211. num. 8. Nec reuelat,
quod dicitur, dilationem conceſſam reſpe-
ctu certæ cauſæ, non incipere currere, niſi
illa cauſa incipiat: quia licèt ſolutio fru-
ctuum ſecundi ſemeſtri non incipiat, niſi
lapſo primo; voluit nihilominus ſibi proſ-
picere infra duos menſes: Et quamuis po-
tuiſſet ſocietas non durare niſi pro primo
ſemeſtri; tamen poterat etiam durare, &
ideò dans pecunias ſe cautelauit ad effectũ,
vt adueniente ſecundo ſemeſtri eſſet tutus,
quatenus ſocietas duraret, aliàs non con-
tracturus, niſi cum iſtis cautelis, & obli-
gationibus.*

Secundò ampliatur eadem concluſio;
10 vt adeò vera ſit, vt hoc caſu non proſit
pactum, quòd in euentum quo fideiuſſo-
res non dentur, officialis teneatur ad
damna, & intereſſe: ſiquidem id locum
habet, durante ſocietate, & non excipiẽ-
te ſocio de non implemento officialis, &
ad effectum, ne dubitaretur, quòd in caſu
non implementi fructus non deberen-
tur, durante ſocietate, vt fuit reſponſum
per eandem Rotam Rom. d. deciſ. 5. verſ.
Neque contrarium, & per alios, quos re-
fert, & ſequitur Zacch. de ſociet. offic.
num. 451. vbi etiam ait num. 447. quòd
iſto caſu non admittitur purgatio moræ
præſtando intereſſe: quoniam id locum
ſibi vendicat ſolùm ad conſeruandam
actionem: vt ſi ageretur de continuanda
ſocietate, & opponeretur de non imple-
mento: nam tunc locus eſſet purgationi
moræ præſtando intereſſe: at vbi agitur
de purganda mora ad actionem acqui-
rendam, & ad effectum, vt pecuniæ ſint
ſuper lucratæ, tunc quia res non eſt am-
plius integra, non eſt locus purgationi
moræ per præſtationem intereſſe, vt ha-
betur per Grat. diſcept. forenſ. cap. 301.
num. 32. & ſeq. & in ſupra relata deciſ.
5. verſ. Nec etiam obſtat, cuius tenor eſt,
qui ſequitur, *Nec etiam obſtat, quòd
ſtante non implemento, poſſint Domini de
Sorbellonibus præſtando intereſſe ſatisfa-
cere, & purgare moram; quia hoc proce-
dit ſolum ad conſeruandam actionem, non
ad quærendam: ſi enim ageretur de conti-
nuanda ſocietate, & opponeretur de non
implemento benè eſſet locus purgationi mo-
ræ præſtando intereſſe: ſed cùm agatur de
purgatione moræ ad quærendam actionem,
cùm res non ſit amplius integra, & ad ef-
fectum, vt pecuniæ dicantur ſuperlucratæ,
non eſt locus purgationi moræ præſtando in-
tereſſe, l. Caius, §. ſticus, verſ. Intra, ff.
de fideicom. libert. Bart. in l. ſi iuris vltam,
num. 204. ff. de verb. obligat. Caſtr. conſ.
228. num. 2. verſ. tertiò aduertendum,
vol. 2. Grat. conſ. 352. num. 8. vol. 3.
Siluan. conſ. 85. num. 12. & fuit reſolu-
tum in cauſa Tiburtina compromiſſi, 16.
Iunii 1595. coram Seraphino, & in cauſa
Romana tranſactionis, 5. Iulii 1604. co-
ram R. P. D. meo Coccino.*

Tertiò ampliatur ipſa conelusio, vt
adeò in caſu noſtræ concluſionis non lu-
11 cretur pecuniæ per officialrm, qui pro-
miſſos, fideiuſſores non præſtitit, vt ad
hunc effectum non requiratur mora ipſi-
us officialis in dandis fideiuſſoribus,
cùm non poſſit quis lucrum conſequi ex
eo contractu, quem non impleuit, non
obſtante aliqua excuſatione, vt per Dec.
in l. cùm proponas, la 2. num. 4. & alij,
C. de pact. etenim mora requiritur vbi
ageretur de pœna incurrenda: ſecus au-
12 tem quando agitur de lucro captando,
vt in caſu, de quo agitur: ſiquidem tunc
non eſt neceſſaria mora, vt rectè declarat
Grat. Diſcept. forenſ. cap. 301. num. 11.
& 35. Boccac. de ſociet. offic. num. 143.
& Zacch. eod. tract. num. 446. cum ali-
is, quos allegat.

Quartò ampliatur dicta concluſio, vt
officialis, qui promiſſos fideiuſſores non
13 præſtit pecunias non lucretur, morien-
te ſocio intra ſemeſtre vt ſupra; etiam ſi
pacto conuenerit cum ipſo ſocio, quòd
non datis promiſſis fideiuſſoribus, adhuc
duret ſocietas: quoniam huiuſmodi pa-
ctum locum ſibi vẽdicat ad fauorem ad-
implentis, ac obſeruantis: & non ſuffra-
gatur ei qui non impleret ex parte ſua,
vt habet ex Zacch. loco citato, num. 452.
& rectè fuit reſolutum per d. deciſ. 5. ſub
num. 11. & 12. in illis verbis, *Aliud ve-
rò pactum, & nihilominus, &c. etiam ſi
extendatur, quòd etiam non dato fideiuſſo-
re duret ſocietas, intelligitur, & procedit
ſolum ad fauorem obſeruantis, non autem
ſuffragatur ei, qui non adimpleuit ex par-
te ſua. Gloſ. in l. qui fidem, ff. de tranſact.
& in l. cùm proponas la 2. C. eod. tit. Et
fuit dictum in cauſa Vrbeuetana Caſtrorũ,
coram Oradino, quæ eſt deciſ. 10. num. 2.
par. 1.*

Sic ampliata limitatur ſupradicta cõ-
cluſio, vt ita demum officialis, qui pro-
14 miſſos fideiuſſores non drdit, pecunias
ad ſocie-

Digitized by Google

ad ſocietatem ſibi collatas non lucretur,
etiam ſi intra ſemeſtre ſocius decedat, ſi
in inſtrumento ſocietatis adſit clauſula
reſolutiua cõtractus; nempè quòd ſocius
in caſu contrauentionis, velit ab officia-
li ſibi pecunias ſibi reſtitui,& ad eas reſti
tuendas cogi poſſit perinde,ac ſi ſocietas
finita foret,&c. etenim,non datis fideiuſ-
ſoribus promiſſis, vel ſocietas contracta
non eſſet:vel ex nõ præſtationem fideiuſ-
ſorum reſoluta fuiſſet:ſi tamen ſocius ve-
lit reſolui,ac declarauerit, vt latius dice-
mus infra,q.22.concl. 1.eo quòd pactum
15 reſolutiuum ſtatim operatur, ſtante de-
claratione per creditorem facta, vt per
Alex.in l.inſulam,16. fall. de verb.oblig.
nec pendet à voluntate creditoris; ſed à
negligẽtia debitoris,negligentis id,quod
tenebatur perficere,cùm non ſit ferendũ,
16 vt quis ex eo contractu commodum cõ-
ſequatur,quem non adimpleuit, l. Iulia-
nus,§.offerri, de action. emp. & in ſpecie
Caſtrac.de ſociet.offic.cap.69. ſeù 70. n.
6.& 7.& Zacch.eod.tract.num.457.Secus
autem dicendum eſt,ſi in inſtrumento ſo-
cietatis non adſit clauſula reſolutiua, &
ea maxime,vt ſocietas intelligatur reuo-
cata,præfinito tempore fideiuſſoribus nõ
preſtitis iuxta ea, quæ habentur ex eodẽ
Caſtrac.ibidẽ,num.7.& 8. & Zacch.loco
citato:ſiquidem,deficiente dicta clauſula,
ſocietas eſſet contracta:ſed creditor age-
re poſſet quandocunque, vt fideiuſſores
preſtentur:quoniam percipiendo fructus
cenſetur voluiſſe ſocietatem coire, & ap-
probaſſe contractum:aliàs poſſet ante tẽ-
pus à ſocietate recedere, cum conditio,
ſub qua contracta eſt,impleta non fuerit:
verùm fructus pro rata temporis reſtitue
re debet:eo quòd ceſſat cauſa,ex qua lici-
ta erat eorũ perceptio,ac retẽtio,vt bene
declarãt Caſtr.& Zacch.locis ſup.relatis.

Secundò limitatur hæc ipſa concluſio
vt locum non habeat,quando ſocius,qui
contulit pecunias ad ſocietatem recepit
fructus ſecundi ſemeſtris; quoniam hoc
caſu officialis quamuis promiſſos fideiuſ-
ſores non dederit;nihilominus ſi intra ſe-
meſtre illo ſocius decedat, pecunias ſuas
ſibi faciet: ſiquidem per receptationem
fructus ſecundi ſemeſtris cenſetur onus
dandi fideiuſſores remiſiſſe, arg.tex. in l.
de lege,§.fin.ff.de leg.commiſ. & l.ſi cum
dies,§.fin.cum l.ſeq.ff.de arbitr. Caſtrac.
vbi ſupra ſub num.8.Zacch.num.459.vbi
inter alios pro hac limitatione adducit.
Grat.Diſcept.forenſ.cap.301.num.36.cũ
pluribus.ſeq.& cap.302.num.14.& ſeq. vbi
licèt id ampliet non tantũ in percipiente
fructus ſecundi ſemeſtris;ſed etiam in pe-
tente; nihilominus ipſius opinio videtur
Zacch.non eſſe citra difficultatem aliquã
per ea, quę reſoluta fuerũt per Rot.Rom.
deciſ.25.poſt eundẽ Zacch.tract.impreſ-
ſa,in vna Rom.ſociet.offic.9.Martij,1598
corã R.P.D.Peregrino:vbi fuit deciſum,
quòd per perceptionẽ cedulæ, qua debi-
tor mãdabat mercatori,vt creditori per-
ſolueret tot pecunias pro fructibus non
erat creditor excluſus à facultate nomi-
nandi,etiam quod in ipſa cedula manda-
tũ ſubſcripſiſſet, vt alteri pro eo ſoluere-
tur: etenim ob id non cenſetur facta rea-
lis ſolutio prout expoſtulatur. Cęterum
17 ipſe Zacch. per realem fructuum perce-
ptionẽ citra omnem dubitationẽ putat
remiſſam fuiſse inobſeruantiam, etiam ſi
pars tantùm fructuum recipiatur, vt per
Grat.d.c 302.num.17.vbi in hoc ait non
prodeſse ignorantiam aliquam non da-
tionis fideiuſsorũ: quia ſocius tenebatur
ad perquirendum,& inueſtigandum, an
eſset impletũ illud,quod ad eius vtilitatẽ
erat appoſitum,vt per Caſtrac.d.cap.69.
aliàs 70.num.13.& Zacch.num. 460. qui
etiam addit num.461. non excuſari reci-
pientem fructus,dicẽdo eos recepiſſe pro
damnis,& intereſ e ob pactũ non ſeruatũ
quando ex reſsè fuit dictã penſionẽ hu-
iuſmodi fuiſse receptã pro ſocietatis fru-
ctibus: & in omnẽ euentum neceſsaria
eſset huiuſmodi damnorum, & intereſse
probatio.Non tamẽ ſocius per receptio-
nẽ fructuũ intelligitur ſibi præiudicaſse,
niſi pro illo tẽpore, pro quo recipit fru-
ctus.ſecus in futurũ, vt per eundẽ Grat.
loco citato,cap.301.num.23.& 302.num
6. & ſeq.& Boccac.de ſociet.offic.ſub n.
145.Quod maximè locum habet,ſi ſoci-
us recipiendo fructus fuerit proteſtatus
eos recipere ſaluo iure ſuo, vt per Grat.
d.cap.302.num. 17.& Zacch.d.num.461.
Et quamuis Boccac. loco citato ratione
iuramenti velit,quod per receptionẽ fru
ctuũ non cenſeatur remiſsa fideiuſsorum
præſtatio;cũ iuramentũ habeat vim clau-
ſulæ,rato manente pacto,& ipſe non im-
plens perdat omne commodum ex ipſo
contractu proueniens, vt habetur per
Corn.conſ.179.lib.2.cum alijs ab eodem
Boccac.relatis;nihilominus, non obſtãte
iuramento in contrariũ eſse veriorẽ ſen-
tentiam teſtatur Grat.d.cap.302.num.24

Tertiò limitatur præfata concluſio, vt

 in euen-

in euentū, quo officialis nō lucratur pe-
18 cunias ex eo quòd promiſsos fideiuſſores pręfinito tempore nō pręſtiterit atq; adeò ſocietas non cenſeretur contracta, aut reſoluta iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus in præcedenti limitatione: tunc officialis cùm non lucretur pecunias ad ſocietatem ſibi collatas, per mortem eius in cuius vitæ periculo ſtabant, iure licito poteſt repetere fructus ſolutos, exceptis ad ſummum iis, qui percepti fuerunt durante ſocietate, & adhuc non reſoluta: cùm is qui pecunias dedit ſtante reſolutione contractus, non habeat iuſtum titulum eos ſibi retinendi; & ſi pactum inierit de lucrandis fructibus, reſoluta ſocietate, ob fideiuſſores promiſſos, & non præſtitos, illicita eſſet conuentio: eo quòd vellet ex tali ſocietate fructus, ſaluo capitali, vt rectè declarat Caſtrac. d. cap. 69. ſeu 70. in fine, vbi pro hac re allegat Rotam Roman. deciſ. 53 poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. impreſſa, in vna Romana ſocietatis 2000. aureorum, 9. Maij 1567. coram R.P.D. Oradino, in illis verbis, *Non obſtat illa ratio, quòd ſi cautio de damnis fideiuſſoribus referatur ad priuationem ſocietatis, quòd ſocietas reſoluatur, quòd ſequeretur conuentio illicita, & dans pecunias lucraretur fructus ſaluo capitali; quia reſpondetur, quòd non lucratur fructus, ſed tenebatur eos reſtituere tantùm pro rata, quia de facto durat ſocietat, vel reſtitui in totum, reſoluto contractu, in omnibus, & reſtitutis vtriuſque pecunijs, facit conſ. Alex. 117. num. 5. vol. 1.* Eſt
19 tamen verum, quòd ſocius qui dedit pecunias ſi per reſolutionem contractus ob fideiuſſores promiſſos, & non præſtitos, aliquod intereſse fuerit paſsus poteſt dictos fructus ſibi retinere, ſeù eius hæres pro rata lucri ſibi ceſſantis, vel damni emergentis: ſiquidem huiuſmodi intereſſe diceretur pati culpa officialis, qui promiſſos fideiuſſores præfinito tempore non præſtitit, iuxta ea, quæ habentur ex Gratian. d. cap. 302. num. 6. & ſeq. & Zacch. de ſociet. offic. num. 461.

Reſtat modo, vt ad argumenta reſpondeamus.

AD primum dicimus, quòd licèt ſocietas ſolo conſenſu perficiatur,
20 nihilominus, qui non impleuit pro parte ſua quoad ſe ſuſpendit effectum contractæ ſocietatis, & propterea officialis ſi promiſſos fideiuſſores, præfinito tempore non dederit, & durante ſocietate, is, in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ, deceſſerit, pecunias ipſas non lucrabitur, vt patet ex d. deciſ. 1. Rotæ Romanæ, ſub num. 10. per quam his verbis fuit reſponſum, *Neque facit ad propoſitum deciſio coram R. P. D. meo Seraphino in Romana duorum millium, 18. Decemb. 1573. quoniam ibi reſoluitur, officialem, qui non dedit fideiuſſorem promiſſum, non poſſe pretendere lucrum pecuniarum; quia non impleuit pro parte ſua, & ita quoad ſe ſuſpendit effectum contractæ ſocietatis, ad Soc. in l. quibus diebus, §. quidem, il 2. num. 8. de condit. & demonſtr. poſt Glos. qui eam allegat in l. 2. ff. de in diem adiect. qua ſuſpenſione ſublata per implementū, remanet contractus à principio pro vtraque parte, quia tunc preſtitus conſēſus.*

Ad ſecundum patet reſponſio ex ijs, quæ nos adnotauimus ſupra lib. 1. cap. 1. q. 3. dum oſtendimus, quòd licèt ſocie-
21 tas ſit contractus nominatus; nihilominus huiuſmodi contractus proprium, ac peculiare eſt, vt ab eo licitum ſit recedere ante tēpus ſi promiſſa nō adimpleātur

An officialis ſi duos fideiuſſores promiſerit, & verum tātùm dederit ſoluto primo ſemeſtri anticipato, ſi is in cuius periculo ſtant pecuniæ infra ſex menſes, durante ſocietate moriatur, officialis ipſe pecunias lucrabitur? Q. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Officialis ſi duos fideiuſſores promiſerit cū clauſula reſolutiua contractus, & vnum tantùm dederit, & is in cuius vita periculo ſtant pecuniæ intra ſemeſtre deceſſerit non lucratur pecunias ipſas: ſecus ſi deſit clauſula reſolutiua.*

3 *Eadem eſt ratio totius, & partis.*

RESolutio huius difficultatis pendet ex iis, quæ ſupra adnotauimus q.
1 præcedenti; & propterea diſtinguendum putamus cū Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 69. alias 70. ſub n. 5. verſ. Sed pro reſolutione, Zac. eod. tract. n. 443. & 448. incluſiuè, & alijs: quòd aut in inſtrumēto ſocietatis adeſt clauſula reſolutiua. quæ fuerit conuentū,

cóuentũ, vt niſi preſinito tẽpore promiſſi fideiuſsores dati fuerint, eo ipſo ſocietas reuocata intelligatur; tũc, ſi is, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ moriatur intra ſex menſes, durante ſocietate, & officialis intra premiſſum terminũ, non ambos, ſed num tantum fideiuſſorem præſtiterit, proculdubio officialis ipſe pecunias non facit ſibi ſuas: ſiquidem licèt adimpleuerit pro parte contractum dan-
2 do vnum ex duobus fideiuſſoribus; non tamen adimpleuit in totum, dando alterum: at eadem eſt ratio totius, & partis, l. quæ de toto, ff. de rei vend. Vndè ſicut, qui non preſtitit duos fideiuſſores, quos promiſit non lucratur pecunias, vt late probauimus, q. præcedenti: ita etiã dicendum eſt de eo, qui ex duobus fideiuſſoribus promiſſis vnum tantum dederit: quoniam is quoque non dicitur impleuiſſe contractum, atque adeò non debet ex eo commodum percipere, ſtante maximè clauſula reſolutiua, vt in d. q. proxima probauimus, limit. 1. ſiquidem, vt quis conſequatur actionem, vel exceptionem ex contractu, debet ante omnia docere pro parte ſua adimpleuiſſe, vt per Aymon. conſ. 151. & conſ. 192. num. 1520. Nec exigitur probatio, quod officialis fuerit in mora, vt diximus, q. preced. ampl. 3. quibus adde quoque ea, quæ ibidem cumulauimus ampl. 1. 2. & 4. & lim. 1. 2. & 3. ſiquidem illa omnia, quæ in d. q. diximus de officiali promittente duos fideiuſſores, & neutrum dante, prefinito tempore, poſſunt applicari controuerſiæ, de qua agitur, cùm non poſſit aſſignari diuerſitatis ratio; ſed in vtroque caſu eadem ratio militet, arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Quòd ſi in inſtrumento ſocietatis nõ adſit clauſula reſolutiua contractus, quãuis fideiuſſores omnes, qui promiſſi ſunt non dentur, vel eorum alter tantùm preſtetur, ſtatuto tempore; ſocietas tamen remanet contracta; ſed creditor ſemper agere poteſt, vt fideiuſſores integri preſtentur: ſiquidem cùm fructus perceperit videtur voluiſſe ſocietatem contrahere, vt ſupra declarauimus q. præcedenti, limit. 1. Quod quidem verum puto ſi receperit fructus ſecundi ſemeſtris: quoniam tunc cenſeretur remiſſa reſolutio contractus, licèt fideiuſſores integri non dentur, vt ex Zacch. & Caſtrac. probauimus, q. prædictæ; lim. 2. quamnis Bocc. de ſociet. offic. num. 145. contrarium docet, vt diximus q. citata, lim. 2. in fin.

An officialis ſi promiſerit in caſu mortis, abſentiæ, vel deteriorationis fideiuſſorem intra certum tempus dare alios æquè idoneos, & non dederit; moriente eo, in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ pecunias ipſas lucretur.

Q. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Promittere ſolet officialis, quòd in euentum mortis; receſſus ab Vrbe; vel deteriorationis fideiuſſorum vel alterius eorum infra octo; vel quindecim dies teneatur dare alios æquè idoneos cum clauſula reſolutiua.*

2 *Societas per pacta reſolutiua nunquam reſoluta cenſetur propter promiſſa non adimpleta, niſi ſocius is velit, & declarauerit.*

3 *Societas ad hoc vt vi pacti reſolutiui reſoluta cenſeatur ob promiſſa non adimpleta, oportet vt officialis conſtituatur in mora in non renouandis fideiuſſoribus*

4 *Mora citra interpellationem nunquam committitur.*

5 *Conditionis euentus nõ conſtituit promiſſorem in mora citra interpellationem.*

6 *Officialis ſi promiſerit in caſu mortis, abſẽtiæ, vel deteriorationis fideiuſſorum intra certum tempus dare æquè idoneus, & non dederit, moriente eo, in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ, pecunias ipſas lucratur.*

7 *Pacti reſolutiui effectus.*

8 *Lucrum ex contractu reportari non poteſt à non adimplente.*

9 *Officialis ſi promiſerit fideiuſſores renouare vt ſupra, & ſocius, in cuius vita periculo, &c. accepit fructus ſecundi ſemeſtris, & infra ſemeſtre moriatur, pecunias lucrabitur.*

10 *Socius per receptionem fructuum ſemeſtris cenſetur onus renouandi fideiuſſores remiſiſſe: ſecus per receptionem fructuum primi ſemeſtris.*

11 *Officialis ſi fideiuſſores non renouauerit iuxta conuentionem, & ſocius non accepit fructus ſecundi ſemeſtris, nec voluit, nec declarauit, ſocietatem eſſe inualidam, ſi ſocius in cuius vita periculo, &c. intra*

 ſemeſtre

ſemeſtre moriatur, probabiliter dici poteſt eum lucrari pecunias, non obſtante clauſula reſolutiua.

2 *Socius ſi voluerit, ac declarauerit, ſocietatem eſſe reſolutam ob fideiuſſores non renouatos vt ſupra, licèt decedat intra ſemeſtre, officialis pecunias nõ lucrabitur.*

AD tit. q. explicationem eſt adnot. 1 quòd in inſtrumento ſocietatis officiorum ſemper officialis promittere ſolet, quòd in euentum mortis, receſſus ab Vrbe, vel deteriorationis fideiuſſorũ, vel alicuius eorum infra octo, vel quindecim dies teneatur dare alium æquè idoneum, cum clauſula reſolutiua, &c. vt patet ex inſtrumenti ſocietatis tenore, quod ad verbum retulimus ſupra q. 3. huius cap. in fine, in illis verbis, *Et item dictus Petrus promiſit dare in fideiuſſores huic ſocietati, qui perſonaliter accedant Antonium Tranarum, & Franciſcum Monticulum, quos licèt abſentes, me notario, &c. idemnes releuare promittit: & promiſit, quòd moriente, ſeu conditionem deteriorante vno, ſeu quolibet ipſorum, dabit alium, ſeu alios æquè idoneos, qui eodem modo accedant: aliàs voluerunt dicti contrahentes, quòd ipſe Dominus Petrus teneatur ad reſtitutionem, & ſolutionem omnium, ad quæ teneretur, ſi ſocietas eſſet finita, &c.* Quæritur modo, ſi vnus ex fideiuſſoribus decedat, deterior fiat, vel ab Vrbe recedat, & officialis alium non præſtet: & is, in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ intra ſex menſes, & ſic durante ſocietate decedat, an ipſe officialis pecunias lucretur?

In hac re Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 2 69. ſub num. 9. verſ. Pro parte affirmatiua: putat in caſu propoſito ſocietatem nõ eſſe ſolutam, atque adeò, ſecuta morte illius, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ, officialis eas lucrabitur. Probat ſuam ſententiam primò, quia ſocietas vi pacti reſolutiui nunquam reſoluta cenſetur propter promiſſa non adimpleta, niſi ſocius, qui pecunias contulit, id velit, ac declarauerit: ſed in caſu, de quo agitur nos ſupponimus, ſocium prædictum, cuius vitæ periculo ſunt apud officialem, nunquam voluiſſe, nec declaraſſe reſolutam ſocietatem ob fideiuſſores ſtatuto tempore renouandos, ſed citra omnem declarationem infra ſemeſtre, durante ſocietate deceſſiſſe: ergo talis ſocietas reſoluta non cenſetur; ſed firma remanente, & poſt ſocij deceſſum ſoluta, officialis ipſe pecunias ſibi collatas lucrabitur. Minor ſupponitur vera: probatur modo maior: quoniam pactum reſolutiuum initum in contractibus, nunquam vim habet, niſi volente, ac declarante creditore, vt eſt tex. in l. 2. ff. de lege commis. vbi pactum, quòd fundus ſit inemptus, ſi emptor ſuo tempore pretium non ſoluerit, ita demum locum ſibi vendicat, ſi venditor id velit.

Secundò probatur eadem ſententia, 3 quia ad hoc vt vi pacti reſolutiui ſocietas reſoluta cenſeatur ob promiſſa non adimpleta, oportet, vt officialis conſtituatur in mora in non renouandis fideiuſſoribus; ſed in caſu noſtro officialem ſupponimus non eſſe conſtitutum in mora: ergò ſocietas non cenſetur reſoluta ob fideiuſſores non renouatos. Maior patet, quia in obligatione aliquid dandi, vel faciendi nunquam pœna locum habet, niſi promiſſor ſit in mora dandi, vel faciendi, vt per Bart. in l. ſi dno, §. Prætor ait, verſ. Hæc autem verba, ff. de conſtit. pecun. & in l. ita ſtipulatus in 7. oppſit. num. 25. & num. 54. verſ. ſed tamen his non obſtantibus, ff. de verb. obligat. & conſ. 566. num. 1. Minor probatur, quia nos ſupponimus, officialem nunquam fuiſſe interpellatum pro renouandis fideiuſſoribus; at mora ſine inter-4 pellatione non committitur, vt in l. mora, ff. de vſur. Hinc ait Paul. Caſtrac. cõſ. 165. quòd fideiuſſer, qui promiſit aliquẽ repræſentare infra octo dies, non dicitur eſſe in mora etiam poſt tempus octo dierum, niſi requiſitus fuerit, vt in l. ſi deceſſerit, ff. qui ſatiſd. cogant. & patet ex ijs, quæ habentur ex Afflict. deciſ. 370. num. 7. Quod quidem multo magis locum habet in caſu de quo agitur, in quo licèt ſit conſtitutus terminus, nihilominus die eſt incerta: etiam quamuis dies interpellet pro homine, etiam ſi dies tacita ſit, vt per Bart. Jal. & alios in l. ſi inſulam, ff. de verb. obligat. Alex. conſil. 176. num. 21. lib. 6. & alios; id tamen verum eſt, quando dies certa eſt; ſecus ſi incerta vt in caſu noſtro; quia erat incerta dies quando fideiuſſores erant perituri, diſceſſuri ab Vrbe, aut deteriores ſieri à iuri: quocirca euentus huiuſmodi non eſt ſatis ad conſtituendum officialem in mora, vt per Bart. in l. ita ſtipulatus, num. 41. vbi etiam Aret. & in d. l. ſi inſulam, ff. de verb. oblig. Soc. conſ. 726. num. 5.

num. 5. lib. 1. cum alijs relatis ab eodem Caſtrac. loco citato, ſub num. 20. vbi in verſ. Confirmatur, & num. 21. & 22. pro confirmatione præfatæ minoris addit etiam, quod prædictum pactum reſolutiuum non ſolùm continet diem incertam, quæ pro conditione habetur, vt in l. dies incertus, ff. de condit. & demonſtrat. l. ſtipulatio iſta, §. inter certum, ff. de verb. obligat. cum alijs ab eo allegatis; ſed etiam continet expreſſam conditionem: ſiquidem pactum de dando alium fideiuſſorem in conditionem reſoluitur, ſi fideiuſſores dati decederent, recederent ab Vrbe, aut deteriores fie-
5 rent: at conditionis euentus non conſtituit promiſſorem in mora citra interpellationem, vt per Dec. conſ. 2. & Iaſ. in l. ſi ex legati cauſa, num. 11. de verb. obligat. Denique idem Caſtrac. ſnam ſententiam probat ex eo, quòd contractus conditionalis non vitiatur ex cauſa modi non impleti, ſeu cauſæ non ſecuræ, niſi culpa debentis implere interuenerit, vt in l. pecuniam, & ibi Barr. C. de condit. ob cauſ. At nos ſupponimus, officialem ignoraſſe diſceſſum ab Vrbe, ſeu eiuſdem mortem, aut deteriorationem fideiuſſorum; ergo non fuit in culpa in eo non renouando; atque adeò ſocietas firma remanet: & propterea, ſi ſocius de quo agitur infra ſemeſtre moriatur, durante ſocietate, officialis pecunias lucrabitur.

His tamen non obſtantibus, oppoſi-
6 tam ſententiam arbitratur eſſe veriorem, Zacch. de ſociet. offic. num. 444. pro qua re allegat deciſionem Rotæ Rom. 21. poſt eius tract. impreſſam, in vna Romana pecuniaria, 2. Decembr. 1596. coram R. P. D. Penia, cuius tenor eſt, qui ſequitur, *Ad tres ſocietates officiorum contractas die 26. Iunii, 1590. ad fauorem q. Io. Baptiſtæ de Aragonia, vnam videlicet 500. alteram 600. & tertiam 696. ſcut. monetæ, fideiuſſores acceſſerunt Petrus Antonius, & Horatius, & Octauius nunc Illuſtriſſimus* Cardinalis *de Bandinis, qui*
3 *tanquã principales principaliter, & inſolidum ſe debitores, & promiſſores D. Baptiſtæ conſtituerunt obligantes ſe cum iuramento in forma* Cameræ *conſueta, quibus fideiuſſoribus, ſeu aliquo deficiente, moriente, vel ex Vrbe recedente, aut conditionem deteriorante, alium, ſeu alios fideiuſſores idoneos intra dies 15. ad beneblacitum Io. Baptiſtæ loco deficientis, ſeu deficientium dari deberent, aliàs eſſet locus pecuniarum reſtitutioni. Societatibus ratificatis, & pro ſcutis mille conſtituto vitæ periculo ſuper perſonis Iuliæ vxoris Io. Baptiſtæ, & Virginiæ eius filiæ, & Olimpiæ pariter alterius filiæ pro ſcutis 300. & pro reliquis ſcutis 496. periculo vitæ ipſiuſmet Io. Baptiſtæ: & Horatio Bandino altero fideiuſſorum anno 1590. vita functo: Petro Antonio, & Octauio Bandino nunc* Cardinali *alterum fideiuſſorem in locum Horatii defuncti dare deficientibus: & deinde eius procuratore coram A.C. comparente, & allegante, quòd licèt ſui principales non tenerentur dare alium fideiuſſorem; nihilominus offerebat Ioannem Abbatem de Bandinis ſuum filium, & fratrem Florentiæ commorantem, & Io. Baptiſta talem fideiuſſorem acceptare recuſante, quia erat filiusfamilias, & clericus, & in Vrbe non poſſidebat bona immobilia, dum Bandini, datis quibuſdam articulis probare intendebant, Ioannem fuiſſe idoneum fideiuſſorem, Io. Baptiſta Aragonia die 6. Martii 1591. diem clauſit extremum.* Cum *autem per eius obitum D.* Cardinalis *Bandinus prætenderet ſuo lucro ceſsiſſe ſcuta 496. poſita ſub periculo vitæ eiuſdem Io. Baptiſtæ, & de partium conſenſu coram A.C. fuiſſet conuentum, vt ſtaretur Rotæ iudicio, me proponente, fuit dubitatum, an eſſet locus lucro pecuniarum? & Domini conformiter cenſuerunt, per obitum Io. Baptiſtæ non fuiſſe locum lucro pecuniarum.*

Ratio potiſsima fuit, cùm in ſocietate
7 *adeſſet pactum, quòd deficiente aliquo ex fideiuſſoribus, Bandini alium illius loco fideiuſſorem idoneum infra dies 15. ad beneplacitum, cõtentamentum, & ſatisfactionem Io. Baptiſtæ dare tenerentur, aliàs eſſet locus reſtitutioni ſortis principalis, perueniende, ac ſi ſocietas eſſet finita: & præfato tempore elapſo non fuiſſet realiter, & cum effectu datus alius fideiuſſor in locum Horatii defuncti; ad quem tamen præſtandum ſæpè Bandini fuerunt interpellati, pacto reſolutiuo in ſocietate appoſito fuerat factus locus, & conſequenter ante obitum Io. Baptiſtæ cenſeretur finita ſocietas, non potuit per illius obitum D.* Cardinalis *illam lucrari, Alex. in l. ſi inſulam in 16. Fall. ff. de verb. obligat. cap. rerum, de condit. appoſit. l. 2. C. de condit. ob cau.* Corn. *conſ. 102. num. 34. lib. 2. Put. deciſ. 66. num. 1. lib. 3. Mohed. deciſ. vlt. de tranſact. & ſ.r. in cauſa Romana ſocietatis coram R.P.D. meo Seraphino, 18. Decembr. 1573. &*

die 24.

die 24. Martij 1574. Bandinis etiam ob-
ſtabat non adimplementum : non enim po-
8 *terant reportare lucrum ex contractu, quē*
non impleuiſſent, Dec. in l. cùm proponas,
la. 2. num. 4. vbi Riminal. num. 3. C. de
pact. Rolan. conſ. 53. num. 28. lib. 1. Cranet.
conſ. 246. num. 3. quia ad effectum, vt quis
ex contractu conſequatur actionem, vel
exceptionem, in primis docere debet, pro
parte ſua ſe adimpleuiſſe, & promiſsis ſte-
tiſſe, l. Iulianus, §. offerri, ff. de action. empt.
Cranet. conſ. 151. num. 8. Neque ab hac
deciſione putarunt Domini recedendum
ex eo quòd die 2. Martii anni 1591. fuerat
oblatus Ioannes Abbas Bandinus in locum
Horatii; quia, omiſſa illa diſputatione, an
ſtante pacto reſolutiuo, talis oblatio poſt
dies 15. fuiſſet admittenda, ex ipſa ſerie
contractus tollebatur omnis difficultas : nā
cùm fideiuſſor daudus deberet eſſe aquè
idoneus, & ad beneblacitum, contentamen-
tum, & ſatisfactionem Io. Baptiſtæ, licitè
potuit Io. Abbatem recuſare, cùm eſſet fi-
liusfamilias, & clericus, & bona ſtabilia
non poſsideret in Vrbe, & præſertim cùm
eſſet etiam abſens, & vigore contractus in
locum abſentis alius foret ſubrogatus. Pro-
pterea non obſtabat, quòd mandatum D.
Cardinalis non ſe extenderet ad facien-
dam obligationem pro renouatione fide-
iuſſionis; quia præterquam verba manda-
ti erant multum generalia, dicebatur, quòd
cùm talis clauſula eſſet ferè ordinaria, &
apponi ſolita in omnibus inſtrumentis, con-
ſequenter videbatur extendi ad iſtam pro-
miſsionem. Et difficultas ceſſabat; quia ad
effectum, vt ſocietas cenſeretur finita licèt
Cardinalis non fuiſſet obligatus, ſatisfue-
rat, Petrum Antonium Bandinum fuiſſe
etiam interpellatum, præſertim cùm modo
non ageretur contra Cardinalem pro re-
nouatione fideiuſsionis; ſed pro ſolutione
ſortis, ex eo quòd Petrus Antonius princi-
palis fideiuſſorem non renouauerat, &
conſequenter ſocietas eſſet finita. Non pla-
cuit Dominis illa conſidaratio informan-
tium pro Bandinis, quòd ipſi non teneban-
tur adimplere promiſsionem de facto alie-
no; quia licèt iſta prætenſio poſſet habere
locum ſi fuiſſet promiſſa fideiuſsio alterius
certæ perſonæ; ſecus erat in hac facti ſpe-
cie, in qua pactum ſeu promiſsio de alio fi-
deiuſſore præſtando erat concepta in gene-
re. Et præſertim ſtante iuramento, quod
obligat præcisè iurantem, c. etſi oppoſitus,
de iureiur. adeò vt poſt moram non videa-
tur relinquere omiſsioni locum Cranet.
conſ. 64. num. 12. Gabr. de iureiur. concl. 2.
num. 1. Poſtremò nō obſtat, quòd Io. Bapti-
ſta Aragonia videbatur ratificaſſe ſocieta-
tem, ex quo poſt mortem Horatii ſciens, &
prudens receperat fructus ſocietatis pro
vlteriori ſemeſtre, quod Informantes pro
Bandinis oſtendere nitebantur ex quadam
copia partitæ ex libris Bandinorum extra-
ctæ; quia reſpondebatur ex eadam partita
apparuiſſe, illam fructuum receptionem
fuiſſe pro fructibus decurſis ante obitum
Horatii, ibi, pagato li contanti ſino de Giu-
gno paſſato; cioè del 1590. per frutti del
ſemeſtre, che maturò à 27. Decembre paſ-
ſato. Atque ex prædictis ſine difficultate
concluſum non fuiſſe locum lucro pecunia-
rum per obitum Io. Baptiſtæ. Hæ ſunt opi-
niones, in hac re extantes, reſtat modo,
vt quid nobis dicendum ſit, videamus.
Pro determinatione huius difficultatis
eſt inſpiciendum, quòd, officiale in caſu
propoſito fideiuſſores infra præfinitum
tempus non renouante, aut ſocius rece-
pit fructus ſecundi ſemeſtris, aut non
recepit: & ſi non recepit, an voluerit, vel
declarauerit nullam eſſe ſocietatem, ob
fideiuſſores non renouatos, vel ſaltem
declarationem non fecerit, nec ſuam vo-
luntatem manifeſtauerit, & infra ſeme-
ſtre is, cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ,
deceſſerit. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima concluſio.

SI ſocius in caſu, de quo agitur, acce-
9 pit fructus ſecundi ſemeſtris, & in-
fra ſemeſtre moriatur is in cuius vitæ
periculo ſunt pecuniæ, officialis pecu-
nias ipſas lucrabitur. Hæc concluſio pa-
tet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus, q. 20.
limit. 2. Etenim hoc caſu quamuis offi-
cialis promiſſos fideiuſſores non reno-
10 uauerit; ſocius ipſe per receptionem
fructuum dicti ſemeſtris, cenſetur onus
renouandi fideiuſſores remiſiſſe, arg. tex.
in l. de lege, §. fin. ff. de leg. commiſ. cum
alijs in d. lim. 2. cumulatis. Dixi fructus
ſecundi ſemeſtris, quia per receptionem
anticipato fructuum primi ſemeſtris ali-
ter eſt dicendum, vt oſtendimus d. q. 20.
ampl. 1. & in ſpec. Boccac. de ſociet. of-
fic. num. 143.

Secunda concluſio.

11 SI per officialem non fuerunt renouati fideiuſſores iuxta conuentionem, & ſocius non accepit fructus, ſecundi ſemeſtris, nec voluit, nec declarauit, ſocietatem eſſe inualidam, ſi moriatur intra ſemeſtre is, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ, officialis ipſe probabiliter dici poteſt, quòd pecunias lucrabitur, non obſtante clauſula reſolutiua. *Pro* hac concluſione facit primum argumentum primæ opinionis ex l. 2. ff. de lege commiſ. vbi pactum, quòd fundus ſit inemptus, ſi emptor ſuo tempore pretium non ſoluerit, ita demum locum ſibi vendicat, ſi venditor id velit: & in hoc caſu puto ſuſtineri poſſe opinionem Caſtrac. d. cap. 69. num. verſ. Pro parte affirmatiua. Pro hac eadem concluſione facit Zacch. de ſociet. officior. num. 448. dum ait, quòd pactum reſolutiuum, ſtatim operatur, facta declaratione per creditorem, vt in ſpecie Seraph. deciſ. 209. & Rota diuerſ. deciſ. 134. p. 2. Dixi probabiliter, quoniam fortè non eſt improbabile ſi quis dicat, non ſemper exigi talem declarationem ſocij, qui pecunias officiali contulit, ſed ita demum ſi viuat: ſecus autem ſi moriatur, relictis hæredibus, & pecuniæ ſint ſub eius vitæ periculo: nam tunc ſatis puto dictam declarationem fieri ab eius hæredibus; quoniam vt ait Seraph. d. deciſ. 209. diſdicta, quæ fit vigore pacti reſolutiui, non pendet à voluntate creditoris; ſed à negligentia debitoris, negligentis adimplere id ad quod tenetur; & ex natura contractus ſtatim operatur: neque eſt ferendum, vt quis ex eo contractu commodum conſequatur, quem non impleuit, l. Iulianus, §. offerri, de action. empt. cum alijs cumulatis per eundem Seraph. in d. deciſione. Et re vera huic ſententiæ videtur etiam fauere deciſio *Peniæ*, quam ſupra ad verbum retulimus pro ſecunda ſententia, verſ. Ratio potiſsima fuit; maximè ſi interceſſerit interpellatio.

Tertia concluſio.

12 SI ſocius voluerit, ac declarauerit, ſocietatem eſſe reſolutam ob fideiuſſores non renouatos, ſtante pacto reſolutiuo, licet decedat intra ſemeſtre is, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ; non tamen officialis eas lucrabitur. Hæc concluſio ex iis, quæ adnotauimus ſupra, concl. proxima: & ex deciſione Peniæ, ſupra ad verbum relata, verſ. Ratio potiſſima. Etenim hoc caſu ſtante declaratione, ſocietas ſtatim reſoluta eſt: ergo licet is in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ moriatur intra ſemeſtre; moritur tamen poſt diſdictam, & diſſolutam ſocietatem: at officialis ita demum lucratur pecunias, ſi is, in cuius vitæ periculo ſunt, decedat, ſocietate adhuc durante, vt patet ex forma inſtrumenti ſocietatis, quod ſupra ad verbum retulimus, q. 3. huius cap.

Ampliatur, & limitatur hęc concluſio eiſdem modis quibus ampliauimus, ac limitauimus concluſionem, quam ſecuti fuimus ſupra, q. o.

An clauſula reſolutiua poſita in pacto renouandi fideiuſſores, vt ſupra, referatur etiam ad promiſſionem dandi fideiuſſores. Q. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula reſolutiua ſolet apponi in contractu ſocietatis officiorum immediatè poſt promiſsionem renouandi fideiuſſores.*

2 *Clauſula reſolutiua poſita in pacto renouandi fideiuſſores, refertur non ſolum ad promiſsionem renouandi fideiuſſores; ſed etiam ad promiſsione de fideiuſſoribus dandis.*

1 PRo explicatione tituli huius quæſtionis eſt adnotandum, quòd vt diximus q. præcedenti, & patet ex forma inſtrumenti ſocietatis, ſupra ad verbum relati q. 3. huius cap. officialis promittit dare fideiuſſore pro ſolutione fructus, & reſtitutione ſortis: & eos, aut eorum alterum renouare in caſu mortis, diſceſſus ab Vrbe, aut deteriorationis conditionis: & demum immediatè ponitur clauſula reſolutiua, qua ipſe officialis

Digitized by Google

officialis in caſu contrauentionis promittit reſtitutionem, ac ſolutionem omnium, ad quæ teneretur, ſi ſocietas eſſet finita, &c. Cum igitur dicta clauſula ponatur immediatè poſt promiſsionem renouandi fideiuſſores, ſupponamus modò, quòd officialis non ſolum fideiuſſores non renouauerit; ſed nec quidem fideiuſſores dederit; quæritur, an clauſula ipſa referatur ad promiſsionem dandi fideiuſſores, ita vt non datis fideiuſſoribus, & mortuo eo, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ, eas officialis ipſe non lucretur?

9 Ad hanc difficultatem reſpõdent breuiter Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 69. ſeu 70. num. 10. & Zacch. eod. tract. num. 456. dictam clauſulam eo caſu referri non ſolùm ad promiſsionem renouandi fideiuſſores; ſed etiam ad promiſsionem de fideiuſſoribus dandis ex præſumpta contrahentium voluntate; atque adeò, ſi officialis fideiuſſores non dederit, & is, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ infra ſemeſtre deceſſerit, pecunias non lucrabitur, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, q. 20. verſ. His tamen non obſtantibus. Et ita deciſum fuiſſe per Rotam Rom. teſtantur, in vna Romana 200. de anno 1566. die 12. Martii, & die 28. Iunii. Eſt tamen verum, quòd præfati Caſtrac. & Zacch. volunt, quod reſoluto contractu ſocietatis, ſocius fructus perceptos tenetur reſtituere, iuxta ea, quæ habentur per Alex. conſ. 117. num. 3. lib. 1. vel ſolùm fructus lucrabitur pro rata temporis, quo ſocietas durauit, vt dixerunt Domini in eadem cauſa coram eodem Oradino, die 9. Maii, 1567. Quod verum arbitror, niſi ratio aliqua intereſſe concurrat; quoniam tunc dictos fructus poſſet ſibi retinere iuxta quantitatem intereſſe, quod fuerit paſſus, vt ſupra diximus d. q. 20. limit. 3. cuius ampliationes, ac limitationes huic quæſtioni merito veniunt applicandæ.

An ſi officialis promiſſos fideiuſſores dederit, vel renouauerit iuxta promiſsionem cum clauſula reſolutiua: verùm mulieres in fideiuſſores dedit, ſeu renouauit: & decedat is, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ, pecunias ipſas lucretur. Q. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Paria ſunt aliquid non eſſe, vel eſſe, & inutile eſſe.*

2 *Officialis qui promiſit dare fideiuſſores, vel renouare, non poteſt dare in fideiuſſores mulieres, vel illas in fideiuſſores renouare.*

3 *Contractus etiam fideiuſsionis à muliere celebratus, iuramento firmatur, niſi celebretur in Vrbe.*

4 *Mulier fideiubens Velleiano iuuatur, ni conſtet pecunias ad ſocietatem datas recepiſſe.*

5 *Mulier pro dote danda, aut reſtituenda ſi fideiuſſerit, non iuuatur Velleiano; niſi pro eius viro cauerit.*

1 IN hac difficultate negatiuè reſpondendum eſſe arbitror: nam qui promittit dare fideiuſſores, promiſsio intelligitur de dandis fideiuſſoribus idoneis: quoniam parua ſunt aliquid non eſſe, vel eſſe, & inutile eſſe, vt in c. inter corporalia, & ibi Panor. num. 16. & alii, de transl. epiſc. & l. quoties, ff. qui ſatiſd. cogan. at mulier non eſt idonea ad fideiubendum, quia iuuatur Velleiano, vt in l. 2. & toto tit. C. ad Senatus conſult. Velleian. ergo officialis, qui promiſit da-
2 re fideiuſſores, ſeu renouare, non poteſt dare mulieres in fideiuſſores, ſeu illas in fideiuſſores renouare. Vndè in caſu propoſito nec pecunias lucrabitur, cum promiſſa non adimpleuerit: ſiquidem nemo poteſt reportare lucrum ex contractu, quem non impleuit, Dec. in l. cum

cũ proponas la 2.n.4. & alij, C. de pact.

Ampliatur hæc concluſio, vt vera ſit
3 etiam ſi mediante iuramento mulier fideiuſſerit; quoniam licèt contractus etiam fideiuſsionis à muliere celebratus iuramento firmetur, vt per Bart. in l. ſi quis, num. 11. verſ. & ideò dico, ff. de fideius. ſiquidem mulier diſpoſitioni auth. ſi qua mulier iuramento poteſt renunciare: nihilominus, quia ſocietates officiorum in Vrbe dumtaxat, & non alibi celebrantur, ſtante ſtatuto Vrbis lib. 1. cap. 151. contractus mulieris fideiubentis abſque ſtatuti ſolemnitatibus eſt inualidus, etiam ſi interuenerit iuramentum, vt fuit reſolutum per Rotam Rom. deciſ. 3. num. 19. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. in vna Romana ſocietatis officij, 4. Fabr. 1602. his verbis, *Denique, quòd contractus mulieris fideiubentis ſine ſolemnitatibus ſtatuti, ſit inualidus, cenſuit Rota in cauſa Romana fideiuſsionis, die 23. Maij 1596. coram R. P. D. meo Seraph. Rota Decano, non obſtante iuramento, quod tanquam per fraudem, & dolum extortum ab eodem ſtatuto annullatur, & cõſequenter nihil operatur, l. non dubium, C. de legib. Seraph. de priuil. iuramenti, priu. 61. num. 11. & 18. Hond. d. conſ. 45. num. 34.* Quæ quidem ampliatio multo magis vera eſt, ſi officialis, aut recognoſcens bonam fidem propriam vxorem in fideiuſſorem offerat, & pecuniam acceperit pro dotanda filia. Etenim quamuis non obſtante Velleiano, mulier pro dote tam danda, quàm reſtituenda poſſit fideiubere, & ſe obligare, vt in l. ſi dotare, & l. fin. C. ad Velleian. non obſtante ſtatuto Vrbis, dotis cauſam non comprehendente, cùm ſit priuilegiata, vt habetur ex Put. deciſ. 100. lib. 3. Veral. deciſ. 199. nihilominus nec pro dote quidem poteſt pro viro intercedere, Hond. conſ. 45. num. 23 & 24. lib. 1. cum alijs quos allegat. Quod quidem locum ſibi vendicat, etiam quando vir, & vxor ſimul contrahunt, & ſe principales in obligatione conſtituunt, vt per Bald. in d. auth. ſi qua mulier, num. 13. verſ. quæritur vlterius, cum alijs apud Hond. loco citato, num. 19. verſ. procedit, & latius in d. deciſ. 3. à n. 10. cũ pluribus ſeq.

Imò hoc idem dicendum eſt ſi extra-
4 neus, & mulier pecunias acceperint, & tanquam principales ſe obligauerint; quoniam ad huc mulier Velleiano iuuabitur, niſi conſtet mulierem pecunias recepiſſe, & habuiſſe; quoniam qui verè pecunias habuit dicitur principalis; alij vero fideiuſſores, vt habetur per Alex. conſ. 166. lib. 4. Soc. conſ. 71. lib. 3. Ruyn. conſ. 142. lib. 1. col. 1. in fin. quos refert, & ſequitur Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 68. num. 9. & 10. Cæterum ſi mulier pro
5 dote danda, aut reſtituenda offeretur in fideiuſſorem non pro viro, ſed pro extraneo, cum hoc caſu poſsit fideiubere, vt ſupra diximus, non poterit recuſari; & ideò ſi is in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ decedat intra ſemeſtre, ac durante ſocietate, officialis pecunias ipſas lucrabitur; ſiquidem eo caſu dando in fideiuſſores mulieres, ſufficienter ex parte ſua contractum adimpleuit.

An ſi officialis fideiuſſores promiſerit inſolidum obligandos, cum clauſula reſolutiua, vt ſupra: & dederit inſolidum non ſe obligantes: ac is, in cuius vitæ periculo ſint pecuniæ, durante ſocietate decedat, officialis pecunias ipſas lucrabitur. Q. 25.

SVMMARIVM.

1 *Officialis ſi fideiuſſores promiſſerit inſolidum obligandos cum clauſula reſolutiua, & dederit, ſed inſolidum non ſe obligantes, & ſocius in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ, durante ſocietate decedat, pecunias non lucratur.*

2 *Contractum non ſeruans ab omni commodum conuentionis cadit.*

3 *Officialis ſi promiſſos fideiuſſores dederit; non tamen inſolidum ſe obligantes, & ſocius decedat, durante ſocietate, pecunias non lucratur.*

4 *Officialis niſi fideiuſſores dederit, etiam ſi eos non promiſerit, & moriente eo in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ, an eas lucretur.*

AD hanc difficultatem reſpondetur
1 breuiter negatiuè: ſiquidem officialis non impleuit contractum ex parte ſua: eo quòd fideiuſſores non preſtitit, qui inſolidum ſe obligauerint iuxta cõuentio-

uentionem ; non igitur eſt mirum ſi eo caſu pecunias nõ lucratur: ſiquidem nõ obſeruans contractum, ab omni com-
2 modo conuentionis cadit, vt in l. ſi conuenerit, §. fin. ff. loc. & ſtante clauſula reſolutiua ſocietas contracta non eſſet; vel fideiuſſoribus datis, & in ſolidum non obligatis, reſoluta fuiſſet, iuxta ea, quæ habentur per Dec. conſ. 187. num. 4. & Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 69. ſeu 70. num. 6. limita tamen hanc ſententiam niſi ſocius fructus ſecundi ſemeſtris, acceperit, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus. q. 22. concl. 1. 2. & 3. Quibus adde quoque ea, quæ ſupra adnotauimus q. 19. limit. 3. dum oſtendimus, quòd in omnem euentum, quo officialis non lucratur pecunias ob reſolutionem contractus, ſocius tenetur fructus perceptos reſtituere, niſi concurrat ratio aliqua intereſſe.

Quæ diximus de officiali promitten-
3 te fideiuſſores inſolidum obligandos, qui tamen inſolidum non ſe obligarunt, vt ſupra, extendimus ad officialem promittentem fideiuſſores ſimpliciter cum clauſula reſolutiua: qui tamen licèt fideiuſſores dederit, illi tamen inſolidum non ſe obligarunt; ſed tantum quilibet pro parte: nam ſi is, in cuius periculo ſunt pecuniæ durante ſocietate, intra ſemeſtre moriatur, officialis pecunias ipſas non lucrabitur: ſiquidem in huiuſmodi contractibus cum de communi conſuetudine fideiuſſores ſe obligent inſolidum, & vti principales, ac principaliter, vt teſtatur Caſtrac. d. cap. 69. ſeu 70. in prin. & patet ex forma inſtrumenti ſocietatis, quod ſupra ad verbum retulimus q. 3. huius cap. quando promittuntur fideiuſſores ſimpliciter, cenſentur promiſsi in hoc contractu, vt ſe inſolidum, & vti principales, ac principaliter ſe obligent, & ita communiter Notarij ſocietatum officiorũ inſtrumenta conficiunt: & propterea quamuis id expreſsè non promittatur, cenſetur tacitè promiſſum: & clauſulæ quæ ponuntur de conſuetudine Notariorum pro appoſitis habentur, niſi expreſsè conſtet de contraria voluntate contrahentium, vt habetur per Bart. & Bald. in l. fin. ff. de iur. codic. & Tiraq. in l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. & inter contrahentes cenſetur actum, quod eſt ſolitum fieri l. quod ſi nolit §. qui aſsidua, ff. de Ædilit. Ædic. & infra latius, Deo duce, dicemus, q. 32. ampl. 1. & q. 39. ampl. vnica. Idem dicendum eſt ſi ſocietas fuerit contracta, non promiſsis fideiuſſoribus; quia ſi non conſtat de contraria voluntate contrahentium, cum de communi conſuetudine in ſocietatibus officiorum fideiuſſores promittantur cenſentur tacitè promiſsi. Eſt tamen verum, quod cum hoc caſu non adſit clauſula reſolutiua, ſi intra ſemeſtre moriatur is, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ, non datis fideiuſſoribus, officialis pecunias lucrabitur, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, q. 20. & 21.

An ſi is, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ intra ſex mẽſes deceſſerit poſt datos fideiuſſores; ſed poſt ſex mẽſes à die contractæ ſocietatis, officialis lucrabitur pecunias. Q. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Societas non lucratur ab officiali, ſi is, in cuius vitæ periculo sũt pecuniæ intra ſex mẽſes deceſſerit poſt datos fideiuſſores, ſed poſt ſex menſes à die contractæ ſocietatis.*

AD hanc difficultatem reſpondetur
1 negatiuè: ſiquidem hoc caſu ſocius, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ, dicitur deceſsiſſe poſt finitam ſocietatem. Pro qua re extat deciſio Rotæ Rom. 1. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. impreſſa, in vna Romana ſocietatis, 2. April. 1601. coram R.P.D. Iuſto, cuius tenor eſt, qui ſequitur. *Quæſitum fuit extra Rotam coram mè, an ſocietas officij incæperit à die, in qua fuit contracta, vel à die acceſsionis fideiuſſoris promiſsi. Primo enim caſu non eſſet locus lucro pecuniarum; quia diſdicta eſt facta in tempore cùm obitus illius, qui dedit pecunias contingiſſet poſt ſex menſes. Secundo caſu primi ſex menſes non eſſent præteriti, & conſequenter conſequeretur lucrum pecuniarum iuxta formam ſocietatis: & DD. reſponderunt ſine difficultate, ſocietatem non fuiſſe lucratam: moti ſunt, quia contractus ſocietatis perfectus fuit ſtatim ſequuto conſenſu vtriuſque ſocij, l. qui admittitur, & l. planè. ff. pro ſoc. l. conſenſu, ff. de action. & oblig. & in terminis*

huiuſmo-

huiuſmodi ſocietatis Gabr. conſil. 81. num. 5. lib. 1. & conſ. 63. num. 5. lib. 2. præſertim in hoc caſu, vbi ex parte dantis pecunias, nihil aliud erat adimplendum, dato mandato, directo Mercatori, quod vim habet ſolutionis factæ mandati ratione debiti contracti pro mandatario, l. ſi patronus, ff. de donat. l. fin. C. ad leg. falcid. Dyn. conſ. 17. Gabr. conſ. 155. ſub num. 2. lib. 1. Et nihilominus ſocietas ſumpſiſſet initium à primeuo contractu ſecundum Gloſ. & Doctores omnes in l. ex placito, C. de rer. permut. quamuis confeſſio de recepto, eſſet ſub ſpe effectualis numerationis: ſiquidem non remouet, vel ſuſpendit conſenſum, ſi aliquod reſtat amdimplendum pro obſeruatione pactorum in hoc contractu, qui ſaltem reſpectu dantis pecuniam non requirit rem præſentem, & pecuniam ſolutioni paratam, Gabr. conſ. 81. num. 5. ita vt, nec etiam potuerit officialis non adimplendo recedere à contractu, l. in ciuile, & ibi Bald. in prin. C. de reiuend. l. non idcirco, C. de contrah. empt. Doctor. communiter in l. Iulianus, §. offerri, ff. de action. empt. Rota coram Cotta in Romana Caſalis, 17. Iun. 1525. & coram Cantuccio in Bonon. damnorum, & intereſſe. Qua propter faciendo accedere fideiuſſorem, & recipiendo pecunias adimpleuit contractum, qui habet vires ab initio: imò poterat tacito, vel expreſſo conſenſu dantis pecunias omitti datio fideiuſſoris, Bald. in l. qui crimen. num. 15. C. qui accuſ. non poſſ. Aret. conſ. 136. num. 2. quia fideiuſsio non eſt de ſubſtantia, uel natura contractus ſocietatis, Barbat. conſ. 31. num. 3. lib. 1. Neque facit ad propoſitum deciſio coram R. P. D. meo Seraph. in Romana duorum millium, 18. Decembr. 1573. quoniam ibi reſoluitur, officialem, qui non dedit fideiuſſorem promiſſum, non poſſe prætendere lucrum pecuniarum; quia non impleuit pro parte ſua, & ita quoad ſe ſuſpendit effectum contractæ ſocietatis, ad Soc. in l. quibus diebus, §, quidem, il 2. num. 8. de cond. & demonſtr. poſt Gloſ. qui eam allegat in l. 2. ff. de in diem adiect. qua ſuſpenſione ſublata per implementum remanet contractus à principio pro vtraque parte; quia tunc fuit preſtitus conſenſus. & ita deciſum, &c.

An ſi ſocius, in cuius vitæ periculo ſunt pecuniæ, decedat intra ſex menſes; ſed poſt publicationem bonorũ ſuorum, officialis pecunias ipſas lucrabitur. Q. 27.

SVMMARIVM.

1 *Societas tranſit cum ſuo onere in Fiſcũ.*
2 *Actio cui cõpetit, cõpetit etiã, & retentio.*
3 *Iura cõditionalia nõ tranſeunt in Fiſcũ.*
4 *Socius, in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ ſi intra ſex menſes decedat, ſed poſt publicationem bonorum ſuorum, officialis pecunias non lucratur.*

IN hac re pugnantes extant opinio-
1 nes. Nam prima ſententia fuit Ca-
ſtrac. in ſuo tract. de ſociet. offic. cap. 39.
ſub num. 7. cum pluribus ſeq. dicens, of-
ficialem eo caſu pecunias lucrari, non
obſtante ſocij præuia publicatione bo-
norum. Probat ſuam ſententiam ex eo,
quòd in caſu de quo agitur, per pubili-
cationem bonorum non diſſoluitur ſo-
cietas; quoniam tranſit cum ſuo onere
in Fiſcum cùm ad Fiſcum bona delin-
quentis cum ſuo onere deuoluantur, l. ſi
quis à liberis, §. reſcriptum, ff. de liber.
agnoſc. l. in facto, §. Fiſcus, ff. de cond. &
demonſtr. l. cũ Fiſco, ff. ad Syll. l. res quæ,
§. res, ff. de iur. Fiſc. ergo ſi ſocius, in cu-
ius vitæ periculo ſtant pecuniæ, infra ſe-
meſtre morte naturali decedat, officialis
pecunias ipſas lucrabitur; quoniam ſub
hoc onere, ac pacto ſocietas fuit contra-
cta. Vndè ob id arbitratur ipſe Caſtrac.
quòd ſi Fiſcus poſt publicationẽ bono-
rum, & ſocij mortem patet pecunias ad
ſocietatẽ datas, officialis exceptione re-
tentionis ſe tueri poterit: ſiquidem cui
2 cõpetit actio, competit etiã, & retentio:
& ſi Fiſcus ipſe dictas pecunias ſtatim
ſubſecuta ſocij bonorum publicatio-
ne ab officiali exegiſſet, ſi intra ſe-
meſtre ſocius deinde moriatur, tenetur
Fiſcus eas reſtituere, quoniam ad eum
cum ſuo onere tranſierunt, vt ſcilicet
officialis eſſent, ſi intra ſemeſtre ſocius
decedat, vt patet ex iuribus ſupra relatis.

Confirmatur: quoniam, ſocius qui pecunias ad ſocietatem contulit ſub ea lege, vt officialis eſſent, ſi morte naturali decederet; dicitur creditor dictarum pecuniarum ſub contraria conditione, nempè ſi intra ſemeſtre morte naturali non decederet; atque ideò creditum illud in bonis ſocij ſub conditione remanet: er-
3 go in Fiſcum non poteſt transferri; eo quòd iura conditionalia non tranſeunt in Fiſcum, quando conditio ante confiſcationem purificata non eſt, l. quoties in fin. & ibi Bart. ff. de nouat.

His tamen non obſtantibus contra-
4 riam ſententiam de iure arbitror eſſe veriorem: quam tenet Zacch. de ſociet. offic. num. 415. Probatur, quia in caſu, de quo agitur, ſuperueniente naturali morte ſocij, in cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ poſt eius bonorum publicationem, ſocietas iam erat extincta: ſiquidem bonorum publicatione ſocietas diſſoluitur, vt in §. publicatione, in Inſt. de ſociet. l. verum, §. fin. ff. eod. ergo per mortem ſocij in cuius vitæ periculo erãt pecuniæ, officialis non lucratur pecunias ipſas: ſiquidem ſtipulatio concipitur, vt ſi durante ſocietate, morte naturali decedat ille, qui pecunias contulit, officialis eas lucretur: at tempore eiuſdem mortis ſocietas erat iam finita per publicationem bonorum. His adde ea, quæ ſupra adnotauimus hoc eodem, §. q. 5. verſ. His tamen non obſtantibus, vbi pro hac ſententia adduximus duas Rotæ Romanæ deciſiones: & ex verſ. ex dictis, cum ſeq. cum ibi ſoluantur argumenta, patet quid dicendum ſit ad argumenta, quæ pro ſententia Caſtrac. retulimus: quibus locis nos remittimus, ne bis idem repetere videamur.

Ibi, *Licitum ſit ſocio intra 15. dies nominare alium*, &c. Qualiter computandi ſint præfati dies, & an ab his excludatur dies contractus. Q. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pactum fieri ſolet inter alia in ſocietate officiorum, quòd licitum ſit ſocio infra 15. dies proximos nominare alium, cuius vitæ periculo ſtet pecunia apud officialem.*

2 *Dies 15. pro perſona nominanda in ſocietate officiorum, computantur, excluſa die celebrati contractus.*

3 *Agenti ad pecuniarum repetitionem fauendū eſt magis, quàm aduenticio lucro.*

1 AD tit. explicationem eſt adnot. quòd in contractu ſocietatis ſolet fieri pactum, quòd licitum ſit ſocio infra 15. dies proximos nominare alium, cuius vitæ periculo ſtet pecunia apud officialem. Et quoniam dubitari poteſt de computatione dictorum dierum, an cenſeatur excluſa dies contractus, ita vt ſocietate contracta 14. menſis Aprilis, ſi fiat nominatio die 29. eiuſdem menſis dici poſsit facta intra 15. dies, meritò de hac quæſtione hoc loco ante omnia duximus diſcutiendum.

Ad hanc difficultatem reſpondetur
2 breuiter affirmatiuè: ſiquidem dies termini non computatur in termino, vt in l. 1. & ibi Bart. & alij Doctor, ff. ſi quis caut. & nos adnotauimus in noſtris commentar. ad extrauag. Pij V. de cenſib. §. 4. q. 21. circa fin. Et hanc ſententiam in ſpecie tenet Gratian. Diſcept. forenſ. cap. 161. num. 16. & Zacch. de ſociet. offic. ſub num. 390. & 391. & id maximè per dictorum illam, *proximos*. quæ excludit expreſsè diem celebrati contractus, cùm non dici poſsit proxima illius diei, cùm ſit illamet dies: & ad effectum maximè lucrandi dies termini non computatur in termino. Pro qua re extat deciſio 58. Rotæ Rom. poſt eiuſdem Zacch. tract. impreſſa, in vna Romana ſocietatis, 27. Iunij, 1591. coram b. m. Cardinale Lancelotto, cuius tenor eſt qui ſequitur.

Die 14. Octobris 1596. ſuper officio Curſoratus Filippi Lutii, ad fauorem Michaelis Butii fuit inita ſocietas duratura ad ſex menſes, & deinde ad beneplacitum in forma: pacto tamen adiecto, quòd moriente, ſeu morientibus perſona, uel perſonis infra 15. dies proximos nominandis, et a'ids interim ipſo Michaele decedente, officialis pecunias lucretur. Et cùm deinde defuncto Michaele de anno 1597. prætenderet officialis ſe lucratum fuiſſe ſocietatem, tanquam adhuc ſtantem ſuper periculo vitæ ipſius Michaelis; ita vt nominatio

Iacobi

Iacobi fuiſſet ſacta infra 15. dies conuen-
tos; fuit dubitatum an dicta conuentio ſub-
ſtineretur. Et Rota ſuper hoc conſulta reſ-
pondit, nominationem ſuiſſe ſactam infra
15. dies: quia dies media nocte incipit, &
ſequentis noctis media parte finitur, l. more
Romano, ff. de fer. c. conſuluit, de offic. de-
leg. quod ſeruandum eſſe etiam in pactis,
& contractibus, tradit Archid. in c. quod à
patribus, num. 4. d. 75. & ibi Turrecrem.
etiam num. 4. Felin. in c. conſuluit, num. 6.
de offic. deleg. ſum. Pap. in verbo dies, num.
10. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Gloſ. 11.
num. 17. Vndè cùm ſacultas nominandi
inciperet à media nocte die 15. menſis præ-
cedentis, & deſineret in media parte noctis
poſt diem 29. eiuſdem menſis, vtique nomi-
natio ſacta eadem die 29. ſuſtinetur. Quo
ſtante non obſtat quòd contractus die 4. men-
ſis celebratus ſuit, ita vt illamet dies 14.
veniat computanda; quia dies termini non
debet computari in termino, l. vbi lex, ff.
de regul. iur. ſacit tex. in c. 1. §. ſi quis igi-
tur, de except. lib. 6. & c. 1. verſ. 6. Sed in
Ciuilibus, de reſtit. ſpoliat. eod. lib. 6. Et
licèt hæc opinio ſit admodum controuerſa,
& contra eam teneat Cyn. in addit. ad l. 1. ff. ſi
quis caution. Fulgos. & alii allegati per
Tiraq. d. 1. Gloſ. 11. num. 120. tamen vl-
tra quod hanc partem grauiſſimi Doctor.
ſecuti ſunt eam eſſe communem, & magis
communem teſtatur poſt alios Iaſ. in d. l. 1.
num. 19. de conſuet. ita ſeruari in Palatiis
poſt Alex. Paul. & Eleazar. Caſtr. & aliòs
tradunt Iaſ. in d. l. 1. num. 20. Alex. num.
13. Bald. in l. eos, §. ſi autem, num. 6. C. de
appellat. Guid. Pap. q. 270. Et hanc ve-
riorem dicit Miſinger. ſingular. obſeruat.
centur. 5. obſer. 15. & vti equiorem ſe-
quendam eſſe dicit Tiraq. in loco, de quo ſu-
pra, num. 12. Et in hanc ſententiam ma-
gis inclinabant Domini, tum quia verſa-
bamur in materia odioſa, in qua dies termi-
ni nunquam computatur, quod vti ſingu-
lare menti tenendum, dicit Franc. in c. Fe-
licis, §. fin. num. 2. in fin. de pœn. in 6. Corn.
conſ. 297. num. 5. vol. 5. Tiraq. ſupraci-
tato loco, num. 44. Et in dubio magis fa-
3 *uendum eſt argenti ad pecuniarum repeti-*
tionem, quàm aduentitio lucro, iuxta do-
ctrinam Iaſ. in l. ſufficit num. 1. ff. de cond.
indeb. & ita alias fuit deciſum in cauſa
Romana ſocietatis, 27. Iunij 1586. coram
ſanctiſſimo tunc Rotæ Auditore, & in alia
Romana ſocietatis, 16. Febr. coram R. P. D.
Iuſto. Tum quia in inſtrumento ſocietatis
fuerat appoſitum pactum de nominando in-
fra 15. dies proximos; ponderando illud
verbum, proximos: quod excludit diem
celebrati contractus, quæ non poteſt dici
proxima illius diei, cùm ſit ipſamet dies,
iuxta tex. in l. eum qui calendas, ff. de verb.
oblig. & ibi etiam notat Gloſ. Bart. in d. l.
1. num. 11. ff. ſi quis caut. & ibi Alex. num.
12. ibi de tribus diebus proximis ſeq. & in
terminis conſuluit Imola conſ. 11. verſ. in
contrarium iuncto eius themate. Tum eti-
am quia terminus fuerit præfixus ad ſauo-
rem dantis pecunias: vndè ſuccedit conclu-
ſio quòd dies termini computatur, vel non
computatur, prout magis expedit ei, ad
cuius ſauorem ſtatuitur. Bald. allegato nu.
2. C. de nupt. Felin. in c. 1. num. 4. de
præſcript. Tiraq. vbi ſup. num. 50. Et
fuit conſideratum die 21. Aprilis, 1578.
coram Cantuccio, in cauſa Imol. canoni-
catus. Non obſtat, quòd tempus debet
currere de momento ad momentum, iuxta
tex. in l. 3. §. minore, ff. de minor. Bald.
conſ. 477. lib. 1. & 412. lib. 5. Angel.
conſ. 404. in fin. cum alijs, quos refert, &
ſequitur Corn. conſ. 209. lib. 4. num. 50.
quia etiam ſi tempus deberet computari de
momento ad momentum; tamen hoc pro-
cedit poſtquam incæpit currere, non an-
te, Iaſ. in d. l. 1. num. 21. in fin. Mar.
Anton. Bard. in tract. de tempore vtili con-
tinuo, cap. 3. num. 1. Miſing. ſing. obſer.
d. cent. 5. in fin. Neque obſtat abſurdum
conſideratum, quòd illa dies, qua initus fu-
it contractus, ſocietas ſtaret ſine periculo;
quia periculum vitæ ipſius Michaelis, ſtan-
te clauſula, & aliàs; & interim, quæ ope-
ratur, quòd donec fiat nominatio periculum
currat ſuper vita dantis. Deciſio in cau-
ſa Imolenſis canonicatus, 21. Aprilis 1578
coram Cantuccio, non obſtat; quia ibi non
aderat verbum, proximos, tù quia, vt in ea
dicitur pro euitatione abſurdi dies termini
fuit computatus in termino 20. dierum: nam
ſi non fuiſſet computatus, magnum reſul-
taretur inconueniens, quòd moriente reſi-
gnante in illo termino, non intraret regu-
la, vltra alias reſponſiones, quæ datæ fue-
runt. Ex his concluſum fuit, nominatio-
nem ſuſtineri. Eſt tamen verum, quòd
dies, de quibus agitur, non eſt opus,
quòd ſint vtiles; quoniam tempus vtile
datur ratione iudicii; cum res in iudicio
tractatur, in quo deducuntur dies feria-
ti: at in caſu, de quo agitur, non tracta-
tur de iudicio, vt patet ex iis, quæ nos
diximus in noſtris cōmentar. ad extrau.
Pii V. de cenſib. §. 4. q. 21. in fin. Illud

tamen

tamen nolui ſilentio eſſe prætereundum, quòd ſi tempus ad nominandum non eſſet præfixus, tunc nominatio facienda eſſet intra annum, & non vltra niſi aliter conſtarēt de voluntate contrahentiū, vt per Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 8. num. 10.

An ſocius poſſit alium nominare ſe ipſo iuniorem, ac robuſtiorem. Q. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Senex citius mori præſumitur, quàm iuuenis.*
2 *Socius poteſt alium nominare ſe ipſo iuniorem, & robuſtiorem, in cuius vitæ periculo ſtent pecuniæ apud officialem.*
3 *Impubes filius ſi cum patre perierit, præſumitur pater ſuperuixiſſe.*
4 *Mater ſi cum filio impubere naufragio perierit, priorem filium necatum eſſe intelligitur.*

IN hac re videtur prima facie negatiuè reſpondendum eſſe. Etenim eo caſu grauaretur officialis, eo quòd minori
1 periculo exponeretur ſocius perdēdi pecuniam, quoniam ſi æqualem ſibi ætatæ, ac valitudine nominaret: ſiquidem citius præſumitur mori ſenex, quàm iuuenis; aliàs turbaretur naturæ ordo, l. nam etſi parentibus, ff. de inoffic. teſtam. Alciat. de præſumpt. lib. 1. præſump. 43. Hinc in dubio, pater prius præſumitur deceſſiſſe, quàm filius, quamuis vtrumque conſtet in bello, aut naufragio deceſſiſſe, l. qui duos, §. cum bello, & l. cum pubere, ff. de reb. dub. Ergò ſaltem ex intentione iniuſta cenſeri debet prædicta conditio, cùm actus indicetur ex principali intentione, l. ſi quis nec cauſam, & ibi Bald. & alij, & in l. rogaſti, ff. ſi cert. petat.

His tamen non obſtantibus, in contrarium eſt veritas; atque adeò ſocius po-
2 teſt alium ſe iuniorem, ac robuſtiorem nominare, vt habetur ex Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 8. ſub num. 8. & ſeq. Probatur, quoniam ita moriuntur impuberes, & iuuenes, ſicut ſenes: mulieres ſicut maſculi: & ſæpè prius impubes, quàm pubes propter debilem ætatem, vt in l. cū duobus, §. fin. ff. de reb. dub. in illis ver-
3 bis, *Quid ſi impubes cum patre filius perierit, creditur pater ſuperuixiſſe.* Et id etiam ſi in naufragio moriatur vna cum matre, vt in l. ſi mulier, ff. eod. ibi, *Si mu-*
4 *lier cum filio impubere naufragio periit, priorem filium necatum eſſe intelligitur.* Vndè ratione huiuſmodi incertitudinis, ait ipſe Caſtrac. admitti talem nominationem, ac iuſtam reputari, ſicut licitus reputatur contractus propter periculum vitæ nominati. Ex dictis patet reſponſio ad contrarium illud, quod ſupra retulimus.

An ſocius poſſit nominare Notarium, cuius vitæ periculo ſtent pecuniæ apud officialem. Q. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Notario non eſt credendum de propria perſona atteſtante.*
2 *Socius poteſt nominare Notarium, qui inſtrumentū ſocietatis rogauit, cuius vita periculo ſtent pecuniæ apud officialem.*

COnſueuerunt aliquando dantes pecunias ad ſocietatē nominare Notariū, in cuius vitæ periculo ſtēt pecuniæ apud officialem, licèt ipſemet ſit, qui ad inſtrumentum ſocietatis conficiendum fuerit rogatus. Vndè eueniente morte eius, qui pecunias contulit, an officialis teneatur credere Notario rogato aſſerēti fuiſſe nominatum vt ſupra: vel poſſit ſimpliciter dicere lucrifeciſſe pecunias ipſas.

In hac re Boccac. in ſuo tract. de ſociet. num. 153. putat non eſſe credendū
1 Notario vt ſupra rogato, de nominatione propriæ perſonę atteſtante: & propterea officialem per mortem ſocij, qui pecunias contulit, illas ſuas ſibi facere. Etenim tutor non erit, qui ſe teſtamento pupillo tutorem ſuſcripſit, vt in l. ex ſententia, ff. de teſtam. tutel. nam Notarius non poteſt ſe rogare de his, quæ cōcernūt propriam perſonam, vt per Bald. in l. iudices, col. 1. in fin. C. de fid. inſtr. Alex. conſ. 104. num. 6. lib. 5. Iaſ. conſ. 115. num. 5. lib. 4. Arbitratur tamen idem

idem Boccac. quod ſi nominatio huiuſmodi fuiſſet intimata per Curſorem ſtatim, vel ante obitum ſocii per 15. dies, & Notarius eſſet perſona honeſta, ſtandum eſſet huic nominationi; quia per intimationem ceſſat omnis ſuſpicio.

Contrariam ſententiam, quæ nobis videtur verior, tenet Zacch. in ſuo tract.
2 de ſociet. offic. num. 393. Pro qua re extat deciſio 26. poſt eundem Zacch. tract. impreſſa in cauſa Romana ſocietatis officij, 5. Febr. 1609. coram s. m. Cardin. Ludouiſio, poſtea Gregor. XV. P. M. & hoc ideò; quia Notarius per hanc nominationem nullum ius conſequitur, vt latè probat Caſtrac. eod. tract. cap. 28. verſ. ſed an facta nominatione, quam Rotæ deciſionem difficultatem non habere ait Zacch. loco citato, quando ex circũſtantijs facti ceſſaret ſuſpicio fraudis: de qua re dubitari non poteſt, dum nominatio ipſa facta comperiatur in eodem inſtrumento ſocietatis, in quo ipſe ſocius interuenit, & adnotata fuiſſet in fide ſocietatis: aut intimata nominatio, vt ſupra ex Boccac. diximus: ſiquidem ſatis eſt, quòd Notarius tempore inſtrumenti nullum habeat intereſſe; vt habetur ex d. deciſ. 26. cuius tenor eſt, qui ſequitur, *Io: Petrus Capogallus proxeneta Ripæ, ſuper dicto officio contraxerit ſocietatem ſcutorum 100. moneta cum Franciſco Morando ſuper periculo vitæ Ioannis filÿ dicti Franciſci, cui acceſſit, bonam fidem recognoſcendo erga officialem, & alios obligatos Poſſedonius de Angelis: poſt annum Franciſcus declarauit, dictam ſocietatem eſſe factam de pecuniis Ioannis eius filii, & ceſſit illi omnia iura dictæ ſocietatis. Poſt non nullos dies obyt Franciſcus, relicto Ioanne hærede, qui egit contra Poſſidonium pro recuperatione ſortis principalis coram A. C. à quo obtinuit relaxari mandatum: pro cuius executione dum inſtabatur coram R. P. D. Macchiauello iudice deputato, Poſſidonius obtinuit per memoriale Sanctiſſimi, quòd cauſa cum voto Rotæ terminaretur: prætendebat enim ſe pecunias fuiſſe ſuperlucratum; quia Ioannes fuit Notarius de ſocietate rogatus; & propterea nõ probari nominationem ſuæ perſona, ex regula, quòd inſtrumentum non probat ad commodum Notarii ſcribentis, de qua per Bart. & Bald. in l. ſi conſul. ff. de adopt. Iaſ. in l. ſciendum, num. 6. ff. de verb. oblig. & in terminus huiuſmodi nominationis allegabantur Moderni à Cingulo, de ſoc. offic. num. 163. Quo non obſtante, Domini contrarium tenuerunt; quia quando Ioannes poſſet dici Notarius rogatus de dicto inſtrumento, & non Bellus Dominus officii, cuius contrarium tenebant aliqui ex Dominis, adnotando perſonam ſuam ſuper qua Franciſcus Pater voluit currere periculum vitæ, nihil ſibi aſcripſit; cum ex ea nullum ius conſequeretur: & propterea Pater poſt unnum illi ceſſit eandem ſocietatem, cuius ceſſionis vigore ius, quod antea non habebat: & ceſſat omnis ſuſpicio ex veritate facti; quia Poſſidonius vidit, & approbauit talem nominationem: quia facta fuit in ipſo inſtrumento ſocietatis, in quo ipſe interuenit, tum quia erat ſcripta in fide ſocietatis, in qua Poſſidonius fecit quietantiam pecuniæ receptæ: ex quo & aliis adminiculis, qui dantur, qua ceſſante, ceſſaret debet omnis alia ſiniſtra interpretatio, vt per informantes: & admittunt Moderni de ſociet. in loco ſupra allegato; quibus etiam reſpondetur, eos loqui, quando periculum vitæ ſtabat in perſona illius, qui dederat pecunias. Vndè non mirum ſi nominatio tunc non probatur, & in iſta mutatione tollatur fides Notario, cùm videatur in aliquo derogari iuri recipientis: ſecus eſt in caſu iſto, in quo in limino ſocietatis nominata fuit perſona Ioannis, & in ea fuit fundatum periculum vitæ. Nec etiam facit declaratio, & ceſſio per Patrem facta; quia de tempore, quo Ioannes rogatus fuit de inſtrumento, nullum habebat intereſſe: quia ſocietas cantabat nomine Patris: ex quibus, & alii adductis pro Ioanne fuit reſolutum, Poſſidonium non fuiſſe ſuperlucratum pecunias.*

An ſi infra 15. dies per ſocium non fiat nominatio pecunię, cuius vitæ periculo ſtent pecuniæ, poſſit ab eodem fieri nominatio poſt illos 15. & quandocumque intra ſemeſtre. Q. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Tempus nominationis faciendæ de perſona, cuius vitæ periculo ſtent pecuniæ apud officialem aliquando non adiicitur.*

2 *Socius*

2 *Socius ſi infra dies 15. non nominauerit perſonam cuius vitæ periculo ſtent pecuniæ apud officialem, non poteſt amplius nominare.*

3 *Nominatio perſonæ cuius vitæ periculo ſtent pecuniæ ex communi partium conſenſu fieri poteſt etiam poſt 15. dies.*

IN hac difficultate videtur prima facie affirmatiuè reſpondendum eſſe: ſiqui-
1 dem in non nullis inſtrumenti ſocietatis non adijcitur tempus nominationis faciendæ, vt patet ex forma inſtrumenti relati per Boccac. in ſuo tract. de ſociet. offic. num. 39. ita ſe habentis, *Vlterius conuenerunt, quòd dictus M. poſſit nominare aliam perſonam, & in ea periculum mortis, ac dicta ſcuta 200. cum omni iure, quod habet, &c.* ergo à ſocio fieri poteſt nominatio prędicta non ſolum quindecim dies; ſed quandocunque intra ſemeſtre: quia lex generaliter, ac indefinitè loquens generaliter, ac indefinitè debet intelligi, l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſtand.

His tamen non obſtantibus, in contrarium eſt verior ſententia, quam tenet
2 Boccac. in ſuo tract. de ſociet. offic. num. 117. dicens, quòd hodie ſeruatur in contractu ſocietatis officiorom apponi particula, quòd licitum ſit ſocio infra 15. dies nominare alium, cuius vitæ periculo ſtet pecunia apud officialem: quibus elapſis, non poſſit vltra fieri nominatio: atque adeò per iſtam particulam ſublata fuit particula antiqua, quam ſupra in contrarium adduximus, tanquam nimis vaga. Etenim eius vigore cùm facultas nominandi detur ſocio in ratificatione ſocietatis, & potuiſſet ſocius in vltimo termino ſex menſium ratificare ſocietatem ipſam, ideò ſublata eſt hodie dicta particula ad tollendas omnes dilationes, ac lites, quæ ex inde oriri poſſent: & ſtatutum eſt, quòd nominatio perſonæ ſuper qua periculum mortis poni debeat, fiat infra 15. dies futuros, & immediatè ſequentes à die rogatus per Notarium ſocietatis huiuſmodi. Et ſic patet ex dictis reſponſio ad contrarium.

Non tamen negamus, quin ex communi contrahentiũ voluntate poſſit fieri
3 dicta nominatio, etiam poſt 15. dies: quia talis nominatio non eſt contra ſubſtantiam, & naturam: & propterea pactum de tali nominatione facienda, etiam poſt 15. dies, non eſt à iure reprobatum; ſed firmum, ac validum, cùm contractus ſumat vires ex voluntate contrahentiũ, l. ſicut, C. de action. & obligat. & omnia ſint licita, quæ non reperiuntur prohibita, l. nec non, §. quod eis, ff. ex quib. cau. maior. Hinc aliquando fit pactum, quòd pecunia ſtent riſico vitæ, & perſonæ, ſocio infra 30. dies nominandæ, & interim ſocij periculo maneant, ſi nominatio intra illos 30. dies facta non fuerit, vt habetur ex Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 8. ſub. num. 24. verſ. Aliquando etiam; qui num. 25. addit, quòd ſi ſocius poſt 30. dies decedat, & nominatio intra dictum tempus non fuerit habita, officialis pecunias non lucretur, quod nos non admittimus, vt infra q. 38. Deo duce dicemus, & pro his quæ ſupra diximus extat deciſ. 10. Rotæ Rom. poſt Zach. tract. de ſociet. offic. impreſſa, in cauſa Romana ſocietatis, 10. Decembr. 1597. in illis verbis, *Non obſtat deciſiones coram Illuſtriſs. D. Blauchetto de annis 1582. & 1583. in cauſa Romana ſocietatis; quia de illo tempore nominatio poterat fieri quandocunque, &c.*

An ſocius nominãs perſonam, cuius vitę periculo ſtent pecuniæ apud officialem, debeat ſuperuiuere aliquod determinatum tempus poſt nominationem, ad hoc, vt ſit valida nominatio. Q. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Socius nominans perſonam, cuius vitæ periculo ſtent pecuniæ apud officialem, debet ſuperuiuere decem dies poſt factam intimationem perſonæ nominatæ. Imò hodie debet ſuperuenire dies 15. poſt nominationem.*

2 *Pactum ſuperuenientiæ in dubbio ſubintelligitur, & cenſetur adiectum in inſtrumento ſocietatis officiorum.*

3 *Clauſulæ apponi ſolitæ in inſtrumento, an & quando ſubintelligantur, etiam ſi non apponantur.*

4 *Socius tempore quo nominat perſonam, cuius*

cuius vitæ periculo ſtent pecuniæ apud officialem, non debent eſſe grauiter infirmitas ſit ad mortem.

AD hanc difficultatem reſpondetur breuiter affirmatiuè, vt habetur
1 ex Boccac. de ſociet. offic. ſub num. 39. & patet ex forma inſtrumenti ſocietatis, quod ſupra ad verbum retulimus, q. 3. huius cap. in illis verbis, *Adiecto pacto, quòd dictus P. teneatur eandem nominationem intimare, & viuere per decem dies poſt factam intimationem; quæ etiam valeat domi, dimiſſa copia.* Ex quibus verbis patet, quòd adhoc vt dicta nominatio ſuum ſortiatur effectum requiruntur duo, Primum, vt intimetur officiali; ſecundum, quòd ſocius, qui nominat ſuperuiuat per decem dies poſt intimationem. Imò hodie de communi ſtylo nominans debet ſuper viuere 15. dies poſt nominationem, vt per Boccac. loco citato, num. 186. & extat deciſ. Rotæ Rom. 63. ſub num. 2. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. impreſſa, in vna Romana ſocietatis officii, 11. Maii 1582. coram R. P. D. Blanchetto, in illis verbis, *Non dubitarunt etiam, quòd ſit de ſtylo ad effectum, vt transferatur periculum in perſona nominata, quòd nominans debeat ſuperuiuere per 15. dies, &c.*

Ampliatur, vt prædictum pactum ſuperuenientiæ in dubio ſubintelligatur, &
5 cenſeatur adiectum in inſtrumento ſocietatis officiorum, etiam ſi per Notarium in inſtrumento fuerit prætermiſſum: quoniam in contractibus id actum intelligitur inter contrahentes, quod eſt ſolitum fieri, l. quòd ſi nolit, §. qui aſſidua, ff. de edil. edic. l. ſi prius, §. rectè placuit, ff. aqua plu. arc. & Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 11. q. 1. in fin. Quod verum puto, niſi ſocietas contracta fuerit ſub alia forma, quàm conſueta, vt infra dicemus, lim. vnica. Et eo magis quoniam Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 8. ſub num. 16. in verſ. Tertiò mouentur, & num. 17. arbitratur, quòd dicta de clauſulis per Canoniſt. in c. cùm M. de conſtit. proce-
3 dunt, quando clauſulæ conſuetæ concernunt ſolemnitatẽ, ſiue executionem, vel clariorem intelligentiam: ſiquidem tunc illæ intelliguntur; ita vt etiam à Notario addi poſſint, dum contractus eſt in fieri, vel donec per Notarium non fuerit extenſum in breuiatura: ſecus autem ſi clauſulæ concernunt ſubſtantiam actus, ſeu obligationem; nam ſi illæ expreſſæ a contrahentibus non fuerint, non ſubintelliguntur, atque adeò à Notario addi, nec poni valent, licèt ſint conſueta, vt habetur ex Felin. in c. ex litteris, num. 15. de fid. inſtr. vbi hoc pacto exponit omnes deciſiones, quæ volunt, Notarium poſſe addere clauſulas conſuetas, ac ſolitas, vt per Bald. in l. cùm fundus, §. in commiſſariam, ff. de lege commiſ. vbi etiam Gloſ. dum ait, quòd ea, quæ ſunt ſolita apponi in contractu, non poſſunt addi, ſi reſpiciunt obligationem: & propterea non videtur ſubintelligi, nec à Notario addi ſi omittat; maximè ſi contractus ſit extenſus in breuiatura: nam poſt eius extenſionem, & ex interuallo huiuſmodi clauſulæ à Notario addi non poſſunt, vt per Bald. in rubr. *C.* de reuoc. his, quæ in fraud. cred. Barbat. in c. quoad translationem, col. 6. de offic. deleg. & in d. c. cum M. de conſtit. Alex. in l. Gallus, §. idem dicendum, ff. de liber. & poſt. & alij apud Caſtrac. d. num. 17. 18. 19. & 20.

Secundò ampliatur eadem concluſio, vt nõ ſolũ nominans, vt ſupra debeat ſu-
4 peruiuere per decẽ dies poſt intimatam nominationis; ſed nominans tempore nominationis non debet eſſe grauiter infirmus, ita vt eius infirmitas ſit ad mortẽ: aliàs nulla eſſet nominatio, etiam ſi nominans viuat per 10. ſeù 15. dies, & vltra: quia hæc nominatio facta in graui infirmitate inducit fraudis pręſumptionẽ cõtra nominantem, c. 2. de renunc. lib. 6. Anchar. conſ. 388. & patet ex Rot. Rom. in vna Rom. ſociet. 2. Maij 1582. & in altera die 19. Ianuar. 1583. de quibus apud Boccac. de ſociet. offic. num. 182. & 184. cuius poſterioris tenor eſt, qui ſequitur, *Domini dixerunt, non conſtare, quòd tempore nominationis factæ per Octauiam, ipſa tam graui infirmitate laboraret, propter quam nominatio videatur nulla. In huiuſmodi enim concurſu probationum præferendum eſſe dixerunt probationem Medici, qui adhibuit curam infirmæ relationibus aliorum medicorum, qui vna cum eo non interuenerunt. Ipſe enim Medicus de ſtatu illius poteſt teſtari, prout etiam fatetur primus teſtis pro Baldo examinatus iuxta duodecim interrogatorium. Medicus autem, qui curauit Octauiam expreſſe deponit, iuxta decimum nonem, & vigeſimum octauũ interrogatorium, quòd ipſe ante aſſumptam mannam leuiter laborabat*

imſirmitate : etiam Alex. alter teſtis ſuper primo articulo deponit. Secundò vterque teſtis pro Baldo examinatns ſatetur, medicamenta decreta pro octauia conſucuiſſe decerni pro pluribus morbis. Et licèt videatur iudicium ſuum ſundare in continuatione medicamentorum; tamen non pertingunt tempus præciſum nominationis; ſed comprahendunt tempus, etiam poſt nominationem, videlicet 18. Iulij. & vterque iuxta vndecimum interrogatorium ſatetur, quòd quandoque morbus ab initio videtur leuius, qui progreſſu temporis apparet grauis. Vndè ad excludendam ſraudem ſufficit, quòd Octauia, & Medius tempore nominationis die 15. opinaretur infirmitatem non eſſe ad mortem; & iudicio iſtorum medicorum repugnat non ſolùm quòd octauia carnibus, & vino ex Medici permiſſione viſcebatur, ex quo repugnat graui infirmitati; ſed etiam depoſitio Alexandri ſuper tertio, qui dicit, & medicinas illas continuatas adhiberi leuioribus infirmitatibus, & de ſtatu infirmi ex ipſis medicinis iudicari non poſſe. Poſtremò dixerunt, quòd teſtes clericis præferendi ſunt; quia deponunt pro parte, qua agit de damno vitando, & Baldus de lucro captando.

Ex tamen verum, quòd ſola infirmitas periculoſa non eſt ſufficiens ad inducendam ſuſpicionem fraudis; niſi cum illa concurrant aliæ coniecturæ: quia imminentia mortis arguit potius deſiderium ſalutis, quàm fraudis cogitationem, vt habetur per Zacch. de ſociet. offic. ſub. num. 39. & extat deciſ. Rotæ Rom. 10. num. 10. poſt eiuſdem Zacch. tract. in vna Romana ſocietatis, 10. Decembr. 1597. coram b. m. Card. Lancellotto in illis verbis. *Secundò ſnit dictum, quod ſola infirmitas periculoſa non eſt ſufficiens ad inducendam ſuſpicionem fraudis; niſi cum illa concurrant aliæ coniecturæ, Egid. deciſ. 344. Rota in antiq. deciſ. 2. de præſumpt. & ita loquuntur Doctor. in d. c. 2. de renunc. in 6. vt declarat ibi Gemin. ſub num. 5. Io: Andr. in fin. Anch. d. conſ. 388. num. 3. Sarnen. in reg. de infirm. q. 19. num. 2. Dec. in c. præſenti, num. 209. de probat. Et hanc eſſe communem opinionem teſtatur Paris. conſ. [illegible]. num. 68. & conſ. 14. num. 35. & ſeq. vol. 1. Gabr. de legitim. concl. 2. num. 59. Burſat. conſ. 40. num. 63. & 70. nam imminentia mortis arguit potius deſiderium ſalutis. quàm illius fraudis cogitationem, vt notant Doct. in l. ſed, & quæſitum, ff. de lib. & poſthum. Neque ſraus probatur ex eo quòd nominatio fuerit facta, ne pecuniæ amitterentur: neque ex hoc poteſt allegari dolus, cùm facultas ſemper reſeruatur ad effectum ponendi pecunias in capite alterius, de cuius longa vita magis confidendum ſit: aliàs ſequeretur, quòd neque ab infirmo leui infirmitate poſſit fieri nominatio, cùm & in illo caſu fiat ad hunc effectum, & nomen hoc ab omnibus admittitur. Non obſtant deciſiones coram Illuſtriſſimo D. Blanchetto de annis 1582 & 1583. in cauſa Romana ſocietatis, quia de illo tempore nominatio poterat fieri quandocunque; hodie verò cùm ſit reſtricta ad 15. dies, eſt diuerſa ratio: nam tunc poterat differri nominatio vſque ad periculum mortis, & ſic ceſſare periculum, quod efficit contractum licitum, quod hodie ceſſat, ſtante breuiſſimo tempore 15. dierum, quo elapſo, non poteſt fieri nominatio.*

Sic ampliata limitatur eadem concluſio, vt quamuis nominans poſt nominationem debeat ſuperuiuere per 10. ſeù 15. dies, vt ſupra; id tamen verum eſt, quando conſtat de tali contrahentium pacto expreſſo, ac tacito: ſecus autem ſi nullum fuerit de ſuperuiuentia adiectum pactum, nec conſtat aliunde de tacita, vel expreſſa voluntate contrahentium; quoniam præſumitur, partes noluiſſe huiuſmodi pactum adeſſe, cùm poſſint contrahentes ſocietatem contrahere ſub alia forma, quàm conſueta, iuxta ea, quæ habentur per Angel. in l. licèt, C. locat. quod maximè puto verum, quando contractus non eſſet celebratus ſub forma conſueta: ſiquidem quando contractus reperitur celebratus ſub alia forma, ſtabitur litteræ, & non ſupplebitur à conſuetudine: quia in claris non eſt opus coniecturis, vt per Ias. in l. certi conditio, §. ſi nummos, num. 16. ff. ſi cert. petar. & Caſtrac. in d. cap. 8. ſub num. 18. in fine, quibus adde, quæ ſupra adnotauimus ampl. 1. circa med. & pro hac re extat deciſ. 10. num. 1. & ſeq. Rotæ Romanæ quàm ſupra retulimus, vbi valida fuit declarata nominatio, quamuis non niſi poſt quatuor dies deceſſerit, quod non alia ratione procedit, niſi quia non fuit factum pactum de ſuperuiuentia ſupradicta, & non erat tunc ſtylus de ſuperuenientia.

An

An nominatio perſonæ, cuius vitæ periculo ſtet pecunia apud officialem ſit intimanda. Q. 33.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio perſonæ, cuius vitæ periculo ſtent pecuniæ apud officialem eſt illi intimanda.*

2 *Nominationis perſonæ, cuius vitæ, &c. intimatio adeò facienda eſt officiali, vt ſatis non ſit, ſi fiat eius procuratori.*

3 *Nominationis perſonæ, cuius vitæ, &c. intimatio ex pacto fieri poteſt etiam fideiuſſori inſolidum cum officiali obligato.*

Reſpondetur breuiter, prædictam nominationem eſſe intimandam, &
1 intimandam officiali, cui pecuniam ſocius contulit. Prima pars patet ex forma inſtrumenti, quod ſupra retulimus, q. 3. huius cap. & habetur ex Boccac. de ſociet. offic. ſua num. 39. in illis verbis, *Adiecto pacto, quòd dictus P. teneatur eandem nominationem intimare, &c.* Secunda pars probatur; quoniam officialis intereſt ſcire, an ſocius perſonam nominauerit, & quam perſonam: ſiquidem ſi perſonam nominauerit, ea mortua, ſi officialis ſuperuiuat, lucratur pecuniam à ſocio ſibi collatam: quòd ſi nulla interuenit nominatio, vel non ſit facto nominatio in termino præfixo, tunc officialis pecuniam lucrabitur per mortem tantùm ſocij, & non alterius, vt infra adnotabimus, q. 37. Quamquidem intimationem adeò puto faciendam eſſe officiali, vt non ſit ſatis ſi fiat eiuſdem, pro-
2 curatori, cùm ex vi formæ dicti inſtrumenti, ſeu pacti in eo appoſiti debeat fieri parti: vel ſatis ſit, quod nominationis intimationis, domi dimittatur copia, vt patet ex illis verbis, *Quæ etiam valeat domi dimiſſa copia*, & extat deciſio Rotæ Rom. in vna Rom. ſocietatis officii ſcutorum 1000. D. Maffei, die 15. Nouemb. 1624. coram R. P. D. Vbaldo, fundata in conſtitutione s. m. Pauli V. ſuper reformatione tribunalium Vrbis, in tit. de Notarijs, verſ. Diſdictam, & verſ. Idemque, in qua deciſione fuit reſolutum, quòd ſicut in diſdicta ſocietatum officiorum; ita in nominationibus, & tranſlatione periculi vitæ, vt non ſuffragentur, nec cuiquam proſint, niſi parti intra tempus ad nominandum, vel transferendum intimatæ fuerint. Confirmatur, quia nominatio prædicta cùm ſit declaratio animi nominantis, non poteſt fieri procuratori, quemadmodum, & nec diſdicta cenſus, niſi in ſubſidium, quando Dominus haberi non poſſit, vt in l. aut, qui aliter, §. etſi fortè, ff. quod vi, aut clam, Alex. in l. non ſolum, num. 37. verſ. Item valdè, & ibi Iaſ. num. 33. verſ. vbi enim, ff. de nou. oper. nunc. & extat deciſio eiuſdem Rotæ Rom. 278. num. 17 poſt Cenc. tract. impreſſa, & poſt noſtra Commentar. in extrau. Pii V. de cenſib. in vna Anconitana, cenſuum, 27. Nouembr. 1613. coram eodem R. P. D. Vbaldo. Imò eſtò quòd daretur caſus, in quo nominationis intimatio, de qua agitur fieri poſſit procuratori, tunc non poſſet fieri procuratori ad lites; ſed fieri deberet procuratori ad negotia, ad id habenti ſpeciale mandatum, vel ſaltem, qui pecuniarum ſolutionem nomine officialis recipere potuiſſet, & fructus ſocietatis ſoluere, per tex. in l. ſi procurator, ff. de condit. indeb. l. hoc iure. ff. de ſolut. iunctis ijs, quæ habentur ex Tiraq. de retr. lignag. §. 1. Gloſ. 13. num. 33. & ex Rotæ Rom. deciſ. 84. num. 4 cum plur. ſeq. poſt noſtra Commentaria in extrau. Pij V. de cenſib. impreſſa, in illa Anconitana cenſus, 24. Maii 1613. coram eodem R. P. D. Vbaldo.

Eſt tamen verum, quòd licèt regulariter debeat intimatio fieri officiali ni-
3 hilominus ex pacto fieri poteſt etiam eiuſdem fideiuſſori inſolidum obligato, vt extat deciſ. Rotæ Rom. 25. ſub num. 7. poſt Zacch. tract. in vna Romana ſocietatis officij, 9. Martij 1598. in illis verbis, *Minuſque obſtare viſum fuit, quod Cardinali intimatio facta non fuerit, ſed fideiuſſori inſolidum obligato, qui quidem reſpectu creditoris habebitur vti principalis quicquid ſit reſpectu debitoris, & confideiuſſorum, cùm ſi alter id fecerit D. Portia vigore pacti expreſſi in ipſo ſocietatis inſtrumento, quo fuit conuentum, vt non ſolùm diſdictam; ſed etiam ipſam tranſlationem periculi ſufficeret fideiuſſori intimari, itaut vni facta omnes afficeret; &*

propterea, ceſſantibus obiectis, dici non poteſt, quod pecuniæ fuerint lucratæ ad fauorem Illuſtriſ. Cardinalis.

Qualiter nominatio perſonæ, cuius vitæ periculo ſtet pecuniæ apud officialem ſit intimanda. Q. 34.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio perſonæ, cuius vitæ periculo, &c. qualiter ſit officiali intimanda, declaratur.*

2 *Dictio, idemque, eſt repetitiua ſimilium.*

AD hanc difficultatem reſpondetur breuiter, quòd huiuſmodi nomi-
1 nationes vna cum tranſlatione periculi vitæ ad hoc vt ſuffragentur, & poſſint, & debeant intimari parti intra tempus ad nominandum, vel transferendum, & per Notarium in imargine inſtrumenti adnotari, & manuali regiſtrari, vt colligitur ex conſtitutione s. m. Pauli V. in tit. de Notarijs, verſ. Diſdictam: & ver. Idemque, relata in d. deciſ. Rotæ Rom. ſub die 15. Noueb. 1624. his verbis, *Non obſtat, quòd intra 15. dies Fuluius nominauerit, vt dictum eſt, ſiue tranſtulerit periculum vitæ in perſonam Sereniſſimi Ducis Vrbini, qui obiit de anno 1623. & ſic ante diſdictam; quia fuit reſponſum in hac translatione non fuiſſe ſeruatam formam præſcriptam in reformatione s.m. Pauli V. in tit. de Notariis tribun. vrb. in verſ. Diſdictam: & verſ. Idemque: nam in nominatione, & translatione periculi vitæ certum eſt requiri eandem formam, quæ in precedenti capitulo requiritur circa diſdictam, vt probat illa particula*, Idemque ſeruetur, &c. *Bald. conſ. 94. num. 2. lib. 3. Menoch. conſ. 130. num. 7. lib. 2. & dictio illa, vt ſupra ibi*, Et per Notarios, vt ſupra fuerint annotatæ: *quo dictio eſt repetitiua præcedentium, Bart. in l. 1. §. hoc edicto, in fin. ff. de poſtulat. Rota deciſ. 39. num. 1. p. 1. Sed reformatio circa diſdictam in præcedenti capitulo mandat Notariis, vt teneantur diſdictam, ſeù intimationem non ſolùm in manuali regiſtrare; ſed etiam in imargine inſtrumenti ſocietatis annotare his verbis; Die tali diſdicta; & die tali reproducta: ideò dum ſubditur, idem ſeruandum eſſe in nominatione, nec non & in translatione periculi vitæ; quæ non ſuffragentur, nec cuique poſſint, niſi parti intra tempus ad nominandum, vel transferendum intimata, & per Notarios, vt ſupra fuerint annotatæ, ſequitur, vt etiam nominatio, & translatio debeat intimari, & per Notarium in margine inſtrumenti annotari, & in manuali regiſtrari &c.*

An intimatio nominationis perſonæ, cuius vitæ periculo ſtent pecuniæ apud officialem, eiuſdemque in margine inſtrumenti annotatio, & in manuali regiſtratio adeò ſint de forma nominationis, vt ex illarum, aut alterius omiſſione nulla efficiatur nominatio. Q. 35.

SVMMARIVM.

1 *Translatio periculi vitæ in ſocietate officiorum non ſolùm debet intimari, & reproduci; ſed etiam in imargine inſtrumenti adnotari.*

2 *Lex quando aliquid de nono introducit, quicquid ibi exprimitur, eſt reputandum de forma.*

3 *Nominationis perſonæ, cuius vitæ, &c. intimatio adeo eſt neceſſaria, vt ſatis non ſit ſi nominatio ipſa peruenerit ad notitiam officialis.*

4 *Nominationis perſonæ, cuius vitæ, &c. intimatio ſi non ſeruetur, nominatio ipſa eſt nullius momenti, tàm ad commodum nominationis, quàm officialis.*

5 *Aequalitas ſeruanda eſt inter cōtrahentes*

6 *Formalis, ac ſubſtantialis ſolemnitas contractus illa dicitur, quæ requiritur tempore celebrationis illius.*

7 *Decreti irritantis in lege, quoniam ſit effectus.*

8 *Nominatio perſonæ, cuius vitæ, &c. quando fit in corpore inſtrumenti ſocietatis coram ipſis contrahentibus, nullum exigitur*

Digitized by Google

gitur intimatio, nec alia adnotatio, ac regiſtratio.

9 *Nominationis perſonæ, cuius vitæ, &c. intimatio vi Pontificiæ conſtit. præcipitur fieri iudicialiter.*

10 *Intimatio nominationis perſonæ, cuius vitæ, &c. quamuis præcipitur pro forma; nihilominus forma ſufficienter cenſetur adimpleta, ſi officialis huiuſmodi nominationis notitiam habuerit, eandemque acceptauerit, & ceſſet omnis fraus, & dolus.*

11 *Forma ſufficienter adimpletur per æquipollens, vbi habetur finis, ob quem forma eſt introducta.*

12 *Nominationem, ſeu translationem periculi vitæ perſonæ nominatæ facta, non ſeruata forma, niſi per æquipollens, vi conſtitutionis Pauli V. nullam eſſe ad commodum nominantis tantùm, non autem ad commodum officialis, probabiliter dici poteſt.*

13 *Nominationem perſonæ, cuius vitæ, &c. factam non ſeruata forma Pontificiæ conſtitutionis nullam eſſe tum ad commodum nominãtis, tum officialis probabilior eſt ſententia.*

IN hac re pro parte affirmatiua extat
1 deciſio Rotæ Rom. 71. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. impreſſa, in vna Romana ſocietatis offic. 5. Decembr. 1616. coram R.P.D. Remoboldo, cuius tenor vſque ad num. 3. eſt qui ſequitur, *Concluſum fuit, Dominum Fabium per mortem Martiæ non fuiſſe ſuperlucratam ſocietatem: quia ex lectura inſtrumenti apparet, quòd dicta ſocietas inita fuit ſub periculo vitæ Fauſtinę Monialis, & conſequenter non poterat per mortem Martię ſuperlucrari. Nec obſtat, quod prętenditur fuiſſe translatum periculum vitę de perſona Fauſtinę in perſonam Martię; quia cùm iuxta conſtitutionem Sanctiſsimi D.N. huiuſmodi translationes non ſolùm debeant intimari, & reſproduci; verum etiam in margine inſtrumenti annotari: & hæc annotatio in caſu iſto cùm deficiat, dicta prętenſa translatio fuit nulla, c. cùm dilecta, de reſcript. l. cùm hi, §. ſi Prętor, ff. de tranſact. Alex. conſ. 212. num. 2. lib. 6. & conſ. 137. num. 15. lib. 2. Rom. conſ. 203. num. 2. & conſ. 236. num. 8. nec propterea poteſt dicto Fabio ſuffragari: & maximè, quia dicta conſtitutione dum dat formam, iuxta notata per Aneh. conſ. 241. ſub num. 6. & Surd. deciſ. 268. num. 9. vbi quòd quando lex aliquid de nouo introducit,*
2 *quicquid ibi exprimitur, eſt reputandum de forma; ſed vlterius etiam procedit annullando translationem aliter factam, dum expreſsè diſponit, quod cuiquam non proſit, Felin. in c. cum dilecta, ſub num. 6. verſ. Quintum ſignum, de reſcript. Boer. deciſ. 1. num. 45.*

Secundùm hanc eandem ſententiam
3 fuit reſolutum in eadem Rota in alia Romana ſocietatis officij ſcutorum 1000. Domini Maffei 15. Nouembr. 1624. nõ obſtante, quòd nominatio prædicta deuenerit ad notitiam officialis, & ab eo fuerit acceptata: quia intimatio cũ ſit de forma, voluerunt Domini ad valorem dictæ nominationis, ac translationis periculi vitæ eam omninò exigi, vt conſtat ex illis deciſionis verbis, *Non obſtat, quòd officialis eadem die, habita notitia dictę nominationis, eam acceptauerit, & prędicta forma videatur introducta ad effectum deducendi ad notitiam parti nominationem; quia poſito, quòd intimatio, annotatio, & regiſtratio ſint de forma, non ſufficit ſcientia eius, cui debuit intimari, Seraph. deciſ. 1474. num. 3. & deciſ. 158. num. 9. poſt tract. Moder. de Cing. Imò forma nec poteſt remitti de conſenſu partium, Surd. deciſ. 268. num. 8. & 9. cum alijs per Moder. Diſcept. Forenſ. cap. 69. num. 9. & in d. deciſ. 71. num. 7. poſt tract. ſociet. offic. Neque poteſt ſuppleri per æquipollens, Bald. in l. 1. num. 2. ff. de liber. & poſth. cum alijs per Rot. deciſ. 695. num. 2. par. 1. in recent. vltra quod in omnem euentum prædicta partis notitia non poteſt ſupplere regiſtrationem, & alia requiſita conſtitutionis, dato quòd ſuppleret defectum intimationis, & tamen forma eſt indiuidua. Dec. conſ. 532. num. 5. Rota deciſ. 30. num. 3. p. 1. recen.*

Imò Rota in d. deciſ. 71. adeò ſenten-
4 tiam prædictam tuetur, vt nominatio, de qua agitur, ſi non ſeruetur in ea forma à dicta conſtitutione præſcripta, nullius efficiatur momenti, non ſolùm ad commodum nominantis, ſeu transferẽtis periculum vitæ; ſed etiam ad commodum officialis, vt patet ex eadem deciſ. num. 3. cum plur. ſeq. cuius tenor eſt, qui ſequitur, *Nec placuit Dominis interpetratio à ſcribentibus pro Fabio, verbo, cuiquàm, data; quod ſcilicet referendum ſit ad ſolum transferentem, quaſi dicta conſtitutione caueatur, quòd translatio aliter facta cuiquàm transferenti non proſit: quia*

uiſa

uiſa fuit hæc interpretatio ſatis mendicata: & quòd verus, & germanus ſenſus dictorum verborum ſit, quòd cuiquā ex contrahentibus nō poſſit. Quod eo magis ſuadere putabant; quia inter contrahentes ſeruari debet æqualitas: & dicta interpretatione ſuppoſita, contractus claudicaret, ut benè animaduertunt informantes pro Marco Antonio. Nec obſtat quòd onus curandi, ut dicta annotatio fieret, ſpectabat ad Marcum Antonium, ac propterea abſurdum non eſt, quòd in ipſius præiudicium habeatur translatio pro perfecta; ſecus uerò ad illius commodum, atque ita contractus in hac parte claudicet, Bart. in l. non dubium, num.13.& 26. & ibi Iaſ. nu. 9. C. de legib. Surd. deciſ. 102. num. 14. Tiraqu. de retr. lignag. §.1. Gloſ.2. num.9. Quia præterquam, quòd aliqui ex Dominis ſentiebant, quòd cùm ex diſpoſitione dictæ conſtitutionis adnotatio fieri deberet à Notario, illius omiſsio potius imputanda ſit Fabio, qui tractat de lucro captando, quàm Marco Antonio, qui agit de damno vitando, vt in ſimili tenuit Rota coram Acchill. de Graſ. dec.1. in fin. de fid. inſtr. fuit etiam dictum, quòd quatenus aliqua culpa in transferente conſiderari poſſet, illa ſatis remanet punita eo ipſo, quòd translatio per ipſum facta, & non ſuffragatur, & ſocietas remanet ſub periculo vitæ prioris perſonę ab ipſo nominatæ, cùm prǽſertim nulla iuſtitia ſuadeat, quòd ſocietas ſubſit periculo mortis perſonæ tam primo loco, quàm etiam in translatione nominatæ, atque ita utriuſque: quod neceſſariò dicendum foret, ſi translatio eſſet, ut prætenditur, in commodum transferentis nulla, & in ipſius præiudicium perfecta.

Pro oppoſita verò ſententia dici po-
6 teſt, quòd quamuis vi conſtitutionis ſupradictæ ad nominationem, & trāslationem periculi vitæ exigantur illa tria, nempè intimatio, annotatio in margine inſtrumenti, & regiſtratio, de quibus ſupra diximus; nihilominus cùm ſolemnitas huiuſmodi non exigatur tempore celebrationis contractus; ſed poſt actum formatum, huiuſmodi intimatio, annotatio, & regiſtratio non poſſunt dici de forma præfatæ nominationis, ac translationis periculi vitæ: ſiquidem illa ſolemnitas eſt ſubſtantialis, ac formalis contractus, quæ requiritur de tempore contractus: ſecus autem illa, quæ præcipitur poſt formatum contractum, vt eſt ſolemnitas, de qua agitur, vt per Vant. de nullit. tit. quot, & quib. mod. nullit. in iudic. num. 52. Nec obſtat ſi dicatur, quòd in d. conſtitutione dictam ſolemnitatem præcipiente adeſt decretum irritans, vt conſtat ex illis verbis, *Quæ non ſuffragentur, nec cuiquam pro-*
7 *ſint, niſi parti intimatæ, &c.* ar quando in lege adeſt decretum irritans, quamuis ſolemnitas expoſtuletur poſt actum formatum; nihilominus illi actui dicitur eſſentialis; ita vt in contrarium geſta ope exceptionis poſsint annullari, vt per eundem Vant. loco citato, Felin. in c. quoniam frequenter, num. 4. verſ. tu verò attende cum alijs, quos ipſe refert, vt lit. non conteſt. Quoniam reſpondetur, quòd aut ſolemnitas poſt actum formatum requiritur fauore publico, & tunc eſt formalis, ſeu ſubſtantialis: ſecus autem ſi inducta ſit fauore priuato: quia licèt lex habeat decretum irritans; ſolemnitas tamen non eſt ſubſtantialis: & propterea, ea omiſſa, actus non annullatur, vt rectè declarat Albert. Brun. de form. art. 13. col. 5. in fin. verſ. Sed an ſolemnitas: at ſolemnitas, de qua agitur, fuit inducta fauore priuato, vel ſaltem principaliter reſpicit fauorem priuatum, & ſecundariò fauorem publicum, vt colligitur ex ijs, quæ habentur ex Panor. conſ. 107. col. 2. poſt med. verſ. Præterea, lib. 2. & Alex. conſ. 167. num. 14. verſ. Item non eſt verum, lib. 7. & in terminis extat alia deciſio Rotæ Rom. in eadem Romana ſocietatis offic. ſcutorum 1000. 8. Febr. 1627. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Hieroſolimitano. Hæc ſunt, quæ in hac re pro vtraque parte dicenda videri poſſunt. Vndè, vt quid nobis probabilius dicendum videatur, paucis aperiamus, rem ipſam ſequentibus concluſionibus definire operæ pretium eſſe duximus. Sit igitur

Prima concluſio.

8 QVando nominatio perſonæ, cuius vitæ periculo ſtat pecunia, apud officialem fit in corpore inſtrumenti ſocietatis coram ipſis contrahentibus, nulla exigitur intimatio, nec alia adnotatio, ac regiſtratio. Hanc concluſionem citrà omnem controuerſiam docet Rota Rom. in d. Romana ſocietatis offic. ſcutorum 1000. ſub die 15. Nouemb. 1624. coram R.P.D. Vbaldo. Ra-

do Rationem autem hanc eſſe differunt Domini; quia conſtitutio f.m. Pauli V. quam ſupra retulimus, non loquitur de nominatione, ac translatione periculi in ipſo ſocietatis inſtrumento coram contrahentibus habitis, cùm in huiuſmodi nominatione nulla poſsit conſiderari frans: ſed loquitur de nominatione, & translatione periculi vitæ de vna perſona in alteram, quæ fiunt ex interuallo poſt ſtipulatũ ſocietatis inſtrumentum: tunc enim propter fraudes, quæ in hac re committi ſolent, præcepit Rom. Pontifex, vt dictæ nominatio, & translatio intimentur parti, annotentur in margine inſtrumenti, & regiſtrentur in manuali.

Secunda concluſio.

9 QVamuis nominatio, & translatio periculi vitæ, de quibus agitur poſsint fieri tam iudicialiter, quàm extra iudicialiter coram Notario, & teſtibus; nihilominus vi dictæ conſtitutionis Pontificiæ intimatio nominationis præcipitur fieri iudicialiter. Patet concluſio quoad primam partem: quia ſupradicta conſtitutio generaliter loquitur de nominatione, ac translatione periculi vitæ, nec diſtinguit de nominatione iudiciali, ac extra iudiciali: ergò generaliter, ac indiſtinctè eſt intelligenda: ſiquidem lex quando generaliter loquitur, generaliter eſt intelligenda, & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, vt in l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. l. de pretio, ff. de public. in rem action. Surd. conſ. 426. num. 24. & in ſpecie fuit reſolutum in d. Romana ſocietatis officiorum ſcutor. 1000. ſub die 15. Nouemb. 1624. coram R.P. Vbaldo. verſ. Non obſtat quòd conſtitutio circa fin. Probatur modo concluſio quoad poſteriorem partem tùm ex ſupra relata Romana ſocietatis loco citato, dum ait, quòd intimatio fit iudicialiter penes acta, & patet ex ijs, quæ habentur ex Boccac. de ſociet. offic. num. 153. in fin. & Zacch. eod. tract. ſub num. 393. tum etiam; quia huiuſmodi intimatio poteſt etiam fieri domi, dimiſſa copia per Curſorem, vt patet ex adnotatis per Boccac. de ſociet. offic. ſub num. 39. in fin. tum quoque, quoniam diſdicta ſocietatis eodem modo intimatur, vt ſuo loco dicemus: tum denique, quia denunciatio de futura cenſus redemptione debet emptori iudicialiter intimari. Debet enim Dominus cenſus citari ad recipiendum pretium illius vna cum penſionibus decurſis, & non ſolutis, & ad faciendam retrouenditionem cenſus in forma, vt habetur per Cenc. poſt alios de cenſib. p. 3. c. 1. q. 3. num. 15. & art. 9. num. 5. & 20.

Tertia concluſio.

10 INtimatio nominationis, & translationis periculi vitæ, quamuis ex vi d. Pontificiæ conſtitutionis præcipiatur pro forma; nihilominus forma ſufficienter cenſetur adimpleta, ſi officialis huiuſmodi nominationis, & translationis notitiam habuerit, eandemque acceptauerit, & ceſſet omnis fraus, & dolus. Probatur, quia ratio finalis Romani Pontificis in edenda ſupra relata conſtitutione non fuit alia, quàm, vt per huiuſmodi iudicialem intimationem tolleretur omnis fraus, & dolus, qui in prædictis nominationibus, & translationibus committi ſolent, vt patet ex proœm. reformationis: ergo ſatis eſt ſi nominatio, & translatio prædictæ deuenerint ad notitiam officialis, qui eaſdem acceptauerit: ſiquidem dum habetur finis, ob quẽ
11 forma eſt inducta, ſufficienter impletur forma per æquipollens, arg. tex. in l. mulier, ff. ad Trebel. vbi legatum factum filio, ſi morte patris efficiatur ſui iuris, debetur eidem, quamuis emancipatione, & deportatione efficiatur ſui iuris. Etenim finis, ac intentio teſtatoris cùm ea fuerit, vt filio, non patri quæratur legatum, ſatis eſt, quòd efficiatur ſui iuris prædictis modis, quamuis talis non fiat per mortem patris: hoc idem per d. l. docet Alber. Brun. de form. art. 10. col. 26. Seraph. deciſ. 1413. num. 3. & in ſpecie dictæ conſtitutionis fuit reſolutum per Rotam Rom. in eadem Romana ſocietatis officij, 8. Febr. 1627. coram Illuſtriſsimo Patriacha Hieroſolimitano, verſ. Et cùm mens, vbi loquens de omiſſa annotatione nominationis, & translationis periculi vitæ, in margine inſtrumenti cùm appareat annata in eiuſdem inſtrumenti corpore, reſoluit, ſatis fuiſſe ſatisfactum formæ per tale æquipollens, his verbis, *Et cùm mens, & ratio finalis Ponti-*

Pontificis fuerit, vt ex proœmio dictæ reformationis colligitur, quod tolleretur fraus, illa ceſſante, vt ceſſare in noſtro caſu latè fuit oſtenſum in deciſione facta coram me in iſta cauſa, forma tradita in d. reformatione, potuit adimpleri per æquipollens: ideò ſufficiens fuit annotatio facta periculi vitæ in corpore inſtrumenti; præſertim cùm dicta reformatio emanauerit ne dum ad obuiandum fraudibus; ſed etiā ad vtilitatem, & commodum, & intereſſe officialis, Rota Diuerſ. deciſ. 33. num. 4. & 5. par. 2. Vndè idem dicendum eſt de omiſſione regiſtrationis, & intimationis, vt per æquipollens impleri poſſint: & ſic patet reſponſio ad cumulata in d. deciſ. Rotæ Rom. 15. Nouemb. 1624. quam ſupra retulimus, in relatione primæ ſententiæ verſ. Secundum hanc eandem ſententiam. Etenim quamuis, quæ ſunt de forma non poſſint prætermitti citra nullitatem actus; id tamen locum ſibi vendicat, quando forma omninò prætermittitur; ſecus autem ſi adimpleatur per æquipollens modo ſupra explicato.

Quarta concluſio:

12 Nominationem, ſeu translationem periculi vitæ perſonæ nominatæ factam, non ſeruata forma, niſi per æquipollens, vi conſtitutionis Paul. V. P.M. nullam eſſe ad commodum nominantis, ſeu transferentis tantùm; non autem ad commodum officialis, probabiliter dici poteſt. Hæc concluſio probatur ex reſolutione Rotæ Rom. in d. Romana ſocietatis officij ſcutorum 1000. 8. Febr. 1627. coram Illuſtriſs. Patriarcha Hieroſolimitano, verſ. Vlterius dixerunt, ita ſe habente, *Vlterius dixerunt Domini, quòd Dominus Maffeus debuit, imò tenebatur curare, vt annotaretur in margine inſtrumenti periculum vitæ nominatæ: quod cùm non fecerit ſibi eſt imputandum: & cùm reperiatur facta in corpore inſtrumenti prædicta aduotatio, illa debet officiali ſuffragari, facit Gloſ. in cap. quouiam frequenter, verſ. non valeant, vt lit. non conteſt. vbi ſi atteſtationes non producuntur infra certum tempus non valent: quod eſt uerum, & procedit in odium illius, qui tenebatur probare; ſecus autem ad fauorem alterius partis: quia ualent, ut poſt Innoc. & Hoſtien. in cap. 2. de teſtib. in fin. tradit Butr. in d. cap. quouiam frequenter, num. 18. uerſ. Niſi fortè, ubi expreſsè loquitur, etiam quando ſolemnitas requiritur poſt actum.* Confirmatur, quia alienatio rerum Eccleſiæ, non adhibitis ſolemnitatibus, à iure requiſitis licèt non valeat ad commodum emptoris; valet tamen ad commodum Eccleſiæ, cùm non ſit nulla, niſi Eccleſia velit, vt habetur ex *Put.* deciſ. 310. vol. 1. & deciſ. 365. num. 5. vol. 2. Rota Diuerſ. deciſ. 133. num. 12. par. 2. & nos adnotauimus in noſtris commentar. in extrauag. Pii V. de cenſib. §. 1. q. 22. num. 47. & 48.

Dixi, *probabiliter*. quia reſolutio Ro-
13 tæ Rom. in d. deciſ. 71. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. quam ſupra retulimus in relatione primæ ſententiæ verſ. Imò Rota, ſe habentis nominationem, ſeu tranſlationem periculi vitæ factam, non ſeruata forma d. conſtitutionis Pauli V. eſſe nullius momenti non ſolùm ad commodum nominantis, & transferentis; ſed etiam ad commodum officialis, nobis videtur verior per rationes in eadem deciſione allatas, & hanc ſententiam tuetur Zacch. d. tract. ſub num. 440. Quibus adde, quòd Steph. 40. in ſum. Bullar. in explic. Paul. ambitioſę, de reb. Eccl. non alien. num. 31. probat quòd per Eccleſiæ ratificationem non côualidatur contractus abſque ſolemnitatibus ab ea celebratus, cùm de neceſſitate requirantur ſolemnitates in eiuſdem rerum alienatione, etiam quòd appareat de euidenti vtilitate: atque adeò alienatio rerum Eccleſiarum citra ſolemnitates à iure requiſitas eſſet nulla non ſolùm ad commodum emptoris; ſed etiam ad commodum Eccleſiæ.

Quiſnam erit Iudex competens ad intimandam officiali nominationem perſonæ, ſeu translationem periculi vitæ, Iudex nominationis; & transferentis, an officialis. Q. 36.

SVMMARIVM.

1 *Iudicem competentem pro obtinendo mandato*

mandato ad denunciationem faciendam de futura cenſus redemptione, eſſe iudicem debitoris cenſus, qui velint.

2 *Iudex competens ad intimandam officiali nominationem perſonæ,cuius vitæ periculo,&c.eſt Iudex officialis.*

3 *Actor ſequi debet forum Rei.*

1 IN hac re videtur prima facie dicendum,Iudicem competentem hoc caſu eſſe iudicem nominantis, ſeu transferentis; non autem officialis; ſiquidem nominans dum nominat perſonam, cuius vitæ periculo ſtet pecunia apud officialem, periculum vitæ propriæ transfert in perſonam alterius, atque adeò comparet tanquàm reus, vt liberet ſe à periculo propriæ vitæ: ergo ſuum Iudicem debet adire, per ea, quæ habentur per Bald.in l. acceptam, q.13. num.24.C.de vſur, & Alex. conſil. 103. num.4.lib.5. Hæc ratione Cenc. de cenſib.par.3.cap.1. q.3. art.9. putat, Iudicem competentem pro obtinendo mandato ad denunciationem faciendam de futura cenſus redemptione, eſſe iudicem debitoris cenſus; non autem creditoris: ſiquidem ipſe debitor comparet tanquam reus,vt liberet ſe, & bona ſua à nexu,& obligatione ſoluendi penſionem annuam.

2 His tamẽ non obſtantibus,oppoſitum puto verius: ſiquidem nominans, & transferens hoc loco ſe habet vt actor, etiam ſi daremus, eum agere ad diſtrahendum: at actor ſequi debet forum

3 rei, vt in l. iuris ordinem, C. de iuriſd. omn.iudic. Confirmatur, quia officialis eſt debitor nominantis. Vndè ſicut Iudex competens, coram quo debet deponi, & offerri pretium cenſus pro futura eiuſdem redemptione, eſt iudex debitoris redimentis, vt habetur ex Io. Baptiſta Lup. in l. 2. commen. 2. §.4. num.113.& 114. C. de pact. inter emptor. & vendit. ita etiam in caſu de quo agitur, videtur dicendum, quòd cùm officialis ſit debitor nominantis, intimatio eſt expedienda à iudice officialis; non autem nominantis. Eſt tamen verum, quòd ſocietates officiorum cùm contrahantur, mediante obligatione Camerali, cuius vigore debitor poteſt vbique conueniri, arbitror, quòd ſi officialis infra illos dies 15. reperiatur ob aliquod negotium extra Vrbem, poſſet nominans comparere coram iudice loci, in quo reperitur ipſe officialis, & ab eo petere curſorem pro intimanda nominatione, & translatione, de quibus agitur. Vndè ad contraria patet reſponſio.

An fieri poſſit intimatio nominationis, ſeu translationis periculi vitæ, vt ſupra intra ſemeſtrem ſolutum, non obſtante pacto, quòd non poſſit fieri translatio periculi vitæ, ſi fuerint percepti fructus ſemeſtris.

Q. 37.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio nominationis ſeu translationis periculi vitæ in ſocietate officiorum poteſt fieri intra ſemeſtrem ſolutum, non obſtante pacto, quòd non poſſit fieri translatio periculi vitæ,ſi fuerint percepti fructus.*

2 *Menſe contrahentium inſpicienda,eſt magis quàm verba.*

3 *Dictio, Prout,ſtat ſimilitudinariè.*

4 *Dictio, Deindè eſt ordinis deſignatiua.*

1 AD hanc difficultatem reſpondetur affirmatiuè, vt patet ex ijs, quæ reſoluta fuerunt per Rotam Rom. deciſ.41. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. in cauſa Romana ſocietatis, 16. Febr. 1596. coram R.P.D. Iuſto, quæ quidem deciſio ita ſe habet, *Contracta fuit ſocietas quadringentorum ſcutorum in fauorem D. Franciſci Marentii ſuper periculo vitæ ipſius cum D. Angelo Iacobillo, ac ſuper officio Militis S. Petri die 12. Decembr. anni 1588. quam ſocietatem in ſe ſuſceperunt D. Fuluius Carrara,& alii, promittentes dictum D. Angelum releuare indemnem, & in inſtrumento fuit appoſitum pactum ſcilicet duraturam ad ſex menſes proximè futuros, & deinde ad beneplacitum ambarum partium, cum diſdicta 15. dierum in forma, cum facultate tamen elapſo quolibet ſemeſtre;*

meſtre ; dummodo non fuerint percepti fructus ſemeſtris transferendi huiuſmodi periculum vitæ in aliam , ſeu alias perſonas ; præcedente tamen intimatione 15.dierum , quæ poſsit fieri prout diſdicta, & vni ex fideiuſſoribus acceſſuris, ſeu eorum alicui, &c. Durauit ſocietas vſque ad diem 12. Iunii 1595. cum ſolutione fructuum ; ſed interim die 6. præcedenti eiuſdem menſis , non dum elapſo ſemeſtri ſoluto , facta intimatione dicto Angelo , Franciſcus tranſtulit periculum vitæ in perſonam D. Matthæi Barquarii, & Lucæ Marentii , & deinde die 25. eiuſdem menſis Iunii defunctus eſt: & quoniam infra ſemeſtre ſolutum erat facta translatio, quod videtur contra pactum in ſocietate appoſitum, & non currant 15. dies poſt 12. diem Iunii ad diem eius obitus , prætendebatur , pecunias ſocietatis eſſe lucratas , ideò die veneris 16. Febr. 1596. propoſui dubium extra Rotam, an eſſet locus lucro dictorum ſcutorum 400. vel potius executioni inſtrumenti in caſu, & ad effectum , de quo agitur , & Domini reſoluerunt non eſſe locum lucro; ſed executioni inſtrumenti : ratio fuit ; quia verba pacti videntur clara : nam debet præcedere intimatio 15. dierum, & elapſo ſemeſtri ſoluto transferri periculum; ergo intimatio fieri poteſt durante ſemeſtre , vt intret effectus mutationis periculi ſtatim elapſo illo ſemeſtri: aliàs contra pactum expreſſum duraret periculum ſuper vita primi per 15. dies elapſo ſemeſtri ſoluto: & mens contrahentium in-
2 ſpicienda eſt etiam magis, quàm verba , l. vltima, C. quæ res pignor. oblig. poſſunt, l. in conuentionalibus, ff. de verb. obligat. l. ſi tibi pecuniam, in fin. vbi Bart. nu. 2. Alex. num. 3. ff. ſi cert. petat. Corn. conſ. 303. num. 9. lib. 3. & copioſè Tiraq. in l. ſi vnquam, in §. libertis, num. 47. C. de reuoc. donat. Verba autem intelligenda ſunt cum effectu, l. 1. §. Hæc autem verba, ff. quod quiſq. iur. Bart. in l. Henſenius, in princ. ff. de re iud. & in l. ſi ſtipulatus fuero, ff. de verb. obligat. ideò intimatio quidem , & translatio fieri poteſt, durante ſemeſtre ſoluto , vt habeat effectum ipſo ſemeſtre finito. Nec videtur quòd ex hoc illa verba, elapſo quolibet ſemeſtre reddantur ſuperflua, quæ important, vt ante elapſum ſemeſtre non poſſit fieri translatio periculi vitæ , vt in his verbis, elapſo termino, dicit Bart. in l. ſi ſtipulatur, 113. ſub num. 5. ff. de verb. obligat. & eſt communis opinio, vt ibi per Iaſ. ſub num. 8. nam imò dant normam effectui translationis, vt non fiat intempeſtiuè , & ita procedit doctrina Bart. & communis opinio ; quia excludit officium ante lapſum termini, quod idem eſt in caſu noſtro. Præterea exprimitur in pacto , quòd fieri poſſit prout diſdicta, quæ dictio, prout, ſtat ſimilitudinariè, Bart. in tract. ad reprimend. in §. prout, poſt prin. verſ. Ad cuius intelligentiam, & eſt repetitiua omnium qualitatum, quæ concurrunt circa actum, cui fit aſſimilatio, cap. ſi duo fratres, §. fin. de proc. in 6. Bald. in l. adita, in 2. lectura, num. 109. C. de eden. & ibi Gloſ. in §. prout, vbi Bart. num. 28. & Salyc. num. 4. ſed diſdicta, durante ſemeſtre, fieri poteſt: intimatio de ſtylo cuius copia data fuit , poteſt etiam fieri de iure: quia verba pactorum, & conuentionum id demonſtrant, quæ ſunt ſeruanda, l. in conuentionibus, ff. de verb. oblig. l. 1. §. ſi deueniat, ff. de pact. ſocietates enim fiunt ad ſex menſes duraturæ, & deinde ad beneplacitum cum diſdicta 15. dierum; quæ diſdicta non reuocat ſocietatem determinatam ad ſex menſes, vel ipſius ſemeſtris , in quo ſunt ſoluti fructus , ſed reuocat beneplacitum poſt ſex menſes ſolutos: quod fieri poteſt etiam durante ſocietate, l. actione, §. renunciari, ff. pro ſoc. & eſt neceſſarium , ſi ſocius non vult amplius durare ſocietatem, Dec. conſ. 208. Beroſ. conſ. 204. in prin. lib. 3. & illi 15. dies dantur ad deliberandum poſt certificationem factam ſocio, mediante intimatione, Corn. conſ. 75. præſertim ſub num. 15. lib. 3. aliàs vlterius ſemper duraret ſocietas : quia illa dictio, & deinde ad beneplacitum , habet tantùm aliquem tractum , & iſte tractus dicitur eſſe ab initio vſque ad finem, & comprehendit tempus , quod ſequitur poſt terminum expreſſè præfinitum, & de eo, quod procedit nihil ponit, l. ſtipulatus ad diuidendum, §. 1. ff. de verb. obligat. Gloſ. & omnes in l. qui ante calumnias eo citato , cum aliis per Bart. & Socc. in l. 2. §. creditum, ff. ſi cert. petat. finis autem illius beneplaciti eſt diſdicta , Corn. Dec. & Beroſ. vbi ſupra : & ex his ſequitur, quòd huiuſmodi diſdicta non poſſit dici intempeſtiua iuxta terminos, l. ſi cōuenerit, §. qui tamen, ff. pro ſoc. l. actione, §. item is, qui ſocietatem, & §. item ſciendum, & §. Labeo autem, & l. ſed ſi ſocius, §. fin. ff. eod. quia verum, quod illa dictio, & deinde, eſt ordinis deſignatiua, l. 2. §. deinde, ff. de origine iur. & ſic deſignat, quod antequam cum effectu renuncietur ſocietati, ita vt non remaneant iura ſocietatatis , totum ſemeſtre debet eſſe elapſum, Aret. in l. ſi ita quis, nu.

2.ff.de vulg.& pup.ſubſt. & conſequenter diſdicta, quæ fit ante lapſum durat in ſuo robore poſt lapſum, & ſocietas remanet poſt terminum diſdicta. Neque neceſſarium eſt, quòd currant 15. dies ad deliberandum dati poſt ſemeſtre; quia hoc non dicitur in pacto, nulla lege cauetur, ſed currere debent à die intimationis infra ſemeſtre, vel poſt ſemeſtre. Et adimpletur pactum quandocunque intimatio per 15. dies præcedat effectum diſdicta, & ita eſſet intelligendum. Put. deciſ. 66. lib. 3. vbi intimatio facta fuit, elapſo ſemeſtri, & ideò remanebant 15. dies ad deliberandum. Neque videtur verum, quòd illa verba, prout diſdicta, referri debeant ad mandatum exequ. non ad tempus; quia cùm relatio ſit generalis; nulla ratio ſuadet, vt reſtringatur, & ideò generaliter ſunt intelligenda, l. de pretio, ff. de public. in rem act. cum ſimil. Quin imò res ſuadet totum contrarium, ne ſit locus lucro, potiuſque repetitioni, cui in re dubia magis eſt fauendum, Iaſ. in l. ſufficit, num. 1. ff. de cond. indeb. & in terminis ſocietatis, quòd præferatur fauor volentis euitare damnum amiſsionis pecuniarum, potiuſquàm tractantis de lucro, eſt deciſio coram S. D. N. tunc Rota Auditore in Romana ſocietatis 27. Iunii, 1569. ſic in hoc caſu non eſt locus lucro, ſed repetitionis, &c.

An facta nominatione perſonæ, &c. nominato ſit acquiſita aliqua actio, ita vt durante ſocietate, ipſe ad fructus agere valeat, & poſt mortem officialis pecuniam datam repetere. Q. 38.

SVMMARIVM.

1 *Nominatus in ſocietate officiorum acquirit omne ius, quod nominans habebat ante nominationem.*

2 *Nominato in ſocietate officiorum non acquiritur actio ad fructus ex officio percipiendos: nec ad ſortem repetendam ab officiali, finita ſocietate.*

3 *Socio qui pecuniam contulit, poſt nominationem perſonæ, cuius vitæ, &c. decedente, eſt diſſoluta ſocietas, nec hæredes illius poſſunt fructus exigere.*

4 *Nominato per nominationem vi formæ inſtrumenti ſocietatum officiorum nullus ius acquiritur.*

IN hac re videtur prima facie affir-
1 matiuè reſpondendum eſſe. Probatur ex forma inſtrumenti, quod ſuper ſocietatibus officiorum celebrari ſolet, quod ſupra ad verbum retulimus, q. 3. huius cap. in illis verbis, *Vlterius conuenerunt, quòd dictus D. Paulus poſsit nominare aliam perſonam, & in eam periculum mortis, ac dicta ſcuta 200. cum omni iure, quod habet, virtute præſentis obligationis, & inſtrumenti, tàm coniunctim, quàm diuiſim, dictaſque pecunias in totum, ſeu in partem arbitrio ſuo transferre, & ſe in totum, vel in partem excludere: quæ perſona poſsit, & valeat vti præſenti inſtrumento, & contra quoſcunque illius virtute agere, & experiri in iudicio, & extra in omnibus, & per omnia, prout ipſe Paulus poſſet, ſi illam non nominaſſet, &c.* Ex quibus verbis patet, quòd cùm facta nominatione nominatus omne ius acquirat, quod ante nominationem nominans habebat, conſequenter fit, vt ipſi nominato acquiratur actio, vt durante ſocietate, ad fructus agere valeat; & poſt mortem officialis ſortem datam repetere, cum omnia ipſe nominans agere valeat ante nominationem. Confirmatur ex ijs, quæ habentur ex Soc. conſ. 4. lib. 4. Bero. conſil. 178. lib. 2. & Ruin. conſil. 182 lib. 1. vbi emens rem aliquam nomine alterius, cenſetur eam illi donaſſe: ergò eodem pacto videtur dicendum in caſu noſtro, vt nominans perſonam, cuius vitæ periculo ſtet pecunia apud officialem, cenſeatur in eum tranſtuliſſe, eidem donaſſe omne ius, quod habebat ſuper ipſa pecunia, ac ſuper officiali, eiuſdemque officio; cùm par ratio ſit vtriuſque, arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil.

His tamen non obſtantibus, oppoſi-
2 tam ſententiam puto veriorem, quam tenet Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 8. num. 28. verſ. Sed an facta, vſque ad fin. dicens, facta nominatione, de qua agitur, nomi-

Digitized by Google

nato nullam acquiri actionem ad fructus ex officio percipiendos, ad ſortem datam repetendam ab officiali, finita ſocietate, aut eiuſdem hæredibus poſt ipſius officialis mortem. Probat ſuam opinionem ex eo, quòd ſocietas ſolùm eſt contracta cum illo, qui pecunias dedit; non autem cum nominato: ſiquidem nominatus ipſe ſolus fuit adiectus, vt demonſtraretur perſona ſub cuius vitæ periculo pecunias datas eſſe vellet: non eſt mirum igitur, ſi nominato nullum ius fuit acquiſitum, cùm nulla ſocietas cum eo fuerit contracta, l. Iulianus, §. 1. ff. de verb. oblig. Bald. conſ. 150. lib. 1. & ita fuit determinatum per Rotam Rom. in vna Iſpalen. ſocietatis, die 13. Nouemb. coram R.P.D. Robuſterio.

3 Ex quo infertur, quòd ſi is, qui pecunias contulit, & cum quo verè eſt contracta ſocietas, decederet, per eius mortem eſſet diſſoluta ſocietas, nec hæredes illius, qui pecunias dedit ſuper officio, poſſent poſt mortem fructus exigere: quia per mortem ſocietas diſſoluitur, l. adeò, l. ſi fratres, §. idem reſpondit cum Gloſ. ff. pro Soc. Dec. conſ. 213. in prin. Nec etiam hæredes poſſunt aliquid prætendere ratione intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis, cùm officialis non fuerit in aliqua mora conſtitutus, ſi de morte illius, qui pecunias contulit, nullam ſcientiam habuit. Imò ſi fructus ſoluit poſt mortem, in ſortem computari deberent: eo quòd ſoluit, credens ſocietatem durare, & pecunias receptas ſuper eius officio, adhuc ſub periculo vitæ nominati permanere. Secundò infertur, quòd officialis per mortem illius, qui pecunias dedit, licèt ſit ſoluta ſocietas; non tamen pecunias ipſas ſuperlucratur, cùm nominatus adhuc viuat, ſed hæredes eius, qui pecunias contulit, poteſt eas ab officiali repetere, vt patet ex ijs, quæ habentur ex Seraph. in vna Romana Montium 5. Nouemb. 1562. & latè Caſtrac. loco citato.

Reſtat modo, vt ad contraria reſpondeamus.

4 AD primum dicimus, quòd ex tenore dicti inſtrumenti non colligitur nominato per nominationem ius aliquod acquiri; ſed nominantem non ſolùm poſſe transferre in nominatum periculum mortis; ſed etiam omne ius, quod habebat ſuper officio, & omnem, quam habebat actionem contra officialem ante nominationem, & ſe ipſum ab eis omninò excludere. Cæterum ex vi nominationis præcisè ſumptæ demonſtratur tantùm perſona nominata, ſub cuius vitæ periculo pecunias datas fore vellet. Non tamen negamus, quòd ſi nominans omne ius, quod habet ſuper ſocietate transferat, donet, & cedat nominato, quòd vi talis ceſsionis, durante ſocietate, poteſt fructus exigere, & ſuos ſibi facere, & poſt mortem officialis ſortem datam repetere, & omnia agere, quæ poterat nominans ante nominationem: quia contractus vires ſumant à voluntate contrahentium, l. ſicut, C. de action. & oblig.

Ad confirmationem rectè reſpondet Caſtrac. quòd ibi emens rem nomine alterius; idcircò in caſibus per dictus Doctores relatos cenſetur eam donaſſe; quia multa concurrebant, ex quibus clarè conſtabat voluiſſe eandem donare.

An ſi ſocius antequam alium nominet intra 15. dies moriatur, officialis lucretur pecunias ſibi ab ipſo ſocio collatas. Q. 39.

SVMMARIVM.

1 *Societas officiorum ante nominationem perſonæ, cuius vitæ periculo ſtant pecuniæ, remanet in ſuſpenſo.*

2 *Socius ſi antequam alium nominet intra 15. dies moriatur, officialis lucratur pecunias.*

3 *Id actum eſſe inter contrahentes cenſetur, quod eſt ſolitum fieri.*

1 IN hac difficultate partem negatiuam de iuris rigore tuetur Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 8. ſub num. 10. Probat ſuam ſententiam ex eo, quòd ante nominationem ſocietas non cenſetur contracta, vt officialis fructus ſoluere teneatur, ſed remanet in ſuſpenſo

argum.

argum. tex. in l. ſi merces, ff. loc. in prin. ibi, *Si merces promiſſa ſit generaliter alieno arbitrio, locatio, & conductio contrahi non videtur*. Ergo ſi ſocius pendente nominatione facienda moriatur, officialis lucratur pecuniam. Hanc eandem ſententiam ſequitur Zacch. eod. tract. num. 382. & ſeq. Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 11. queſt. 1.

2 Sed quoniam paſſim pactum in huiuſmodi contractu adijcitur, vt ſi ſocius obierit ante nominationem alterius, officialis ſuas ſibi faciat pecunias; hinc fit, vt eas lucretur, vt per Zacch. ibidem, num. 387. & ſeq. Azor. ibi, & patet ex non nullis Rotæ Rom. deciſ. & ſignanter ex 78. poſt eundem Zacch. tract. in vna Romana ſocietatis officij 9. Aprilis 1612. coram R. P. D. Cauallerino.

Quod ampliat idem Azor. ibi hoc eſſe verum, etiam ſi Notarij culpa tale pactũ
3 fuerit prætermiſſum: ſiquidem cenſetur contracta talis ſocietas ſecundũ vſum, & conſuetudinem loci, ac ſociorum. Id enim actum eſſe inter contrahentes cenſetur, quod eſt ſolitum fieri, l. quòd ſi nolit, §. qui aſſidua, ff. de edil. edic. & l. ſi prius §. rectè placuit, ff. de acqu. plu. arc. l. item quantum, §. qui impleto, ff. loco Bald. in l. 1. ſub num. 1. C. pro ſoc. Petr. de Vbald. de duob. fratr. p. 4. ſub num. 7. & alij, quos refert, & ſequitur Felic. de ſoc. cap. 9. num. 33. & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 6. verſ. verum duæ, num. 121. & extat d. deciſ. 78. poſt Zacch. tract. Imò Caſtr. Azor. & Filliuc. ibidem putant, quòd ſi ſupradicta clauſula fuiſſet à Notario prætermiſſa, poſſet vtrique ab eodem citra culpam aliquam inſtrumento addi, vt ſocietas iam contracta ſubſtineatur, & fructus ſoluti licitè fuerint percepti, cùm de ſtylo Curiæ, & conſuetudine tam ipſius Notarij, quàm aliorum ſemper talis clauſula apponi ſoleat: & Notarius ſemper cenſetur rogatus de clauſulis ſolitis, vt rectè Iaſ. in l. certi conditio, §. ſi nummos, ff. ſi cert. pet. l. vt liberis, C. de collat. latè Felin. in c. ex litteris, num. 12. de fid. inſtr. & Caſtrac. loco citato, ſub num. 15. Quam tamen ſententiam limitat idem Caſtrac. num. 17. verani eſſe quando contractus eſt in fieri, vel dònec per Notarium non fuerit extenſus in breuiatura: nam ſecundũ opinionem magis receptam illis tantùm caſibus Notarius poteſt addere clauſulas ſolitas, & conſuetas: ſiquidem præſumitur, quòd de illis tempore ſtipulationis contractus mentio facta fuerit: ſecus ex interuallo, & poſtquam inſtrumentum fuit extenſum, vt per Bald. in rub. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. Alex. in l. Gallus, §. idem credendum, ff. de lib. & poſth. Pariſ. conſ. 45. num. 43. lib. 1. & alios apud eundem Caſtrac. loco citato. Imò id, quod diximus intelligendum eſt de illis clauſulis, quæ concernũt ſolemnitatem, ſiue executionem contractus; ſecus autem de illis, quæ concernunt ſubſtantiam, & obligationem, vt ſupra adnotauimus, q. 32.

An facta nominatione, vt officialis lucretur pecunias, exigatur, vt præmoriatur ſocius, vel perſona nominata à ſocio, vel vterque. Q. 40.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio facta, ſi ille, qui dedit pecunias decedat, licèt ſoluta ſit ſocietas, nunquam tamen officialis lucrabitur pecunias, niſi viuente ſocio, decedat nominatus.*

IN hac difficultate videtur dicendum, quòd quamuis à ſocio nominatio facta ſit perſonæ, cuius vitæ periculo ſtet pecunia apud officialem, nihilominus officialis ipſe nunquam lucrabitur pecuniam; niſi præmoriatur etiam ſocius, qui pecunias contulit. Probatur ex tenore inſtrumenti ſocietatis, quod ſupra ad verbum retulimus, q. 3. huius cap. in illis verbis, *ſuper morte autem conuenerunt, quòd moriente D. Paulo ante D. Petrum, durante ſocietate huiuſmodi, morte tamen naturali, non violenta, non vi, ferro, nec veneno, ſeu alitercunque inflicta ab homine violenter, quòd dictus Petrus lucretur dicta ſcuta 200. & tenetur tantùm ad ſolutionem fructuũ decurſorum, non ſolutorum*. At in dicto inſtrumento, per Paulum intelligitur ſocius, qui pecuniam contulit: & per Petrum officialis, qui pecuniam accepit, vt patet ex eiuſdem inſtrumenti contextu: Ergo vt officialis lucretur pecunias ſibi à ſocio collatas,

collatas, poſt nominationem perſonæ, cuius vitæ periculo ſtet pecunia, non ſolum debet decedere perſona nominata; ſed etiam ſocius, qui pecunias contulit.

Oppoſitis tamen non obſtantibus in contrarium eſt veritas, vt rectè habetur
1 ex Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 8. num. 30. verſ. Vndè ſi ille, & num 31. & cap. 27. in prin. dum ait, quòd ſi ille, qui dedit pecunias decedat, licet ſoluta ſit ſocietas; nunquam tamen officialis faciet eas ſibi ſuas, niſi viuente ſocio decedat nominatus, cuius periculo ſtat pecunia apud officialem, & id clarè oſtenditur ex illis inſtrumenti verbis, *vlterius conuenerunt, quòd dictus D. Paulus poſſit nominare aliam perſonam, & in eam periculum mortis, ac dicta ſcuta 200. cum omni iure, quod habet virtute præſentis obligationis, & inſtrumenti tam coniunctim, quàm diuiſim, dictaſque pecunias in totum, vel in partem arbitrio ſuo transferre, & ſe in totum, vel in parte excludere*, quibus verbis ipſe ſocius excludit periculum vitæ à ſua perſona, & illud transfert in perſonam nominatam. Vndè poſt nominationem, licèt decedat ſocius; officialis tamen non lucrabitur pecunias; niſi viuente ſocio, præmoriatur perſona nominata. Et hanc ſententiam tenet Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 16. verſ. Quintò definit, & ſeq. Non tamen ſocius tenetur fructus ſemeſtris anticipatò perceptos reſtituere, etiam ſi perſona nominata ſtatim poſt menſem deceſſerit, vt per Boccac. de ſociet. offic. num. 158. & Azor. loco citato, verſ. Dubiæ quæſtionis eſt, qui fundantur ſuper communi Vrbis conſuetudine, quam dicunt iuri naturali, ac Diuino non eſſe contrariã, vt infra latius dicemus, q. 43.

Ad contrarium patet reſponſio: loquitur enim inſtrumentum de eo, qui dedit pecunias officiali & præmoriatur nulla facta nominatione intra terminum præfixum perſonæ, cuius periculo ſtent pecuniæ apud officialem: ſecus autem ſi moriatur poſt nominationem, & perſona nominata adhuc viuat; quoniam tunc licet diſſoluatur ſocietas; nihilominus officialis pecunias non lucrabitur.

An ſocius ſi omne ius, & totum commodum ſocietatis trãſferat in perſonam nominatam, cenſeatur in eam tranſtuliſſe ſocietatem. Q. 41.

SVMMARIVM.

1 *Socius ſi omne ius, & totum commodum ſocietatis transferat in perſonam nominatam, non cenſetur in eum tranſtuliſſe ſocietatem.*

AD hanc difficultatem reſpondetur breuiter ex Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 16. verſ. Quæres.
1 eo caſu in perſonam nominatam non eſſe translatam ſocietatem: non enim perſona nominata, ſed is, qui pecuniam contulit factus ſocius officialis, vt in l. qui admittitur, ff. pro Soc. vbi admiſſus ad ſocietatem à meo ſocio, meus ſocius non eſt. Vndè ſi nominatus moriatur poſt mortem ſocij, officialis pecunias non lucrabitur: quia dicitur deceſſiſſe poſt ſolutam ſocietatem.

An ſi is, qui pecuniam contulit, & nominatus ſimul obirent, & ignoretur, an prior prius, vel poſterior expirauerit, officialis pecunias lucrabitur. Q. 42.

SVMMARIVM.

1 *Qui pecuniam contulit, & nominatus ſi ſimul obirent, & ignoretur, an prior prius, vel poſterior expirauerit, officialis pecunias non lucrabitur.*
2 *Mortem probare illi incumbit, qui ius ſuum habet fundatum in morte.*
3 *Qui pecuniam contulit ſi eſſet vir, & perſona nominata mulier, & ambo codẽ tempore obirent, & ignoraretur, quis prius expirauerit, officialis lucratur pecuniam.*
4 *Qui pecuniam contulit ſi erat pubes, & perſona nominata impubes, & ignoretur*

retur quis prius expirauerit, officialis lucratur pecuniam.

5 *Qui pecuniam contulit ſi eſſet iunior, & perſona nominata ſenior, & ambo ſimul obirent, & ignoraretur quis eorum prius expirauerit, officialis lucratur pecuniam.*

AD hanc quæſtionem reſpondetur negatiuè, vt habetur ex Caſtrac.
3 de ſociet. offic. cap. 27. num. 2. verſ. ſed reſtringendo eorum dicta. Et rationem hanc eſſe ait, quoniam, nominatum deceſſiſſe, viuente eo, qui pecunias contulit, eſt fundamentum intentionis officialis, vt pecunias collatas habere poſſit, cùm aliquem ex pariter morientibus ſuperuixiſſe in committenda ſtipulatione non præſumatur, vt in l. quod & pariter, ff. de reb. dub. Ergo officiali incumbit onus probandi, quòd nominatus prius; non autem is, qui pecunias contulit, deceſſerit, vt eas lucrari valeat: ſiquidem ei incumbit probare qualitatem, cuius eſt fundamentum intentionis, l. ſed in illo, ff. de reb. dub. & id ſi actor ſit, ſiue reus, l. mater, C. de probat. c. auditis, de præſcript. Bart. in l. non ſolùm, §. ſed probari, col. 2. ff. de oper. nou. nunc. Et hoc etiam ſi qualitas conſiſtat in negatiua, vt per Innoc. & alios in c. ſuper his, de accuſ. & Doctor. in l. in illa, ff. de verb. obligat.

Ampliatur hæc concluſio, vt locum ſibi vendicet in quolibet, qui ius ſuum
2 habet fundatum in morte; nam ſemper illi incumbit probare mortem, vt ſupra adnotauimus, q. 7. vbi latè rem hanc pertractauimus.

Sic ampliata limitatur eadem concluſio, quando is, qui dedit pecunias in ſo-
3 cietatem eſſe vir, & perſona nominata eſſet mulier, & ambo eodem tempore obirent, & ignoraretur, quis prius expirauerit: tunc enim officialis lucraretur pecunias; quoniam in dubio præſumitur, mulierem prius deceſſiſſe, vt per Gloſ. in l. poſſeſſor. §. eadem, de Religioſ. & ſump. funer. &c. Tiraq. in l. 1. de connub. num. 58. Rom. in l. ſi cum dotem, in fin. ff. ſol. matr. Arobid. conſ. 458. in fin. Hippol. in rub. de probat. num. 416. & ad hoc facit tex. in l. ſi duo, §. ſi maritus, ff. de reb. dub. & l. inter, ff. eod. latè Caſtrac. d. c. 27. ſub num. 5. cum plur. ſeq. Quamuis contrarium doceat Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 7. num. 7. dum ait, quòd vbi ad lucri conditionem, aut alicuius rei acquiſitionem, requiritur, aliquem, altero ſuperſtite obijſſe, tunc vtrûque naufragio, vel ruina ſimul obijſſe, ac eodem momẽto, præſumitur, ſi non conſtet, quis prius mortuus fuerit, ſiue vterque ſit maſculus, ſiue alter ſit fœmina: atque adeò ceſſat conditio, & acquiſitio.

Idem eadem ratione dicendum eſt, ſi qui dedit pecunias ad ſocietatem erat
4 pubes, & perſona nominata erat impubes: nam ſi ambo moriantur, & ignoretur, qui prius expirauerit, officialis lucratur pecunias: nam in dubio præſumitur prius ſpiraſſe impuberem, quàm puberem, l. qui duos, §. fin. ff. de reb. dub. Sic etiam ſi filius dedit ad ſocietatem pecunias ſuper vita patris, & ambo ſimul pereant incendio, ruina, vel naufragio, officialis lucrabitur pecunias; quia præſumitur prius patrem expiraſſe, quàm filium, vt in d. l. qui duos, §. in bello, & §. fin. & in l. ſi mulier, ff. de reb. dub. quod verum eſt, niſi filius eſſet impubes, vt in eum pubere, ff. eod. Rurſus ſi qui pecunias ad ſocietatem contulit, eſſet iu-
5 nior, & perſona nominata ſenior, & ambo ſimul morerentur, & dubitentur, quiſnam prius expirauerit, tunc præſumitur prius ſpiraſſe ſeniorem; quia præſumitur citius mori ſenex, quam iuuenis, vt in l. hæreditatem, ff. ad leg. falcid. l. nam etſi parentibus, ff. de inoffic. teſtam. l. is qui ex cauſa, in fin. ff. de fideic.

Reliqua vide apud Tuſch. ver. Mortuus, concl. 401. qui quoniam materia hæc habet innumeras difficultates, quamplurima cumulauit ad eiuſdem rei explicationem, & multò plura cumulata fuerunt per Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 7. per totum, Bart. in l. qui duos, §. in bello, & in §. maritus, & in l. quod pariter, & ibi Socc. de reb. dub. & alios.

An durãte ſocietate, poſt menſem decedente eo, quem ſocius nominauerat, ipſe ſocius non ſolum pecunias perdat; ſed etiam lucrum ſemeſtris anticipato ſolutum teneatur reſtituere. Q. 43.

SVMMARIVM.

1 *Durante ſotietate, ſi poſt menſem decedat is, quem ſocius nominauerat, ſocius perdit pecunias tantùm collatas, non autem lucrum ſemeſtris anticipato ſolutum.*

AD hanc difficultatem reſpondetur breuiter ex Boec. de ſociet. offic.
1 nu. 158. & Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 16. verſ. Dubiæ quæſtionis eſt, & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 10. verſ. ex his ſequitur, num. 129. exiſtimantibus eo caſu, qui pecunias contulit non teneri ad reſtitutionem lucri anticipati nec in totum, nec pro parte: ſiquidem lucrum illud anticipatum ſoluitur pro periculo, cui ſocius ſe exponit amittendi pecunias, & ideò ſiue moriatur in fine, ſiue poſt primum diem, vel menſem, is qui fuit nominatus, ſocius iam lucratus fuit ſemeſtri lucrum. Et hanc eſſe Rom. Curiæ conſuetudinem teſtãtur Boccac. & Azor. locis citatis. Etenim ſatis damni patitur, qui dedit pecunias, ſi deceſſu nominati eas perdat: ſecus autem dicendum eſt ſi moriatur elapſo menſe officialis; quia qui pecuniam contulit ſuam ſortem principalem integram repetit, vt rectè declarat Azor. ibidem: & nos latius dicemus infra, §. 7. q. 2.

De quinta conditione, ad officiorum ſocietatem requiſita, nempè, *vt officialis pecunias ad ſocietatem acceptas reſtituere debeat in omnem euentum, ſi is, qui dederit vixerit ad ſex menſes, & ſoluere certam lucri partem.* §. V.

An ſupradicta conditio ſit iuſta. Q. vnica.

SVMMARIVM.

1 *Iniqua eſt ſocietas, in qua ſit pactum de ſalua ſorte.*

2 *Societatis naturæ repugnat, vt ſocius certam lucri partem ſoluere cogatur.*

3 *Pactum, vt officialis pecunias ad ſocietatem acceptas reſtituere debeat in omnem euentum, ſi is qui dederit vixerit ad ſex menſes, & ſoluere certam lucri partem, eſt iuſtum.*

4 *Pactum de ſalua ſorte in ſocietate ſi cum alia re compenſetur, eſt iuſtum.*

5 *Certum lucrum in ſocietate paciſci poteſt ſi pactum cum alia re, vel pacto compenſetur.*

IN hac rè videtur prima facie negatiuè reſpondendum eſſe. Probatur
1 primo ex eo quòd iniqua eſt ſocietas, in qua ſit pactum de ſalua ſorte, vt in l. ſi non fuerint, §. Ariſto, ff. pro ſoc. vbi Vlp. Leoninam, & iniquiſſimam appellat ſocietatem, in qua lucrum tantum vnus, & alter damnum ſentit. Sed ſocietas officiorum cum præfata conditione eſt huiuſmodi; ergo, &c. Minor probatur; quia finito ſemeſtre, atque adeo ſocietate, officialis pecunias ad ſocietatẽ acceptas, & ſic capitale, tenetur ſocio, qui eas contulit reſtituere integras; ac præcipuas in omnem euentum, etiam ſi officialis moriatur, & officiũ perdat: & inſuper certum, ac determinatũ lucrum; & ita ſocius erit certus de lucro, & nullum ſentit

damnum

damnum. Hanc ſententiam videtur expreſsè docere Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 9. ſub num. 2. cum plur. ſeq. du n_ ait, quòd quando quis dat pecuuiam ſuper officio, ſi non ſubit periculum officij, non erit contractus ſocialis; ſed Vſurarius: pro qua re allegat Bald. in. l. 1. C. pro ſoc. Non dicitur autem periculum officij ſubire, qui dat pecunias, ſi eas vult ſaluas: quoniam pecuniæ ſe habent ad inſtar pretij quodammodo empti, cùm ſint implicatæ iu ipſo officio, vt habetur ex Rota Romana, deciſ. 48. num. 11. poſt Zacch. tract. de ſociet. offfcior. in vna Forolin. ſocietatis 13. Ianuar. 1614. coram Reuerendiſsimo Damaſceno.

2 Secundò contra naturam ſocietatis eſt, vt ſocius certam lucri partem ſoluere cogatur. Etenim lucrum ex ſocietate debet eſſe incertum, & dubium, cùm plus, minuſuè poſsit negotiatio parere. Hinc ait Dec. in l. ſi paſcenda, num. 8. C. de tranſact. & conſ. 116. col. 1. in fiu. quòd ſi data ſit pecunia, ita quod ſaluum ſit capitale, quòd certa pars lucri debeatur, conuentio non valet. Et Caſtrac. d. cap. 9. à num. 1. ad 4. inquit, quòd adhoc, vt talis contractus ſocietatis citra periculum animæ coiri valeat, ille, qui dat pecuniam ad ſocietatem ſuper officio, omne periculum officij ſubire debet, ita vt ſi officialis ex officio fructus non perciperet, vel illam quantitatem, quam ſoluere promiſit is qui pecunias contulit, fructus, vel quantitatem promiſſam percipere non poſſet; ſed tenetur reducere ad illam quantitatem, quam verè officialis ex officio percepit, vt patet ex ijs, quæ habenrur ex Bald. conſ. 396. lib. 5. Vndè ſi ob aliquam cauſam officium nihil fructificaret, vel Rom. Pontifex per menſes aliquot fructus retineret, officialis pro eo rempore non tenetur ad fructus ſolutionem. At vigore conditionis, de qua agitur, officialis, qui pecunias ad ſocietatem accepit, debet illas reſtituere, & certum lucrum ſoluere, nempè ad rarionem ſex pro centenario in ſingulis ſemeſtribus, etiam ſi intra ſemeſtre officium amiſerit, vel depoſuerit, vel quolibet alio euentu nullos ex officio fructus percepetit: imò tenetur fructus illos ſoluerę liberos, & exemptos ab omni onere, vt patet ex forma inſtrumenti ſuper ſocietatibus huiuſmodi, quod ad verbum retulimus ſupra q. 3. huius capitis, in illis verbis, *In qua ſocietate dictus Paulus poſuit ſcuta 200. in auro, quæ Dominus Petrus ab eodem D. Paulo preſente, in mei Notarii, &c. præſentia, in prompta, & numerata pecunia recipit; & ad ſe traxit; de quibus, &c. exceptioni, &c. & illa reſtituere promiſit eidem Paulo præſenti, &c. ſeu cui ipſe Paulus ceſſerit; in ſimili ſpecie. ſtatim finita præſenti ſocietate abſque exceptione, & illa durante; facere participem dictum Paulum in fructibus ordinariis, & extraordinariis dicti officij pro rata parte: quam partem propter incertitudinem fructuum dicti officii, & faſtidium computorum, quæ deſuper oriri, & eſſe poſſent, dictus Paulus conduxit ab eodem Petro ad rationem ſcutorum 12. ſimilium pro quolibet centenario in anno; quæ ſolui debeant de ſemeſtri in ſemeſtre, & in principio cuiuſlibet ſemeſtris: & ſint libera, & exempta ab omni onere ordinario, & extraordinario, decima, ſubſidio, impoſitione quauis auctoritate impoſitis, & imponendis in euentum belli, peſtis, obitus Pontificis, Concilii, etiam ipſo D. Petro officium amittente, ſeu dimittente, & in quoſcunque alios caſus, & euentus, qui eſſe poſſent.* Eſt igitur conditio, de qua agitur iniuſta, & iniqua.

His tamen non obſtantibus, in contrarium eſt communis opinio, quam
3 tenent Boccac. de ſociet. offic. num. 19. 20. & 21. Caſtrac. eod. tract. ſub num. 7. verſ. Dici tamen poteſt cum plur. ſeq. Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſocietate, cap. 12. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 7. num. 122. & alij communiter dicentes, conditionem, de qua agitur, & quæ communiter à contrahentibus apponitur in ſocietatibus iuſtam eſſe, & nullam in ſe continere iniquitatem. Etenim non obſtante dicta conditione, in hac ſocietate ſeruatur æqualitas, quæ in qualibet ſocietate exigitur: damna enim, & lucra communicantur proportionaliter, iuxta tex. in l. cum duobus, §. damna, & l. ſi non fuerint, ff. pro ſoc. Siquidem officium quamuis ſtet periculo vitæ officialis, & ſi pereat ſibi pereat, & pecunia, quæ in ſocietate confertur, ſit periculo eiuſdem, & veniat reſtituēda finita ſocietare; nihilominus ex alia parte pecunia, quæ confertur, & datur officiali ſtar peticulo vitæ conferentis, ſeù dantis: nā ſi decedat, durante ſocietate, ipſe pecuniam perdit,

& eam officialis lucratur. Vndè licèt officium ipſum deberet perire communi periculo; pro maiori,tamen contrahentium commoditate periculum ſocietatis inter ſocios communicatur; ſiquidem ſi officialis moritur, officium amittit: & è contra ſi moriatur ille, qui pecunias contulit, eas amittit, & ſic ſuum capitale: atque adeò periculum cum periculo compenſatur, vt rectè explicat Leonel. ſuper Bull. Pij IV. de ſociet. offic. in prin. verſ. ſeptimam, & Gloſ. 11. verſ. Naturam, Caſtrac. eod. tract. cap. 9. num. 8. 12. & 14. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 2. ſub num. 17. Felic. de ſociet. cap. 9. ſub num. 64. & Zacch. de ſociet. offic. num. 33. & 34. qui ad hoc etiam allegat decil. Rot. Rom. in vna Foroliuien. ſocietatis, 13. Ianuar. 1614. coram Reuerendiſs. Saccato.

Reſtat modo, vt ad contraria reſpondeamus.

AD primum negatur minor; quia dum pecunia, quæ ad ſocietatem
4 officiorum datur, ſtant periculo vitæ dantis, aut alterius perſonæ ab eo nominatæ, non poteſt dici, quòd hæc ſocietas contineat pactum, quòd ſors ſit ſalua. Secundò reſpondetur diſtinguendo maiorē, & dicimus, quòd quamuis pactum, quod ſors, ſeu capitale non ſit periculo expoſitum ſit in ſocietate irrationabile; id tamen verum eſt, quando huiuſmodi pactum in ſocietate apponitur, nulla facta compenſatione, ratione talis pacti in perſona ſubſtinentis periculum 1 ſecus autem ſi in alia re, aut cum alio pacto fiat compenſatio; quoniam tunc ſubſtinetur, vt ſupra diximus lib. 1. q. 13. lim. 1. Vndè quamuis aſſecuratio capitalis ſit contra naturam ſocietatis; nihilominus, quia in caſu, de quo agitur talis aſſecuratio compenſatur periculo vitæ dātis pecuniam; qui ſi moriatur durante ſocietate, eam perdit, & officialis lucratur, idcirco pactum ſubſtinetur, cum periculum periculo compenſetur, vt ſupra adnotauimus.

Ad ſecundum dicimus, quòd quamuis ex vi ſocietatis certum lucrum in ea
5 percipi, ac ſeparari nequeat, vt in l. ſi non fuerit, ff. pro ſoc. ratione tamen pacti cum alia re, vel pacto compenſati, rectè intendi, ac percipi poteſt. Etenim cum ſocietate ſtare poteſt pactum, vt portio lucri, quod fit per ſocium, ſit omni damno deducta, ita vt quis conſequatur certam partem lucri, & de damno non teneatur, vt in l. Mutius, ff. pro ſoc. §. de illa, in Inſt. de ſociet. Vndè meritò in inſtrumento ſocietatis ſit pactum, vt ſcuta illa 12. pro centenario ſit libera, & exempta ab omni onere ordinario, &c. quia tale pactum compēſatur periculo vitæ dantis pecuniam, vt rectè declarat Boccac. d. num. 20. & Caſtrac. d. cap. 9. ſub num. 8. Zacch. & alii. Deniquè reſponderi poteſt, quòd licèt certa quantitas in pactum deduci non poſſit; nihilominus ſi taxatio veriſimilibus coniecturis conueniat quantitati taxatæ, valebit conuentio in vim pacti, vt per Bal. in l. ſi tibi, & ibi Purpur. ff. ſi cert. petat. atque adeò quoad materiam l. curabit, C. de action. empt. poteſt fieri taxatio fructuum à principio, vt per Cagn. ibi, num. 31. & Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 1. verſ. Quintò, & cap. 4. verſ. ſeptimo.

De ſexta ſocietatis officiorum conditione, nempè. *Quòd qui habet officium, & centum accipit ad ſocietatem ad ſex menſes, ſoluat ſex tanquam lucrum, & fructum ex centum.* §. VI.

An ſupradicta conditio ſit iuſta, etiam ſi officium non reddat ad rationem ſex Q. Vnica.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, vt qui habet officium, & centum accipit ad ſocietatem ad ſex menſes ſoluat ſex, etiam ſi officiorum non reddat ad rationem ſex, eſt iniuſtum.*

2 *Officia Reu. Curiæ cum aliquam habeant induſtriam, ſocius non poteſt ex officio*

tot fructus conſequi, quot officialis.

3 *Conſuetudo licèt multum præualeat in ſocietatibus; non tamen præualet quando eſt contra ius naturale,*

IN hac re partem affirmatiuam docent Boccac. de ſociet. offic. num. 19. & 188. Caſtrac. eod. tract. cap. 10. num. 25. Felic. de ſociet. cap. 17. num. 25. fundantur ſuper conſuetudine ita contrahendi in Vrbe, diu obſeruata, ac præſcriptæ; etiam quòd reditus officiorum diminutus fuerit: nec non quoniam pecuniæ, quæ ad ſocietatem dantur officiali, ſtant ſuper vitæ periculo dantis, aut alterius perſonæ ab eo nominatæ, ita vt, ſi durante ſocietate, decedat, officialis ſuas ſibi faciat. Hanc eandem ſententiam tenent Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſocier. cap. 13. q. vnica. Filliuc. tom. 2. qq. Moral. tract. 38. cap. 6. q. 8. num. 123. & Farin. conſ. 15. num. 4. lib. 1.

Contrariam ſententiam, quæ nobis probatur, tenet Tolet. lib. 5. ſuæ ſum.
1 cap. 40. verſ. Tertia enim neceſſaria eſt, Zacch. de ſociet. offic. num. 355. & alij. Mouentur ex eo quòd hodie officia non reddunt fructus ad rationem 12. pro quolibet centenario; ſed vix decem, & aliquando minus. Vndè ait Tolet. loco citato, quòd, ſi officia non fructificant, niſi octo, vel nouem pro centum, non poſſunt ſocij habere 12. & in hoc ait eſſe mirabile abuſum; quia ſemper exigunt 12. cùm iam officia multò minus reddant, & rariſſimè reddant 12. Nec excuſari huiuſmodi ſocios, eo quòd ſoleant poſt ſocietatem initam locare fructus ſuos officiali pro tali pretio. Id enim fictè agunt. Siquidem tempore locationis officia non reddunt 12. nec ſperantur reddere: & talis taxatio antiquitus fuit permiſſa; quoniam officia tunc temporis tot reddere ſolebant, & plura, & propter incertitudinem fructuum officij, & faſtidia computorum fructus ſolebant contrahentes taxare ad rationem 12. pro quolibet centenario ſingulis annis, vt patet ex formula inſtrumenti, quòd ſupra ad verbum retulimus q. 3. huius cap. in illis verbis, *& illa durãte facere participem dictum Paulum in fructibus ordinarijs, & extra ordinarijs dicti officii pro rata parte: quam partem propter incertitudinem fructuum dicti officij, & faſtidia computorum, quæ deſuper oriri, & eſſe poſſent, dictus Petrus conduxit ab eodem Paulo ad rationem ſcutorum 12. ſimilium pro quólibet centenario in anno, &c.*

Addit etiam Tolet. loco ſupra relato, quòd huiuſmodi ſocietatis cùm ſemper
2 fiant tantùm per ſex menſes, debeant pretia conſtitui, quæ probabilia ſint illius futuri temporis: nec locari debent pro toto fructu, qui ſperatur, ſed pro minori; nam incertum minus valet certo, ac præſenti: nec ad id cogi debet officialis. Imò cum iſta officia aliquã habeant induſtriam, ſine qua tantam fructuum quantitatem non ferrent, non poſſunt ſocii tantam partem percipere, quantam officialis, qui laborat, vltra ſortem ſuam. Et re vera Caſtrac. d. cap. 10. num. 7. hoc ipſum non obſcurè fateri videtur, quicquid deinde inferius dicat, dum ait, quòd talis mos, & vſus percipiendi fructus ad rationem 13. pro quolibet centenario in anno deberet tantum tolerari in ſocietatibus initis ſuper officijs, quorum fructus ordinarij, & extraordinarij ſunt incerti, & vt plurimum ad rationem 12. pro 100. fructificare ſolent, prout ſunt officia Cancellariæ, & alia eiuſmodi: & ita quoque intelligendum eſſe Boccac. putat Zacch. in ſuo tract. de ſociet. offic. num. 297. cum dub. ſeq. Nec Felic. loco citato, ſi rectè perpendatur, huic ſententiæ aduerſatur. Etenim quamuis certa quantitas lucri in ſocietatis contractu in pactum deduci non poſſit, nec taxari, vt in l. ſi non fuerit, ff. pro ſoc. Bald. conſ. 396. in fin. lib. 5. & Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 9. num. 6. nihilominus ſi taxatio veriſimilibus coniecturis conueniat quantitati taxatæ, valebit conuentio in vim pacti, vt habetur per Bald. in in l. ſi tibi, & ibi Purpur. ff. ſi cert. pet. Dec. in c. cum venerabilis, num. 14. ad fin. de except. Siquidem hac ratione Cagnol. in l. curabit, num. 31. C. de action. empt. Couar. lib. 3. var. reſolut. c. 1. verſ. Quinto: & c. 4. verſ. Septimo, & latè Pariſ. conſ. 60. num. 31. lib. 1. volunt, quòd circa materiam d. l. curabit, poteſt fieri taxatio fructuum à principio. Quocirca Caſtrac. ipſe d. c. 10. num. 13. et 17. excludit taxationẽ prædictam ad rationem 12. vt ſupra ſuper officiis, quorum fructus non ſolent reddere plus, aut minus 12. ſed ſunt certi, & vni-

formes, qui nunquam aſcēdūt ad rationem 12. pro centenario, vt ſunt officia Equitum Piorum, & Liliorum, & alia eiuſmodi.

Denique hęc ipſa ſententia probatur ex Rota Romana deciſ. 48. poſt dictum Zacch. tract. in vna Foroliuienſis ſocietatis, 13. Ianuat. 1614. num. 7. & ſeq. coram Reuerendiſs. Damaſceno ita ſe habente, *Neque etiam verum, quòd in officiis vacabilibus pars fructuum ſoluatur ſocio pro periculo vitæ: quia imò ſoluuntur ex eo; quia dicta officia ita conſueuernut reddere: & iſta ratio ſolet exprimi in illorum promiſſione, & taxatione: ea patet ex communi formula prædictarum ſocietatum; quæ etiam fuit ſeruata in propoſitu caſu, vbi promiſit facere participem fructuum dicti officii; ſed quia aliquando plures, aliquando pauciores, &c. reduxerunt ad ratam 12. pro centenario.*

Reſtat modo vt contraria euacuentur.

AD conſuetudinem dicemus, quòd licèt in ſocietatibus multum præ-
3 ualeat conſuetudo, vt ſæpè diximus; & præſertim in officiorum ſocietatibus, vt habetur ex Leonel. ſuper Bull. Pij IV. de ſociet. offic. in prin. verſ. Tertium, & Gloſ. 11. in fin. Zacch. eod. tract. num. 351. & extat Rota Romana deciſ. 31. nnm. 7. poſt eundem Zacc. tract. in vna Romana ſocietatis, 9. Maij, 1588. corā b. m. Gypſio; nihilominus conſuetudo in caſu, de quo agitur, non poteſt induci, cum ſit contra ius naturale, ac Diuinum, vt in c. quæ contra d. 8. eo quòd taxatio quando non reſpondet fructibus ſocietatis vſuraria eſt, & vt inquit Zacch. loco citato, num. 356. & 357. & colligitur etiam ex Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 10. ſub num. 17. At conſuetudo nihil operaretur, cum vſura ſit contra ius tum naturale, tum Diuinum, tum etiam Canonicum, vt in c. ſuper eo, c. conſuluit, & toto tit. de vſur. & in ſpecie ſocietatū Felic. de ſociet. cap. 18. num. 34. 35. & 36. Imò dato, quòd taxatio illa non eſſet vſuraria, cùm locatio fructuum ſit vltra eorum valorem, quando officium veriſimiliter non reddit ad rationem 12 pro centenario in anno, proculdubio illa taxatio eſt contra ius naturale, cùm ſit contra iuſtitiam commutatiuam, & ita contra illam maximam, *quod tibi non vis alteri ne feceris*. Et propterea conſuetudine licita reddi non poteſt, cùm contra ius naturale non inducatur conſuetudo, vt ſupra oſtendimus.

Ad periculum vitæ dantis pecunias ad ſocietatem, patet reſponſio ex ſupra relata deciſ. 48. num. 7. dum ibi fuerit reſolutum, quòd in officijs vacabilibus pars fructuum ad rationem 12. pro quolibet 100. in anno non ſoluitur ſocio pro periculo vitæ; ſed ſoluitur ex eo, quòd dicta officia ita conſueuerunt reddere, vt patet ex communi formula prædictarum ſocietatum, de qua in inſtrumento à nobis ad verbum relato ſupra q. 3. huius cap. Vndè ex dictis patet, quod ita demum conditio, de qua agitur, eſt iuſta, ſi tempore ſocietatis initæ fructus officiorum ſunt incerti, & vt plurimum ad rationem 12. pro centenario in anno, & quando plus fructus reddere ſoleant: aliàs ſi tempore celebrati contractus officiorum fructus ad dictam quantitatem non aſcenderent, nec probabiliter in futurum ad eam quantitatem, & maiorem peruenirent, illicita eſſet taxatio.

De ſeptima conditione ad ſocietatis officiorum contractum expoſtulata, nempè, *Vt officialis, qui pecunias accepit ad ſocietatem, lucrum ſoluat in principio ſemeſtris, & ſic anticipato.* §. VII.

An ſupradicta conditio iuſta eſſe cenſeatur. Q. I.

SVMMARIVM.

1 *Solutio lucri anticipatò eſt contra naturam ſocietatis.*

2 *Solutio*

2 *Solutio lucri anticipatò in ſocietate eſt iuri Diuino, ac naturali contraria.*

3 *Legatum annuum licèt debeatur in principio anni; ſi tamen eſt fructuum debetur tempore illorum recollectionis.*

4 *Solutio anticipata ſemeſtris in ſocietate tendit in iuſti pretii diminutionem.*

5 *Pactum, vt officialis in principio ſemeſtris, & ſic anticipato ſoluat fructus, eſt iuſtum.*

6 *Solutio ſemeſtris anticipata qualiter iuſtificetur.*

7 *Pactum de ſoluendo fructus ſemeſtris anticipatò licèt ſit contra naturam ſocietatis; non tamen eſſe contra ſocietatem officiorum ratio redditur.*

8 *Contractus naturalia, & ſubſtantialia inter ſe differunt.*

9 *Solutio penſionis, anticipatò ſi conſiſtat in pecunia non eſt contra naturam contractus: ſecus ſi conſiſtat in fructibus.*

10 *Solutio ſemeſtris anticipato in ſocietate non eſt contra iuſtitiam cùm compenſetur cum alia re, ſeu onere.*

IN hac re videtur prima fronte dicen-
1 dum, huiuſmodi conditionem eſſe
omninò iniquam. Probatur primo hæc
ſententia ex eo quòd ſolutio ſemeſtris
anticipatò eſt contra naturam ſocietatis;
in qua lucrum non percipitur in
principio; ſed tantum finita ſocietate:
ſiquidem non poteſt cognoſci, an in ſo-
cietate ſit lucrum, vel damnum: niſi prius
illis exitus expectetur, & reuiſis rationi-
bus, vt in l. Mutius, ff. pro ſoc. Petr. de
Vbal. de duob. fratr. par. 5. ſub num. 38.
Socc. conſ. 93. num. 15. lib. 7. cum alijs,
quos refert & ſequitur Felic. in ſuo tract.
de ſociet. cap. 15. num. 13. ſi igitur ſolu-
tio ſemeſtris anticipatò eſt contra na-
turam ſocietatis: ergo ſolutio huiuſmo-
di non ſolùm eſt iniuſta; ſed etiam reddit
contractum ſocietatis nullum, atque in-
ualidum, cùm pacta contra naturam
contractus, illum vitient, & annullent. Se-
cundò probatur, quia ſolutio hæc anti-
2 cipata iuri Diuino, ac naturali, & ipſi rei
naturæ videtur contraria: ſiquidem cum
natura pugnat colligere fructus ante-
quam à re ipſa producantur. Vndè lega-
tum annuum, licèt regulariter debeatur
in principio anni, vt in l. nec ſemel, ff.
quando dies leg. ced. nihilominus vbi le-
gatum annuum conſiſteret in fructibus,
vt quia eſſet tot modiorum frumenti ex
3 tali fundo, tunc non debetur in princi-
pio anni, ſed tempore, quo frumentum
recolligitur, vt in l. firmo, §. Pater ff. eod.
tit. citato, Bart. in l. ſi legatarius, §. cum
ita, ff. de legat. 3. Iaſ. in l. 1. in prin. col. 11.
ff. de iuſtit. & iur. Si igitur ſolutio hæc
anticipata eſt contra ius naturale; ac
Diuinum, proculdubio illicita eſt atque
iniqua. Tertiò anticipata ſemeſtris ſolu-
tio eſt contra iuſtitiam; eo quòd tendit
4 in iuſti pretii diminutionem. Etenim ob
hanc cauſam in cenſu conſignatiuo eſt
prohibita penſionum ſolutio anticipatò
facienda emptori cenſus per vendito-
rem, vt patet ex extrauag. Pij V. de for-
ma creandi cenſus: quoniam tanto mi-
nus pretij percipit cenſus venditor, quã-
to plus ante tempus ſoluit: nam ſicut
poſt præfinitum tempus ſoluens dicitur
minus debito ſoluere, vt in l. ſolidum,
ff. de ſolut. §. fideiuſſores, in Inſt. de fide-
iuſ. ita etiam plus dat, qui ante tempus
dat, §. plus autem, in Inſtit. de action. Vn-
dè ſocius, qui dat centum ad ſocietatem
officiali ſuper eius officijs, anticipata
ſemeſtris fructuum ſolutione, perinde
eſt, ac ſi officiali 94. tantum contuliſſet;
& tamen percipit fructus officio, ac ſi
centum ſoluiſſet. Eſt igitur anticipata
fructuum ſemeſtris ſolutio contra iuſti-
tiam, atque adeò iniuſta, & iniqua.

His tamen non obſtantibus, in con-
5 trarium eſt communis opinio, quam te-
net Boccac. de ſociet. offic. num. 38. Zac-
ch. eod. tract. num. 358. Azor. lib. 3. Inſt.
moral. par. 3. lib. 9. de ſociet. cap. 14. q.
vnica, Felic. de ſociet. cap. 41. nu. 21. Fil-
liuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q.
8. concl. 2. num. 124. & alij. Mouentur ex
eo quia pro ſemeſtri anticipatò ſoluto,
ſocius, qui pecuniam dedit officiali ex-
ponit eam totam perdendi periculo: ſi-
quidem ſi ſocius ipſe, aut perſona ab eo
nominata, cuius vitæ periculo ſtent pe-
cuniæ, durante ſocietate, decedat, officia-
lis pecunias acceptas ſuas ſibi facit. Vn-
dè huiuſmodi ſocietatis contractum
cum conditione, de qua agitur, ait To-
let. lib. 5. ſuæ ſum. cap. 40. verſ. Imò eſt
quarta conditio, non eſſe ſimplicem
ſocietatis contractum; ſed cum eo eſſe di-
mixtam ſortem, ſeu ſponſionem: Etenim
cùm officium pereat officialis deceſſu, &
de natura talis contractus deberent pe-
rire pecuniæ vtriuſque datæ, mixta fuit
ſors quædam ſimul cum ſocietate: ſiqui-
dem ſocius contrahit ſocietatem hanc
per ſex menſes dumtaxat, ea tamen lege,
vt ſi

vt ſi intra ipſos ſex menſes decedat ſocius, pars eius, quam ſupet officium habet, obueniat officiali: ſi verò prius officialis moriatur, quamuis officium pereat, habebit ſocius ab officialis hæredibus, ac fideiuſſoribus ſuam partem ſecuram, & ſic pecuniam, quam contulit. Hanc ſocietatem licitam eſſe ait Tolet. ibi: quoniam nullam facit in alterutro inæqualitatem. Vita enim incerta eſt: & ſicut ſocius lucratur ſua ſorte centum ex alterius morte, qui in officio moritur; ita officialis lucratur centum in officio ex alterius morte præcedente, plura, vel pauciora iuxta ſocij partem ſuper officium.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd æqualitas
6 hoc caſu non ſeruatur, cùm vltra compenſationem periculi cum periculo, ſocius accipit ſolutionem ſemeſtris anticipatò; quoniam reſpondetur, quòd hanc ſemeſtris ſolutionem anticipatò non recipit ex vi cõtractus ſocietatis; ſed vi contractus ſolutionis fructuum: nam ſupponimus officij fructus, vt plurimum reddere pluſquam ad rationem 12. pro quolibet centenario. Vndè cùm officialis ex hac locatione ſperet maius emolumentum percipere, non eſt mirum ſi ſemeſtre ſoluat anticipatò: quia non eſt contra naturam locationis, vt merces anticipatè ſoluatur, ſi id inter partes cõueniatur, vt latè Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 8. de locat. cap. 4. q. 6. pro qua re facit tex. in l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regul. iur.

Reſtat modo, vt ad contraria reſpondeamus.

AD primum dicimus, quòd quamuis
7 pactum de ſoluẽdo fructus ſemeſtris anticipatò ſit contra naturam contractus; nihilominus cùm fructus vi locationis ſint taxati ab initio in pecunia numerata ad rationem 12. pro quolibet centenario in anno; illud pactum non eſt contra eius ſubſtantiam; & propterea non vitiat contractum: ſiquidem quamuis apud Philoſophos naturales idem ſit ſubſtantia, & natura, vt habetur ex Guttier. pract. qq. lib. 2. cap. 126. nihilominus Morales Philoſophi volunt, quòd pactum contra ſubſtantiam contractus, ſit aliud à pacto contra eiuſdem naturam: ſiquidem ſubſtantia contractus eſt contrahentium diſpoſitio iuxta ea, quæ habentur per Bald. in l. 1. num. 4. C. de ſacroſ. Eccleſ. & latè Menoch. conſ. 37. nu. 4. & ſeq. lib. 1. per tex. in l. obligationum ſubſtantia, ff. de verb. obligat. vel ſubſtantia contractus appellatur id, ſine quo contractus ſubſiſtere non valet, vt per Gloſ. in l. pacta conuenta, ff. de contrah. empt. Menoch. loco citato, nu. 6. & Surd. conſ. 318. num. 26. in fin. Hinc ſequitur, quòd contractus emptionis, ac venditionis cùm non poſsit conſiſtere, niſi interueniant res, pretium, & conſenſus, vt in l. 1. & 2. & l. nec emptio, ff. de contrah. empt. hinc fit, vt illa tria ſint de ſubſtantia præfati contractus.

8 Natura verò contractus eſt qualitas innata ab initio celebrationis illius, ex qua virtus contractus oritur, & ſemper ineſſe cenſetur; niſi per pactum improprietur, vt per Surd. loco citato, num. 27. Vndè naturalia in contractu empt. & vendit. ſunt euictio, ſeu obligatio pro euictione rei, quæ venditur: ſiquidem venditor tenetur de euictione, etiam ſi eam non promittat, l. non dubitatur, C. de euict. Differunt autem inter ſe ſubſtantialia, & naturalia contractus in hoc, quòd contractus citra ipſius ſubſtantialia conſiſtere nequit, vt ſupra diximus: at contractus abſque eiuſdem naturalibus poteſt ſubſiſtere; ſicut emptio citra euictionem, cùm de partium conſenſu remitti poſsit, l. emptorẽ, §. fin. ff. de action. empt. & latè de hac re egimus in noſtris commentat. in extrauag. Pij V. de forma creandi cenſus, §. 3. q. 4. in ſolutione primi arg. In ſocietate igitur, quòd lucrum percipiatur in fine ſocietatis, non eſt de ſubſtantialibus talis contractus; ſed eſt tantùm de naturalibus: & ideò per pactum poteſt percipi non ſolùm in fine ſocietatis; ſed etiam in medio, & in principio, ſi conſiſtat in pecunia numerata, & fiat pactum de lucro certo pro incerto, vt in caſu, de quo agitur. Vndè ſi tale pactum liberè fiat, non eſt contra iuſtitiam, cùm quilibet ſit moderator, & arbitrer rei ſuæ, l. in re mandata, C. mand. & multò minus ſi compenſetur cum alia re, aut cum alio onere, ſupponimus in caſu noſtro: ſiquidem nos ſupponimus officia, ſuper quibus ſocietates celebrantur, vt plurimum reddere pluſquàm ad rationem 12. pro quolibet centenario: & propterea rectè ex hoc compenſatur

tur anticipata ſemeſtris ſolutio.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd aut
9 agitur de ſoluenda penſione aliqua conſiſtente in fructibus percipiendis ex aliquo fundo: aut de penſione ſoluenda in pecunia numerata. Solutio prioris penſionis anticipatò eſt contra naturam: nõ autem ſolutio poſterioris. Etenim legatum annuum conſiſtens in pecunia numerata, aut in alia re, & non in fructibus, debetur in principio anni, vt ſupra diximus.

Ad tertium reſpondetur diſtinguen-
10 do antecedens, quòd aut illa ſemeſtris anticipata ſolutio compenſatur cum alia re, aut onere, vel liberè datur: aut alia re vel onere non compenſatur, ſeu liberè datur. Primò caſu huiuſmodi anticipata ſemeſtris ſolutio non eſt contra iuſtitiã, vt ſupra diximus in reſp. 1. arg. quod ſupponimus in caſu, de quo agitur. Secundo verò caſu concedimus argumentum. Et re vera ad hoc vt in huiuſmodi contractu ſeruetur æqualitas non eſt ſatis, vt pecuniæ ad ſocietatem collatæ ſint ſuper periculo vitæ ſocij eas dantis, vt putant Farin. conſ. crim. 15. num. 4. lib. 1. Zacch. de ſociet. offic. num. 346. & alij, quos ſupra retulimus; quoniam huiuſmodi periculum compenſatur cum periculo vitæ officialis: quia ſicut ſocius ſi moriatur intra ſemeſtre, durante ſocietate, perdit pecunias; ita etiam ſi moriatur officialis perdit officium; & ſic eius hæredes tenentur ſocio reſtituere pecunias collatas, vt ſæpè diximus, & latè probat Zacch. loco citato, num. 365. Quò circa niſi anticipata ſemeſtris ſolutio fiat liberè, aut compenſetur alia re; nempè ſpe, quòd officium reddat pluſquàm ad rationem 12. pro centenario, aut alio onere, conditio de qua eſt controuerſia proculdubio claudicat, vt colligitur ex Tol. lib. 5. ſuæ ſum. cap. 40. verſ. Tertia enim neceſſaria eſt, dum ait, quòd iſtæ ſocietates cùm ſemper ſint tantùm per ſex menſes, debent pretia conſtitui, quæ probabilia ſint illius futuri temporis: & non debet lucrari pro toto fructu, qui ſperatur, ſed pro minori: nam incertum minus valet certo, ac præſenti, nec ad id cogi debet officialis. Et cùm officia eiuſmodi habeant aliquam induſtriam, ſine qua non producerent eam fructuum quantitatem; non poſſunt ſocij tantum partem recipere, quantam officialis: atque ideò ſi hæc omnia non ſeruentur in taxatione fructuum, & in ſolutione ſemeſtris anticipata, prædicta conditio non eſt iuſta.

Hæc quæ diximus confirmantur etiã ex ijs, quę reſoluta fuerunt deciſ. 48. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. in vna Foroliuien. ſocietatis, 13. Ianuar. 1614. coram Reuerendiſs. Damaſceno, ſub num. 10. ita ſe habente, *Altera perſona eſt ipſe officialis, qui aſſumit ſocium, & iſte non ſoluit 12. pro centenario propter periculum vitæ ſocij; ſed quia res, ſuper qua contrahitur ſocietas ita fructificat: ſocius verò verè compenſat periculum vitæ, quod currit cum officiali, &c.* Et paulo infra num. 13. ita ſe habet, *Quòd autem, vt ſupra dictum eſt, non poſſit fieri ſocietas officij ſuper ſolo periculo vitæ, probatur; quia tanquam ſocietas non poſſet ſuſtineri, ex quo deficit ſubiectum, vt neceſſarium in ſocietate, l. verùm, §. fin. ff. pro ſoc. Gabr. conſ. 63. num. 5. & 15. lib. 2. &c.* Et inferius, num. 17. *Non denique ſuſtinetur tanquam ſponſio, quia ſecundum hunc contractum pecunia amittenda propter euentum mortis non eſſet danda ab initio, ſed deberet quis accipere pretium ſponſionis, puta ſcuta 12. & ſe obligare ad 100. in caſum mortis iuxta tertiam ſpeciem ſponſionis, de qua per Stracch. poſt Caſtrac. tract. de ſponſion. par. 2. num. 4.*

An ſi officialis in principio ſemeſtris decedat, perfecta ſocietate, ſocius, qui pecunias contulit, fructus ſemeſtris anticipatò acceptos teneatur pro rata reſtituere? Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Nominato decedente, ſocius, qui fructus ſemeſtris percepit, licèt pecunias, quas contulit perdiderit, fructus tamen ſemeſtris perceptos non tenetur reſtituere:*

2 *Officialis ſi in principio ſemeſtris decedat, perfecta ſocietate, ſocius qui pecunias contulit, fructus ſemeſtris anticipatò acceptos tenetur pro rata reſtituere.*

In hac

1 IN hac difficultate videtur prima facie negariuè reſpondendum eſſe. Nam,vt diximus ſupra §.4.q.43.ex Boccac.de ſociet.offic.num.158. & alijs, decedente eo quem ſocius nominauerat, ipſe ſocius qui fructus ſemeſtris percepit,licèt pecunias, quas contulit, perdiderit; fructus tamen ſemeſtris perceptos reſtituere non tenetur: & id non alia ratione, niſi quia lucrum illud anticipatũ ſoluitur pro periculo, cui ſocius ſe exponit amittendi pecunias;ergo idem dicendum eſt in caſu, de quò agitur, cùm militer eadem ratio,arg.tex.in l.illiud,ff. ad leg.Aquil.

2 Contrarium tamen docet Azor. par. 3.Inſtit.moral. lib.9. de ſociet. cap. 16. verſ.Dubiæ quæſtionis eſt: ibi, An moriente.Mouetur ex eo,quod finita,ac diſſoluta ſocietate per mortem officialis, qui dedit pecunias eas amplius non habet periculo expoſitas: ergo ſi officialis infra vnum menſem v.g. poſt perfectam ſocietatem deceſſerit, qui pecunias contulit non poteſt fructus reliquorũ quinque menſium retinere: ſiquidem caret iuſto titulo quo retineat:& toto eo tempore eius pecuniæ non fuerunt apud officialis hæredes vi ſocietatis, atque ideò fuerunt citra vllum periculum.Hæc ſententia probabilis nobis videtur: verum eam limitandam eſſe puto, niſi hæredes fuerint in mora in reſtituendis pecunijs; & qui eas dedit paſſus fuerit aliquod intereſſe,aut aliquid fuerit ſtipulatus in pœnam, iuxta ea, quæ infra dicemus §.8.in explicatione 8.condit.

Ad contrarium reſpondetur, quòd in rigore argumentum conuincit propter identitatem rationis: verum prior caſus fundatur in conſuetudine Romanæ Curiæ; quæ non fuit inducta in caſu de quo agitur.

De octaua, & vltima conditione ad ſocietatem requiſita. videlicet, *Vt officialis ſoluat ſex pro centum in ſemeſtre in omnem euentum, etiam poſt ſolutam ſocietatem, donec reſtituat ſortem acceptam.* §. *VIII.*

An præfata conditio ſit iuſta. Q. vnica.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, vt officialis ſoluat ſex pro centum in ſemeſtre in omnem euetum, etiã poſt ſolutam ſocietatem, donec reſtituat ſortem accepcam, in ſocietatum officiorum inſtrumentis,paſſim fieri ſolet.*

2 *Pactum quòd quis ferat partem lucri, & nullam partem damni in ſocietate fieri poteſt.*

3 *Contractus ex partium conuentione legem accipiunt.*

4 *Pactum initum à locante equum cum conductore,vt periculum equi pertineat ad conductorem, valet, & ex tali locatione licèt percipitur merces.*

5 *Pactum, vt officialis ſoluat ſex pro centum in ſemeſtre in omnem euentum,etiã poſt ſolutam ſocietatem, donec reſtituat ſortem acceptam,eſt iniuſtum.*

6 *Societas tunc valida eſſe cenſetur quando lucrum,& damnum communicatur.*

7 *Pactum, vt officialis ſoluat ſex pro centum in ſemeſtre in omnem euentum, etiam ſoluta ſocietate, donec reſtituat ſortem licèt ſimpliciter ſumptum ſit iniuſtum; poteſt tamen iuſtificari in multis caſibus; nempè ratione intereſſe, vel in pœnam officialis.*

8 *Intereſſe ſi concurrant debitæ conditiones ſiue ſit lucri ceſſantis, ſiue damni emergentis,ſiue certum,vel incertum, ante, vel poſt moram percipi,& in pactum deduci poteſt.*

9 *Lucrum ex mutuo nomine pœnę perceptum eſt licitum.*

10 *Lucrum ad rationem 12. ſingulis annis in ſocietate officiorum conuentum nomine pœnæ etiam ſoluta ſocietate, donec ſors reſtituatur,debetur,ni pœna impoſita eſſet in fraudem vſurarum.*

11 *Creditor licèt peccet contra charitatem; deſiderando, debitorem incurri in pœnã conuentam;non tamen peccat contra iuſtitiam.*

12 *Pœna conuentionalis tunc debetur quando debitor eſt inculpa in ſoluendo debitum;aliàs non debetur.*

13 *Pactum quòd quis ferat partem lucri, & nullam damni tunc eſt iuſtum, quando*

compen-

compenſatur aliqua re, vel alio pacto.
14 *Papa eſt Dominus abſolutus in beneficialibus: & ideo poteſt reſeruare penſiones exemptas.*
15 *Contractus qualiter à contrahentium voluntate legem accipiat.*
16 *Periculum vitæ dantis pecuniam rectè compenſatur cum periculo vitæ officialis.*
17 *Pactum, quo aſſecuratur à conductore res locata, quo caſu ſubſiſtat.*

HAec conditio ex communi ſtylo,
1 ac conſuetudine in ſocietatum
officiorum inſtrumentis paſsim apponi conſueuit, vt patet ex communi formula inſtrumenti, quod ſupra ad verbum retulimus, q. 3. huius cap. in illis verbis, *Et fint libera, & exempta ab omni onere ordinario, & extraordinario, decima, ſubſidio, impoſitione, quauis auctoritate impoſitis, & imponendis, in euentum belli, peſtis, obitus Pontificis Concilii; etiam ipſo Domino Petro officium amittente, ſeu dimittente, & in quoſcunque alios caſus, & euentus, qui eſſe poſſent, cum pacto, quòd dicta ſcuta 12. ſimilia ſemper currant, & debeantur ad eandem rationem in omnes dictos euentus, & poſt finitam, ſeu diſdictam ſocietatem, vſque ad integram, & realem dictorum 200. ſcutorum reſtitutionem loco damnorum, & intereſſe, quæ ad tantundem dicti contrahentes exiſtimarunt, & taxarunt.*

In hac igitur difficultate pugnantes
2 extant opiniones. Nam prima ſententia fuit Boccac. de ſociet. offic. num. 20. & Caſtrac. eod. tract. cap. 9. ſub num. 8. exiſtimantium hanc conditionem licitam, ac iuſtam eſſe. Probant eorum ſententiã primò; quia in ſocietate poteſt fieri pactum, vt quis ferat partem lucri, & nullam partem damni, vt in l. Mutius, ff. pro ſoc. & §. de illa ſanè, in Inſtit. de ſociet. ergo valet pactum, vt illa ſcuta ſex habeat ſocius libera ab omni onere in omnem euentum, etiam poſt ſolutam ſocietatem, donec reſtituat ſortem acceptam. Secundò Papa poteſt penſionem liberam, & exemptam ab omni onere reſeruare alicui, vt probat Gigas de penſ. q. 59. num. 6. ergo, & contrahentes in ſocietate officiorum poſſunt conuentionem inire, vt illa ſex ſcuta in ſemeſtre ſoluantur libera ab omni onere, & in omnem euentum, &c. nam videtur par ratio
3 in vtroque caſu. Tertiò quia eſtò, quod hæc conuentio non valeat in vim ſocietatis, vt in l. ſi non fuerint, in prin. vbi Gloſ. ff. pro ſoc. valet tamen in vim pacti: nam contractus ex partium conuentione legem accipiunt, l. 1. §. ſi conueniat, ff. depoſ. l. contractus quidem, ff. de regul. iur. l. in emptionibus, ff. de pact. Quartò dans pecunias ad ſocietatem exponit ſe periculo perdendi eas ſi intra ſemeſtre decedat; ergò ratione periculi vitæ licitè poteſt illa ſex percipere libera ab omni onere, ac periculo, & in omnem euen-
4 tum, &c. Quintò valet pactum initum à locante equum, cum conductore, vt periculum equi pertineat ad conductorem, & ex tali locatione licitè percipitur merces: ergò eodem modo poſſunt percipi fructus à ſocietate in omnem euentum liberi ab omni onere, ac periculo. Denique finita ſocietate ſi non reſtituatur pecunia à ſocio collata, promittuntur fructus ad rationem 12. pro centenario in anno loco damnorum, & intereſſe, à contrahentibus tantundem æſtimatũ, & taxatum, vt patet ex formula dicti inſtrumenti, in illis verbis, *Et debeantur ad eandem rationem in omnes dictos euentus, ac poſt finitam, ſeu diſdictam ſocietatem vſque ad integram, & realem dictorum 200. ſcutorum reſtitutionem, loco damnorum, & intereſſe: quia ad tantundem dicti contrahentes æſtimarunt, & taxarunt.* At de iure intereſſe poſſe percipi, & in pactum deduci tam certum, ac taxatum, quàm incertum, tenent communiter Doctores in rub. & l. 2. ff. de ſent. quæ pro eo, quod, &c. D. Thom. & in eum latè Salon. 2. 2. q. 78. art. 2. contr. 8. & 9. Molin. de contract. diſp. 314. & 315. Tolet. lib. 5. ſuæ ſum. cap. 32. Couar. lib. 3. var. reſolut. cap. 4. Nauar. in Man. cap. 17. num. 11. & alij communiter: ergo ſi officialis finita ſocietate, non reddat pecunias ad ſocietatem collatas, licitè ratione damnorum, & intereſſe promittuntur illa 12. pro quolibet centenario in anno.

His tamen non obſtantibus, contra-
5 riam ſententiam puto veriorem eſſe, quam tenent Tol. lib. 5. ſuæ ſummæ, cap. 40. verſ. Adhuc tamen, Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 15. q. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 9. nu. 125. Zacch. de ſociet. offic. num. 307. & 362. cum plur. ſeq. & alij, dicentes, huiuſmodi conditionem ſimpliciter ſumptam eſſe illicitam; & propterea, vt fiat iuſta debet moderari, ac iuxta ſequentes limi-

Digitized by Google

tationes intelligi. Probatur primò, quia
finita ſocietate, pecunia apud officialem
remanet mutuata, & tanquam purum
mutuum: & propterea ex ea fructus
non debentur; quoniam ex mutuo ci-
tra vſuram percipi aliquid non poteſt,
vt in cap. conſuluit, & ibi Doctor. de
vſur. Secundò non alia ratione ſocie-
tates officiorum permittuntur, niſi quia
ſicut officialis exponitur periculo per-
dendi officium per eiuſdem mortem;
ita etiam exponitur periculo ſocius
perdendi pecuniam ad ſocietatem col-
latam, ſi durante ſocietate, ipſe, aut per-
ſona ab eo nominata moriatur. Etenim
6 ſocietas tunc valida eſſe cenſetur, quan-
do damnum, & lucrum communica-
tur, & vbi periculum non eſt commu-
ne ſocietas dici non poteſt, l. ſi non fue-
rint, in ptin. & §. fin. l. cum duobus, §.
ſagiuaria, ff. pro ſoc. At finita ſocietate,
qui dedit pecunias non exponitur pe-
riculo perdendi eas: ergò non poteſt
fieri pactum, vt etiam poſt diſdictam
ſocietatem, donec reddantur pecuniæ
ad ſocietatem collatæ, ſoluantur dicta
ſcuta ad rationem 12. pro quolibet cen-
tenario in anno: ſiquidem periculum
officij pertineret tantùm ad officialem,
non autem ad ſocium, qui pecunias
contulit, & ſuper officio implicatas ha-
bet. Confirmatur, quoniam poteſt da-
ri caſus, quòd officialis non percipiat
fructus ex officio, ex cauſa belli, peſtis,
vel ex alio accidenti, vel non recipiat
ſummam taxatam, nempè ad rationem
12. pro quolibet centenario in anno; &
nihilominus vi pacti ſocius citra vllum
periculum amittendi capitale recipe-
ret ſummam taxatam aliundè, quàm
ab officij fructibus: quod quidem illi-
citum eſt, ac vſurarium, cùm lucrum
illud ex mutuo perciperetur, & non
ex aliquo iuſto, ac rationabili contra-
ctu. Etenim vt contractus ſocietaris of-
ficiorum ſit licitus, ac vt citra pericu-
lum animæ celebrari valeat, exigitur,
vt ille qui dat pecuniam ad ſocietatem
ſuper officijs, ita demum ſummam ta-
xatam percipiat, ſi officium fructus
proportionatos ſummæ taxatæ pariat:
aliàs ſi officialis ex officio fructus non
perciperet, vel non totam eorum
quantitatem, quam promiſit, & fructus
percipere non poſſet, vel quantitatem
ei promiſſam reducere ad illam ſum-
mam, quam verè officialis ex officio
percepit, vt patet ex ijs, quæ habentur
per Bald. conſ. 396. lib. 5. & Caſtrac. de
ſociet. offic. cap. 9. num. 3. & ex ijs, quæ
ſupra adnotauimus §. 2. per totum. De-
nique non poteſt ſubſiſtere conditio,
de qua agitur, ratione damnorum, &
intereſſe, vt in formula inſtrumenti aſ-
ſeritur: quia intereſſe non ſemper pa-
titur, qui pecunias ad ſocietatem con-
tulit: vel ſi patiatur, non patitur tot in-
tereſſe, ac damna, quorum ratione taxa-
tam ſummam ad rationem 12. pro cen-
tenario in anno ſtipulatur. Eſt igitur
illicita prædicta conditio. Et ita fuit
deciſum per Rotam Rom. deciſ. 35. poſt
Zacch. tract. in vna Romana ſocietatis,
15. Maij 1578. coram b.m. Cardin. Blan-
chetto. cuius tenor eſt, qui ſequitur,
*Fuit reſolutum non deberi fructus pecu-
niarum N. Leonis poſt diſdictam: ex pa-
cto enim non deberentur, quia illicitũ, ut
fuit reſolutum in cauſis Rom. duorũ milliũ,
& Romana ſocietatis coram R.P.D. meo
Cotta, & R.P.D. meo Lancelotto. Minus
etiam loco damnorum, & intereſſe lucri
ceſſantis, iuxta deciſ. 108. Mobed. &c.*

Eſt tamen verum quòd licèt ſupra-
7 dicta conditio ſimpliciter ſumpta ſit il-
licita; nihilominus in ſequentibus caſi-
bus poterit licita eſſe. Horum primus
caſus eſt, vbi veriſimile eſſet, ſocium
paſſurum fore intereſſe conuentum; ita
vt ſi pecunia ſibi tempore debito reddi-
ta fuerit, poſſet lucrari tantundem, nem-
pè ad rationem 12. prò 100. periculum
ſortis, tunc illa 12. loco damnorum, &
intereſſe licitè percipere poſſet, vt rectè
ait Filliuc. loco citato. Etenim intereſſe
ſi concurrant debitæ conditiones, ſiue ſit
8 lucri ceſſantis, ſiue damni emergentis,
ſiue certum, vel incertum, ante, vel poſt
moram, percipi, ſtipulari, & in pactum
deduci poſſe, latè probat Salon. 2.2.
q. 78. contr. 8. & 9. Molina, & alij, quos
ſupra retulimus. Verùm tamen eſt,
quòd ſi officialis efficiatur impotens
ad reſtituendas pecunias, quas recepit,
finita ſocietate, non tenetur nec ratio-
ne intereſſe dictam ſummam taxatam
ſoluere. Nam licèt ratione moræ in
reſtituendo mutuo debeatur intereſſe
lucri ceſſantis, vel damni emergentis;
nihilominus ſi mutuatarius citra om-
nem eius culpam mutuum præfixo die
non reſtituerit, vt quia incendio res ſuæ
fuerint combuſtæ, aut in captiuita-
tem redactus: vel in tantam inopiam
deuene-

deuenerit, vt non poſsit mutuum reddere, quin ſe conijciat in extremam, vel grauem neceſsitatē, ad intereſſe non tenetur, vt rectè declarat Leſſ. lib. 2. de Iuſtit. & iur. cap. 20. dub. 10. num. 69. & 70. & latius Salon. 2. 2. q. 78. art. 2. contr. 8. à num. 17. vſque in fin. & contr. 10. num. 4. & ſeq. ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, cùm ſimiliter eadē ratio, argum. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Secundus caſus eſt, vbi ſumma taxa-
9 ta in caſu, de quo agitur, ſtipulatur in pœnam officialis, non reſtituentis pecunias collatas, finita ſocietate, atque adeò præfinito, ac debito tempore: ſiquidem lucrum ex mutuo nomine pœnæ conuentæ perceptum, eſt licitum, & nullo pacto vſurarium dici poteſt, vt per Scot. in 4. d. 15. q. 2. Med. q. 3. de vſura, §. quarta cauſa, Syl. in ver. vſura, num. 28. Nauar. in Man. cap. 17. num. 215. Salon. 2. 2. q. 78. art. 2. contr. 11. concluſ. 2. Leſſ. lib. 2. de Iuſtit. & iur. cap. 20. dub. 15. & in ſpecie Tolet. lib. 5. ſuæ ſum. cap. 40. verſ. Primo ex parte intentionis: & verſ. Secundo etiam ex eo. Quæ quidem pœna conuentionalis exigi poteſt etiam ſi nulla eſſet ratio intereſſe ex parte exigentis: quoniam debitor, qui eſt in mora peccat contra iuſtitiam, retinendo debitum, & propterea eſt dignus pœna citra vllum intereſſe, vt per Salon. & alios Doctor. ſupra citatos: qui volunt ita demum deberi huiuſmodi pœnam, ſi petatur: aliàs debitor non teneretur perſoluere. Etenim in omnibus contractibus apponuntur huiuſmodi pœnæ, & non exiguntur ab honeſtis maximè perſonis, vbi nullum patiuntur intereſſe, ad quod facit tex. in cap. ſuam, de pœn. & id, quod ait Felin. in cap. 1. num. 43. vbi etiam Dec. num. 2. de conſtit. dum docent, quod quando contrahentes vi pacti volunt teneri debitorem moroſum ad ſoluendam pœnam ipſo facto, etiam ſi non exigatur, intelligendi ſunt de pœna, quæ imponitur ſolum in compenſationem alicuius intereſſe. Hoc idem tenet Nauar. in Man. c. 23. n. 67. & latè Salon. loco citato, còcl. 3. & 4.

Eſt tamen verum, quod tunc ſumma
10 illa ad rationem 12. ſcutorum, &c. deberetur, quando impoſita non eſſet in fraudem vſurarum, vt rectè inquit Tolet. loco ſupra relato; atque adeo non alia ratione prædicta pœna fuerit conſtituta, quàm vt ſocius recuperare poſsit ſuas pecunias ab officiali ſtatuto tempore: cum autem intentio non eſt huiuſmodi; ſed potius recipiendi aliquid vltra ſortem, vſura erit mentalis: quod colligitur cùm ſocius vult officialem eſſe potius in mora, vt pœnam illam exigat, quàm vt determinato tempore pecunias debitas exoluat, vt per Tolet. ibi: aut pœna ita imponeretur, vt per ſingulos menſes, & annos ſolueretur ab ipſo officiali moroſo, iuxta ea, quę habētur ex Scot. in 4. d. 15. q. 2. art. 2. Conrad. de còtract. q. 31. Nauar. in Man. c. 17. n. 215. Salon. 2. 2. q. 78. ar. 2. còtr. 11. n. 2. 3.

Et quamuis Leſſ. lib. 2. de Iuſtit. &
11 iur. cap. 20. dub. 15. ſub num. 129. velit, quòd ſi conſtituta iam pœna creditor optet debitorem in eam incurri, licèt peccet contra charitatem, optando peccatum proximi ob ſuum commodum;
2 non tamen peccat contra iuſtitiam: nec inde fit, vt exactio pœnæ ſit iniuſta; nihilominus Nauar. & Salon. locis citatis, non probatur. Etenim, qui mallet debitorem eſſe in mora, vt pœnam conuentam incurreret; quàm vt ſolueret in termino: aut per ſingulos annos, vel menſes vellet illum teneri ad pœnam; non tam in pœnam moræ, & punitionem culpæ, cenſendus eſt illud optare, vt lucrum vltra ſortem. Sicut Iudex cupiens delicta committi, quæ pœnis pecuniarijs puniuntur, vt illas recipiat; non tam cenſendus eſt punitionem delictorum optare, quàm lucrum ex officio. Ideo dicendum eſt ſi ſocius, qui pœnam fuit ſtipulatus, ſciat probabiliter officialem non valiturum pecùnias reſtituere præfinito tempore: ſiquidem hoc caſu vſurarius eſſet cenſendus: nam clarè conuincitur dictam pœnam ſtipulari in fraudem vſurarum, & non vt debitor ſit diligentior in reſtituendo debitum, vt habetur ex eodem Tolet. lib. 5. ſuæ ſum. c. 32. & Salon. loc. citat. ſub n. 3.

Imò pœnam conuentionalem tunc
12 creditor poteſt exigere, quando debitor eſt in culpa in ſoluendo debitum ſtatuto tempore: ſecus ſi non ſit in culpa, vt quia ſit factus impotens ad ſoluendum: nam pœna debet exigi ratione culpæ, vt per Tolet. d. cap. 32. & Nauar. d. cap. 17. num. 215. Vndè idem Tolet. d. cap. 40. verſ. Secundò etiam ex eo, loquens in terminis caſus noſtri, ait, quòd ex eo quod officialis ſæpè non poteſt reddere tunc citra culpam ſuam, pœna non eſt

exigenda ab eo, qui non habet. Vndè reddat abſque culpa ſua. Dixi, *abſque culpa ſua*. quia ſi culpa ſua factus eſt impotens, non excuſatur à pœna: quoniam tunc non ſoluere eſt culpabile volitum in cauſa culpabili: vt ſi aleis, luxu, & commeſſationibus ſubſtantiam ſuam deuorauerit: ſecus autem ſi talis fructus ſit, & nullo modo aduertit, vt patet ex ijs, quæ tradidit Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 20. dub. 15. num. 132.

Reſtat modo, vt ad argumenta reſpondeamus.

AD primũ dicimus, quòd quicquid
13 ſit de l. Mutius, & alijs iuribus,
pactum illud tunc erit iuſtum, quando erit compenſatum cum maiori parte lucri, aut alia re iuxta, ea, quæ ſupra adnotauimus cap. 4. q. 5. & 6.

Ad ſecundum negatur conſequentia:
14 quia Papa eſt Dominus abſolutus in beneficialibus, & ideò poteſt reſeruare penſiones exemptas: at contrahentes nõ poſſunt in caſu de quo agitur, quòd rata taxata ſit excempta; cùm ſub hoc colore de facili vſura committatur, vt rectè reſpondet Zacch. de ſociet. offic. ſub num. 368.

Ad tertium negatur etiam conſequen-
15 tia, ſi ratione talis pacti non fiat compenſatio in alia re: aut ſumma illa taxata recipiatur ratione iuſti intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis, aut ratione pœnæ iuxta ea, quæ ſupra aduotauimus.

Ad quartum negatur pariter conſe-
16 quentia: ſiquidem periculum vitę dantis pecuniam rectè compenſatur cum periculo vitæ officialis: quoniam ſicut pecuniam conferens exponitur periculo eam amittendi, ſi moriatur, durante ſocietate; ita etiam officialis ſi moriatur, exponitur periculo perdendi officium: & propterea aliud onus non eſt imponendum periculo vitæ dantis pecuniam, vt rectè reſpondet Zacch. loco citato, num. 365. & Rota Romana deciſ. 38. num. 11. poſt eundem Zacch. tract. in vna Foroliuien. ſocietatis, 13. Ianuar. 1614. coram Reuerendiſs. Damaſceno.

Ad quintum reſpondet Zacch. loco
17 citato, num. 369. quòd in locatione non eſt periculum vſuræ, ſicut in caſu, de quo agitur. Vel reſpondetur, quòd antecedẽs eſt verum, quando periculum illud rei locatæ, quod ſuſcipit conductor, compenſatur in mercede, aut in alia re: aliàs tale pactum non eſſet iuſtum.

Ad vltimum concedimus ſummam taxatam percipi poſſe ratione intereſſe, ſi veriſimile ſit, & concurrant aliæ conditiones, de quibus ſupra egimus.

Finis Libri ſecundi.

LEO-

Digitized by Google

LEONARDI DVARDI ORDINIS CLERICORVM REGVLARIVM PRESBYTERI.

TRACTATVS DE SOCIETATIBVS

LIBER III.

In quo agitur de diſſolutione, ſeu diſdicta ſocietatis.

TRACTAVIMVS in primo huius operis libro de ſocietatis definitione, in quo nonnulla egimus, ad totius tractatus generalem intelligentiam pertinentia: & in ſecundo libro de eiuſdem diuiſione, ac ſpecialiter de ſocietate omnium bonorum ſimpliciter: omnium bonorum ad quæſtum: & omnium bonorum inter virum, & vxorem, prout fieri conſueuit in Hiſpaniarum Regnis. Nec non de particularibus ſocietatibus, negotiationis ſcilicèt: animalium: & officiorum Romanæ Curiæ, & qualiter conſtituantur ſufficienter oſtendimus: modo pro totius eiuſdem tractatus complemento reſtabat videndum de ſocietatis ſolutione, diſdicta, ſeu extinctione; meritò igitur, ac competenri ordine de hac re in hoc tertio libro duximus diſcutiendum; in quo etiam nonnulla tractabimus, rationes à ſociis reddendas, & bonorum communium diuiſionem concernentia.

Quot modis diſſoluatur ſocietas. Cap. 1. Q. vnica.

SVMMARIVM.

1 *Societas quot modis diſſoluatur, oſtenditur*

AD huius rei determinationem eſt adnot. quòd quamuis in l. ſocietatem, §. diſſociamur, ff. pro ſoc. habea-
1 tur, quòd ſocietas quatuor modis diſſoluitur; renunciatione ſcilicet, morte, capitis diminitione, & egeſtate: & in l. verum, §. ſocietas, ff. eod. decernatur pariter quatuor modis ſocietatem ipſam ſimiliter ſolui, nempè ex perſonis, ex rebus, ex voluntate, & ex actione: nihilominus non ob id ſocietas ipſa dicitur octo modis diſſolui; ſed re vera quatuor tantùm modis diſſoluitur. Etenim modi ſupra enumerati in d. l. verùm, §. ſocietas includuntur ſub modis recenſitis in d. l. ſocietatem, §. diſſociamur, ff. pro ſoc. & modi, qui enumerantur in d. §. diſſociamur, virtute continentur ſub modis in ipſo §. ſocietas, enumeratis. Siquidem Modeſtin. iuriſc. dum in d. §. diſſociamur, decernit, ſocietatem diſſolui renunciatione, idem denotat, quod inquit Vlp. in d. §. ſocietas, dum vult, ſocietatem diſſolui voluntate, in illis verbis, *voluntate diſtrahitur ſocietas, renunciatione.* Et quia renunciatio diuiditur in expreſſam, & tacitam: prior fit voluntate expreſſa, atque adeò expreſſo diſſenſu, vt in l. actione, §. diximus, ff. pro ſoc. poſterior verò fit voluntate tacita; nempè actionibus diſſociatiuis, nouatione ſcilicet, actione pro ſocio, &c. vt in d. l. actione, & ibi Gloſ. Et ſic dū Vlp. definiuit in d. §. ſocietas, ſocietatem diſtrahi actione, idē ſibi vult, quòd Modeſt.

Modeſt. in d. §. diſſociamur, dum ait, ſocietatem diſſolui renunciatione: quia poteſt diſtrahi non ſolùm renunciatione expreſſa; verum etiam tacita, & ſic actione diſſociatiua. Præterea Modeſt. in §. diſſociamur, decernit, ſocietatem diſſociari ex perſonis, vt conſtat ex illis verbis, *Ideoque ſiue homines, ſiue res, ſiue voluntas, ſiue actio interierit, diſtrahitur ſocietas*. Rurſus Modeſt. ait in §. diſſociamur, ſocietatem diſſolui capitis diminutione: & Vlp. quoque in §. ſocietas, hoc ipſum fatetur, in illis verbis, *intereunt autem homines quidem, maxima, aut media capitis diminutione, aut morte*. Denique Modeſt. in §. diſſociamur, definiuit ſocietatem poſſe etiam extingui egeſtate: quod quidem Vlp. in §. ſocietas non obſcurè inſinuauit, dicens ſocietatem extingui ex rebus, vt in d. l. verùm, §. res verò. Imò ſi res ipſa perpendatur, ſocietas non aliter extinguitur, quàm morte, vt colligitur ex d. §. ſocietas, cuius verba ſunt, quæ ſequuntur, *ſocietas ſoluitur ex perſonis, ex rebus, ex voluntate, ex actione: ideoque ſiue homines, ſiue res, ſiue voluntas, ſiue actio interierit, diſtrahi videtur ſocietas*. Ex quo tex. clariſſimè patet, quod ſolo interitu ſocietas diſſoluitur. Nos autem Vlp. iuriſc. verba proſequentes, tanquam modos quibus ſocietas extinguatur vberius explicantia, videbimus primò qualiter ſocietas diſſoluatur ex perſonis: Secundò qualiter extinguatur ex rebus: tertiò qualiter extinguatur voluntate: & denique quomodo dirimatur actione.

De ſocietate qualiter diſſoluatur ex perſonis. Caput Secundum:

SVMMARIVM.

1 *Societas ex perſonis dirimitur morte naturali, vel ciuili, maxima ſcilicet, aut media capitis diminutione.*

CVm ex perſonis duplici ſociorum interitu; morte ſcilicet, & capitis diminutione maximè, aut media ſo-
1 cietatem dirimi Vlp. definierit in l. verù, §. ſocietas. ff. pro ſoc. idcircò antequam ad vlteriora progrediamur, videndum eſt, quid per mortem intelligat Iuriſc. & quid per capitis diminutionem maximam, & mediam. Et quidem vt ab hac re paucis expediamur, dicimus, quod per mortem Iuriſc. intelligit mortem naturalem: & per capitis diminutionem maximam, & mediam intelligit mortẽ ciuilem; quod quidem, vt facilius percipiatur per ſequentes quæſtiones de vtraque morte latius diſcutiemus.

Quænam dicatur mors naturalis. Q. I.

SVMMARIVM.

1 *Mors naturalis poteſt conſiderari dupliciter, primò vt diſtinguitur à morte violenta, ſecundò vt diſtinguitur à ciuili.*
2 *Morte naturali mori quiſnam dicatur, prout mors naturalis diſtinguitur à violenta.*
3 *Infirmitas eſt habitus cuiuſcunque corporis contra naturam.*
4 *Mors violenta prout diſtinguitur à naturali quænam ſit.*
5 *Mors naturalis prout diſtinguitur à Ciuili, quænam ſit.*

AD hanc difficultatem reſpondetur, quòd mors naturalis poteſt conſi-
1 derari dupliciter. Primò vt diſtinguitur à morte violenta: Secundò, vt diſtinguitur à ciuili. Priori modo conſiderata, mors naturalis dicitur, qua cauſatur ſeparatio animæ à corpore per nocumentum intrinſecum, vt colligitur ex Phyloſopho lib. de vita, & morte, quem refert Gugliel. de Benedic. in c. Raynuntius, in verſ. Mortuo itaque teſtatore,
2 num. 13. & 15. de teſtam. & Bald. in c. 1. quibus mod. feud. amit. Vndè mortuus morte naturali dicitur, qui moritur ex febri, ex peſte, ex ſenectute, & à quocunque alio nocumento ab intrinſeco proueniente, Tiraq. de Nobil. cap. 31. nu. 367. Quocirca morte naturali mori cenſetur, qui propter nimiam lætitiam, aut dolorem, & cordis triſtitiam moritur, vt habetur ex Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 18. num. 7. Et denique ille dicitur decedere morte naturali, qui citra factum alterius moritur: vel ſi aliquod adfuit factum, non fuit ea intentione actum; atque adeò moriens in partu dicitur

tur quoque mortua morte naturali, vt
per Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit. ex-
penſ. Siquidem mulier prægnans valetu-
dinaria appellatur, vt in l. §. ſed ſi non
propter, ff. ſi quis caut. Quæ quidem
ratio non probatur: quoniam infirmitas
3 eſt habitus cuiuſcunque corporis contra
naturam, l. 1. §. Sed ſecundum, ff. de edil.
edic. qui tamen habitus contra naturam
non ineſt mulieri grauidæ, cùm mulieres
ad id natæ ſint, vt pariant, l. quæritur, §.
1. ff. de edil. edic. c. pudor, 32. q. 5. vt
rectè aduertit Felin. in c. quoniam, num.
6. de teſtib. vndè mortua in partu, aut
non dicitur mortua morte naturali: vel
ſi eſt mortua morte naturali, talis nun-
cupatur, quia deceſſit morte ſibi cauſa-
ta à nocumento intrinſeco, nempè à par
tu, ſeu à doloribus partus. Nec mors
improuiſa, repentina, & ſubitanea ſe ſo-
la efficere poteſt, quin dicatur naturalis,
iuxta illud Eccl. cap. 9. *Neſcit homo fi-
nem ſuum; & ſicut capiuntur piſces hamo,
& aues laqueo, ſic capiuntur homines in
tempore malo.* Hinc mors appellatur
caſus fortuitus ob diei incertitudinem,
cùm nihil certius morte, & nihil incer-
tius hora eius, l. fin. in prin. C. de iur.
dot. atque ideò Bald. in l. 1. in fin. C. qui
non poſ. ad liber. peruen. ait, fortuitum
eſt præcedere; naturale autem decedere.
Ex his etiam patet, quænam ſit mors
violenta, prout diſtinguitur à naturali;
4 eſt enim ſeparatio animæ à corpore, ab
extrinſeco nocumento proueniens; at-
que adeò ab alio, occiſus, præcipitatus,
laqueo ſuſpenſus, combuſtus, aquis ſub-
merſus, & alij huiuſmodi dicuntur mor-
tui morte violenta. Quòd ſi poſteriori
5 modo conſideratur mors naturale, nem-
pè prout diſtinguitur à morte ciuili,
mors violenta cauſata à nocumento ex-
trinſeco appelletur quoque mors natu-
ralis: ſiquidem mors dicitur, quoties
anima ſeparatur à corpore, l. ſi mater,
ibi, vel aliter defunctus, C. de inſtit. &
ſubſt. at per mortem violentam non mi-
nus ſeparatur anima à corpore, quàm
per mortem naturalem: ad quod facit
tex. in l. inter, in prin. ff. de cond. & de-
monſtr. vbi ſi dicatur, lego Titio centum,
ſi moriatur, legatum eſt parum: quod ta-
men non eſſet ſi teſtator intelligeret tan-
tùm de morte naturali, prout diſtingui-
tur à violenta, & non de naturali, vt
comprehenditur etiam violentam, & di-
ſtinguitur à ciuili, vt rectè aduertit Bald.
conſ. 8. lib. 4. & Afflict. in conſt. Regn.
Neap. lib. 1. rub. 75. in Addit. Sic etiam
ſi Titius ſtipuletur à Sempronio centum
cùm Meuius moriatur, erit locus ſtipu-
lationi, etiam ſi Meuius fuerit occiſus,
vt habetur ex Auth. in clem. 1. de pœnit.
& remiſ. Datur denique mors naturalis
prout diſtinguitur à ſpirituali, quæ mors
eſt excommunicatio, c. per venerabilem,
vbi Panor. qui fil. ſint legit. c. 1. de ho-
mic. c. 1. de furt.

Quænam dicatur mors Ciuilis. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Ciuilis mors duplex, voluntaria ſcilicèt, & neceſſaria.*
2 *Monachus dicitur mortuus in mundo, cui non poteſt Rom. Pontifex reſtituere circa rationabilem cauſam.*
3 *Mors ciuilis neceſſaria quænam, & quomodo differat à voluntaria.*
4 *Bannitus dicitur ciuiliter mortuus.*
5 *Deportatio non ſucceſſit loco interdictionis aquæ, & ignis.*

AD huius rei determinationem eſt
adnot. quod mors ciuilis eſt du-
1 plex: altera voluntaria, ac meritoria:
altera verò neceſſaria. Priorē mortem
dicitur ſubire, qui Religionem aliquam
à S. A. approbatam ingreditur; & profi-
tetur. Etenim Monachus dicitur mor-
tuus in mundo, vt in c. placuit, 16. q. 1.
2 & l. Deo nobis, C. de Epiſc. & cler. quod
adeò verum eſt, vt Rom. Pontifex citra
rationabilem cauſam non poſſit eum
mundo reſtituere, vt dicit Io. Andr. in c.
ſemel Deo, de regul. iur. in 6. & Socc. in
l. Gallus, §. Et quid ſi tantùm, ff. de lib.
& poſtum. Poſteriorem autem mor-
tem dicitur pati, quando à Iudice alicui
propter crimen aliquod infertur maxi-
ma, vel media capitis diminutio. Dici-
tur maxima capitis diminutio, cùm per-
3 ſonæ ſtatus mutatur, vt cùm quis liber-
tatem, ac Ciuitatem amittit, atque adeò
pœnæ ſeruus efficitur, vt cùm quis con-
demnatur ad metallum fodiendum, vel
ad opus metalli, l. quidam, l. in metal-
lum, ff. de pœn. cuius loco hodie ſucceſ-
ſit pœna triremium, vt ait Capy. deciſ.
153. & Carrer. in ſua pract. crim. fol. 167.
num.

Digitized by Google

num. 121. Item amittit Ciuitatem, & libertatem, qui ad pretium participandum venundari paſſus eſt: aut libertus ingratitudinis vitium erga patronum commiſit. Vt in §. maxima, in Inſtit. de capit.dimin. Media verò capitis diminutio ea eſt.qua Ciuitas tantùm amittitur,libertate retenta: quod accidit ei, qui in inſulam deportatur,aut cui interdicitur aqua, & ignis,vt in §. minor, in Inſt. eod. tit.

Et quamuis aliqui velint loco pœnæ interdictionis aquæ, & ignis ſucceſſiſſe
4 depoſitionem; nihilominus probabilior nobis videtur ſententia eorum, qui putant loco illius pœnæ ſucceſſiſſe bãnum: nam Bannitus dicitur ciuiliter mortuus, & pro mortuo habetur,vt iu §. relegati, in Inſtit. quib. mod. patr. poteſt. ſolu. l. 1. C. de hæred. inſtit. Bald. conſ. 27.lib. 4. & id multò magis verum eſt, quando Bannitus impunè offendi poteſt, vt latè habetur per Alex.conſ.26.lib.1.num.15.
5 Quòd autem loco pœnæ interdictionis aquæ,&ignis non ſucceſſerit deportatio, patet ex tex. in d. §. minor, & Inſt. de capit. dimin. vbi pœna deportatationis vſu erat eo tempore, & diſtinctam eſſe ait pœnam interdictionis aquæ, & ignis, ac deportationis, inquiens, mediam capitis diminutionem eſſe, quia Ciuitas tantùm amittitur, retenta libertate: quod accidit ei, cui aqua, & ignis interdicitur, vel ei, qui in inſulam depottatus eſt. Relegatus verò in aliquem locum licèt mediã capitis dimiuutionem pati propriè non dicatur, vt in l. capitalium, §. cætera pœna, ff. de poen. nihilominus quia Ciuitatem amittit, retenta libertate,huiuſmodi pœna eſt valdè ſimilis quoque pœna interdictionis aquæ, & ignis, & in locum illius hodie ſucceſſiſſe meritò dici poteſt. Hinc relegatum, peregrinum appellat Iuriſc. in l. ſed & ſi ſub conditione, §. ſolemus, ff. de hæred. inſtit. Et alium hominem eſſe inquit tex. in l. ex facto, ff. ad Trebel.& propterea relegatus inter mortuos ciuiliter meritò connumeratur.

An ſocietas diſſoluatur morte naturali prout diſtinguitur à violenta, vel prout diſtinguitur à ciuili Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Societas dirimitur morte naturali, prout diſtinguitur à Ciuili.*
2 *Societas diſſoluitur morte naturali, prout diſtinguitur à ciuili, ſiue omnes ſocij moriantur, ſiue vnus tantùm.*
3 *Societas non tranſit in hæredes defuncti ſocij.*
4 *Societas non tranſit ad hæredes defuncti, etiam ſi inter ſocios fuerit conuentum vt ad hæredes tranſeat.*
5 *Societas adeò dirimitur morte, vt hæredum facta mentione in contrahendo, non ſocietas, ſed alius contractus præſumatur initus.*
6 *Beneplacitum durat vſque ad mortem, niſi expreſsè fuerit à partibus reuocatũ.*
7 *Voluntas ſemper præſumi durare, niſi expreſsè reuocetur.*
8 *Beneplacitum durat, cùm non reuocatur per diſdictam.*
9 *Societas morte diſſoluitur non ſolùm quoad defuncti; ſed etiam quoad ſocios ſuperſtites.*
10 *Societas adeò morte dirimitur, vt non diſtinguatur, an in perpetuum contracta ſit, vel ad certum tempus.*
11 *Societas morte diſſoluitur ſiue ſocij extranei ſint, ſiue fratres.*
22 *Societas adeò morte vnius ex ſociis dirimitur, vt ad eam diſſoluendam non exigatur intimatio mortis ſocii.*
13 *Societas omnes morte diſſoluuntur.*
14 *Societas licèt morte vnius ex ſociis diſſoluatur, & tranſeat ad hæredes defuncti, ea tamen, quæ ante mortem capta fuerit, tenetur hæres loco defuncti continere, & perficere.*

AD hanc difficultatem reſpondetur breuiter, ſocietatem dirimi morte
1 naturali prout diſtinguitur à ciuili, non autem vt diſtinguitur à violenta: atqueideò ſiue vnus, vel alter ex ſocijs moriatur morte naturali à nocumento intrinſeco; ſiue morte violenta, & ſic à nocumento

mento extrinſeco, diſſoluitur ſocietas: quoniam mors, per quam fit ſeparatio animæ a corpore, omnia ſoluit, §. deinceps, in auth. de nupt. Late Tuſch. ver. ſocietas, concl. 306. ſub num. 1. Ad hoc facit tex. in l. verùm, §. ſocietas, ff. pro ſoc. dum ait, ſocietatem diſſociari morte, & capitis diminutione: ergo Iuriſc. loquitur de morte naturali, quatenus comprehendit etiam violentam, & diſtinguitur à ciuili, cũ capitis diminutio dicatur mors ciuilis, vt ſupra oſtendimus, q. præced. Confirmatur, quia Iuriſc. ſimpliciter ait, ſocietatem diſſociari morte; ergo intelligitur de morte naturali, vt comprahendit etiam violentam, & diſtinguitur à ciuili; atque adeò ſocietas ſociorũ morte dirimitur, ſiue naturalis ſit, ſiue violenta: quoniam lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. l. de pretio, ff. de publ. in in rem actione. Differentia autem inter mortem naturalem, & violentam conſtituitur in ſocietatibus officiorum Rom. Curiæ, non quod huiuſmodi ſocietates non ſoluãtur morte ſimpliciter, ac indiſtinctè, ſiue mors naturalis ſit, ſiue violenta: ſed ad diiudicandum, an, & quando officialis lucretur pecunias ad ſocietatẽ ſibi collatas per mortem eius, cuius vitæ periculo ſtabant: ſiquidẽ officialis non lucrabitur pecunias ipſas, niſi is cuius vitæ periculo ſtant, moriatur morte naturali, prout diſtinguitur à morte violenta, vt latè ſupra oſtendimus lib. 2. cap. 6. §. 4. q. 2. cum plur. ſeq.

Ampliatur primò hæc concluſio, vt ſocietas diſſoluatur morte non ſolùm omnium ſociorum; ſed etiam vnius tantùm ex ſociis. l. actione. §. morte, & ibi Doctor. cõmuniter, ff. pro ſoc. § ſoluitur, in Inſt. de ſociet. Petr. de Vbald. de duob. fratr. p. 11. in prin. Tuſch. ver. ſocietas, cõcl. 306. num. 1. cũ plur. ſeq. Molin. de contr. diſp. 414. per totam, Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 6. q. 3. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 2. q. 7. Felic. in ſuo tract. de ſociet. cap. 32. num. 2. Vndè ſocietas nõ tranſit ad hæredes defuncti ſocij: ſiquidem in ſocietate cenſetur electa induſtria perſonæ; nam poſſibile eſt, ſocium defunctum talem habere hæredem, qui ſocietati non ſit expediens, vt in d. §. ſoluitur, vbi Angel. Aret. num. 3. de ſociet. Alex. conſ. 60. num. 4. lib. 7. Olaſch. decil. Pedam. 76. ſub num. 8. Quæ quidem ratio licèt non militet in ſocietate officiorum reſpectu ſocij, qui pecuniam contulit; eo quòd ſatis eſt vt officialis ſit idoneus ad adminiſtrandum officium, nihilominus non ob id ſequitur, vt ſocius poſſit officiorum ſocietatem in hæredes tranſmittere; quoniam militat; alia ratio, quàm ſupra adduximus, nem pè, quod mors omnia ſoluit; imò ſi ſocius nõ nominauerit perſonam, cuius vitæ periculo ſtent pecuniæ apud officialem, & durante ſocietate decedat, ſocietas non ſolum diſſoluitur per mortem ſocij; ſed etiam per extinctionem rerum, eo quod perdit pecunias collatas, & hic ſuam officij partem: & ſi poſt nominationem moriatur perſona nominata, viuente ſocio, quamuis ſocietas non diſſoluatur morte ſocij, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus lib. 2. §. 4. q. 40. ſoluitur tamen extinctione rerũ, eo quod ſocius perdit pecunias, vt ibidẽ diximus. Adde, quod adeò verum eſt, vt ſocij morte non tranſeat ſocietas ad eius hæredes: vt ſocietas ipſa nec in Fiſcum tranſeat, ſi vi publicationis bonorũ ipſi ſocio defuncto ſucceſſerit. vt in d. §. 4. q. 5. in reſp. ad vltimum adnotauimus.

Secundò ampliatur eadem concluſio, vt ſocietas adeò morte vnius ex ſocijs

4 extinguatur, & non tranſeat ad hæredes, vt ad eos non transferatur, etiam ſi inter ſocios fuerit conuentum, vt ad hæredes tranſeat, atque adeò ſocij morte non extinguatur, l. nemo poteſt, l. adeò, & l. verum, §. in hæredem, & ibi Gloſ. & Doctor, ff. pro ſoc. Rom. conſ. 106. nu. 3. vbi Apoſtil. in ver. In æternum: Alex. conſ. 110. poſt num. 9. lib. 3. & alij apud Tuſch. ver. ſocietas concl. 306. num. 10. vbi etiam probat num. 11. & 12. quòd ſocietas non tranſit ad hæredes, licèt ſtipulatio fiat pro ſe, & hæredibus; & iuramentum interceſſerit; quòd tamen, an ſit verum intra dicemus, limit. 4. Rationem autem hanc eſſe volunt Doctores; quia tale pactum eſſet contra naturam ſocietatis; de cuius natura eſt, vt contrahatur cum perſona certa, qualis non eſt hæres, Dec. conſ. 213. num. 9. lib. 1. & Bald. in l. ſi fratres, §. idem reſpondit, ff. pro ſoc. Etenim certam perſonam hæredis ſpecificari non poſſumus, cum non permittatur, vt quis per contractum ſe aſtringat ad certũ hæredẽ: eo quòd reſtringeretur libera teſtandi facultas. Et hanc rationem tradit Bart.

Lll commu-

Digitized by Google

communiter receptus,in d. l.adeò,ff.pro
ſoc. Rom. conſ. 106. Curt. ſenior conſ.
53.col. 1.Dec.conſ.441.lib. 2. & Oſach.
deciſ. 76. ſub num. 8,

Tertiò ampliatur ipſa concluſio,vt ſo-
cietas adeo finiatur morte,& ad hæredes
5 non tranſeat, vt in dubio hæredum facta
mentione in contrahendo,non ſocietas ,
ſed alius contractus præſumatur initus ,
vt habetur ex Panor.conſ.86.lib.2.Pariſ.
conſ. 82.lib.1. Et cùm vi conſuetudinis
ſocietas inrer Dominium , & colonum
partiarium tranſeat ad hæredes,inter eos
ſocietas verè contracta non cenſetur,
Hond.conſ. 85.num.16.lib.1.& Felic. de
ſociet. cap. 32.num. 7. vbi num. 8. addit
etiam , quòd ſi ſocietas contrahatur in
perpetuum, vel vſque ad centum annos ,
vel donec voluerit duratura;intelligitur,
donec ſocij viuant,l.1. ff. pro ſoc. Corn.
conſ.310.num.3.lib.4.Alex.conſ.136. n.
1.& 2.lib.5. Vndè ſocietates officiornm
Romanæ Curiæ, quæ vi pacti cõmuniter
contrahuntur per ſex menſes, & deinde
ad beneplacirum , vel donec voluerint ,
durãt tantùm vſque ad alicuius ex ſociis
mortem,niſi prius à partibus beneplaci-
tum fuerit reuocatum: ſiquidem bene-
placitum durat vſque ad mortem , niſi
6 expreſsè fuerit à partibus reuocatum,vel
ab eatũ altera,vt in l.tamdiù, C. pro ſoc.
Canon. in c. ſi gratioſè,de reſcript. in 6.
Dec.conſ.108. Io. Calder.conſ. 3.de reſ-
cript.& alij apud Caſtrac.in ſuo tract.de
ſociet.offic.cap.55.num.9.cum plur.ſeq.
Imò licèt vi illorum verborum,*cum diſ-
dicta* 15. *dierum* , *&c.* quæ communiter
in inſtrumentis harum ſocietatum appo-
ni ab omnibus conſueuerunt, beneplaci-
tum in aliis contractibus duret etiam
poſt mortem, donec reuocetur; cum per
mortem non cenſeatur extinctum, ſed
expreſſa reuocatio facienda eſſet à ſucceſ
ſore,vt in c.ſi delegatus.de offic.deleg.in
6.Dec.in c.ex litteris,de conſt. Doctor.in
l.more,ff.de iuriſd. omn. iud. cum aliis ,
quos refert, & ſequitur Caſtrac. loco ci-
tato,num.13.& 14.Nihilominus in con-
tractu ſocietatis ad beneplacitum , aut
donec ſocij voluerint, & in ſpecie in ſo-
cietatibus officiorum illa verba,*cum diſ-
dicta* 15.*dierum,&c.*non impediunt,quin
morte alicuius ex ſocijs ſocietas extin-
guatur; etiam ſi per eius hæredes bene-
placitum ipſum expreſsè non fuerit re-
uocatum:ſiquidem licèt diſdicta contra-
riam contrahentium exigat voluntatem,
atque adeò voluntas reuocatoria nõ ceſ-
ſat per ceſſationem voluntatis obuenien-
tis per mortem,cùm tunc ſolùm dicatur
voluntatem ceſſare , non autem reuoca-
tam eſſe,vt per Socc.conſ.77.lib.3.col.1.
& 2. nihilominus in ſocietatibus, prædi-
ctis verbis non obſtantibus, beneplacitũ
morte cenſetur reuocatum: quia volun-
tas in ſocietatibus extinguitur eo ipſo ,
quòd anima a corpore ſeparatur , vt per
Gloſ. in l. verum, §. fin.ff. pro ſoc. Sola
igitur verba illa locum ſibi vendicant an-
te mortem vnius ex ſociis: nam tunc ſo-
cietas finita non eſſet,niſi expreſsè de re-
uocatione appareret,cum voluntas ſẽper
7 durare præſumatur,niſi expreſsè reuoca-
ta fuerit,l. cu tacitũ, ff. de probat. Ryn.
conſ. 115. num.7. Vndè diſdicta non re-
uocat ſocietatem determinatam ad ſex
mẽſes,pro quibus ſunt ſoluti fructus; ſed
reuocat beneplacitum poſt ſex mẽſes ſo-
lutos: aliàs duraret , etiam elapſis ſex
menſibus, vſque ad mortem , vt habetur
per Leonell. ſuper Bull. Pii IV.de ſociet.
offic.Gloſ.12. verſ. Hinc etiam, & alios,
quos refert,& ſequitur Zacc.in ſuo tract.
de ſociet. offic. num. 205. cum pluribus
ſeq.

Dixi , *vſque ad mortem.* quoniam eſt
8 vera opinio eorum,qui negant, benepla-
citum durare cùm non reuocatur per
diſdictam,pro alijs ſex menſibus, & non
vltra : ſiquidem duraret ſemper vſque ad
mortem,ſi partes beneplacitum non re-
uocauerint : nam eo caſu cenſentur par-
tes,ſocietatem velle durare, dum non re-
uocant,vt in l.qui patitur,ff. mand. & in
l.tam diù,vbi Bald.& Saly.C. pro ſoc. &
eo magis , quia ſocij poſſunt expreſsè
contrahere ſocietatem quoad vixerint,
vt in l.1.ff.pro ſoc. Grat. conſ.66. num.
15. lib.2. Confirmatur ; quia cùm verba
illa, *& deinde ad beneplacitum.* Sint, inde-
finita æquipollent vniuerſali , l. ſi pluri-
bus,ff. de legat.2.cap.ſolitæ, de maior. &
obed. & verba vniuerſalia ab homine
prolata reſtrictionem non recipiunt , vt
per Bart.in l.generali,§.vxori,ff.de legat.
3.& Ryn. conſ.32. num.5. quod præſer-
tim verum eſt in contractibus,in quibus
ſi verba apta ſint infinitatem importare,
admittitur infinitas, ſi verborum natura
id patiatur,vt per Alex.in l. ſi finita, in
prin.ff.de damn.infec.& in conſ.145.col.
2.lib. 2. & alios apud Caſtrac. de ſociet.
offic.cap.55.per contraria ſoluit.

Quartò ampliatur concluſio, vt ſocie-
tas

Digitized by Google

tas morte diſſoluatur non ſolùm quoad
9 defuncti perſona,cum nõ tranſeat ad hæredes, vt ſupra oſtendimus; verum etiam quoad reliquos ſuperſtites ſocios: vt habetur per Bald.conſ 448.num.1.lib.4. Alex.conſ.136.in prin.lib.5.per tex. in l. actione, §. morte, ff.pro ſoc. idem Alex. conſ.110.ſub num.9.lib.3.Tuſch.ver. ſocietas,concl. 306.num.8.Filliuc. tom. 2. qq.moral.tract.38.q.9.num.128.Molin. de contract.diſp.414.ſub num.1.& alios. Quod verum eſt etiam ſi contracta fuerit ſocietas interplures, & quemlibet ipſorũ inſolidum: nam adhuc vno ex ſocijs mortuo, cenſetur diſſoluta ſocietas quoad omnes ſuperſtites ſocios,vt per Alex. conſ. 60. lib.7. Quod tamen locum ſibi vendicare dicimus, niſi inter eos fuerit conuentum, vt per mortem vnius, aut plurium eorũ non diſſoluatur quoad reliquos, vt in d.l. actione, §. morte, & in Inſt.de ſociet.§.ſoluitur: Bald.& Molin. locis ſupracitatis,& Pett.de Vbald.tract. de duob.fratr.p.11.ſub nu.33. aut ſocietas coita fuiſſet nomine collectiuo,nempè inter Titium,& hæredes Meuij:Siquidem eo caſu vno ex hæredibus decedente, ſocietas perſeuerat cum reliquis:nam hæredis nomen collectiuum verificatur in ſuperuenientibus, l.proponebatur, ff. de iudic. l.ſicut, ff. quod cuiuſq; vniuerſ. c. graui,de poſtulat. Pariſ.conſ 82.num.32 lib.1.& Felic.de ſociet.cap.32.num.15.& 16.vbi etiã num.17.poſt Alex.conſ.136. num.1.in ſin.& ſeq.lib.1.inquit, Non ſolùm expreſsè,ſed etiam tacitè fieri poſſe, quòd ſocietas duret quoad ſuperuenientes. Et id tacitè probari volunt quidam, cùm ſocietas nominatim contracta fuerit,nempe inter Titium, Meuium,& Sempronium,& dictum,duratura donec dicti Titius, Meuius,& Sempronius voluerint: nam perinde eſt,ac ſi ſocietas fuiſſet inita cum Titio,donec Titius voluerit: cum Sempronio, donec ipſe Sempronius voluerit: & cum Meuio,donec ipſe Meuius voluerit: Siquidem pluralitas reſoluitur in ſingularitatem,l.ſin.§. ſilium, ff. de legat.2.atque adeò vnius voluntate ceſſante,ſocietas cum reliquis dicatur permanere:& hanc ſententiam ſequitur Tuſch. ver.Societas,concl.306.num. 63.licèt reijciatur à Felic. d. c. 32. num. 18.

Quintò ampliatur, vt adeò morte diſſoluatur ſocietas,vt non diſtinguitur, an
10 in perpetuum contracta ſit,vel ad certum tempus: ſiquidem ſi ad certum tempus contracta fuerit,& tempore durãte,vnus ex ſocijs moriatur, ſocietas adhuc diſſoluitur,Corn.conſ.310.ſub num.3. verſ. Si enim fuiſſet, lib.4.Alex.conſ.34.num.4. lib.2.Anch.conſ.294.Dec.cõſ.212.& alij. Quod quidẽ in ſocietate quoque officiorum clarè conſpicitur:nam ſocietas huiuſmodi cõmuniter in Vrbe contrahitur ad ſex menſes,vt patet ex formula inſtrumenti, quod ad verbum ſupra retulimus lib.2.cap.6.q.3.in illis verbis, *Inierunt inter ſe ſocietatem ſuper dicto officio Notariatus,quam tenere,& durare voluerunt ad ſex menſes proximè venturos,&c.* & tamẽ ad diſſoluendam ſocietatem ipſam, ſatis eſt,ſi ſocius, qui pecuniam contulit, aut officialis moriatur, vt oſtendimus ſupra lib.2.cap.6. §. 4.q.40. verſ. oppoſitis tamen, & §. 5. q. vnica, & infra latius dicemus, ampl. 8. verſ. Denique.

Sextò ampliatur, vt ſocietas vnius ex ſocijs morte extinguatur, ſiue extranei
11 ſint, ſiue fratres. Vnde ſi plures fratres ſocietatẽ omnium bonorũ habeant, vno mortuo, diſſoluitur ſocietas, ita quòd ſi alij ſuperſtites fratres, & hæredes defuncti continuent ſocietatẽ,& non intelligatur renouata quoad partẽ mortui,vt habetur ex Io.de Imola conſ. 52.per totũ, maximè col.2.verſ.Incontrariũ,& Tuſch. in ver.ſocietas concl.306.n. 16. Idem dicendum eſt ſi frater mortuus decedat,relicto infante,cui datus ſit tutor frater ſuperuiuens; quia quamuis perſeueret, vt prius;non tamen durat ſocietas;cùm nec tacitè,nec expreſsè potuerit renouari,vt rectè cõſuluit Bald.conſ.109.in prin. lib. 2.Angel.de Peruſ.conſ.60. in prin.Rom. conſ.282. Tuſch. in verb.ſocietas,concl. 306.nu.4.vbi probat etiam multò minus cenſeri renouatã ſocietatẽ, ſeu continuatam,quãdo inter duos fratres erat ſocietas omniũ bonorum,& alter deceſſit,relictis filiis,quibus reliquit legitimã,& fratrẽ hæredẽ inſtituit vniuerſalẽ, qui continuauit ſocietatẽ tenendo ſecũ nepotes; Siquidẽ talis ſocietas,quia morte fuit diſſoluta,& nõ tranſit ad hęredes,tanto minus trãſit ad legatarios.Et ſi tranſitũ facta eſſet ad hęredes, ipſe frater ſuperſtes eſt hęres: & ſi lucrũ deberet cõmunicari hęredi,ſibi ipſi cõmunicaret,vt rectè Bar. conſ. 48. vbi Apoſtil. in ver. Dici contrarium, lib. 2. vbi id extendit etiam ſi nepotes ſteterunt pro communi, & indiuiſo cum patruo.

Septimò ampliatur,vt adeò vno ex ſo-

cijs mortuo diſſoluatur ſocietas, vt ad
12 eam diſſoluendam non exigatur intima-
tio mortis ſocij, ſed à die mortis diſdici-
tur, ac diſſoluitur ſocietas, ſicut man-
datum finitur morte mandantis, vt ha-
betur ex Tuſch. verſ. ſocietas, concl. 306.
num. 17. Eſt tamen verum, quòd quan-
do mors ſocii non eſſet nota; pro eo tem-
pore, quo ignoratur mors tenet ſocie-
tas, etiam cum filijs, & infantibus, vt ha-
betur ex Signor. conſ. 121. num. 3. verſ.
circa ſecundum: & Tuſch. loco citato,
num. 19. qui tamen num. 20. dictum Si-
gnor. declarat, intelligendum eſſe, vt
per mortem vnius ex ſocijs finiatur ſo-
cietas quoad omnes effectus, eo ſolo ex-
cepto: quia ignorans releuatur indem-
nis, ſi continuauit, & expendit bona fi-
de, vt per Alex. conſ. 60. in prin. lib. 7.
Octauò ampliatur prædicta concluſio,
vt locum ſibi vendicet in omnibus ſocie-
13 tatibus: omnes enim ſocietates morte
diſſoluuntur: ſiquidem tex. in l. ſocieta-
tem, §. diſſociamus, & l. verùm, §. ſocie-
tas, ff. pro ſoc. dum decernunt, ſocieta-
tem morte diſſociari, indefinitè loquun-
tur de ſocietate: ergo iura illa intelligen-
da ſunt de omni, & quacunque ſocietate:
nam indefinita æquipollet vniuerſali, vt
in l. de quibus, & ibi Bart. ff. de legib. &
l. de pretio, ff. de public. in rem actione.
Vndè morte extinguitur ſocietas omni-
um bonorum ſimpliciter, de qua egimus
ſupra lib. 2. cap. 1. & id peculiari qua-
dam ratione: quia ſi omnium bonorum
ſocietas morte non extingueretur, & ad
hæredes tranſierit impediretur libera te-
ſtandi facultas, vt per Surd. conſ. 20. num.
19. lib. 1. Riminal. iun. conſ. 711. num. 2.
Angel. de Peruſ. conſ. Rom. conſ. 106. nu.
3. Dec. conſ. 441. poſt num. 5. Curt. Seni-
or. conſ. 52. nu. 7. Deciſ. Pedam. 76. num.
7. cum aliis apud Tuſch. verſ. ſocietas,
concl. 306. ſub num. 1. Morte quoque
extinguitur ſocietas inter virum, & vxo-
rem, de qua tractauimus eod. lib. 2. cap.
2. & coiri ſolet in partibus Hiſpan. & in
aliis: quæ dicitur quoque omnium bo-
norum, quæ per coniuges acquiruntur
conſtante matrimonio: & propterea ſi-
cut matrimonium morte vnius ex con-
iugibus diſſoluitur; ita etiam diſſoluitur
ſocietas: ſiquidem mors omnia ſoluit, §.
deinceps, in auth. de nupt. Morte præ-
terea extinguitur ſocietas omnium bo-
norum vniuerſaliter ad quæſtum, de qua
d. lib. 2. cap. 3. & id non ſolùm ex eo quòd
mors omnia ſoluit, ſed etiam per ratio-
nes, quas ſupra attulimus ampl. 2. Mor-
te dirimitur etiam ſocietas negotiatio-
nis, ac ſocietas animalium, de quibus ſu-
pra egimus d. lib. 2. cap. 4. & cap. 5. &
eiſdem rationibus paulò ſupra allatis.
Denique morte extinguitur omnis alia
ſocietas particularis, & in ſpecie ſocietas
officiorum Romanæ Curiæ, de qua latè
tractauimus d. lib. 2. cap. 6. atque adeò
ſocietas officiorũ dirimitur morte vni-
us ex ſociis, ſiue dantis, ſiue recipientis
pecunias, atque ideò officialis, vt per
Boccac. de ſociet. offic. num. 9. Caſtrac.
eod. tract. cap. 8. num. 13. cap. 14. num. 1.
& 16. Tiber. in ſua prax. lib. 1. cap. 17.
ſub num. 1. Zacch. eod. tract. num. 268.
cum plur. ſeq. Azor. p. 3. Inſt. moral. lib.
9. de ſociet. cap. 16. in prin. & verſ. Quar-
tò officii ſocietas dirimitur, Filliuc. tom.
2. qq. moral. tract. 38. q. 10. num. 127. &
num. 129. verſ. Quintò ſoluitur, Farin.
conſ. crim. 15. num. 1. lib. 1. vbi num. 91.
inquit etiam, quod ſi ſocietas fuiſſet ceſ-
ſa per dantem pecunias, ſocietas finitur
per mortem cedentis, non autem ceſſio-
narii, ad quod allegat Deciſ. Rotæ, & ſe-
quitur Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſo-
ciet. cap. 16. verſ. Quæres quid ſit, Filliuc.
tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 10.
ſub num. 130. & Zacch. loco citato, num.
270. vbi etiam, num. 274. addit, per mor-
tem officialis diſſolui ſocietatem; etiam
ſi ſocietas contracta fuerit ad cõmodum
alterius, qui bonam fidem recognouerit,
& citra omnem dubitationẽ tenet Gabr.
conſ. 63. num. 5. & 15. Mant. de tacit. &
ambig. conuent. lib. 6. tit. 24. num. 35. De-
nique ſoluitur ſocietas officiorum mor-
te illius, quem ſocius, qui pecunias con-
tulit nominauit, vt eius vitæ periculo eſ-
ſent expoſitæ: quo etiam caſu is, qui ha-
bet officium lucrifacit pecunias, vt habe-
tur ex Azor. d. cap. 16. verſ. Quintò defi-
niur, Filliuc. d. q. 10. ſub nu. 128. & nos de
hac re latiſſimè egimus lib. 2. cap. 6. §. 4.
Non tamen huiuſmodi ſocietas diſſolui-
tur per mortem fideiuſſorum, qui ab of-
ficiali in hac ſocietatis ſpecie dantur, eti-
am ſi obligentur in ſolidum; niſi aliter in
inſtrumento fuerit conuentum; nempè
ſocietatem diſſolui per mortem vnius ex
fideiuſſoribus, vt habetur ex Rot. Diuerſ.
deciſ. 288. num. 1. p. 1. Mant. de tacit. &
ambig. conuent. lib. 6. tit. 24. n. 37. Grat.
Diſcept. forenſ. cap. 276. ſub num. 1. & 2.
Zacch. de ſociet. offic. num. 280.

Sic

Sic ampliata limitatur primò eadem
14 concluſio, vt quamuis per mortem
vnius ex ſocijs ſocietas extinguatur, &
non tranſeat ad hæredes ſocij defuncti;
ea tamen, quæ ante mortem cępta fue-
rit, tenetur hæres loco defuncti conti-
nuare, ac perficere cum alijs ſocijs eo
modo, quo defunctus tenebatur, vt ha-
betur ex Bald.conſ.87. circa med. lib. 2.
Molin.de contract.diſp.414. ſub num. 2.
Felic.de ſociet.cap.32.nu.54. cum plur.
ſeq. & facit tex. in l. nam etiam ſeruus,
§. ſi vino, & ibi Bart. ff. de negot. geſt.
idem Bart.in l.actione, §. morte, & in l.
hæres ſocij, ff. pro ſoc. Eſt tamen verum
quòd ſi ſocius, qui tenetur præſtare ope-
ras moriatur, lucra perfecta, & negotia
finita licèt tranſeant ad eius hæredes;
negotia tamen pendentia, in quibus ope-
ra defuncti requireretur, non tranſeunt;
quia non durant poſt mortem obligati
ad operas, vt per Bald. conſ. 87. lib. 2. &
Tuſch.verb.ſocietas, concl.306.num. 54.
Quòd ſi ſocius defunctus non teneba-
tur ad operas, hæres tenetur perficere
opera cępta vt ſupra. Imò hæres tenetur
de dolo, lata culpa, & leui, ſi negligentia
ipſius damnum aliquod in ijs, quæ erant
cæpta, alijs ſocijs obueniat; ſicut defun-
ctus ei teneretur, vt rectè declarat Mo-
lin.& Filliuc.locis citatis. Vbi etiam in-
quiunt, quòd hæres diuidere tenetur
cum eis ea, quæ de ſocietate defunctus
habebat, & reddere de illis rationem eo
modo, quo defunctus tenebatur: & tene-
tur quoque de dolo, lata culpa, & leui
ipſius defuncti in ſocietate adhibitis: ſi-
quidem actiones tam actiuæ, quam paſ-
ſiuæ defuncti, quæ ex contractu oriun-
tur, tranſeunt ad hæredes.

Secundo limitatur ipſa concluſio, vt
15 licèt, decedente vno ex ſocijs, cenſeatur
diſſoluta ſocietas; nihilominus, ſi mor-
tuo vno ex ſocijs per aliquem aliorum
ſociorum aliquid cæptum fuerit, igno-
rantem mortem conſocij; tunc quoad
illud iam cæptum non cenſetur diſſolu-
ta ſocietas; ſed continuari debet quoad
id per hæredem quoſque finiatur: ſecus
autem ſi cognita morte ſocij fuerit cæ-
ptum, vt in l.actione, §.morte, ff. pro ſoc.
Molin.de contract. diſp. 414. ſub num.
2. & latè Felic.de ſociet. c.31. cum plur.
ſeq. ex Petr.de Vbald.& alijs.

Tertiò limitatur, vt etſi per mortem
16 vnius ex ſociis ſocietas dirimatur, nec
tranſeat ad hæredes defuncti, etiam ſi
fuerit initum pactum, vt ad hæredes
tranſeat; ſi tamen huius pactum fuerit
iuramento vallatum ab omnibus ſociis,
tunc ſocii ſuperſtites tenentur ſocieta-
tem continuare cum hærede defuncti,
nec poſſunt iuramento contrauenire:
ſiquidem tale pactum ſtando in ſola rei
natura, & ſecluſo iure humano, quo fit
irritum, neque malum eſt, neque inuali-
dum. Vndè cum iuramento confirme-
17 tur contractus de iure alias inualidus,
vt in cap. cum contingat, de iure iur.
hinc fit, vt ſi pactum, de quo agitur fue-
rit iuramento firmatum, in vtroque foro
iuramento ſit ſtandum: Ita Io: Fab.in §.
ſoluitur, in fin. in Inſtit. de ſociet. Soc.
conſ.160.num. 2. lib.2. Crau. conſ. 875.
in fin.lib 5. Surd conſ.20. num.19. lib.1.
Riminal. Iun. conſ.711. num. 2. vbi lo-
quitur de ſocietate iurata inter He-
bręos: Molin.de contr.diſp.414.num.11.
vbi contraria ſoluit, & ampliat hanc li-
mitationem contra Gutier.de iur. con-
fir.par.1.cap.48. num.5. & alios, veram
eſſe etiam ſi certus ac determinatus hæ-
res, ad quem contractus tranſeat, deſi-
gnaretur: nam non ob id, ait, iuramen-
tum foret contra bonos mores; eo quòd
adimatur poteſtas inſtituendi alium hæ-
redem; maximè ſi hæres nominatus eſſet
ex aſcendentibus, & deſcendentibus, qui
ſunt neceſſarii hæredes, & teſtator tene-
tur eos inſtituere. Hanc eandem opinio-
nem ſequitur Filliuc. tom.2. qq. moral.
tract.38. cap.2. q.9. num. 30. Eſt tamen
verum, quod Felic. de ſociet. cap.31. ſub
num. 43. hanc ſententiam videtur non
admittere, quando certus ac determina-
tus hæres eſſet deſignatus, vel perſona
hæredis non eſſet idonea ad ſocietatem
exercendam, vt per Surd. conſ.20. ſub
num.5.lib. 1. niſi hæres nihil agere debe-
ret, vt quia eſſet hæres illius qui pecu-
niam poſuerat, & operari non tenebatur.
Et denique licèt pactum iuramento val-
latum, quòd ſocietas ad hæredes tran-
ſeat, dicat ſubſiſtere; id tamen reſtringe-
re videtur in ſocietate particulari, non
autem in ſocietate omnium bonorum:
quia cùm tale pactum ſit ſuper re parti-
culari, non tollit libertatem teſtandi, vt
per Surd.loco citato, num. 19. & Rimi-
nal.Iun.loco citato.

Quartò limitatur eadem concluſio, vt
18 licèt per mortem vnius ex ſociis ſocie-
tas extinguatur, & ad hæredes non tran-
ſeat, etiam ſi pactum fuerit initum, vt
tranſeat

tranſeat ad hæredes; nihilominus ſi pro obſeruantia talis pacti fuerit præſtitus fideiuſſor, qui ſe obligauit principaliter, & inſolidum, licèt hæres tanquam ſocius non teneatur ad obſeruantiam contractus; tenetur tamen ad illius obſeruantiam fideiuſſor, qui ſe conſtituit principalem debitorem cum debitis clauſulis: ſiquidem fideiuſſor tenetur in duriorem cauſam, quam tenetur principalis; cùm iuramentum ab eo appoſitum operetur, quòd obligatio ſuſtineatur, non vt acceſſoria, ſed vt principalis: ex quo qui iurat, cenſetur ſe voluiſſe obligare omni meliori modo, quo potuit. ita Surd. d. conſ. 20. lib. 1. & Felic. d. cap. 32. num. 44. cum alijs, quos allegat: quamuis ſub num. 50. hanc Surd. ſententiam reſtringat, vt fideiuſſor teneatur, vt principalis obligatus quoad obligationes, & actiones, quæ diſſoluta ſocietate remanent, & trãſeunt in hæredem: ſecus autem vt ſocietas ſubſiſtat in perſona ipſius fideiuſſoris. Sed re vera ratione iuramenti benè dicitur ſocietas ſubſiſtere in perſona fideiuſſoris: quia fideiuſſor eo caſu ratione iuramenti efficitur correns, & expromiſſor, vt idem Felic. aduertit ibidem num. 51.

Quintò limitatur, vt quamuis per
19 mortem vnius ex ſocijs extinguatur ſocietas, & non tranſeat ad hæredes; actiones tamen ex ipſa ſocietate prouenientes ad hæredes tranſeunt tam actiuè, quàm paſsiuè, l. 3. & ibi Bald. C. pro ſoc. Petr. de Vbald. de duob. fratr. par. 5. ſub num. 32. Aret. in §. ſoluitur, num. 2. in Inſtit. de ſociet. & alii apud Felic. d. cap. 32. num. 52. & Tuſch. verſ. ſocietas, concl. 306. num. 52.

Sextò limitatur, vt & ſi morte vnius
20 ex ſociis ſocietas diſſoluatur, nec tranſeat ad hæredes; ſi tamen defuncto ſocio hæres illius, cum aliis ſociis conueniat, vt continuetur ſocietas, cenſetur ipſa ſocietas de nouo contracta, atque adeò valida, vt eſt tex. in l. planè ſi iis, ff. pro ſoc. & Molin. de contr. diſp. 414. ſub num. 5. vbi etiam addit, ſatis, ad id eſſe tacitũ conſenſum, vt ſi ſocietas continuaretur eodem capitali, & eodem genere negotiationis, neque hærede defuncti, neque aliis ſociis contradicentibus. Etenim non ſolùm expreſſo; ſed etiam tacito conſenſu ſocietatem contrahi pluries diximus, & ſatis oſtendimus. l. mo, & ſocietatem non ſolùm expreſsè; ſed etiam tacitè continuari, & renouari, probat Bald. conſ. 448. lib. 4. Caſtrac. conſ. 367. lib. 2. Tuſch. ver. ſocietas, concl. 306. num. 64. & 65. & Aluer. Valaſc. conſult. 32. quem refert Molin. loco citato, qui num. 7. 8 & 9. ampliat, poſſe continuari, & renouari tacitè ſocietatem, etiam cum hæredibus ſocii defuncti, licèt hæres ſit pupillus; dummodo tacitè conſentiat per ſuũ tutorem, vtendo eiſdem inſtitutionibus, & hanc eandem ſententiam ſequitur Tuſch. loco citato num. 66. et 67. Idem dicendum eſt de continuatione ſocietatis bonorum conſtante matrimonio in Hiſpania inter virum, et vxorem: ſiquidẽ ſoluta ſocietate per mortẽ vnius coniugis cũ hæredibus côiugis mortui adhuc poteſt continuari, vt per Molin. ibi.

Septimò limitatur ſupradicta concluſio, vt locum non habeat in ſocietate
21 vectigalium, et aliarum publicarum functionum: nam licèt moriatur vnus ex huiuſmodi ſocietate ſocius; ſocietas tamen non extinguitur, ſed tranſit ad hæredes, l. adeò, l. verum, §. in hæredem, ff. pro ſoc. Bald. in l. tam diu, num. 2. C. eod. Petr. de Vbald. de duob. fratrib. par. 11. in prin. Panor. conſ. 86. lib. 2. Corn. conſ. 310. lib. 4. Pariſ. conſ. 82. num. 34. lib. 1. Dec. conſ. 2. & 12. ſub num. 1. lib. 1. Tuſch. d. concl. 306. num. 56. vbi id extendit maximè quando locatio redituum publicorum fuiſſet facta ad longum tempus, per quam transfertur vtile dominium, in l. 1. cum ibi notatis, ff. ſi ager. vectig. vel emphyt. Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. q. 9. num. 25. & Molin. de contractib. diſp. 414. ſub num. 11. in fin. Eſt tamen verum, quod adhoc, vt ſocietas vectigalium tranſeat ad hæredes quatuor debent copulatiuè concurrere. Primum, quòd ſit vectigalium, ſeu publicarum functionum. Secundum, quòd ſit expreſsè conuentum, quòd ſocietas trãſeat ad hæredes. Tertiò, quòd hæres ſit idoneus, vt per Gloſ. in d. l. adeò. verſ. aſcripta, ff. pro ſoc. & Bald. in l. nemo poteſt, ff. eod. Quartum, quod ſocii cum locare paciſcantur, vt ſocietas tranſeat ad hæredes, vt per Gloſ. loco citato, & Ruyn. conſ. 91. num. 8. lib. 1. Etenim quamuis inter locatorem, et ſocios conducentes vectigalia ſolùm interueniat locatio, in qua citra aliam conuentionem comprehenduntur hæredes, l. viam veritatis, C. locat. nihilominus mortuo vno ex ſociis, regulariter non ſolùm extinguitur

Digitized by Google

tingitur ſocietas;ſed etiam locatio: quia locatio ſortitur naturam ſocietatis, vt rectè declarat Felic. de ſociet. cap. 32. num. 21. cum plur. ſeq. vbi etiam num. 25. reprobat ſententiam Dec. conſ. 212. ſub num. 7. exigentis inſuper quintum requiſitum, nempè quòd hæredis perſona ſit ſcripta per tex. in l. adeò, ff. pro ſoc. Approbat tamen quod ipſe Dec. inquit ibidem, num. 2. quòd ſi ſocietas contineret res publicas, et res priuatas, tunc non tranſiret ad hæredes: quia diſpoſitio facta in caſu ſimplici non habet lo-
22 cum in mixto in materia ſtricta. Imò in eo caſu, quo ſocietas tranſiret ad hæredes, non tranſiret ad ſecundum hæredem; niſi Reip. expediret, vt per Gloſ. in l. nulla ſocietas, quam Doctor. ferè communiter ſequuntur, ff. pro ſoc. Petr. de Vbald. de duob. fratr. par. 11. num. 14. ſiquidem quemadmodum Reip. fauore fit, quòd ſocietas tranſeat ad hæredem; ita etiam fieri poteſt, quòd tranſeat ad hæredem hæredis; qui appellatione hæredis continetur, l. in animalibus, C. de legat. Fateor tamen, quòd ſi inter locatorem, et ſocios conductores facta fuerit mentio hæredum; non ob id inter conducentes ſocios actum cenſeri, quòd ſocietas tranſeat ad hæredes, vt per Corn conſ. 121. et 122. lib. 1. Ruin. conſ. 90. ſub num. 1. lib. 11. Dec. conſ. 212. ſub num. 6. lib. 1. & Felic. d. cap. 32. num. 8.

Octauò limitatur dicta concluſio, vt
23 quamuis inter ſocios non poſsit coiri ſocietas, vt ad hæredes tranſeat; poteſt tamen a teſtatore præcipi, vt cum eius hæredibus ſocietas continuetur vſque ad certum tempus, Bald. in l. 4. in prin. in 2. not. ff. de condit. inſtit. Dec. conſ. 441. num. 3. lib. 2. Riminal. Iun. conſ. 711. lib. 6. et Felic. d. cap. 32. num. 32. et 33. Etenim non reperitur de iure prohibitum, quòd poſt contractam ſocietatem vnus ex ſocijs non poſsit obligare hæredes ſuos, vt in ſocietate perſeueret, Dixi, *Vſque ad certum tempus*. Quia non poteſt præcipi à teſtatore, vt ſocietatas in perpetuum continuetur, vt in l. in hoc iudicium, §. ſi cõueniat, ff. commun. diuid. Et tantò minus valeret tale pactum, etiam ſi eſſet iuramento firmatum, vt per Alex. conſ. 18. num. 1. lib. 2. Ruyn. conſ. 54. concl. 3. lib. 1. Et hanc opinionem communem eſſe teſtatur Felic. loco citato, ſub num. 35. cuius opinio nobis magis probatur, dum ait, quòd cum lege prohibeatur ſocietatem continuari poſt mortem, non poteſt per teſtatorem præcipi: quia in ſocietate continuanda requiritur voluntas aliorum ſociorum, & à teſtatore ſuper illorum voluntate diſponi non poteſt.

Qualiter morte ciuili neceſſaria, atque adeò capitis diminutione diſſoluatur ſocietas. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Morte ciuili neceſſaria diſſoluitur ſocietas per maximam, uel mediam capitis diminutionem.*

2 *Deportati, Relegati, & condemnati ad triremes, licet in Regno Neapolitano non amittant bona; eorum ſocietates tamen diſſoluuntur.*

3 *Officium quando ſupprimitur, officialis tenetur pecunias receptas ſocio reſtituere.*

4 *Pecunias dãtes nullum ius ſuper officium acquirunt.*

5 *Officium quando uacat per mortem ciuilem officialis, an Fiſcus teneatur reſtituere pecunias ad ſocietatem per officialem perceptas.*

6 *Maxima uel media capitis diminutione eius, qui pecunias contulit, diſſoluitur ſocietas.*

7 *Minima ſocii capitis diminutione non diſſoluitur ſocietas.*

8 *Societas excommunicatione ſociorum nõ dirimitur.*

AD hanc quæſtionem reſpondetur
1 breuiter, quòd morte ciuili neceſſaria diſſoluitur ſocietas per maximam, aut mediam capitis diminutionem. Hæc concluſio patet ex tex. in l. verùm, §. ſocietas, ff. pro ſoc. Vndè ſi vnus ex ſociis deportaretur, condemnetur ad triremes, relegetur, banniatur, ſocietas procul dubio extinguitur: quoniam deportati in inſulam, relegati, & alii huiuſmodi dicuntur pati mediam capitis diminutionem: & condemnati ad triremes, maximam, per ea, quæ ſupra adnotauimus q. 2. Quæ

2. Quæ quidem concluſio locum ſibi vẽdicat non ſolum in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, in ſocietate omnium bonorum inter virum, & vxorem conſtante matrimonio, in ſocietate omniũ bonorum generaliter ad quæſtum; verùm etiam in aliis ſocietatibus particularibus, etiam ſi agatur de ſocietate officiorum Romanæ Curiæ. Etenim tex. in d.l. verùm, §. ſocietas generaliter loquitur, nec diſtinguit de ſocietate; ergò generaliter eſt intelligendus de omni ſocietate: quia lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda, & quando non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, vt in l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. & l. de pretio, ff. de public. in rem act. Vndè ſi ſocietas contrahatur ſuper aliquo officio Romanæ Curiæ vacabili, & officialis fuerit deportatus in inſulam, relegatus, aut bannitus, ſocietas procul dubio diſſolueretur, vt habetur ex Boccac. de ſociet. offic. ſub num. 9. Zacch. eod. tract. num. 276. quod tamen verum eſſe putat quoad bannitum, Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 74. num. 4. quando officialis eſſet bannitus cum confiſcatione bonorum, cùm banniti loco mortuorum habeantur, l. 1. §. filium, ff. de bonor. poſſeſ. Idem dicendum puto ſi fuerit bannitus pro crimine, quo priuaretur officio, vel poſſet impunè occidi, iuxta ea, quæ ſupra diximus, q. 2.

Imò quamuis deportati, relegati, &
2 condemnati ad triremes non ammitterent bona, vt in Regno noſtro Neapolitano, in quo delinquentium bona non confiſcantur pro quocunque crimine, exceptis criminibus læſæ Maeſtatis, & vſurarum; adhuc tamen ſi ſocietatem officiorum contraxerint, ſocietas diſſoluitur; quoniam hi priuantur officijs per mortem ciuilem, & reuertuntur ad Cameram Apoſtolicam: at ſocietas officiorum non poteſt conſiſtere ſine officio: quoniam aliàs daretur ſine fundamento: quapropter non eſt neceſſe, vt prædicta crimina habeant pœnam publicationis bonorum annexam, vt videtur velle Azor. par. 3. Inſt. moral. lib. 9. de ſociet. cap. 16. verſ. Tertiò modo: & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. 10. verſ. Quintò ſoluitur, num. 131. ſed ſatis eſt, quòd officio Papa quocunque modo priuaret officialem, aut illud ſupprimeret: quia ſuper re, quæ amplius non eſt, ſocietas durare non poteſt, vt in l. verùm, §. fin. iuncta Gloſ. ff. pro ſoc. Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. in vlt. par. princ. & Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 39. ſub num. 1. vbi num. 4. addit, quod ſi partes conuenirent, quòd ſuppreſſo officio, ſocietas duraret, contractus illicitus eſſet.

Eſt tamen verum, quòd quando ſup-
3 primitur officium, atque adeò diſſoluitur ſocietas; etiam ſi à Romano Pontifice ſupprimatur, officialis tenetur pecunias receptas ſocio reſtituere, qui eas contulit, cùm is ſubeat periculum ſuæ vitæ, vt poſt multa concludit idem Caſtrac. d. cap. 39. ſub num. 9. vbi id ampliat etiam ſi Papa officium ſuppreſsit, nec pecunias officialis reſtituit, vt colligitur ex ijs, quæ per eundem habentur, ſub num. 4. verſ. Sed an hoc caſu: & Zacch. eod. tract. num. 289. qui reprobat diſtinctionem Felic. de ſociet. cap. 34. num. 8. & 9. Imò idem Caſtrac. eod. tract. cap. 14. à num. 5. poſt allata argumenra pro vtraque parte, tandem ſub num. 11. in verſ. Prima tamen opinio: concludit, quòd ſi Fiſcus ob delictum confiſcaret officium, ſuper quo eſt contracta ſocietas, teneretur reſtituere pecunias illi, qui eas contulit: quia quando ob delictum bona delinquentis confiſcantur, tranſeũt in Fiſcum cum onere actiuè, & paſsiuè, vt in l. 1. §. an bona, vbi etiam Bart. ff. de iur. Fiſc. Gloſ. in l. 1. & in l. vacantia, C. de bon. vacan. Et cùm Fiſcus loco hæredis habeatur tam quoad onera, quàm quoad emolumenta, vt in l. 2. C. ad leg. Iul. de vi pub. l. inter eos, §. fin. ff. de fideiuſ. tenetur creditoribus delinquentis ſatisfacere, l. 1. C. de pœn. Fiſc. credit. præfer. lib. 10. l. ſi marito, ff. ſolut. matr. Sed ille, qui pecunias contulit officialis ſuper eius officio, et pro ſumma eidem data ipſius creditor: ergò, &c.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd qui pecu-
4 nias dedit, nullum ius, nec hypothecam ſuper officium acquirit, cum obligari nequeat, vt latè probat idem Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 40. num. 11. cum plur. ſeq.; quoniam licèt id fateamur verum eſſe; nihilominus actione perſonali poteſt agere contra officialem, qui pecunias recepit, & poſt eius mortem contra eiuſdem hæredes, cùm omnes actiones tam actiuæ, quàm paſsiuæ ad hæredes tranſeant: & Fiſcus in bonis confiſcatis fungitur loco hæredis: quia in eum bona condemnati à lege, iure ſucceſsionis

transfe-

Digitized by Google

tranſferuntur, vt latè habetur per Gloſ. & Dyn. in l. non intelligitur, §. cùm ex cauſa, ff. de iur. Fiſc. & in l. 2. C. ad leg. Iul. de vi. ergo, &c. Hanc eandem ſententiam ſequi videtur Zacch. de ſociet. offic. num. qui pro hac re allegat deciſ. Rotæ Rom. 74. num. 4. poſt eius tract. impreſſam, in vna Romana pecuniaria 11. Decemb. 1613. coram R. P. D. Mãzanedo. & deciſ. 75. poſt eundem tract. in eadem cauſa, & coram eodem, ſub die 17. Febr. 1614. vbi etiam fuit reſolutum, quòd licèt bona confiſcata ipſo iure tranſeant in Fiſcum; nihilominus ſocietas remanet diſſoluta, & non tranſit in Fiſcũ, vt ſupra nos quoque probauimus lib. 2. cap. 6. §. 4. q. 27. verſ. His tamen non obſtantibus.

Sed re vera dictæ deciſiones, & opinio
5 Caſtrac. & Zacch. loquuntur, quando delictum commiſſum per officialem habet confiſcationem omnium bonorum annexam; non autem vbi officialis propter deportationis pœnam, aut aliam ſimilẽ; veniret tantùm officio priuandus, pro vt ſeruatur in noſtro Regno Neapolitano, in quo non imponitur pœna confiſcationis bonorum, niſi pro crimine læſæ Maeſtatis Diuinæ, & humanæ, & pro crimine vſurarum: quia rationes, & iura allegata per ſupradictas deciſiones, & Doctores concludunt tantùm de delicto, quod annexam habet bonorum confiſcationem. Vndè de iuris rigore eſſet dicendum, quòd quemadmodum officium ſi vacaret per obitum officialis, rediret ad Cameram Apoſtolicam liberè, & citra onus ſoluendi pecunias perceptas ab officiali ſuper dicto officio; ita etiam quando vacat per mortem ciuilem non habentem publicationem bonorum annexam: ſiquidẽ mors ciuilis morti naturali æquiparatur, l. Deo nobis, & ibi Bald. & alij, C. de Epiſc. & Cler. Bart. in l. ex parte, §. inſulam, ff. de verb. obligat. Sed quoniam Felic. de ſociet. cap. 34. num. 30. teſtatur audiuiſſe, fuiſſe diſpoſitum, officialem teneri obligare officium in ſocietate contrahenda, idcircò, quòd Fiſcus hodie teneatur pecunias reſtituere, ſtante dicta officii obligatione, minus dubitationis habet.

Adde, quòd ſicut per mortem ciuilem
6 officialis; atque adeò per eiuſdem capitis diminutionem maximam, aut mediam diſſoluitur ſocietas; ita etiam diſſoluitur per capitis diminutionem maximam, vel mediam eius, qui pecunias ad ſocietatem contulit, vt in l. verùm, §. ſocietas, ff. pro ſoc. Non tamen eo caſu officialis pecunias ſibi collatas ſuas ſibi faciet, vt latè probat Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 37. Etenim in forma inſtrumenti ſocietatis, quod ſupra retulimus, lib. 2. cap. 6. q. 3. officialis lucratur pecunias per mortem naturalem dumtaxat, vt latè nos declarauimus d. cap. 6. §. 4. q. 2. cum plur. ſeq. & propterea non eſt dubium, mortem ciuilem non comprehendi, vt per Caſtrac. ibidem, num. 35. qui etiam num. 38. in fin. & 39. addit, quòd quamuis in ſtipulatione quando de morte ſimpliciter fit mentio, aliquando etiam in morte ciuili verificari poſſet; nihilominus in caſu, de quo agitur, etiam ſi ſtipulatio ſimpliciter in morte concepta fuiſſet, in morte tantùm naturali locum ſibi vendicaret. Etenim verba ſtipulationis, ſeù promiſsio ſemper intelligi debent, vt veritati conueniant, & non fictioni, quæ veritati contraria eſt. Gloſ. in l. ſiue poſſidetis, C. de pignor. & Alciat. in tract. de præſumpt. in prin. & verba ſemper intelligenda ſunt in potiori ſignificatu, l. 1. §. qui in perpetuum, ff. ſi ager vectig. Bart. in l. ſi quis, §. differentia, ff. de acquir. poſſaſ. & verba regulariter, naturaliter, nõ autem ciuiliter ſunt intelligenda, l. fin. C. de his, qui ven. ætat. impetr.

Hæc, quæ diximus de maxima, & me-
7 dia capitis diminutione, atque adeò de morte ciuili, vt per eam diſſoluatur ſocietas, limitantur, vt locum non habeant in minima capitis diminutione vnius ex ſociis, per quam patria poteſtas, aut familia amittitur, vt cum quis emancipatur, vel arrogatur, vt in §. 1. & 2. in Inſtit. de capit. dimin. nam ſocietas non diſſoluitur: ſiquidem filiusfamilias ſiue ſit emancipatus, ſiue in poteſtate, poteſt obligari, atque ideò emancipatione, aut arrogatione ſubſequta, adhuc ſocius remanet, vt in l. actione, §. ſocietas, ff. pro ſoc. Petr. de Vbald. de duob. fratrib. p. 11. ſub nu. 1. & Felic. de ſociet. c. 33. ſub nu. 3. qui tamen n. 4. id limitat in ſocietate cõtracta cum ſeruo; qui ſi fuerit à Domino manumiſſus, vel alienatus, ſtatim extinguitur ſocietas, l. ſi id quod, §. ſi ſocius, ff. pro ſoc. & Vbald. loco citato.

Denique limitantur hæc, de quibus
8 egimus, vt non procedant in morte ſpirituali, atque adeò in ſocio excommunicato: etenim per excommunicationem ſuperuenientem vno ex ſociis non diſſo-

luitur ſocietas. Nam licèt excommunicatio maior æquipararetur morti naturali, vt in c. per venerabilem, & ibi Panor. & alii, qui fil. ſint legit. & ob id dicatur anathema; quaſi ſepatatio, ſeu ſeorum poſitio: quia ſicut per mortem anima ſeparatur à corpore, ita per excomunicationem maiorem excommunicatus ſeparatur à corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, cuius Chriſtus eſt caput, & omnes fideles ſunt inuicem membra, vt in cap. nihil 2.q.3. & nos latè in commentar. noſtris in Bull. cænæ, lib.2. can.1.q.2. nihilominus excommunicatus non prohibetur contrahere, vt in cap. Felicis, 5. verùm, de pœn. in 6. & in ſpecie Gloſ. in c. 1.d.41. & in cap. ſi verè, de ſent. excom. & Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 34. dum loquẽs de ſocietate officiorum, ait, quòd excommunicatione ſuperueniente ei, qui pecuniam dedit ſuper officio, officialis pecunias non lucratur. Et propterea à Felic. de ſociet cap. 33. num. 8. rectè reiicitur ſententia eorum, qui volunt per excommunicationem maiorem ſocietatem dirimi.

An ſocietas diſſoluatur per mortem ciuilem voluntariam, atque adeò per Religionis ingreſſum, Q. V.

SVMMARIVM.

1 *Voluntaria morte ciuili, & ſic per Religionis ingreſſum diſſoluitur ſocietas.*
2 *Officialis ſi promoueatur ad Cardinalatum diſſoluitur ſocietas.*
3 *Seruitute ſocietas dirimitur.*

1 AD hanc quæſtionem reſpondetur affirmatiuè, vt habetur per Bald. in l. ſi fratres in lect. antiqua, num. 5. ff. pro ſoc. Petr. de Vbald. de duob. fratr. p. 6. num. 16. Felic. de ſociet. cap. 33. num. 9. Etenim Religionẽ ingreſſus pro mortuo habetur, l. Deo nobis, C. de Epiſc. & Cler. Hinc ait Caſtrac. in ſpecie loquens de ſocietate officiorum, cap. 35. num. 19. quòd ſi ſocius, qui officiali pecunias ad ſocietatem cõtulit, ingrediatur Religionem bonorum incapacem tam in particulari, quàm in communi, pecuniæ poſitæ in ſocietate tranſ[f]eruntur ad hæredes. Quod tamen verum eſſe ait idem Felic. loco citato ſub num. 12. quando Religionem ingreſſus profeſsionem emiſerit; aliàs ſecus. Idem dicendum eſt de

2 officiali; quoniam per Religionis ingreſſum, ac profeſsionẽ vacat officium. Imò ſocietas dirimitur, etiam ſi officialis promoueatur ad aliquam dignitatem, per quam induceretur mutatio ſtatus. Vndè ſi Theſaurarius ſuper eius officio ſocietatem contraxerit, ſi deinde ad Cardinalatum promoueatur, ſocietas ſtatim diſſoluitur; quia per talem ſocietatem mutatur ſtatus, & officium vacat, vt habetur per Zacch. de ſociet. offic. num. 282. & extat deciſ. Rotæ Rom. 34. num. 1. poſt eũdem Zacch. tract. in vna Romana officii, 16. Iunii 1595. coram R.P.D. Orano. in illis verbis, *De ſecunda pariter extinctione non potuit ambigi; quia per promotionem ſocii ad Cardinalatum, officium Theſaurieratus vacauerat.* Non tamen puto ſocietatem diſſolui, ſi ſocius, qui pecunias cõtulit officiali, Cardinalis creetur; quia ceſſat ratio, quæ limitat in officiali ad Cardinalatum promoto: & propterea ſi intra ſemeſtre, durante ſocietate, moriatur, officialis ipſe pecunias lucratur. Quod diximus de Religioſo, idem dicendum eſt de redacto in ſeruitutem; atque

3 ideò ſi vnoj ex ſociis ſuperueniat ſeruitus, ſocietas ſoluitur, vt per Dec. in cap. decernimus, num. 85. de Iudic. & Felic. loco citat., num. 9. ſeruus quoque dicitur mortuus ciuiliter, & militat eadem ratio, vt per Bald. in l. 2. circa fin. C. de ſent. ex breuil. recit. & alios Doctores ſupra relatos. Eſt tamen verum, quòd per emiſſam à Religioſo profeſsionem, & ſuperueniẽtem ſeruitutem ei qui pecunias contulit, officialis non lucratur pecunias, quoniã pecuniæ nõ lucrãtur p mortẽ ciuilẽ; ſed tãtũ per mortẽ naturalem, vt ſupra declarauimus lib.2. c.6. §.4. q.2.

De ſocietate, qualiter diſſoluatur rebus, Caput Tertium.

SVMMARIVM.

1 *Societas qualiter dirimatur ex rebus.*

1 TRactauimus ſuperiori capite de ſocietate, qualiter extinguatur ex pſonis; modo cõpetẽti ordine reſtat videndũ, qualiter extinguatur ex rebus. & quoniã ex rebus diſſoluitur ſocietas ex rerũ interitu,

interitu, vt in l. verum, §. ſocietas, ff. pro ſoc. & res interire dicuntur, cum aut conditionem mutant, aut nullæ relinquuntur, vt in d. l. verum, §. fin. & res nullas relinqui multis modis contingit, nempè rerum egeſtate rerum alienatione, & rerum extinctione, de his igitur per ſingulas quæſtiones diſcutiemus.

Qualiter ex rebus, rei conditionis mutatione ſocietas diſſoluatur. Q. I.

SVMMARIVM.

1 *Conditionis mutatione qualiter diſſoluatur ſocietas.*
2 *Societas diſſoluitur, re ſociali effecta ſacra.*
3 *Tributum quamuis inuariabile non debetur pro agro, in quo ædificatur Eccleſia, cæmeterium, &c.*
4 *Societas diſſoluitur quando res ſocialis publicatur ob delictum aliquod.*

AD hanc difficultatem reſpondetur,
1 quòd per mutationem conditionis rei ſocialis duobus modis ſocietas diſſoluitur. Primò quando res ex profana efficitur ſacra: ſecundò, quando res ſocialis publicatur. vt in l. verum, §. res vero, ff. pro ſoc. ſunt autem res ſacræ, quæ ritè per Pontifices Deo conſecratæ ſunt, vt ſunt ædes ſacræ, & donaria, qua ritè ad miniſterium Dei dicata ſunt, vt in Inſtit. de rer. diuiſ. §. ſacræ res ſunt. Ratio autem, cur res ſocialis effecta ſacra ſo-
2 cietas diſſoluatur, hæc eſt; quia res ſacræ ſunt in bonis nullius, & alienari, ac obligari prohibentur, excepta redemptionis cauſa, vt in d. §. ſacræ res. Idem dicendum eſt ſi res ſocialis efficiatur religioſa, vt quia in ea conſtruatur cæmeterium, & ſepelliantur mortui. quoniam huiuſmodi loca ſunt in bonis nullius, & alienari, ac obligari nequeunt, vt in §. Religioſum, in Inſtit. eod. tit. vbi etiam habetur, quòd quamuis vnuſquiſque ſua voluntate poſſit proprium locum per illationem mortui religioſorum efficere; in communi tamen loco focius, niſi altero ſocio conſentiente, non poteſt mortuum ſepellire, ſicut eo inuito in communi ſepulcro poſſet. Vndè Iuſtinianus ibidem in hoc ait differre ſacrum à Religioſo: quia ſacrum auctoritate ſua conſtituere ſibi nemo poteſt: at locum religioſorum propria auctoritate in proprio fundo per mortui illationem ſibi facit, vel in communi cum ſocij voluntate. Quæ diximus de Eccleſijs, ac ſacris ædibus extendimus
3 ad hortum, & atrium Eccleſijs, ac cæmeterijs, ac religioſis, ac ſacris locis annexa: eo quòd mutant conditionem. Etenim ob id ſequitur, quòd ſi in agro perpetuo tributario fuerit ædificata Eccleſia, cæmeterium, atrium, vel hortus Eccleſiæ annexus, tributum ab Eccleſia, & eccleſiaſticis perſonis, quamuis inuariabile, non debetur: ſicut nec tributum debetur pro agro dato pro dotatione Eccleſiæ: vt adnotauimus in noſtris commentar. in Bull. cænæ Domini, lib. 2. can. 18. q. 6. ſub num. 7. quia per mutationem perſonæ, mutatur conditio rei. Idem dicendum eſſe arbitror de bonis omnibus Eccleſiæ Deo dicatis, vt ſunt vaſa ſacra, paramenta ſacerdotalia, & alia eiuſmodi nã eùm hæc omnia in bonis nullius ſint, & alienari, ac obligari nequeant, conſequenter fit, vt eo ipſo quòd ex profanis fiant ſacra, per eorum conditionem mutatam, diſſoluitur ſocietas.

Permutationem conditionis rei ſo-
4 cialis diſſoluitur quoque ſocietas, quando res ſocialis publicatur propter delictum aliquod: quia publicatione extinguitur ſocietas, vt infra latius, Deo duce, dicemus, q. 5.

Qualiter egeſtate diſſoluatur ſocietas. Q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Egeſtate diſſoluitur ſocietas.*

QVòd egeſtate diſſoluatur ſocietas, eſt tex. in l. ſocietatem, §. diſſociamur, ff. pro ſoc. ita ſe habens, *Diſſociamur renunciatione, morte, capitis diminutione, & egeſtate.* Egeſtate verò ſocietatem diſſolui quatuor modis contingere poſſe Doctores volunt: nempè, bonis omnibus egentis à creditoribus venditis: eiuſdem decoctione aut omnium bonorum ceſsione: bonorum publicatione: rerum ſocialium alienatione: & earundem extinctione, vt ritè declarat Felic. de ſociet. cap. 34. num. 24.

Digitized by Google

Qualiter ex rebus, egeſtate, bonis omnibus egentis venditis, ſocietas diſſoluatur. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Societas diſſoluitur, bona omnia ſocij egētis cùm venduntur.*

AD hanc difficultatem reſpondetur; 1 quòd bona omnia ſocij egentis cùm vendontur ad eius creditoris inſtantiam, ſocietas verè dicitur egeſtate diſſolui. Probatur ex l. actione, §. 1. ff. pro ſocio, ita ſe habente, *Item bonis à creditoribus venditis vnius ſocij diſtrahi ſocietatem, Labeo ait*. Vndè non exigitur ad diſſoluendam ſocietatem, vt omnium ſociorum bona à creditoribus vendantur; ſed ſatis eſt vnius ſocij bonorum diſtractio, vt ſocietas diſſoluatur quoad omnes: ſicut morte vnius ex ſociis quoad omnes qooque dirimitur, vt habetur ex Ruin. conſ. 91. ſub num. 7. lib. 1. & Felic. de ſociet. cap. 34. ſub num. 26. Ratio autem, cur dirimatur ſocietas, bonis omnibus egentis venditis, hæc eſt, quia bona ſunt ſocietatis ſubiectum; at ſocietas non poteſt conſiſtere ſine ſubiecto, & communicatione fructuum, vt in l. verum, in fine, ff. pro ſoc. Hac ratione ſocietas officiorum contracta vltra valorem officij non valet; quooiam aliàs daretur ſocietas ſine ſubiecto, vt probauimus ſupra lib. 2. cap. 6. §. 2. q. 4. ſub verſ. His tamen.

Qualiter ex rebus, egeſtate per vnius ex ſocijs decoctionem aut bonorum omnium ceſſionem ſocietas diſſoluatur. Q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Dirimitur ſocietas per decoctionem vnius ex ſocijs.*

2 *Societas abſque bonis conſiſtere non poteſt.*

3 *Societas omnium bonorum ita demum decoctione vnius ex ſocij diſſoluitur, cùm ſocius ſua culpa decoſſerit.*

4 *Societas non diſſoluitur decoctione illius ſocij, qui tenetur ad operas tantùm.*

AD hanc quæſtionem reſpondetur, 1 quod qui iacturam bonorum ſuorum fuit paſſus ſatis dicitur egere: & propterea ſi eam patiatur vnus ex ſocijs, egeſtate per eiuſdem decoctionem ſocietas proculdubio ſoluitur. Et licèt quidā veliot, ita demum ſocietatem decoctione diſſolui: vbi decoctio ipſa habeat bonorum ceſſionem adiunctam, & non aliter, vt habetur ex Pariſ. conſ. 82. num. 41. lib. 2. ſtrac. de Mercat. tit. de Decoct. par. 3. num. 48. Rota Genuen. & alij; nihilominus probabilior nobis videtur opinio eorum, qui dicunt, quòd ſi ſocius rumpat, & cedat foro, ſocietas ſoluitur: ſiquidem is ad egeſtatem verè dicitur perueniſſe, & cedentes foro fallitos appellat Bart. in l. ſiogularia, col. 6. verſ. Ego dico, & ibi *Purpur.* num. 93. ff ſi cert. petat. Matt. Brun. de ceſsion. bonor. par. 4. q. 5. prin. Et hanc opinioœm tenent nouiſsimè Moder. Papien. in tract. de ignor. iur. & fact. cent. 1. d. 52. in fin. Franch. deciſ. 249. par. 2. & Felic. de ſociet. cap. 34. nu. 39. ad fin. qui poſt Ruin. conſ. 90. num. 12. lib. 1. reſpondet ad Gloſ. in l. ſocietatem, ff. pro ſoc. & dicit, eam tantùm velle, ceſsione bonorum ſubſecuta, probari egeſtatem; ſed non per hoc excludit, egeſtatem alio modo probari poſſe: atque adeò non dicit, ad diſſoluendam ſocietatem ſatis non eſſe egeſtatem, niſi egeſtas habeat bonorum ceſsionem annexam. Et re vera, qoòd ſola decoctio ſatis ſit ad ſocietatem diſſoluendam, ſolida ratio ſuadet: quoniam Decocti cùm bonorum ſuorum iacturam patiantur, bonorum extinctione ſoluitur ſocietas, vt infra, q. vlt. oſtendemus: ſiquidem abſque bonis 2 ſocietas conſiſtere non poteſt: & huiuſmodi decocti cùm amplius perdere non valeant, non eſt conueniens, quod lucrū ſentire debeant. Vodè ſicut ceſsione bonorum ſe ſola ſoluitur ſocietas, vt in §. item ſi quis ex ſocijs, in Inſtit. de ſociet. Gloſ in d. l. ſocietatem, ff. pro ſoc. Petr. de Vbald. de duob. fratr. par. 1 1. ſub num. 1. verſ. Tertiò finitur: & id non alia ratione; quia ſocietas abſque bonis coofiſtere non po-

non poteſt, vt ſupra diximus per tex. in l. verum, §. fin. ff. pro ſoc. ibi, *Neque enim eius rei, quæ iam nulla ſit, quiſquam ſocius eſt, &c.* ita etiam ſola decoctione, citra bonorum ceſſionem ſocietas ipſa dirimitur, cùm militet eadem ratio, arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Eſt tamen verum, quòd in ſocietate omnium bonorum tunc decoctio vnius
3 ex ſocijs ſocietatem diſſoluit, cùm ſocius ſua culpa decoxerit, vt quia portionem ſibi tangentem diſſipauerit ludendo, ſolemnius epulando, & aliàs expenſas faciendo, quæ de iure cum ſocio non veniunt communicandæ: ſecus autem ſi decoxerit occaſione ſocietatis, aut propter expenſas, & debita contracta, quæ de iure veniunt cõmunicanda; & aſcenderunt ad valorem portionis, quæ contingere ipſi ſocio, qui debita contraxit: ſiquidem debita cùm in tali ſocietate debeant eſſe communia cum altero ſocio, & bona, portio alterius ſocij communicatur; atque adeò remanent bona, ſuper quibus poteſt conſiſtere, & conſeruari ſocietas, & ſic non extingui.

Hæc tamen, quæ diximus vera ſunt in omnibus ſocietatibus, in quibus fit col-
4 latio bonorum, aut pecuniarum ab omnibus ſocijs; ſecus autem ſi agatur in ſocietate, in qua vnus ponit pecuniam, aut merces: & alter tantùm operas, nam ſi is, qui tenetur ad operas dumtaxat decoxerit, ſocietas non diſſoluitur; quoniam citra pecuniam ex parte talis ſocij, poteſt conſiſtere ſocietas, vt patet ex iis, quæ habentur ex Felic. d. cap. 34. num. 33. Ex dictis igitur patet, quod dicendum ſit de ſocietate officiorum Romanæ Curiæ, in qua decoxit is, qui pecunias officiali contulit: nam ſi dictæ pecuniæ quoque ſubiacent reſtitutioni creditoribus decocti, ſocietas proculdubio dirimitur egeſtate: ſecus autem ſi nec creditoribus nec alijs debeantur; quoniam tunc non diceretur doctores, eo quòd pecuniarum prædictarum remanet ipſe creditor: etſi durante ſocietate non moriatur, poteſt eas repetere. Quæ diximus de eo, qui pecunias contulit, extendimus etiam ad officialem: nam ſi decoxerit, eo quòd debita contraxerit ſuper valorem officij, nec habeat alia bona, quibus poſſit pecunias ſibi collatas ſocio reddere poſt ſemeſtre, ſi non deceſſerit eo durante ſocietas ipſa officialis egeſtate diſſoluitur: ſecus autem ſi præcipuas ſaltem habeat pecunias, quas ad ſocietatem recepit, quoniam tũc non diceretur decoctus: nam decoctus propriè dicitur, qui omnium bonorum ſuorum iacturam fuerit paſſus, vt ſupra diximus.

Qualiter ex rebus egeſtate per bonorum publicationem ſocietas diſſoluatur. Q. V.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum publicatione duobus modis diſſolui contingit ſocietas. Socialis tantum rei publicatione, & publicatione omnium bonorum.*

2 *Egeſtate tunc dirimi propriè dicitur ſocietas cum publicatione omnium bonorum diſſoluitur.*

3 *Societas quælibet bonorum publicatione dirimitur.*

4 *Bona eius, qui pecunias ad ſocietatem dedit, ſi publicata fuerint, an fiſcus intra ſex menſes poſſit ſortem ab officiali repetere.*

5 *Societas licèt ſoluatur publicatione bonorum vnius ex ſocijs; nihilominus cùm fiſcus ſe habeat loco hæredis probabilius dicendum eſt, Fiſcum teneri ea cõtinuare, quæ ante publicationem bonorum cæpta erant, & perficere cum alijs ſocijs*

6 *Socij ſi iurauerint, durante tempore ſocietatis non recedere à ſocietate, etiam in caſu confiſcationis bonorum vnius ex eis, & fideiuſſores dederint, tunc licèt ſocietas ad Fiſcum non tranſeat; tenetur tamen fideiuſſor eam continuare, qui ſe obligauit principali nomine: niſi agatur de ſocietate officiorum.*

7 *Societas non diſſoluitur publicatione bonorum eius ſocij, qui ad operas tantùm tenebatur.*

AD tituli explicationem eſt adnot. quòd bonorum publicatione duo-
1 bus modis contingit diſſolui ſocietas. Primò rei ſocialis tantùm publicatione, vt ſi ſocietas conſiſteret in frumento ſolùm, aut vino, vel oleo, pro quibus vendendis fuerit conſtitutum à lege aliqua municipali certum, ac determinatum

tum

tum pretium, ſub pœna contranenien-
tibns cõfiſcationis, ſeu publicationis hu-
iuſmodi mercium ſupra legale pretium
venditarum: & ipſi ſocii, aut eorum al-
ter contrauenientes rei ſocialis dumta-
xat publicationem fuerint paſſi: horum
ſocietas proculdubio diſſoluitur, vt in l.
verum, §. fin. ff. pro ſoc. de qua ſupra e-
gimus, q. 1. Quæ quidem ſocietas non
tantùm egeſtate, quàm rei conditionis
mutatione diſſoluitur, vt videtur colligi
ex d. §. fin. & diximus d. q. 1. in fin.

Secundò ſocietas diſſoluitur publica-
tione omnium bonorum, vt in l. actione,
2 §. publicatione, ff. pro ſoc. §. publicatio-
ne, in Inſtit. de ſociet. Petr. de Vbald. de
duob. fratr. p. 11. ſub num. 1. verſ. Ter-
tiò finitur: Felic. de ſociet. cap. 34. num.
27. Azor. p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſo-
ciet. cap. 16. verſ. Tertia, Filliuc. tom. 2.
qq. moral. tract. 38. cap. 6. q. vlt. & alij
Doctores communiter: & hæc ſocietas
propriè diſſolui dicitur egeſtate: ſiqui-
dem publicatione omnium bonorum di-
citur quis pati omnium rerum ſuarum
iacturam, iuxta ea, quæ ſupra adnota-
uimus in præcedenti quæſtione. Vndè
ſi vnius ex ſociis bona publicentur, alter
ſocius non poteſt compelli ſocietatem
continnare cum Fiſco; quia ſocietas diſ-
ſoluta eſt, vt per Petr. de Vbald. loco ci-
tato. Etenim ſocietas non tranſit in
Fiſcum per alicuius ex ſocijs bonorum
publicationem, vt loquens de ſocietate
officiorum Curiæ, probat Zacch. de ſo-
ciet officior. num. 279. Pro qua re alle-
gat deciſ. Rotæ Roman. 75. num. 1. &
2. poſt eius tractatum impreſſam in vna
Romana pecuniaria, 17. Febr. 1614. co-
ram R. P. D. Manzanedo, ita ſe haben-
tem, *Nec obſtare videtur, quod ſocietas
tranſeat in Fiſcum cum ſuo onere, & cau-
ſa, & conditione, &c.* cuius verba retu-
limus ſupra lib. 2. cap. 6. §. 4. q. 5. ſub
verſ. Pro hac eadem opinione. Confir-
matur ex eadem Rota, deciſ. 74. num. 3.
& 4. poſt eundem Zacch. tract. in eadem
cauſa, & coram eodem, 11. Deeembr.
1613. vbi etiam fuit reſolutum, quòd
per bonorum | ublicationem non ſolum
diſſoluitur ſocietas; ſed etiam bona dam-
nati ipſo iure tranſennt in Fiſcum abſ-
que vlla apprehenſione, his verbis, *Quia
eo ipſo, quòd per ſententiam bona fue-
runt publicata, illorum dominium tranſi-
uit ipſo iure, in Fiſcum abſque vlla appre-
henſione, Bart. in l. 1. §. an bona, ff. de iur.
Fiſc. Raph. Cuman. conſ. 32. num. 2.
Ruin. conſ. 31. num. 3. & ſeq. lib. 4. Franc.
Luc. de Fiſco, & eius priuileg. p. 1. nu. 91.
& p. 2. tit. de public. bonor. in fin. Angel. in
tract. de Maleſ. in ver. Eius bona, & notat
Boſſ. tit. de public. num. 25. Peregr. de iure
Fiſci, lib. 5. tit. 1. num. 52. Et ſocietas re-
manſit diſſoluta, §. publicatione, in Inſtit. de
ſociet. & l. actione, §. publicatione, & l. ve-
rum, §. fin. ff. pro ſoc.*

Ampliatur hæ concluſio, vt locum ſi-
bi vendicet in omnibus ſocietatibus;
3 quoniam iura illa in §. publicatione, &
l. verum, §. fin. ff. pro ſoc. generaliter lo-
quuntur de ſocietate, per bonorum pu-
blicationem diſſoluenda, nec diſtinguũt,
ergò generaliter, ac indiſtinctè ſunt in-
telligenda de omnibus ſocietatibus, vt
bonorum publicatione diſſoluantur; quo-
niam lex generaliter loquens, generali-
ter eſt intelligenda, & quando non di-
ſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l.
1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. l. de pre-
tio, ff. de publ. in rem act. Vndè publica-
tione diſſoluitur ſocietas tam vniuerſa-
lis omnium bonorum ſimpliciter, quàm
vniuerſalis ad quæſtum, & illa quæ om-
nium bonorum contrahitur in Hiſpania
inter coniuges, conſtante matrimonio.
Item publicatione bonorum diſſoluitur
omnis, & quæcunque alia ſocietas ſpe-
cialis, ſeu particularis, etiam ſi ſocietas
eſſet ſuper officijs Romanæ Curiæ, de
quibus in ſpecie loquuntur ſupra relatę
deciſiones, Zacch. de ſociet. offic. num.
279. & Caſtrac. eod. tract. cap. 14. ſub nu.
4. vbi loquens de Bannitis, quorum bo-
na confiſcantur, Fiſcus tenetur pecunias
reſtituere illi, qui ad ſocietatem ſuper of-
ficio officiali tradidit: ſiquidem quando
per delictum bona delinquentis confi-
ſcantur, ea tranſeunt in Fiſcum cum
omni onere tàm actiuè, quàm paſsiuè, vt
in l. 1. §. an bona, ff. de iur. Fiſc. & Fiſcus
loco hæredis ſe habet: eo quòd per legem
bona condemnati iure ſucceſsionis tran
ſferuntur, vt per Gloſ. & alios in l. non
intelligitur, §. cùm ex cauſa, ff. de iur. fiſc.
& nos latè de hac re egimus ſupra, q. 4.
& ſequitur Felic. de ſociet. cap. 34. num.
28. cum plur. ſeq. qui teſtatur audiuiſſe
fuiſſe ſtatutum, vt tempore ſocietatis cõ-
trahendæ obligetur officium. Et quam-
uis qui pecunias dedit poſsit agere con-
tra fideiuſſores; deinde tamen fideiuſſo-
res rectè agent contra Fiſcum tanquam
hæredem, vt ſupra, vt indemnes eos con-
ſeruet;

ſeruet; maximè ſi vltra officium alia bona officiali fuerit confiſcata, quæ ſatis ſût ad fideiuſſores conſeruandos indemnes, iuxta tradita per Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 14. num. 19. & 20.

Imò ſi bona eius, qui pecunias ad ſocietatem dedit, publicata fuerit, idem
4 Caſtrac. cap. 38. ſub num. 3. verſ. contrarium tamen, putat Fiſcum ſtatim ſequuta publicatione non poſſe ab officiali ſortem repetere. Etenim huiuſmodi ſocietates regulariter ad ſex menſes tantùm contrahuntur, & poſtea ad beneplacitum ambarum partium, ſolutis tamen fructibus ſemeſtris anticipatò. Vndè durante dicto tempore, quemadmodum ille, qui dedit pecunias repetere non potuiſſet; ita nec etiam Fiſcus, qui ex confiſcatione ſuccedit in locum illius, l. qui in alterius, ff. de regul. iur. officialis enim ſolùm ſortem reſtituere tenetur in fine ſex menſium: ergo ante dictum tempus conueniri non poteſt, l. 1. in fin. ff. de vſufr. accreſcend. & l. cedere diem, ff. de verb. ſignif. Adde ex eodem Caſtrac. ibi num. 13. quòd etiam quòd ſocietas eo caſu diſſoluta eſſet; Fiſcus tamen tanquam hæres conuentionem, & pacta ſeruare tenetur, l. vetum, §. in hæredem, l hæres ſocii, & l. actione, §. modo, ff. pro ſoc. Pariſ. conſ. 82. lib. 1. cùm confiſcatio, & publicatio cum omnibus oneribus intelligatur facta, ad quæ tenebatur condemnatus, l. ex facto, §. ex facto, & ibi Rip. num. 5. ff. ad Trebel. & in l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoffic. teſtam. Nec Fiſcus poteſt ante tempus debita à ſuo debitore exigere; niſi ex cauſa publicæ vtilitatis. Vndè ex hoc infert idem Caſtrac. cap. 36. quod ſi is, qui dedit pecunias, poſt bonorum publicationem intra ſex moriatur morte naturali, officialis lucrabitur eas: nam Fiſcus ab officiali non poteſt ſortem repetere, niſi elapſo tempore: & non Fiſcus eaſdem exigetet, teneretur reſtituere. Sed hanc Caſtrac. ſententiam meritò reijcimus ſupra lib. 2. cap. 6. §. 4. q. 5. verſ. Eſt tamen verum: & q. 27. verſ. His tamen non obſtantibus.

Sic ampliata limitatur eadem concluſio, vt licèt publicatione bonorum vnius
5 ex ſociis, ſocietas diſſoluatur; nihilominus cùm Fiſcus ſe habeat loco hæredis iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, puto probabilius dicendum eſſe, fiſcum teneri continuare ea, quæ ante publicationem bonorum cæpta erant, & perficere cum alijs ſocijs, vt diximus ſupra, q. 3. lim. 1. cap. 2. Imò idem dicendum puto de ijs, quæ cæpta fuerunt per vnum ex ſocijs ignorantem confiſcationem bonorum alterius ſocii: nam quoad ea ignoranter cæpta, vt ſupra non cenſetur diſſoluta ſocietas, per ea quæ ſupra adnotauimus d. q. 3. lim. 2.

Secundò limitatur, vt quamuis confiſcatione bonorum vnius ex ſociis, ſocie-
6 tas diſſoluatur; nihilominus ſi ſocii iurauerint, durante tempore ſocietatis, non recedere, etiam in caſu confiſcationis bonorum alicuius ex eis, & fideiuſſores dederint, tunc licèt ſocietas ad fiſcum non tranſeat, tenetur tamen fideiuſſor continuare, qui mediante iuramento ſe obligauit principali nomine, iuxta ea, quæ ſupra diximus cap. 2. q. 3. lim. 4. Non tamen hanc limitationem puto locum ſibi vendicare in ſocietate officiorum, ſi de confiſcatione officii, & bonorum officialis ageretur, quia non poſſet continuari ſocietas; ſtante publicatione officij; aliàs daretur ſocietas ſine fundo, ſeu ſubiecto, contra ea, quæ ſupra adnotauimus, q. 4. poſſet fortè habere locum in ſocietate officiorum, in qua agitur de confiſcatione bonorum eius, qui pecunias ad ſocietatem contulit; quoniam tunc ſtante dicto pacto, & fideiuſſoris obligatione, fideiuſſor teneretur ſocietatem continuare, cùm non eſſet circa fundum, ſeu ſubiectum, cùm ſupponamus officium adeſſe.

Tertiò limitatur prædicta concluſio, vt non procedat in ſocietate, in qua vnus
7 ſocius tenebatur ad præſtandas operas duntaxat, & bona illius fuiſſent confiſcata pro crimine vſurarum, v. g. vt ſeruatur in noſtro Regno Neapolitano, vbi contra vſurarios ſtatuitur pœna confiſcationis bonorum, vt in conſtit. Regni, quæ incipit, vſurariorum nequitiam; tunc arbitror per confiſcationem bonorum, non diſſolui ſocietatem; quia circa pecuniam, aut alia bona ex parte talis ſocij, ſocietas conſiſtere poteſt, vt patet ex iis, quæ ſupra adnotauimus, q. 4.

Qua-

Qualiter ex rebus, per rerum alienationem ſocietas diſſoluatur. Q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Societas regulariter non diſſoluitur per ſolam alienationem verum ſocialium.*

2 *Societatem ſi duo contrahant ad vendendum certum vinum, tantùm durat; quantum durat vini negotium.*

3 *Societas contracta de emendo, & vendendo vino, pro quo fuerit conducta taberna, tantùm durat, quantum durat conductio tabernæ.*

5 *Societas diſtrahitur alienatione, quando per talem alienationem mutatur perſona ſocii.*

5 *Officii alienatione ſoluitur ſocietas officii, ſuper quo contracta eſt ſocietas.*

6 *Societatis diſſolutio non contingit ſimpliciter propter officii venditionem; ſed quia officialis etiam mutat perſonam ſecundum aliquos.*

7 *Societatis diſſolutio contingit venditione officii, ſuper quo eſt contracta ſocietas, quia amplius non habet officium, in quo ſocietas ſubſiſtat.*

8 *Societas officii venditione diſſoluitur etiam ſi eius reſignatio à ſuperiore non fuerit admiſſa.*

9 *Societatis officii dirimitur ſuppreſſione officii.*

10 *Societas diſſoluitur per alienationem officii, quando igitur de officiis in totum vacabilibus: aliàs ſecus.*

11 *Societas non diſſoluitur per vacationem, ſed alienationem vnius ex officiis, ſuper quibus eſt contracta ſocietas, ſi quod remanſit eſt capax ſocietatis.*

AD huius rei determinationem eſt adnot. quòd per ſolam rerum alie-
1 nationem, ſuper quibus eſt contracta ſocietas, regulariter ſocietas non diſtrahitur: nam in ſocietate negotiationis, in ſocietate omnium bonorum, & in quamplurimis aliis res emuntur, ac diſtrahuntur; & tamen ſocietas non ſemper dirimitur; ſed tunc ſocietas dicitur extincta, quando res, ſuper qua eſt coita ſocietas, deperditur, vt per Gloſ. in l. ſi non fuerint, in ver. Solus, ff. pro ſoc. vel cùm rei alienatione negotio finis imponitur, vt in l. actione, §. item ſi alicuius, ff. pro ſoc. & §. item ſi alicuius, in Inſtit. de ſociet. Petr. de Vbald. de duob. fratr. ſp. 11. ſub num. 1. verſ. Sexto, & alii apud Felic. de ſociet. cap. 34. num. 21. & 22. Hinc ſequitur, quòd ſi duo ſocietatem
2 contrahant ad vendendum certum, ac determinatum vinum, tunc tantum durat dicta ſocietas, quantum durat talis vini negotium, vt per Gloſ. in d. §. Item ſi alicuius. Dixi, *ad vendendum certum vinum*; nempè vinum v. g. exiſtens in cella vinaria *Titii*: quoniam tunc ſocietas durat, durante dicti vini negotio: ſecus autem ſi in genere fuerit contracta ſocietas de emendo, ac vendendo vino,
3 & pro huiuſmodi negotio fuerit conducta taberna; quia eo caſu durat ſocietas, donec durat conductio, vt per Io. Fabr. in d. §. item ſi alicuius, in Inſt. de ſociet. & Rota Genuen. deciſ. 27. Imò Felic. loco citato, ſub num. 22. circa fin. putat, ſocietatem dicto euentu durare etiam vltra tabernæ conductionem, quando non apparet ſocietatem fuiſſe reſtrictam ad tempus conductionis tabernæ; ſed fuiſſet contracta principaliter ſuper vino vendendo; nam attenditur ſuper id, quod principaliter agitur, l. cùm principalis, ff. de regul. iuris.

Item alienatione diſtrahitur ſocietas, quando per talem alienationem muta-
4 tur perſona ſocii. Vndè ſi Dominus ſeruum vendat, cum quo erat coita ſocietas, diſſoluitur ſocietas: verùm tũc ſocietas non dicitur diſtrahi rei alienatione; ſed quia mutatur perſona ſocii, l. ſi id quod, §. ſi ſoc. ff. pro ſoc. atque adeò alienatione, ac mutatione perſonæ.

Vndè alienatione rei ſolui ſocietatem
5 ſolet propriè contingere in ſocietate officiorum, quæ diſſoluitur alienatione officij, ſuper quo contracta eſt ſocietas, vt habetur ex Gabr. conſ. 63. num. 13. & & 16. lib. 2. Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 43. num. 2. Tuſch. verſ. ſocietas, concl. 306. num. 38. Farinac. conſ. 162. ſub num. 13. lib. 2. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 2. Felic. de ſociet. cap. 34. num. 10. Zacch. de ſociet. offic. num. 261. & extat Deciſio Rotæ Rom. 4. num. 2. poſt eiuſdem Zacch. tract. in vna Romana ſocietatis, 23. Iunii 1600. coram b. m. Cardin. Mellino, in illis verbis, *fundamento reſolutionis fuit; quia*

per

per venditionem officii ſocietas diſſoluitur, l. verum, §. vlt. ff. pro ſoc. & §. ſoluitur, in Inſtit. de ſociet.

Eſt tamen verum, quòd Felic. loco citato, num. 11. inquit, quòd huiuſmodi
6 ſocietatis diſſolutio non contingit ſimpliciter propter officij venditionem; ſed quia officialis etiam mutat perſonam: non enim vendit officium ſimpliciter; ſed illud renunciat in manibus Romani Pontificis ad fauorem certæ perſonæ, cui ab ipſo Pontifice deinde confertur: quo obtẽto ab eo ſoluitur pecunia illi, à quo renunciatio ad eius fauorem facta fuit. Etenim officia Romanæ Curiæ citra Papæ conſenſum nec vendi, nec alienari poſſunt, vt latè probat Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 41. per totum. Vndè Papa, quia de officio reſignato prouidet alteri ad ſui libitum, non obſtantibus ſocietatibus, idcircò teſtatur Boccac. eod. tract. ſub num. 9. quòd multi ſolent deferre memorialia ad Datarium ne recipiat reſignationem officii, cùm officialis ſit eis debitor in magna pecuniarum quantitate, & dubitant fraudari, ac deludi ab eo in eorum credito: qua propter S. P. ſolet huiuſmodi quærelas admittere, & non recipere officiorum reſignationem in fraudem creditorum.

Sed re vera meritò per Zacch. num.
7 283. reiicitur, quod à Felic. loco citato, docetur: etenim quamuis demus, quòd per tales reſignationes, ac ceſsiones vendantur officia; nihilominus iſta ſocietas non diſſoluitur per ſe primo, quia officialis mutat perſonam; ſed quia officialis non habet amplius officium, ſuper quo ſocietas ſubſiſtat, & in hoc fundatur d. deciſio Rotæ, quam ſupra retulimus, & Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 22. ſub nu. 2. dum allegat l. verum, §. fin. ff. pro ſoc. Facta autem officij venditione, ſeu reſignatione, ac ceſsione modo prædicto, ſtante ſocietatis diſtractione, ſi is qui pecunias officiali contulit poſt officij alienationem moriatur, pecunias collatas non amitteret, cùm non poſsit dici, durante ſocietate deceſsiſſe; atque adeò ſicut ceſſat periculum vitæ, ita etiam, & commodum percipiendi fructus ceſſare debet, l. ſecundum naturam, ff. de regul. iur. & Caſtrac. loco citato: vbi num. 5. dicendum tamen putat, quòd ſi ille, qui pecunias contulit fuit in bona fide, vt quia ignorauit, officium fuiſſe alienatum, vt in dubio præſumitur, l. verius, ff de præſumpt. cap. præſumitur, de regul. iur. in 6. & fructus exegit, non tenetur in ſortem computare; atque ideò licitè exegit, ſed hoc Caſtrac. dictum meritò reiicit Felic. de ſociet. cap. 34. ſub num. 17. quoniam facta officij alienatione, ceſſat periculum pecuniæ, quo ceſſante, lucrum amplius exigi non licet. Poteſt tamen illud retinere in totum, vel pro parte ratione intereſſe, ſi intereſſe aliquod fuerit paſſus, & reliqua neceſſaria concurrant, vt per eundem Felic. loco citato, num. 20. & patet ex iis, quæ ſupra adnotauimus lib. 2. cap. 6. §. 8. q. vnica.

Ampliatur hæc concluſio, vt quæ diximus de officio vendito, vt per eius alie-
8 nationem, ac reſignationem diſſoluatur ſocietas, locum habeant, etiam ſi reſignatio officij per ſuperiorem non fuerit admiſſa, vt habetur per Boccac. de ſociet. offic. num. 150. cum plur. ſeq. Caſtrac. eod. tract. num. 8. & ſeq. & Zacch. eod. tract. num. 291. Etenim officialis dicitur officium alienaſſe ſtatim quòd reſignauit: nam reſignatio fuit perfecta; ſed tamen reuocabiliter, donec admiſſa fuerit, & ſtatim facta admiſsione, ad diem reſignationis retrotrahitur, vt per Caſſad. deciſ. 1. & 2. de renunc. & deciſ. 4. de reſtit. ſpoliat. & alios ab eodem Caſtrac. relatos, num. 13. & ſeq. vbi differentiam ponit inter reſignationem officii, ac reſignationem beneficij: quia in eo apponitur clauſula, *Non aliter, nec alio modo, vt rectè declarat Boccac. loco citato, nu.* 152.

Secundò ampliatur eadem concluſio, vt quæ diximus de alienatione officij,
9 per quam ſoluitur ſocietas, vera quoque ſint de ſuppreſsione officii: nam per officii ſuppreſſionem à Romano Pontif. dirimitur quoque ſocietas; vt per Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 39. num. 1. Zacch. eo. tr. n. 286. & Felic. de ſoc. c. 34. n. 6. Etenim eius, quod non eſt ſocietas dari non poteſt, l. verum, §. fin. iuncta Gloſ. ff. pro ſoc. Petr. de Vbald. de duobus fratr. p. vlt. in prin. Idem dicendum eſt quando vacaret officium per promotionem ad aliquam dignitatem, per quam induceretur mutatio ſtatus, vt ſi officium Theſaurariatus vacaret per promotionem ad Cardinalatum, vt habetur ex eodem Zacch. de ſociet. offic. num. 282 pro qua re allegat deciſ. Rotæ Rom. 34. poſt eundem Zacch. tract. impreſſa, in vna Romana ſocietatis, 16. Iunij 1595. coram R. P. D. Orano.

Digitized by Google

Sic ampliata limitatur hæc ipſa concluſio, vt locum habeat in officijs in to-
10 totum vacabilibus; ſecus autem ſi in totum non vacarent, vt ſunt Notariatus Rotæ,& A.C. per quorum alienationem totum officium non alienatur; cùm ſcripturarum dominum remaneat apud vẽditorum, & propterea per huiuſmodi officiorum alienationem, non ſoluitur ſocietas, vt habetur per Tiber. & prax. lib. 1. cap. 17. num. 2. Felic. de ſociet. cap.34.num.5. & Zacch. de ſociet. offic. num. 294. qui pro hac re allegat deciſ. Seraph. 905. num. 3. & fuit reſolutum in vna Roma nullitatis cenſus, 5. Maij, 1587. coram R.P.D.Corduba: etenim, inquit, Notarius ſcripturæ poſſunt hypothecari, & ſuper illis huiuſmodi ſocietas contrahi. Quod tamen verum putat ipſe Zacch. ibi; dummodo tales ſcripturæ ſint capaces: & hanc ſententiam tenet etiam Felic. loco citato.

Secundò limitatur prædicta concluſio, vt non procedat, quando ſocietas eſſet
11 cõtracta ſuper duobus officijs, quorum vnum alienetur: nam ſi alterum, quod remanſit eſt capax ſocietatis, ſocietas ipſa non diſſoluitur, vt habetur ex Boccac. de ſociet. offic. num. 187. & ſeq. & Zacch.eod. tract. num. 195. Tuſch.ver. ſocietas, concl. 306. num. 39. & Felic.d. cap. 34. num. 43. Pro qua re extant plures Rotæ Rom. deciſ. Et ſi alterum officium erit capax pro parte tantùm, pro ea tantùm parte ſocietas ſuſtinetur, vt patet ex Rota Romana, deciſ. 43. poſt Zacch. tract. 28. Ianuar. 1603. coram b. m. Cardinale Mellino, ita ſe habente, *Domini concluſerunt, quòd ſi officium, quod remanſit, erat capax totius ſummæ, per venditionem alterius officii ſocietas non diſſoluitur, & in hoc caſu materia eſt clara: quoniam hanc opinionem ſæpè ſecuta fuit Rota in cauſa Romana de Lactinis coram Illuſtriſs. Blanchetto; & in cauſa Romana de Ferris, coram Illuſtriſſimo* D. meo Patriarcha Alexandrino, *& coram me in cauſa Romana cenſus, 30. Octobris* 1602. *Si verò officium non eſt capax totius ſummæ, cenſuerunt, ſocietatem pro rata, cuius eſt capax ſuſtineri; quia illa pars, quæ remanſerat, affert eandem vtilitatem, quam in toto reſpectu totius: & propterea ceſſat in hoc caſu ratio indiuiduitatis, in qua ſe fundant informantes, Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in 3. q. ff. de verb. obligat. & fuit latè deductum in dictis deciſionibus.*

Eſt tamen verum, quòd contra rem hanc Felic. loco citato, inquit, malè loqui Boccac. num. 188. dum ait, quòd ſtante taxatione fructuum ad rationem 12. pro quolibet centenario, in anno, officium, quod remanſit, ſiue plures, ſiue pauciores fructus reddat, debeantur fructus iuxta taxatam ſummam. Sed rectè eum defendit Zacch. eod. tract. num. 297. dicens, illa verba non eſſe Boccac. Sed Rotæ in vna Romana ſocietatis, 27. Aprilis, 1576. coram bon. m. Cardin. Blanchetto. Nec dici poteſt, quòd malè loquatur, cùm deciſio ſupponat eſſe incertos, & propter eorum incertitudinem ſoluuntur ad d. rationem: quòd ſi fructus eſſent certi; atque adeò clarum eſſet, officium, quod remanſit, non eſſe capax; tunc pro rata, cuius eſt capax ſuſtinetur, iuxta deciſ. paulo ſupra allatam.

Qualiter ex rebus, per rerum ſocialium extinctionem ſocietas diſſoluatur.

Q. VII.

SVMMARIVM.

1 *Rerum ſocialium extinctione ſocietas diſſoluitur.*
2 *Socialium rerum extinctione adeò diſſoluitur ſocietas, vt capitale amplius in ea non ſit reponendum.*
3 *Socielas re ſociali perempta, adeò dirimitur, vt non valeat pactum in contrarium.*
4 *Sociatis rei mutata conditione, diſſoluitur ſocietas.*
5 *Societas diſſoluitur cùm finis negotiationi, in qua conſiſtit ſocietas, imponitur.*
6 *Sociali re extincta, tunc extinguitur ſocietas, quando res in totum extinguitur.*

AD hanc difficultatem reſpondetur, quòd quando res ſociales corrum-
1 pantur, rapiuntur, furantur, extinctione dicitur diſſolui ſocietas: quia eius rei, quæ

rei, quæ nulla eſt, ſocietas dari non po-
teſt, vt in l. verum, §. fin. & ibi Gloſ. ff.
pro ſoc. l. ſi non fuerint, vbi etiam Gloſ.
in ver. Solus, ff. eod. Petr. de Vbald. de
duob. fratr. p. 1. num. 1. Bald. in l. 1. q.
6. C. pro ſoc. Hinc ſequitur, quòd ſi quis
alteri dedit decem vaccas ad ſocietatem,
ſeù ſoccidam, & vaccæ omnes pereant,
extinguitur ſocietas; quoniam eius rei,
quæ non eſt, non datur ſocietas. Et ſi
quis dederit centum aureos alicui po-
nenti operas ad negotiandum eos, & de-
perdeti fuerint latronum incurſu, aut
alio accidenti, ſocietas ſtatim diſſolui-
tur: ſiquidem, amiſſo capitali, finitur
ſocietas, Bald. loco citato, & Gabr. conſ.
63. num. 19. lib. 2. dum ait, quòd ſi Pa-
pa officium ſupprimeret, ſuper quo ſo-
cietas contracta eſt, finitur ſocietas; quã
ſententiam ſequitur Caſtrac. de ſociet.
offic. cap. 39. num. 1. cum plur. ſeq. &
ſupra latius diximus, q. præced ampl. 2.

Ampliatur hæc concluſio, vt extin-
ctione rei adeò dirimatur ſocietas, vt ca-
2 pitale deperditum in ſocietate amplius
non ſit ponendum, vt habetur ex Felic.
poſt alios de ſociet. cap. 34. num. 4.

Secũdò ampliatur, vt nec valeat pactũ,
3 vt ſocietas duret, re perempta, vt habe-
tur, ex habetur ex Felic. loco citato, num.
5. Hinc ait Caſtrac. d. cap. 39. num. 4.
quòd ſi in ſocietate officiorum partes
conueniant, vt ſuppreſſo officio à S.P. ſo-
cietas adhuc duret, talis conuentio eſt
nullius momenti, vt patet ex ijs, quæ de
cenſu tradit Sarn. deciſ. 93. & Boccac. de
ſociet. offic. num. 10. qui tractans de
pactis illis, quæ contrahentes in ſocieta-
te officiorum adhibere ſolent: quòd ſi
ipſe officialis officium amittat, ſue dimit-
tat, vel renunciet, ſoluat ſcuta 12. pro
100. qui fructus ſemper currant, & ſolui
debeant per ipſum officialem, ſciens,
amiſſo, dimiſſo, aut renunciato officio,
eſſe ſolutam ſocietatem, inquit, fructus
non deberi niſi ratione intereſſe: Sed
quia poſt dimiſsione officii fructus ſolue-
re ad rationem 12. aureorum pro cente-
nario, eſſet nimis exceſſiuum, poſt ſcien-
tiam illius, qui pecunias contulit, de of-
ficijs amiſſione, debet per iudicem illum
intereſſe moderari ad rationẽ quinque,
ſex, vel ſeptem pro ſingulis 100. non ob-
ſtante dicto pacto, ac iuramento.

Tertiò ampliatur, vt idem dicendum
ſit, ſi res ſocialis mutet conditionem,
4 vt quia fiat ſacra, aut religioſa; atque
adeò deſinat eſſe in commercio noſtro:
quia mutata rei conditione ſocietas ſu-
per ea facta diſſoluitur, vt in l. verum,
§. fin. ff. pro ſoc. & Felic. poſt alios, d.
cap. 34. num. 1.

Quartò ampliatur, vt ſocietas diſſol-
uatur, cùm alicuius rei ſit, & finis nego-
5 tiationi iam ſit impoſitus, vt in l. actio-
ne, §. item ſi alicuius, ff. pro ſoc. & latè
Felic. de ſociet. cap. 34. per totum, Azor.
p. 3. Inſtit. moral. lib. 9. de ſociet. cap.
6. q. 4. & 5.

Sic ampliata limitatur eadem con-
cluſio, vt quamuis, re ſociali extincta,
6 & quæ deſinit eſſe in commercio noſtro,
dirimatur ſocietas; nihilominus id verũ
eſt, quando in totum extinguitur, aut
in totum deſinit eſſe in commercio no-
ſtro: ſecus autem ſi pro parte: nam in
illa parte; ſi res eſt diuiſibilis, remanet
ſalua ſocietas, vt per Gabr. conſ. 63. nu.
19. lib. 2. Etenim idem dicitur de le-
gato, fideicommiſſo, & vſufructu, quòd
re extincta in totum, vel in partem; in
totum, vel in partem extinguitur, l.
titiæ, §. fin. ff. de legat. 1. l. 2. & l. quo-
ties, §. fin. ff. de vſur. Vndè mortua
vacca, ſi remaneat vitulus, ſocietas
ſuſtinetur in vitulo, vt habetur ex
Petr. de Vbald. de duobus
fratr. p. 8. num. 22. &
Felic. d. cap.
34.
ſub num. 3. & re cenſui ſuppoſita, quam-
uis extincta, pereat cenſus, nihilo-
minus ſi remaneat rei pars ſuffi-
ciens ad ſolutionem annuæ
penſionis,
tempus non extinguitur, vt nos latè
declarauimus in noſtris cõmen-
tar. ad extrau. Pij V. de cen-
ſibus tom. 2. §. 5.
q. 1. & 2.

De ſocietate, qualiter diſſolua-tur voluntate. Cap. Quartum.

SVMMARIVM.

1 *Res eiuſdem cauſis diſſoluitur, quibus conſtituitur.*

2 *Societas tacita, vel expreſſa voluntate diſſoluitur.*

AD huius rei euidentiam eſt adnot' quòd res eiuſdem cauſis diſſolui-
1 tur, quibus conſtituitur. Vndè ſocie-
tas cùm duobus modis conſtituatur, vo-
luntate ſcilicet tacita, vel expreſſa, vt pa-
tet ex l. 4. ff. pro ſoc. ita etiam tacita,
vel expreſſa voluntate diſſoluitur, vt per
Gloſ. fin. in l. verum, §. fin. ff. pro ſoc. &
latè Felic. de ſociet. cap. 35. num. 1. Ete-
nim nihil tam naturale eſt quàm vnum-
quodque ſoluatur eo, quo ligatur
vinculo, l. nihil tam naturale, ff. de re-
gul. iur. & in ſpecie Tuſch. ver. ſocietas,
concl. 306. num. 26. Nos igitur, vt rem
ipſam paucis explicemus, primò vide-
bimus qualiter ſocietas dirimatur vo-
luntate tacita: & deinde, qualiter diſ-
ſoluatur expreſſa.

Qualiter ſocietas diſſoluatur voluntate tacita. Q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Societas diſſoluitur voluntate tacita per actus diſſociatiuos.*

2 *Societas omnium bonorum qualiter tacitè contrahatur, & tacitè diſſoluatur.*

3 *Societas particularis qualiter tacitè contrahatur, & tacitè dirimatur.*

4 *Societas officiorum ſicut tacitè contrahitur, ità etiam tacitè dirimitur.*

5 *Societas tacitè elapſo ſocietatis tempore qualiter diſſoluatur.*

6 *Societas, quæ contrahitur ad ſex menſes, & deinde ad beneplacitum, non diſſoluitur, elapſo tempore, ſed renocato beneplacito.*

7 *Societas contracta ad ſex menſes, & deinde ad beneplacitum, durat vſque ad mortem ſi non reuocetur.*

8 *Beneplacitum licèt regulariter duret vſque ad mortem; durat tamen ſi addatur, cum diſdicta 15. dierum, etiam poſt mortem, atque adeò exigitur expreſſa reuocatio à ſucceſſore.*

9 *Societas ſi fiat ad tempus ſimplieiter, & elapſo termino ſocii nihil dicant, ſtatim ipſo iure diſſoluta cenſetur.*

10 *Societatis tacita, vel exereſſa renouatio à ſociis inita, fideiuſſoribus, ſeu expromiſſoribus non nocet, quin poſt finitum tempus liberati cenſeantur.*

AD hanc difficultatem reſpondetur, ſocietatem diſſolui voluntate con-
1 trahentium tacita per actus diſſociati-
uos: etenim ſicut actibus ſociatiuis taci-
tè conſtituitur ſocietas, vt latè oſtendi-
mus ſupra lib. 1. cap. 2. q. 7. concl. 2. ita
etiam ex actibus diſſociatiuis tacitè diſ-
ſoluitur, vt habetur per Bald. conſ. 452.
ſub num. 3. lib. 3. Socc. conſ. 87. ſub n.
3. lib. 1. Ceph. conſ. 396. num. 7. lib. 3.
Menoch. de præſũp. lib. 3. præſump. 60.
num. 10. Maſcard. de probat. concl. 1310
Rom. conſ. 418. per totum, præſertim
num. 2. in fin. & apoſtil. 1. vbi habetur,
quòd ſicut poſſeſſio longa communionis
inducit tacitè communionem; ita quo-
que poſſeſſio longa diuiſionis inducit di-
uiſionem, Tuſch. ver. ſocietas, concl.
306. num. 32. vbi te ſtatur de communi,
& Felic. de ſociet. cap. 35. num. 2. Hinc
infertur, quòd quemadmodum ſocietas
omnium bonorum tacitè contrahitur,
2 quando duo, vel plures bona omnia
communicant, præſentia, ac futura, vn-
decunque, & qualitercunque quæſita,
tam titulo oneròſo, quàm lucratiuo, vi-
uendo de communi cum proprijs vxori-
bus, ac filiis, ac tota familia, non reddi-
ta ratione, vt ſupra oſtendimus d. q. 7.
concl. 2. ita quoque tacitè diſſoluitur,
cùm ſeparatim ſocii cæperint habitare,
& bona communicata diuidere, & alia
huiuſmodi, vt in l. itaque, ff. pro ſoc. &
patet ex traditis per Alex. conſ. 137. lib.
5. Eſt tamen verum, quod ſocietas
omnium bonorum non dirimitur ex eo
tantùm, quòd ſocius emerit nomine
proprio bona aliqua: quoniam ea te-
neretur communicare, vt habetur ex
Rom. conſ. 291. n. 9. & 10. verſ. Nunc er-
go videndũ: & Tuſch. verſ. ſocietas tacita,
concl.

concl. 286. num. 29. vbi etiam num. 30. inquit, ita demum ſocietatem contrahi, & diſſolui tacito conſenſu, etiam facto declarato, quando ipſum factum eſt amborum ſociorum, & tendit vel ad communionem, vel ad diſſolutionem communionis, ſeu ſocietatis, vt per Rom. conſ. 418. vbi apoſtil. Vndè ſi appareat, quòd ambo ſocij cæperint proprio nomine emere, vel non communicare, vt ſolebant, proculdubio, ſocietas tacitè inita cenſetur tacitè diſſoluta, vt habetur ex Alex. conſ. 76. num. 10. & ſeq. lib. 4. quem refert, & ſequitur Tuſch. d. concl. 286. num 32. vbi num. 31. ob id ait, quòd ſocietas omnium bonorũ inita inter duos fratres pauperes, eo quòd vnus communicabat ſalarium, & alter induſtriam, & omnia bona erant communia; ſi is qui ſalarium conferebat, cæpit non communicare: & alter cæperit nomine proprio acquirere; ſocietas profectò cenſetur tacitè diſſoluta, vt per Alex. conſ. 78. per totum, lib. 2.

Quæ diximus de ſocietate omnium
3 bonorum extendimus quoque ad ſocietates particulares: ſiquidem ſocietas particularis actibus ſocietatiuis eam inferentibus tacitè contrahitur, vt in l. Paulus, ff. rem ratam haberi: & latè ſupra declarauimus, d. q. 7. concl. 2. verſ. ſocietas quoque particularis: ita etiam tacitè ſocietas ipſa dirimitur actibus diſſociatiuis, vt in d. l. itaque, ff. pro ſoc. Vndè ſicut per communicationem ouium, & communionis longam poſſeſsionem cẽſetur contracta tacitè ouium ſocietas; ita etiam tacitè cenſetur diſſoluta, ſi ſocij recipiunt vnuſquis ſuas oues, quas contulit: ſiquidem tacitè diſſoluitur ſocietas, quando ſocij recipiunt vnuſquiſque ſuum capitale ſortis principalis, vt per Bald. conſ. 448. in fin. lib. 4. & Tuſch. verſ. ſocietas, concl. 306. num. 32. & 33. vbi id limitat, id non procedere ſi ſocij recipiãt fructus vnuſquiſque eorum parte; quia actus huiuſmodi non diſſociatiuus.

Societas quoque officium ſicut tacitè
4 contrahitur per ſolutionem fructuum anticipato factam ab officiali, vt patet ex ijs, quæ habentur ex Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 8. num. 21. cum plur. ſeq. & id non alia ratione, niſi quia illa fructuum ſolutio anticipatò, eſt actus ſociatiuus: ita etiam per actus diſſociatiuos tacitè diſſoluitur, nemper per ſolutionem partis ſortis factam ab officiali, vt habetur per Tiber. in ſua praxi, lib. 1. cap. 17. num. 3. & alios, quos refert, Zacch. de ſociet. offic. num. 302. pro qua re facit deciſio Rotæ Romanæ in cauſa Romana Saluiani interdicti, 23. Iunij 1601. coram b. m. Litta: vbi in cenſu per reſtitutionem partis pretij cenſetur receſſum à toto contractu cenſus, etiam ſi inter partes expreſsè non fuerit dictum. Contrarium tamen puto verius; maximè ſi fructus fuerint ſoluti deinde pro illa parte tantùm ſortis remanſa, & non pro tota, vt rectè ait Boccac. de ſociet. offic. nu. 166. qui adhoc allegat tex. in l. verum, §. fin. ff. pro ſoc. Zacch. loco citato, & extat deciſio Rotæ Rom. in vna Romana ſocietatis, 16. Martij 1579. coram b. m. Cardin. Blanchetto, quam ad verbum refert idem Boccac. loco citato, num. 180. & facit deciſ. 55. num. 4. poſt eundem Zacch. tract. in alia Romana ſocietatis, 1. Iul. 1602. coràm b. m. Cardin. Pamphilio; quæ tamen fundatur in veriſimili contrahentium intentione, vt patet in illis verbis, *Non obſtat, quòd ex ſolutione ſcutorum 97. ante obitum Clericis, videatur diſſoluta ſocietas; quia omiſſa quæſtione, an adhuc effectum ſufficiat ſolutio partis, quod pendet à veriſimili contrahentione diſcedendi à tota ſocietate, vel eius parte elicita ex circumſtantijs facti, l. actione in prin. vbi Bart. in fin. ff. pro ſoc. &c.* Vndè admitiit Rota in proximè relata deciſione, quòd ſtante veriſimili mente contrahentium non diſcedendi à tota ſocietate, quòd ſocietas remaneat pro illa parte integra, non ex vi noui contractus, ſed quia prima ſocietas non eſt extincta, vt declarat Zacch. loco citato, qui num. 306. inquit, ad tollendam omnem difficultatem bonam eſſe proteſtationem, vt per receptionem partis capitalis, non cenſeatur receſſum à tota ſocietate, ſed tantùm à parte. Vndè his ſic ſtantibus patet modo quid dicendum ſit de illa deciſione Rotæ in Romana Saluiani interdicti: ibi enim per ſolutionem partis pretij cenſus fuit receſſum in totum à contractu: quoniam ita regulariter præſumitur, ſi per aliquas coniecturas non conſtet de contraria intentione contrahentium.

Extinguitur etiam tacitè ſocietas, ela-
4 pſo ſocietatis tempore, vt in l. actione, §. & quòd ſi tempus. l. ſi conuenerit, §. quid ſi tamen, §. diximus, §. item qui ſocietatem, & l. ſed ſi ſocius, §. fin. ff. pro ſoc. quo caſu ipſo iure ſocietas ipſa diſſoluitur

abſque

abſque alia renunciatione, ac aliorum ſociorum interpellatione, vt habetur ex Petr.de Vbald.de duob. fratr. par.3. ſub num.39.verſ.In contrarium facit, Caſtr. in l.1.§.non autem,ff.de exerc. act. Dec. in l.ſi ſocius,num.4.ff.ſi cert. petat. & in l.qui cum alio,num.2.ff.de regul.iur. Pariſ.conſ.88.num.10.lib.10. Mnoch. cóſ. 121.num.67.lib.2.Decian.conſ.60.num. 30.& ſeq. lib. 2. Caſtrac. de ſociet. offic. cap.50. num.1. & alios. Etenim permiſſum ad tempus,elapſo permiſsionis tempore, cenſetur prohibitum, l. ſi in inſulam,ff.de verb. obligat.Et hoc ideò,quoniam tempus habet vim tacitæ renunciationis,Bald.in l.1.C.de in integr. reſt. & in l. bonorum, ff. rem ratam haberi, Tiraq.de retrac.lignag.§.3. Gloſ.4. num. 2.& Caſtrac.loco citato, num.2. qui addit etiam aliam rationem, nempè, quoniam elapſo tempore,in ſocietate deficit conſenſus, cùm fuerit ad tempus limitatus: & conſenſus limitatus limitatam ſocietatem eſſe facit,arg.tex.in l.in agris, ff.de acquir.rer.domin. Eſt tamen verũ, quod Iaſ.conſ.53. lib. 3. in fin. quem ſequitur Cæph.conſ.475.Caſtr. conſ. 416. num.2.lib.2.& Tuſch.verſ.Societas,concluſ. 306. ſub num. 45. qui allegat Petr. de Vbald.de duob.fratr.p.prin.3.q.5.oppoſitum docent,dum dicunt, finito præfiſſo tempore, poſſe ſocium ſocietati renunciare, cum ipſo iure ſocietas non ſit finita; quorum ſententiam aliqui volunt eſſe probabilem, & pro ea allegant tex. in d.l. actione, §. item qui ſocietatem in tempus,ff.pro ſoc.

Sed re vera hæc ſententia locum ſibi
6 vendicat, quando ſocietas eſt contracta ad certum tempus, & deinde in antea ad beneplacitum, vt de communi conſuetudine contrahuntur officiorum ſocietates; quæ communiter contrahuntur ad ſex menſes,& deinde ad beneplacitum, cum diſdicta 15.dierum. & ita intelligitur tex. in d. §. item qui ſocietatem in tempus. In huiuſmodi enim ſocietatibus reuocatio beneplaciti neceſſaria eſt cùm pro forma tradita ſit poſtquàm partes conuenerunt, ſocietatem ad beneplacitum durare cum diſdicta 15. dierum. Etenim dictio, cum, importat conditionem,& conditio formam, vt per Bald.in auth.matri, aut auiæ, col.1. quan. mul. tut. offic. fung. pot. & latè Caſtr. de ſociet.offic.cap.55. num.1. vbi num.4. addit, quòd ſi pecunias habitas officialis reſtituere vellet; vtique ille qui eas contulit recipere non cogeretur, ſed poſſet replicare nullam fuiſſe factam reuocationem, & propterea velle 15. dies ad collocandas ſuas pecunias;quod quidem verum dicimus non ratione beneplaciti ſimpliciter;ſed ratione illius conditionis cum diſdicta 15.dierum, vt ſuo loco, Deo duce,dicemus. Vndè ſi dicta conditio non adeſſet, & officialis pecunias ſibi collatas reſtituere vellet, is qui eas contulit non poſſet refutare: ſiquidem ſocietas ad beneplacitum licet elapſo tempore poſsit perſeuerare,& non cenſeatur extincta, atque adeo duret, & pura ſit, ſed ad beneplacitum ambarum partium, vel vnius diſſolui poſsit, vt per Bart. & alios in l. centeſimis, §. fin. ff. de verb. oblig. Dec.conſ.108.num.5.nihilominus eo ipſo, quod offertur reſtitutio capitalis,ſi oblatio maximè ſit realis, ita vt pecunia extrahatur à marſupio, ſeu ſacculo, & numeretur coram teſtibus, & deinde reponatur in ſacculo,& offeratur; huiuſmodi oblatio ſatis eſt ad conſtituendum creditorem in mora; atque adeò ad diſdictam: imò ſatis eſt verbalis oblatio, ſi fiat ſuo loco, & tempore, & creditor recuſauerit, vt patet ex ijs, quæ adnotauimus in noſtris commentar.ad extrauag. Pii Papæ V.de cenſib.§.3.q.6.num.29.& 30.

Adde, quod ſocietas ad ſex menſes, &
7 deinde ad beneplacitum, non ſolum durat vſque ad ſex alios menſes, ſi non reuocetur; ſed etiam durat vſque ad mortem: quia ex communi Doctorum ſententia beneplacitum durat regulariter vſque ad mortem, niſi prius à partibus reuocatum fuerit, vt per Canoniſtas in cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. & latè Doctor.in d.l.centeſimis, §.fin. Menoch. de arbitr. iud.q.69.lib.1. & alii, quos referr, & ſequitur Caſtr. d.cap.55. num.9. vbi num.26. ob id ait, quòd officialis à Principe creatus, quandiù ſuæ voluntati placuerit, pro perpetuo reputatur, vt in l.Iuriſperitos,ff. de excuſat. tut. Bart. in l.de pupillo,§. ſi quis ipſi Prætori, num. 12.de nou.oper.nunc.& in practica teſtatur vidiſſe ſeruari, quòd omnia officia ferè ſtatus Eccleſiaſtici à Rom.Pontifice ad ſex menſes, vel ad annum conferuntur,& deinde ad beneplacitum: & beneplacitum durat, nec finitur officium elapſo tempore; ſed officialis tenetur expectare ſucceſſorem:quod de iure verum eſſe ait

eſſe ait Iaſ. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi
Prætori, num. 14. de non. oper. nunc. &
facit tex. in l. meminiſſe, ff. de offic. Pro-
conſ. l. 1. §. adminiſtratores, C. vt adm.
cau. Vndè rectè ob id reiicitur opinio
Matt. de Afflict. in cap. 1. col. fin. quib.
mod. feud. conſt. dum ait, quòd ſi in con-
ceſsione alicuius officii, vel beneficii cer-
tum tempus fuerit expreſſum, nempè per
annum, & poſtea ad beneplacitum, tale
beneplacitum reſtringitur ad tempus,
quod à principio fuit expreſſum, nempè
ad alium annum: nam eſt contra com-
munem. Imò beneplacitum licèt regu-
lariter duret tantum vſque ad mortem,
8 atque ideò per mortem reuocetur: ni-
hilominus ſecus eſt, vbi verba illa, cum
diſdicta 15. dierum, adeſſent; quoniam
tunc per mortem non eſſet extinctum,
ſed expreſſa reuocatio à ſucceſſore fa-
cienda foret, vt in cap. ſi delegatus, de
offic. deleg. in 6. ſiquidem voluntas licèt
morte extinguatur, vt in l. 4. ff. locat. non
tamen inducitur reuocatio, quæ contra-
riam voluntatem exigit: quoniam aliud
eſt voluntatem ceſſare; quia tunc poni-
tur voluntatem non eſſe; & aliud eſt vo-
luntatem reuocare; quia tunc contraria
voluntas expoſtulatur, vt habetur ex
Ruin. conſ. 115. lib. 1. num. 7. Vndè de
iuris rigore ſocietas officiorum, quam
diximus contrahi communiter ad ſex
menſes, & deinde ad beneplacitum, cum
diſdicta 15. dierum, per mortem ſocii
non eſſet diſſoluta: ſed quia ſocietas etiã
ſi coita fuiſſet per mille annos morte ex-
tingueretur, vt ſæpè diximus cum Gloſ.
in l. verùm, §. fin. ff. pro ſoc. idcircò, non
obſtantibus illis verbis, cum diſdicta 15.
dierum, ſocietas prædicta morte extin-
guitur, vt latè Caſtrac. d. cap. 55. à num.
13. ad 17.

Cæterum ſi ſocietas fiat ad tempus
9 ſimpliciter, & elapſo termino, ſocii nihil
dicant, ſocietas ſtatim ipſo iure diſſolu-
ta cenſetur; etiam ſi negotia ſint cæpta,
& non completa, vt habetur ex Petr. de
Vbald. de duob. fratr. par. 3. ſub num. 39.
verſ. Sextò non obſtat tex. & ſi tranſacto
tempore negotia non ſint completa, licèt
compleri debeant, vt per Bald. conſ. 156.
lib. 3. & Tuſch. ver. ſocietas, concl. 306.
num. 49. & 50. nihilominus non cenſetur
prorogatum tempus, vt negotia comple-
ri valeant, vt fuit deciſum per Rotam
Genuen. deciſ. 27. ſub num. 8. & ſeq. &
Felic. de ſociet. cap. 35. num. 35. nec cen-
ſetur tacitè perſeuerare; niſi ſocii expreſ-
sè, vel tacitè in ſocietate perſeuerent,
vt per eundem Tuſch. ver. ſocietas, con-
cluſ. 286. numer. 33. Vt ſi in ſocie-
tate officiorum officialis, finito pri-
mo ſemeſtre, fructus ſecundi ſemeſtris
ſolueret, & pecunia capitalis adhuc pe-
nes ipſum officialem exiſtat: ſiquidem
cùm fructus ſecundi ſemeſtris percipi ne-
quirent, niſi nomine ſocietatis; nimirum
igitur, ſi per alios ſex menſes cenſeatur
renouata cum eiuſdem pactis, & condi-
tionibus, vt latè probat Caſtrac. de ſo-
ciet. offic. cap. 51. num. 11. Eſt tamen ve-
rùm, quòd tacita, vel expreſſa renouatio
10 ſocietatis à ſociis inita, fideiuſſoribus,
ſeu expromiſsoribus non nocet, quin
poſt finitum tempus liberari cenſeantur,
ſi vlterius non conſenſerint, l. item quæ-
ritur, §. qui impleto, ff. locat. cum aliis cu-
mulatis ab eodem Caſtrac. ibidem ſub
num. 15. cum plur. ſeq. qui tamen, num.
20. id limitat non procedere quoad reſti-
tutionem ſortis principalis datæ officia-
li in principio ſocietatis: quoniam fide-
iuſſor eo caſu nõ eſſet liberatus; eo quòd
officialis ſortem receptam, finita ſocie-
tate, promiſit reſtituere, cui promiſsioni
fideiuſſores accedunt, ac principaliter, &
in ſolidum ad promiſſa ſe obligant: &
propterea donec ſors principalis reſtitu-
ta non fuerit, fideiuſſores non ſunt libe-
rati, etiam quòd per officialem, & illum
qui ſortem contulit ſocietas fuerit pro-
rogata, vt patet ex iis, quæ habentur per
Gloſ. in l. ſi cùm hæres, C. loc. ac etiam,
ſi iſto medio tempore officialis fiat non
ſoluendo, vt latè per eundem Caſtrac.
eod. tract. cap. 52. præſertim num. 6. & 7.
Qui quidem d. cap. 51. ſub num. 16. & 17.
quæ dixit de renouata, ſeu prorogata ſo-
cietate extendit ad creditorem proro-
gantem terminum debitori; quoniam fi-
deiuſſor liberatur, vt in l. ſi cum Hermes,
C. loc. l. Labeo, la 2. in fin. ff. de arbitr. cum
aliis ab eo relatis: quod quidẽ an ſit indi-
ſtinctè verum, patet ex iis, quæ habentur
per Iaſ. in l. 1. col. pen. C. de Iudic. Rota
Rom. deciſ. 859. in antiq. cum aliis apud
Caſtrac. d. cap. 52. num. 7.

Qualiter

Digitized by Google

idem erit dicendum, ff. pro ſoc. Felic. de ſociet. cap. 35. ſub n. 34. & Filliuc. tom. 2. qq. moral. tract. 38. c. 2. q. 10. ſub nu. 32. Denique licitum eſt à ſocietate ante tempus recedere, ſi inter ſocios fuerit conuentum, quòd cuique à ſocietate liceat recedere; quoniam tunc fas eſt vnicuique ex ſocijs ad ſui libitum ſocietatē diſſoluere citra pœnam aliquam, vt in d. l. actione, §. hæc ita, verſ. De hoc, ff. pro ſoc. ſiquidem hoc pactum non eſt contra naturam ſocietatis: & propterea illi eſt ſtandum, vt rectè Tuſch. ver. ſocietas, concl. 306. num. 40. quod tamen verum puto, dummodo dolus abſit, & receſſus ſit rationabilis, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, verſ. Quæ tamen ampliatio: circa prin. ipſius ampliat. & verſ. Quod verum puto.

Illud tamen hoc loco ſilentio nolui
8 eſſe prætereundum: quòd ſocietates omnes officiorum contrahuntur ad tempus; nempè ad ſex menſes, & deinde ad beneplacitum ambarum partium, cum diſdicta 15. dierum, vt patet ex conſueta forma inſtrumenti ſocietatum, quod ſupra recitimus, lib. 2. cap. 6. q. 3. ante §. 1. in illis verbis. *Inierunt inter ſe ſocietatem ſuper dicto officio Notariatus, quam tenere, ac durare voluerunt ad ſex menſes proximè venturos, & deinde ad beneplacitum ambarum partium, cum diſdicta, & intimatione 15. dierum prætedente; quæ fieri poſſit domi, dimiſſa copia.* Vbi eſt adnot. quod ſocietas contrahitur ad ſex menſes, & deinde ad beneplacitum cum diſdicta 15. dierum, atque adeò ſub ea lege; vt ſocietas diſdici, ac diſſolui poſsit infra ſemeſtre ante dies 15. quàm ſemeſtre finiatur: nihilominus pactum illud non intelligitur de diſſoluenda ſocietate primi ſemeſtris, pro qua fructus anticipatò percepit is, qui pecunias officiali contulit; ſed pactum eſt intelligendum de diſdicta ſequentis ſemeſtris: nam cùm ſocietas huiuſmodi de communi ſtylo fiat ad ſex menſes, & deinde ad beneplacitum, ſocietas ipſa re vera durat, & pura eſt etiam poſt ſex menſes, ſed ad beneplacitum ambarum partium: quod beneplacitum licèt duret vſque ad mortem, niſi reuocatum fuerit à partibus, vt rectè declarat Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 56. num. 9. cum plur. ſeq. fuit tamen inducta dicta diſdicta 15. dierum. ante finitum ſemeſtre, pro reuocatione talis beneplaciti, per quam ſocius declarat, ſe nolle amplius in ſocietate perſeuerare, vt habetur ex Leon. in Bull. Pij IV. de ſociet. offic. Gloſ. 12. verſ. His tamē. & Zacch. de ſociet. offic. à num. 201. vſque ad num. 210.

Et quamuis conuentio ſit, vt duret
9 ſocietas ad beneplacitum ambarum partium; nihilominus ad diſſoluendum beneplacitum huiuſmodi, & ſic ſocietatem intra dies 15. antequam finiatur ſemeſtre, non exigitur conſenſus vtriuſque contrahentis; ſed ſocietatem ipſam poteſt diſdicere vnus tantùm ex ſocijs: ſiue officialis ſit, qui velit diſdicere; ſiue ſit is, qui pecunias ipſi officiali ad ſocietatem contulit: nam illa verba, *ambarum partium.* non denotant concurſum conſenſu vtriuſque partis ad diſſoluendam ſocietatem; ſed concurſum conſenſus cuiuslibet eorum: ſiue vtriuſque ſit, ſiue alterius tantùm, vt per Zacch. loco citato, num. 209. poſt Caſtrac. eod. tract. cap. 57. qui num. 4. addit inſuper, talem diſdictam debere adeò fieri ante dies 15. priuſquàm finiatur ſocietas, vt facta antea, vel poſt, non valeret: quia diſdicta dictum modum exigit pro forma, & forma ad vnguem eſt adimplenda, l. cùm hi, §. ſi prætor, ff. de tranſact. l. conſtitutionibus, ff. ad Municip. Felin. in cap. cum dilecta, de reſcript. Et eò maximè, quia determinatio temporis pro forma fieri ſolet; ita vt ſi determinatio ipſa non ſeruetur, non dicatur adimpleta, vt in auth. quæ ſupplicatio, vbi Gloſ. Bald. & Saly. C. de precib. Imper. offer. & l. ſcire oportet, §. conſequens, ff. de excuſ. tutor.

Tertiò ampliatur; vt diſdicta, ſeu re-
11 nunciatio ſocietatis poſsit fieri non ſolùm ſocio; ſed etiam eiuſdem procuratori, vt per Felic. de ſociet. cap. 35. num. 8. Eſt tamē verum, quod talis renunciatio non ſortitur ſuum effectum; niſi eam Dominus ratam habuerit, ita vt pendente ratihabitione, qui renunciauit remanet aſtrictus, & ille, cuius procuratori fuit renunciatum, dicitur liberatus, & de lucro, & damno obueniente ante ratificationem, erit dicendum vt ſupra diximus de ſocio intempeſtiuè renunciante, vt in l. actione, §. ita ſcriptum, ff. pro ſoc. Felic. loco citato, & Filliuc. tom. 2. qq. motal tract. 38. cap. 2. q. 10. in fin. Etenim renunciatio regulariter ſemper principali eſt facienda, vt in l. ſi ſeruus, ff. pro ſoc. vbi dicitur, quòd ſi ſo-

cietas ſit cum ſeruo contracta, ab eo, &
non ab eius Domino;& ei,non eius Domino
facienda eſt renunciatio. Latè Felic.d.cap.35.num. 25. & Caſtrac. de ſociet.offic.cap.59.

Verum tamen eſt, quòd in inſtrumen-
11 to ſocietatum officiorum pactum fieri
ſolet,vt diſdicta fieri poſsit etiam vni ex
fideiuſſoribus,& tunc ex vi pacti ſatis eſt,
ſi diſdicta vni ex fideiuſſoribus fiat,vt per
Caſtrac. & Felic. locis citatis,dicentes,
quod ſi pactum illud non adeſſet, diſdicta
non poſſet alteri fieri, quàm principali:ita
vt ſi principali facta non fuiſſet,
contra eius fideiuſſores agi non poſſet,
arg.tex.in l.emptor fundi,C.de euict.Sic
etiam, quamuis regulariter diſdicta non
12 poſsit fieri abſenti; aliàs commune erit
lucrum donec ſocius reſciuerit, & damnum
erit totum renunciantis, vt in l. ſed
& ſocius,§.ſi abſenti,ff.pro ſoc.niſi ſocius
abſens ratam poſtea habuerit, vt infra
dicemus,lim.2. nihilominus in ſocietate
officiorum ex vi pacti, ſi ſocius habeat
domum in Vrbe,poteſt fieri domi dimiſſa
copia citationis:& tã officialis, quàm
vnicuique ex fideiuſſoribus; atque adeò
non eſt opus, vt diſdicta fiat perſonaliter
officiali,ac fideiuſſoribus; ſed ſatis eſt,vt
fideiuſſoribus quoque fiat domi, dimiſſa
copia citationis,& vim habet, ac ſi perſonaliter
facta eſſet, vt habetur ex Boccac.de
ſociet. offic. num. 13. & 107. &
Zacch.eod.tract. num. 230. Eſt tamen
verum, quòd licèt diſdicta quando fit
13 perſonaliter non ſit opus,vt fiat in ſcriptis;
attamen cùm fit domi, dimiſſa copia,
neceſſariò ſequitur,vt fiat in ſcriptis,
vt per Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 60.
num. 16. & ita ſeruari teſtatur Zacch.
loco citato, num. 228. qui addit etiam
num. 225. huiuſmodi diſdictam poſſe
quoque fieri tam iudicialiter, quàm extraiudicialiter;
dummodò legitimè probetur
per duos teſtes conteſtes, vt habetur
ex Tiber.in ſua prax.cap. 16. num.1.
Caſtrac.d.cap.60. num.12. vbi num. 13.
& 14. probat fieri poſſe tam die feriato,
14 quàm non feriato,vt tenet etiam Zacch.
ibidem, num. 227. vbi etiam, num.231.
inquit,eſſe aduertendum, quòd huiuſmodi
diſdicta in actis reproduci debet, ne
ſit in facultate diſdicentis ea vti,vel nõ:
15 nam aliàs aperiretur via fraudibus,cùm
poſsit expectari exitus dubij euentus,
Boccac.de ſociet.offic.num.154. & 190.

Et hoc quidem adeò verum eſt, vt ſi
16 diſdicta non ſit reproducta ante obitum
dantis pecunias, officialis pecunias ipſas
lucrabitur,vt habetur ex eodem Boccac.
ibidem,& num.14.& 163.Tiber.in prax.
lib.1.cap.16.num.4. Caſtrac.de ſociet.offic.cap.61.num.4.verſ.Attamen:
Zacch.eod.tract.num.232. & ſeq. vbi plures allegat
deciſiones, & Felic. de ſociet. cap.
35.num. 24. Imò hodie in reformatione
f.m.Paul.V.P.M.in tit. De Notarijs Tribunalium
Vrbis.in verſ.Diſdictam:mandatur
Notarijs,vt diſdictam, ſeu intimationem
non ſolùm in Manuale regiſtrare;
ſed etiam in margine inſtrumenti ſocietatis
adnotare habeant, his verbis,
*Die tali diſdicta, & die tali reproducta,
&c.*atque adeò, vt ſi hæc forma non ſeruetur,
diſdicta haberetur pro non facta,
vt ex d. reformatione colligitur, & ex
eis, quæ reſoluta fuerunt per Rotam
Rom. in vna Romana ſocietatis officij
ſcutorum 1000.Domini Maffei, 15. Nouemb.1624.coram
R.P.D.Vbaldo.

Sic ampliata limitatur eadem conclu-
17 ſio,vt ita demum ſocietas voluntate diſſolui
poſsit, quando is, qui vult eam diſſoluere
habet voluntatem perfectã: qualis
eſt is,qui de iure dicitur maior:quod
quomodo verum ſit,ſupra adnotauimus,
ampl.1.

Secundò limitatur ipſa concluſio, vt
18 tunc voluntate ſocietas diſſoluatur,cum
legitimo modo in ea diſſoluenda, ac diſdicenda
proceditur, iuxta ea, quæ ſupra
adnotauimus, ampl.3. Quibus adde,
quòd quamuis diſdicta non poſsit fieri
ſocio abſenti per iura ſuperius allegata;
nihilominus ſi ſocius abſens
poſtea ratam illam habuerit, valida erit diſdicta,
ſeu renunciatio, vt per
Alex.conſ.49. col. 2. & 3. in fin.
lib.1.& Tuſch.in ver. ſocietas,
concl. 306. num.
41.

De ſo-

De ſocietate, qualiter dirimatur actione. Cap. V. Q. Vnica.

SVMMARIVM.

1 *Societas diſſoluitur actione, perempta, vel mutata.*
2 *Actione diſſoluitur ſocietas per ſtipulationem.*
3 *Actione diſſoluitur quoque ſocietas iudicio.*
4 *Socii aduerſarii eſſe non poſſunt.*
5 *Actione diſſoluitur omnis ſocietas.*
6 *Actione tunc diſſoluitur ſocietas, quando agitur actione pro ſocio generali; ſecus autem ſi agatur de re aliqua particulari. & n. 7.*
7 *Actione pro ſocio intẽtata, quibus caſibus ſocietas non diſſoluitur.*
8 *Bona quaſita ab vno ex ſociis in ſocietate omnium bonorum, non communicantur ipſo iure; ſed veniunt communicanda.*

ACtione diſſoluitur ſocietas, actione
perempta, vel mutata, vt rectè de-
1 clarat Petr. de Vbald. in ſuo tract. de
duob. fratrib. p. 11. num. 11. Id autem
contingere poteſt duobus modis. Primò
ſtipulatione, nempè cum interponitur
animo nouandi, vt per Gloſ. in l. actio-
ne in ver. ſtipulatione, ff. pro ſoc. Et
2 hæc ſiue facta ſit cum ſocio, vt ſi officia-
lis pecunias, quas ad ſocietatem ſuper
eius officio accepit à Titio, eaſdem ab eo
mutuo ſtipuletur: vel ſecundam ſocie-
tatem contrahat pro extinctione primæ:
quo caſu obligatio repetita in ſecundo
contractu, intelligitur repetita cum pri-
uilegio anterioritatis, vt in l. 3. & ibi
Bart. ff. qui potior. in pign. haben. Ne-
guſ. de pignor. memb. 3. p. 8. num. 7. &
ad id maximè ſi fuerit facta reſeruatio
prioris obligationis, vt in l. ſi debitor, §.
in venditione, ff. quib. mod. pign. vel
hypoth. ſol. Gloſ. in l. eleganter, in ver.
pro ſoluti, C. de ſent. paſſ. & fuit reſolu-
tum per Rotam Rom. deciſ. 8. poſt Zacch.
tract. de ſociet. offic. num. 1. 2. & 3. in
vna Romana anterioritatis, 24. Iun. 1603
coram b. m. Card. Pamphilio. Siuè ſti-
pulatio facta ſit cum extraneo nouandi
animo, vt ſi Titius quod ſibi debetur à
Sempronio ex cauſa ſocietatis, ac actione
pro ſocio, à Meuio ſtipuletur nouandi
animo, vt in d. l. actione, & Petr. de
Vbald. loco citato: quæ quidem nouatio
nunquam inducitur, niſi expreſsè fiat, vt
in l. 2. ff. de nouat. & Caſtrac. de ſociet.
offic. cap. 7. num. 5. nec præſumitur in
ſocietate per adiectionem pœnæ, in ea ap-
poſitæ, niſi poſterior contractus ſit cum
priori incõpoſſibilis, vt per Bald. in l. fin.
col. 1. C. de nouat. & conſ. 38. col. 2. lib.
1. cum aliis, quos refert, & ſequitur. Fe-
lic. de ſociet. cap. 29. num. 2. iuncto cap.
41. num. 36.

Secundo dirimitur actione ſocietas nõ
tantùm ſtipulatione; ſed etiam iudicio:
3 & hoc dupliciter primò agendo contra
alium mihi à ſocio delegatum, & lite cũ
eo conteſtata, vt in l. delegare, ff. de no-
uat. & delegat. Gloſ. in d. l. actione, in
prin. in ver. Iudicio, & Petr. de Vbald.
vbi ſupra: ſecundò agendo contra ſoci-
um actione pro ſocio, vt rectè declarat
Felic. de ſociet. cap. 36. num. 1. & 2. Ra-
tionem autem cur actione pro ſocio diſ-
ſoluatur ſocietas, eam eſſe dicunt Bart.
in d. l. actione in prin. Bald. in rub. C.
pro ſoc. & in l. tamdiù, & in l. verum, §.
fin. ff. eod. Petr. de Vbald. d. p. 11. num.
10. & Felic. d. cap. 36. num. 5. quia
ſtatim quod ago, vt aliquid mihi tribua-
tur, videor habere animum diſſoluendi
4 ſocietatem; ſiquidem ſocii aduerſarii eſſe
non poſſunt, dum ſunt ſocii, & victoria
agenti nihil patrocinaretur, cùm in ſo-
cietatem reflecteret, vt per Bald. in l. vni,
n. 25. C. vt act. ab hær. & contr. hær. Et vbi
ſocietati expẽdit renũciatio, ſocio agen-
te, ſocietas ſtatim diſſoluitur; ita vt inter
ſocietatis ſolutionem, ac actionem non
detur prioritas temporis; ſed tantum ra-
tionis, quatenus intellectu percipitur,
ſocietatem prius dirimi, & deinde actio-
nem naſci, vt per eundem Bald. in d. l.
tam diu, ff. pro ſoc. & Petr. de Vbald.
loco citato.

Ampliantur hæc quæ diximus vera
eſſe in omnibus ſocietatibus, ſiue ſocie-
5 tas ſit omnium bonorum, ſiue particu-
laris alicuius rei, aut negotiationis: quia
militat eadem ratio, arg. tex. in l. illud,
ff. ad leg. Aquil. & Felic. d. c. 36. num.
8. qui hæc ipſa extendit, vt locum ſibi
vendicent in ſocietate vectigalium, &
contraria ſoluit.

Limitatur tamen hæc eadem vera eſſe
quando agitur de actione pro ſocio ge-
nerali,

Digitized by Google

conſ. 4. lib. 3. & conſ. 100. lib. 4. vbi latè tractat, qualiter vnus ſocius teneatur rationem reddere alteri, & qualiter credatur libris ſocii contra ſocios, & Tuſch. d. concl. 303. num. decimo octauo, decimo nono, & vigeſimo, vbi etiam num. 21. id extendit in ſocio admiſſo, vt non poſſit petere rationem adminiſtrationis à ſocio illum admittente, qui non adminiſtrauit; ſed tantùm tenetur communicare ſocio admiſſo quicquid ex ſocietate fuerit conſecutus, l. quicquid, ff. pro ſoc.

Adde quoque hoc loco, quæ cumulantur per Felic. d. cap. 37. ſub num. 1. & ſeq. vbi tractans de pluribus ſociis adminiſtrantibus, diſtinguit, quòd aut omnes adminiſtrauerunt in diuerſis locis, aut in eodem loco. Priori caſu quilibet ſuæ adminiſtrationis rationem reddere tenetur; quoniam ad inuicem Præpoſiti cenſentur. Poſteriori verò caſu, aut adminiſtrauerunt in diuerſis apothecis, ſeu diuerſis exercitiis, & adinuicem rationem reddere obligantur: aut id egerunt in eadem apotheca, & in eodem exercitio, & hoc euentu ſi quilibet ex ſociis pariformiter adminiſtrauit, & fuerunt in pari culpa, & in pari negligentia, tunc cenſentur ſe adinuicem liberaſſe à reddenda ratione; atque adeò culpa cum culpa, & dolus cum dolo compenſatur, vt in d. l. ſi ambo, Caſtr. d. conſ. 126. Addent. ad Alexand. in d. conſ. 47. num. vndecimo Riminald. ſenior. conſ. 300. num. 53. lib. ſecundo, & Riminald. iun. conſ. 280. num. 15. lib. tertio, & Felic. loco citato, num. 12. & 13. vbi num. 15. ex hoc infert, quòd quando à quolibet ex ſociis ratio reddi debet, ſocio petenti rationem reddi, poteſt opponi, quòd non reddidit, & non adimpleuit ex parte, atque adeò à Iudice excludi; maximè quando ratio reddenda prouenit ab eodem fonte, & ſic ab eadem obligatione, l. eum qui ita, §. qui ita, ff. de verb. obligat. Riminald. Sen. d. conſ. 280. num. 5. lib. 3.

Tertiò limitatur dicta concluſio, vt locum non habeat, quando redditio ra-
16 tionis ab altero ſocio remiſſa fuerit ſocio adminiſtratori; quoniam tunc adminiſtrator non tenetur rationem reddere, l. cùm ita. l. Lucius, l. ſi quis rationes, & l. Aurelius, §. Gaius, & ibi Bart. de liber. legat. quod quidem maximè verum eſt quando agitur de remiſſione reddenda rationis pro adminiſtratione præterita, cùm poſſit remitti dolus præteritus, vt per Gloſ. & Doctor. in l. ſi vnus, §. illud, ff. de pact. Imò, & remitti poteſt redditio rationis pro adminiſtratione futura; verùm iſta remiſſio non comprehendit dolum in adminiſtratione commiſſum etiam ſi expreſſus fuiſſet, vt per Bart. in d. §. Caius, verſ. ſed quid ſi relinquitur, & in quæſt. 45. lib. 1. Etenim dolus futurus remitti non poteſt; quia id bonæfidei iudicio contrarium eſt, vt in l. contractus, ff. de regul. iur. niſi remittatur dolus futurus præſumptus; quoniam is remitti poteſt, vt habetur ex Pariſ. conſ. 49. num. 35. lib. 1. Dec. conſ. 177. & conſ. 491. lib. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſump. 3. num. 10. & latè Felic. de ſociet. cap. 20. num. 5. & cap. 37. num. 38. vbi tamen num. 22. poſt Bart. d. q. 45. ponit differentiam inter remiſſionem, & liberationem rationis factam inter viuos, & liberationem ſeu remiſſionem factam in vltima voluntate: Siquidem in vltima voluntate in dubio, nec dolus præteritus cenſetur remiſſus; at inter viuos remiſſus præſumitur, vt per Gloſ. in l. actione, C. de tranſact. Bald. in l. qui neceſſitas, C. de fideicom. quam diſtinctionem communiter eſſe approbatam teſtatur Curt. in d. l. actione, in fin. & Felic. loco citato.

Quartò limitatur ſupradicta concluſio, vbi ſocius, qui adminiſtrauit rem
17 communem poſſedit ſpacio triginta annorum: quoniam tunc non poteſt compelli ab alio ſocio ad reddendam rationem adminiſtrationis; ſed repellitur exceptione præſcriptionis: ſiquidem petitio redditionis, finita ſocietate, petitur actione pro ſoc. l. quidam, ff. de eden. Bero. conſ. 391. num. 40. at actioni pro ſocio præſcribitur ſpatio triginta annorum, l. ſicut in rem, C. de præſcrip. triginta annorum, & ille, qui per triginta annos poſſedit rem communem, vt propriam, præſcribit contra ſocium, & res ſua efficitur, nec alteri venit communicanda Angel. conſ. 55. & alii apud Tuſch. verſ. ſocietatis bona, concl. 305. num. tertio, dummodo bona fides concurrat, vt per Felic. d. cap. 37. num. 56. vbi num. 57. & ſeq. etiam probat, quòd ſi poſt diuiſionem bonorum ſocialium ſit

 elapſum

Digitized by Google

elapſo decennium,per lapſum tanti temporis præſumitur reddita ratio adminiſtrationis, vt per Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 60.num. 5. quoniam, vt communiter fieri ſolet, non prius diuiduntur bona communia, quàm reddatur adminiſtrationis ratio.

An adminiſtrator ſocietatis poſſit rationem reddere in cartis,& folijs : vel teneatur librum rationis conficere. Q. II.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator ſocietatis tenetur librum rationis conficere, nec ſatis eſt ſi rationes velit oſtendere in cartis, & foliis.*

2 *Socii ſi ſimul adminiſtrauerunt,nec poteſt conſtare, an vnus adminiſtrauerit plus altero, & ſicut vnus non poteſt petere ab altero,vt rationem reddat ; ita etiam omnes quoque excuſantur ſi librum non confecerint.*

RESpondetur breuiter, adminiſtratorem teneri librum rationis confi-
1 cere, nec ſatis eſt ſi rationes velit oſtendere in cartis, & foliis, vt habetur per Petr. de Vbald. de duob. fratr. q. 12.ſub num. 1. verſ. Et breuiter : Strach. de mercat. p. 2. num.59.& Rota Genuen. deciſ. 167. num. 4. & 17. Et id adeò verùm eſt, vt non poſſit excuſari ſocius adminiſtrator, dicens, quod ad librum conficiendum non fuerit requiſitus, vt per Crauet.conſ.433.num. 24.& 25. lib. 3. & Felic. de ſociet.cap. 38. Etenim in libro rationum fundata eſt rationum redditio, cùm citra illum rationes reddi nequeant,vt habetur ex Crauet. loco citato,ſub num. 13. & Menoch. conſ.988. num.5.lib. 10. Non enim citra librum rationes legendas offerre primò poſſet adminiſtrator, deinde computandas, vt explicari poſſit, computationes probè, an improbè referantur : accepta rectè relata,vel non rectè, iuxta tex. in l. cum ſeruus,ff.de condit. & demonſtr. ſed inexploratæ,ineſplicatæ, atque cõfusè redderentur:&,vt vulgò dicitur, exhiberentur in folle, ideſt ſecundo, ſeu marſupio, vt in d.l.cum ſeruus,& ibi Gloſ.ver. folle. Eſt tamen verum, quod ſi ſocii mixtim adminiſtrarunt, vt quia omnes vẽ-
2 debat res apothecæ, recipiebant pecunias, eaſdemque ad domum deferebant,ita vt non poſſit conſtare, ſi vnus adminiſtrauerit plus altero,tunc ſicut vnus non poteſt ab altero petere rationem adminiſtrationis ſibi reddi, vt per Caſtr. conſ. 126.lib. 2. & Tuſch. ver. ſocietate finita, num. 17. ita etiam omnes excuſari poſſunt, quòd librum non confecerint.

Qualis debeat eſſe liber rationis,vt fides ei adhibeatur. Q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo eſt altera lex.*

2 *Liber rationum ſocietatis an debeat continere inſcriptionem.*

3 *Libri rationum ex communi conſuetudine continent diem, menſem, & annum, nomen Imperatoris, ſeu Pontificis.*

4 *Liber rationis quamuis exigat ſcribi manu ſocii, & quod ſit ſcriptus de mandato conſociorum ; nihilominus de mandato ſociorum ſatis dicitur conſtare, ſi conſtet ſocio permiſſam fuiſſe ſocietatis adminiſtrationem.*

5 *Liber rationum debet continere data, & accepta non generaliter, ſed ſingulas partitas ſpecialiter, & nominatim à quo habentur, & cui tribuuntur.*

6 *Liber rationum ſi debitas habeat circumſtantias probat tàm pro ſcribente, quàm contra ſcribentem.*

7 *Liber rationum ſocietatis ſi debitas habeat circumſtantias probat vt ſupra,ſiuè ſit Adminiſtratoris, ſiue eiuſdem inſtitoris, ac miniſtri,à conſociis approbati.*

8 *Libro rationum tunc adhibetur fides,quãdo in eo conſcripta ſunt veriſimilia:aliàs ſecus.*

9 *Libro rationum, in quo ſunt cancellationes, lacerationes,&c. ex quibus falſitas argui poſſit, non eſt fides adhibenda.*

RESpondetur, quòd in hac re multum præualet conſuetudo ; & pro-
1 pterea illi ſtandum eſt,cùm ſit altera lex,

ſ. ex

§. ex non ſcripto, in Inſtit. de iur. nat.
gent. & ciu. in ſpecie facit tex. in l. cum
ſeruus, ibi *quomodo ſeruus reddere ſolet*,
ff. de cond. & demonſtr. Bald. conſ. 152
lib. 3. Petr. de Vbald. de duob. fratr. p.
12. ſub num. 1. Iaſ. conſ. 4. col. 2. lib. 3.
Strach. de mercat. p. 2. num. 59. vbi
etiam num. 53. inſcriptionem in huiuſ-
2 modi libris adhiberi ſolitum eſſe ait: &
idem teſtatur Felic. de ſociet. cap. 38.
num 22. qui talem inſcriptionem neceſ-
ſariam, vel ſaltem vtilem eſſe, inquit, ad
multa. Item teſtatur in huiuſmodi li-
bris vidiſſe certas numeratas, & ſigno
publico ſignatas. Vndè ex communi
3 conſuetudine Rationum libri regulari-
ter, & ferè omnes continent diem, men-
ſem, & annum, vt habetur per Petr. de
Vbald. loco citato. Hinc eſt, quòd li-
bri rationum vulgo appellantur in qui-
buſdam locis libris Calēdarum, eo quòd
Calendæ, ideſt dies, menſes, & annos cō-
tinent, vt in l. eius, qui in prouincia, ff.
ſi cert. petat. Felic. d. cap. 38. num. 23.
vbi etiam num. 24. poſt Bald. in rub. C.
de fid. inſtr. num. 30. & alios inquit, con-
ſueuiſſe, in principio libri poni nomen
Imperatoris, ſeu Pontificis. Rationem
autem, cur diem, menſem, & annum cō-
tinere debeant huiuſmodi libri, eam di-
cunt eſſe Doctores; quoniam aliàs ratio-
nes obſcuræ eſſent, confuſæ, & intrica-
tæ, contra tex. in d. l. cùm ſeruus, ff. de
condit. et demonſtr. vt habetur per Bart.
in l. comperimus, C. de Nauic. lib. 11.
Corn. conſ. 196. col. fin. lib. 3. Socc. conſ.
49. col. 2. verſ. Secunda pars, et alij apud
Felic. de ſociet. cap. 38. num. 24. vbi eti-
am num. 25. cum plur. ſeq. ait, quòd quā-
uis priuata ſcriptura ad ſui ſubſtantiam
non exigat diem, l. cum taberna, §. item
quæro, ff. de pignor. in lib. tamen ratio-
num omninò exigitur, vt per Alex. conſ.
70. col. 3. lib. 1. et conſ. 77. col. 2. lib. 2.
& Rolan. conſ. 92. num. 14. lib. 3. aliàs
libri ipſi probarent tantùm contra ſcri-
bentes; non autem ad eorum fauorem,
Alex. conſ. 182. col. fin. lib. 2. Marſil. ſin-
gul. 429. Iaſ. in l. admonendi ſub num.
96. ff. de iureiur. Strach. de mercat. p.
2. num. 61. Menoch. de arbitr. iud. caſ.
92. num. 6. quamuis Purpuratus in d. l.
admonendi putet probare contra ſcri-
bentem eo modo, quo probat confeſ-
ſio facta parte abſente: quod Felic. dict.
cap. 38. num. 27. non probatur.

Et licèt regulariter liber rationum
4 requirat, vt ſit ſcriptus manu ſocii, &
non manu alterius, & quod ſit ſcriptus
de mandato conſociorum, ad hoc vt fi-
dem faciat, vt per Bald. conſ. 188. lib. 3.
Alex. conſ. 186. num. 2. lib. 2. Et Me-
noch. loco citato, num. 7. nihilominus
de mandato ſociorum ſatis dicitur con-
ſtare, ſi conſtet ſocio permiſſam fuiſſe
ſocietatis adminiſtrationem; quia taci-
tè cenſetur mandatum, quod librum
conficiat, vbi rationes conſcribat: eo
quòd de geſtis tenetur rationem redde-
re, & ratio citra libri confectionem red-
di non valet, vt rectè habetur ex Me-
noch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 62.
Non tamen cenſetur ei demandatam,
quòd inſtrumenta conficiat, vt ait Corn.
conſ. 319. num. 12. lib. 3. quod tamen
hodie non procedere ait Felic. d. cap.
38. num. 31. quoniam ad præſens mer-
catorum fides eſt adeò debilitata, vt in
negotiis præſertim arduis, & inſtrumen-
ta, & apocæ manu contrahentium ſcri-
ptæ, & trino teſte ſignatæ fieri conſue-
uerint: & propterea commiſſa, ſeu per-
miſſa ſocio adminiſtratione, cenſetur ta-
citè eidem data facultas tacitè apocas,
ac inſtrumenta publica conficiendi; &
ita de conſuetudine ſeruari teſtatur De-
cian. conſ. 60. num. 9. in fin. lib. 2.

Debet præterea liber rationum data,
& accepta non generaliter, ſed ſingulas
5 partitas ſpecialiter continere, ita vt ſin-
gula ſcribantur, quæ recipiuntur, ac
dantur, nominatim à quo habentur, &
cui tribuuntur, tali die, & à tali, vel à
tali tantum, cum inſertione cauſæ, vt
per Bart. in l. comperimus, C. de na-
uic. lib. 11. & patet ex iis, quæ tradun-
tur per Bald. in l. rationes, num. 11. C.
de probat. Iaſ. in l. admonendi, num. 11
ff. de iureiur. Strach. de mercat. par. 2.
num. 57. & ſub num. 60. & Felic. de ſo-
ciet. cap. 38. ſub num. 34. qui etiam
num. 35. vult non ſolùm data, & acce-
pta; ſed etiam omiſſa à ſocio in eius li-
bro eſſe conſcribenda, vt per Menoch. de
arbitr. iudic. caſu 308. num. 32. aliàs
nota accepti, & expenſi confuſa foret,
& ſordida diceretur calculatio, vt habe-
tur ex Rolan. à valle conſ. 49. num. 22.
& ſeq. lib. 1. Bart. conſ. 250. lib. 1. Soc.
conſ. 159. num. 4. lib. 2. & Tuſch. verſ.
Adminiſtrator, concl. 204. num. 10.

Quòd ſi rationum liber ſupra relato
modo fiat, ac conſcribatur, tunc fidem
6 facit, & planè probat tam pro ſcribente,

quàm contra ſcribentem, vt per Menoch de arbitr. iudic. caſu 92. num. 2. Maſcard. de probat. concl. 973. num. 83. Corn. conſ. 319. num. 22. & ſeq. lib. 3. Dec. conſ. 68. in 1. dub. lib. 1. & alios apud Felic. d. cap. 38. num. 15. & 16. vbi eam eſſe rationem inquit; quòd adeò perſona ſocii approbata dicitur, vt amplius reprobari non valeat, vt per Menoch. loco citato, num. 4. Quod verum eſt, niſi improbatis indicia ſuperuenerit poſt contractam ſocietatem, vt habetur ex Grau. in tract. de antiquit. tempor. p. 1. ſub num. 226. & ſub num. 229. Etenim idem dicitur de iudice approbato: nam poteſt nihilominus vt ſuſpectus remoueri ſi noua cauſa ſuſpicionis ſuperueniat, vt per Gloſ. & Panor. in c. inſinuante, de offic. Iudic. deleg.

Quæ diximus de ſocio approbato extendimus quoque in Inſtitutorem à ſo-
7 cijs deputatum, & approbatum: ſiquidem eius libro non ſolùm adhibetur fides contra ſcribentem; ſed etiam pro ſcribente, & inter ipſos ſocios, vt habetur ex Paul. Caſtr. conſ. 314. col. 2. lib. 2. Socc. d. conſ. 291. col. 8. verſ. Præterea etiam, lib. 2. Menoch. d. caſu 92. in fin. & alijs, quos refert, & ſequitur Felic. loco citato, num. 17. qui tamen num. 18. id limitat non procedere ſi ab vno tantùm ex ſocijs inſtitor deputatus fuiſſet; quoniam tunc non cenſetur ab omnibus approbatus, vt patet per Maſcard. concluſ. 973. num. 4. Et multò magis rationum liber fidem faciet ſi ab omnibus ſocijs conſcriptus eſſet. Vt quia modò vnus, modò alter in eo ſcripſerit, vt per Menoch. & Grau. locis ſupra relatis.

Limitatur tamen, quod diximus, vt tunc rationum libro fides adhibeatur, tã
8 pro ſcribente, quàm contra ſcribentem, vt ſupra, quando ea, quæ ſcripta in eo conſpiciuntur ſunt veriſimilia: quia ſi in veriſimilia contineret, non probaret. Bald. in rub. de fid. inſtr. num. 35. Caſtr. conſ. 114. in 5. dub. lib. 2. Iaſ. conſ. 24. lib. 3. Strach. de mercat. par. 2. num. 26 & alij apud Felic. d. cap. 38. num. 32. & 33. vbi ad diiudicandum veriſimilia, aut inueriſimilia, iudicis arbitrio remittuntur iudicanda, penſatis cauſa, qualitate perſonarum, & ſociorum, ac conſiderata quantitate bonorum, iuxta ea, quæ habentur ex Rip. in l. admonendo, num. 129. de iureiur. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 91. num. 21. & d. caſu 29. num. 5.

Secundò limitatur, vbi in rationum libro eſſent cancellationes, lacerationes, remiſſiones, & his ſimilia, ex quibus falſitas argui poſſit: ſiquidem falſitatis ſuſpicione ſtante, liber contra ſcribentem probaret, non autem pro ſcribente, vt in l. 1. ff. de his, quæ in teſtam. del. l. ſi vnus, C. de teſtib. l. fin. C. de edic. Diu. Adr. coll. Menoch. de arbitr. iud. caſu 187. num. 36. Gabr. conſ. 169. lib. 1. & Felic. d. cap. 38. ſub num. 36. Vndè ſi liber ab Adminiſtratore non conficiatur eo modo, quo fieri debet, non probat, & contra Adminiſtratorem datur iuramentum in litem, vt per Petr. de Vbald. de duobus fratr. p. 12. ſub. num. 1. Corn. 196. col. fin. lib. 3. & alios quamplurimos relatos à Felic. loco citato, ſub num. 37. & 38.

An ſocius adminiſtrator teneatur librum rationem ſocio petenti edere.

Q. IV.

SVMMARIVM.

1 *Socius adminiſtrator tenetur librum rationis conſocio edere.*
2 *Librum rationum mercator tenetur edere*
3 *Adminiſtratori dicenti non habere librũ adminiſtrationis, non creditur, niſi doceat eum perdidiſſe citra dolum, ac fraudem.*

Ad hanc difficultatem reſpondetur affirmatiuè, vt per Alciat. in l. 1.
1 num. 22. per illum tex. C. de eden. Bero. conſ. 191. num. 35. lib. 1. Pariſ. conſ. 89. num. 17. & 25. lib. 1. Socc. conſ. 190. col. 4. lib. 2. Tuſch. verſ. Adminiſtrator, concl. 204. num. 6. & Felic. de ſociet. cap. 38. ſub num. 41. qui id ampliat etiam ſi actor eſſet, qui librorum editionem peteret: eò maximè, quia mercatorem teneri edere librum rationũ
2 à Doctoribus eſt magis receptũ, vt teſtatur Strach. de mercat. p. 2. num. 7. & Felic.

Felic. de ſociet. cap. 31. num. 33. Nec ipſi Adminiſtratori creditur ſi dicat, non habere librum, cum teneatur illum conficere, ac exhibere; aliàs iuratur in litem contra eum; niſi doceat ſe perdidiſſe, Ioan. de Imol. conſ. 65. per totum, Anch. conſ. 316. num. 6. Tuſch. loco citato, vbi etiam, num. 7. id ampliat verum eſſe, etiã ſi dicat eum amiſiſſe; quia niſi probet caſum, præſumitur in dolo, & iuratur contra eum in litem, iuxta tex. in l. 1. & 2. & toto tit. de in lit. iur. vt per Socc. conſ. 159. num. 5. lib. 2. Imò Adminiſtratori non creditur dicenti ſe librum amiſiſſe etiam ſi iuramento id affirmauerit, vt poſt alios Felic. loco citato, num. 42. & propterea ad illum exhibendum iure actionis obligatur, nempè actione pro Soc. Bero. conſ. 128. num. 9. lib. 3. & tamen, reddita ſemel ratione per ipſum Adminiſtratorem, libri adminiſtrationis præſumuntur remanſiſſe penes ipſum, qui adminiſtrauit, l. maiorem, C. de falſ. Oſaſc. deciſ. Pedam. 16. dum ait, quòd Adminiſtrator dicens libros reddidiſſe, probare debet, nec ſtatur eius iuramento Tuſch. d. concl. 204. num. 9.

In quo lucro rationes ſunt reddendæ à ſocio, qui adminiſtrationem ſocietatis habuit. Q. V.

S V M M A R I V M.

1 *Rationes in eo loco ſunt reddendæ, in quo ſocietatis adminiſtratio fuit habita.*

2 *Socius adminiſtrator poteſt conueniri ad rationes reddendas in loco quoque Domicilij.*

1 AD hanc difficultatem reſpondetur breuiter, rationes in eo loco eſſe reddendas, in quo ſocietatis adminiſtratio fuit habita, vt in l. 1. & ibi Gloſ. Bald. & Saly. toto tit. C. vbi de ration. l. Prætor, §. his etiam, ff. de eden. & l. hæres abſens, §. 1. ff. de iudic. & Felic. de ſociet. cap. 38. num. 1. vbi rationem hanc eſſe ait; quoniam in loco adminiſtrationis facilius, & plenius tam per teſtes, quàm per inſtrumenta veritas inueniri poteſt iuxta ea, quæ habentur ex Soc. conſ. 31.
2 in fin. lib. 1. Eſt tamen verum quod ſocius poteſt conueniri ad rationes reddendas in loco quoque domicilij; verum libri, ac ſcripturæ neceſſaria pro ratione reddenda erunt eò deferendæ expenſis, ac periculo petentis, vt habetur per Paul. Caſtr in d. l. Prætor. §. ſed hoc, ff. de eden. ac per iudicem erunt dandæ congruæ, ac rationabiles dilationes, conſiderata negotiorum grauitate, & implicitate pro ratione reddenda, vt habetur ex Socc. conſ. 192. num. 7. lib. 2. Bero. conſ. 191. num. 46. lib. 1. quos refert, & ſequitur Felic. loco citato. Vbi etiam addit, quòd ſi ſocius litem habeat cum eius factore ſuper exhibitione librorum, interim iudicium non retardatur cum ipſo ſocio; ſed ei dantur congruæ dilationes, vt poſſit factorem compellere ad libros exhibendos, vt per Socc. loco citato. Et ſi rationes redditæ fuerint in loco adminiſtrationis poſt mortem iudicium in loco domicilii, ſed ante litem conteſtatam; ratæ habentur, vt per Rot. Genuen. deciſ. 98. ſub num. 3.

Qualiter ſit faciendus calculus in reddenda ratione ſocietatis: qui ſumptus ſint admittendi; qui verò computandi in partem ſocii adminiſtrationis. Q. VI.

S V M M A R I V M.

1 *In ratione reddenda per Adminiſtratorem quatuor concurrunt.*

2 *Calculus dicitur exacta quædam computatio.*

3 *Calculatores eliguntur à partibus de cõmuni conſenſu, vel ipſis diſcordantibus per Iudicem.*

4 *Calculatores quando eliguntur à partibus, appellantur arbitratores: quando verò à Iudice, dicuntur arbitri: & quæ ſeruari debeant.*

5 *Calculatores ſi ſint diſcordes, tertius calculator eſt eligendus.*

6 *Calculationi faciendæ rectæ rationis ſatis congruit,*

congruit, vt partes præſentes adhibeantur.

7 Calculatores cùm ad calculationis actum deueniunt, non debent eſſe admodum ſcrupuloſi.

8 Sumptus bonafide facti in ſocietatis calculo ſunt admittendi.

9 Adminiſtratoris aſſertioni in reddenda ratione ſtatur, etiam in non modicis.

10 Sumptus omnes, qui ſocietatis cauſa proueniunt, ſunt admittendi.

11 Sumptus itinerum ſocietatis cauſa factorum admittendi ſunt; etiam ij, quos ſocius domi manens conſumpſiſſet.

12 Sumptus admittendi ſunt, quos ſocius adminiſtrator ad commendas merces profectus erogauit; eo quòd in latrones incidit, vulnera ſuſcepit, &c.

13 Socius ſi capiatur ab hoſtibus, an, & quãdo conſocij teneantur contribuere in eius redemptione.

14 In ſocietatis calculo omnium bonorum ſimpliciter admittendi ſunt non ſolùm ſumptus pro redemptione ſocij, ſed etiam omnes alij ſumptus, etiam ex ſocietatis cauſa non prouenientes; dummodo dolo, vel culpa ſocij non proueniunt.

15 Sumptus admittendi ſunt in ſocietatis omnium bonòrum calculo pro alendis vxore, & filijs ſocii; licèt alter ſocius filios, & vxores non habeat.

16 Sumptus admittendi ſunt in ſocietatis omnium bonorum calculo promittendis ſocii filiis ad ſcientiarum ſtudiis: vel ad ediſcendam gramaticam, rethoricam, & alias artes; etiam ſi alter ſociis filiis careat.

17 Sumptus admittendi ſunt, à ſocio omnium bonorum erogati pro doctorandis filiis, vel pro eis ad aliam dignitatem prouehendis.

18 Libri de communi empti in ſocietate omnium bonorum an veniant communicandi.

19 Expenſæ pro monacando, vel faciendo Abbate filio ſocii omnium bonorum, licèt debeant fieri de communi; tamen fieri debent de communi pro monacando, vel promouendo in Abbatem ipſo ſocio.

20 Expenſæ ergatæ à ſocio omnium bonorum adminiſtratore deuotionis cauſa admittuntur in ſocietatis calculo.

21 Sumptus admittendi ſunt à calculatoribus, qui fiunt in nuptiis tam filii, quam filiæ ſocii omnium bonorum.

22 Sumptus omnes admittendi ſunt in ſocietate medietatis inter coniuges iure municipali Luſitaniæ, qui admittuntur in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter.

23 Sumptus omnes admittendi ſunt in ſocietate omnium bonorum inter coniuges de iure Caſtellæ, qui admittuntur in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter.

24 Salarium ſocio adminiſtratori admitti nõ debet à Calculatoribus, niſi fuerit conuentum.

25 Expenſæ, damna, & intereſſe quæ proueniunt ſocietati dolo, vel culpa ſocii adminiſtratoris non debent ei in calculo admitti.

26 Socius dicitur eſſe in dolo ſi ſuſcepit adminiſtrationem non facto inuentario.

27 Socius ſi culpa ſua incidit in latrones, vel fuit captus ab hoſtibus, ſumptus pro redemptione, & aliæ expenſæ, damna, & intereſſe non admittuntur in calculo.

28 Deperdita in ludo per ſocium adminiſtratorem, an & quando admittantur in calculo.

29 Damna, & impendia, quæ proueniunt ſocio adminiſtranti ex ſuo maleficio, non debent admitti in calculo.

30 Socius tenetur pœnam de ſuo ſoluere pro maleficio, etiam ſi occaſione ſocietatis maleficium commiſerit.

31 Sumptus ſuperflui, & exceſſiui in conuiuiis, & aliis rebus non neceſſariis factis à ſocio adminiſtrante non admittũtur in calculo.

32 Damna omnia, & expenſæ, quæ culpa lata, aut leui alicuius ſocii proueniunt ſocietati non admittuntur.

33 Maritus non tenetur de leui culpa in ſocietate omnium bonorum inter coniuges in Hiſpania, & de nonnullis aliis.

34 Socius licet regulariter non teneatur de culpa leuiſsima; nihilominus de ea tenetur ſi verum ad ſocietatem ſpectantium cuſtodiam in ſe ſuſceperit.

35 Dolus pacto remitti non poteſt.

36 Expenſæ pro funere vnius ex ſociis defuncti, non ſunt extrahendæ de communi.

1 QVoniam in reddenda ratione per Adminiſtratorem quatuor concurrunt, ad quæ omnia referuntur, & in quibus omnia includuntur: nempè libros rationum edi: calculum fieri: reliqua reſtitui: & culpam purgari ſolutione eius, quod debetur, l. cum ſeruus, ff. de condit. & demonſtr. Corn. conſ. 319. num. 13. lib. 3. Socc. conſ. 149. num. 3. lib. 1. Tuſch. ver. Adminiſtrator, concl.

concl.205.num.1.2.& 3.& alii quamplurimi apud Felic. de ſociet. cap.38. num. 6.tractauimus ſupra, qualiter libri rationum editio ſit facienda, modo conſe-
1 quenti ordine eſt videndum de calculo qualiter ſit faciendus.

Eſt autem calculus exacta quædam
2 computatio. Hinc reuocare ad calculum eſt aliquid exactius ſupputare, iuxta illud Cic. de amic. *Hoc eſt quidem nimis exiguè, & exiliter ad calculum reuocare amicitiã, vt par ſit acceptorum, & datorum.* Solent ſocij quandoque concordes eſſe in calculatione inter ipſos facienda, & tunc opus non eſt calculatoribus. Sed quoniam vt plurimum ſunt diſcordes, idcirco Calculatores ad ſupputandum eliguntur ab ipſis ſociis de communi con-
3 ſenſu: vel partibus diſcordantibus à iudice, qui alio vocabulo arbitri propriè ſolent appellari: & ſatis eſt ſi vna pars ſit contumax, vt eligantur à iudice, vt habetur ex Neuiz. conſ.94. in fin. & ex aliis apud Tuſch. ver. Calculatores, concl.4. num.1.11.& 12. Quando à ſocijs eliguntur calculatores appellantur propriè arbitratores, vt infra dicemus q. 9. & nulla
4 in eis eligendis exigitur forma præter commune placitum, atque conſenſũ: & huiuſmodi calculatores à partibus electi maximè cum promiſsione de ſtando eorum declarationi, vt per Corn. conſ. 43.col.3.num.5.& ſeq.lib.Tuſch.d. cõcl. 4.num.14. & 19. Quando verò à iudice dantur, multa requiruntur. Primò debent à Iudice eligi, partibus præſentibus, vel ſaltem legitimè citatis, vt per Gabr. commun.cond. tit. de ſociet. concluſ.1. num.187. Burſat. conſil. 102. num. 19. conſ.105.ſub num.20.lib.1.& Brun. Arimin. conſ.122. num. 11. Secundò exigitur, quòd calculatores eligendi ſint duo ad minus, nec ſatis eſt vnus, vt in §. quid autem in auth. de non alien. & Burſat. d. conſ.102.num.21. Et ſi ambo debent eligi à partibus, ſeu à iudice: nec ſufficit ſi vnus ab eis eligatur, & alter ab electo aſſumptus: aliàs calculatio redditur nulla, quamuis ſint in calculatione conformes, vt habetur ex Felin. in cap. cùm nuper, num.7. de offic. deleg. Burſat. d. conſ.105. num.21.

Eſt tamen verum, quòd licèt calcula-
5 tores debeantur eſſe concordes; nihilominus in caſu diſcordiæ Tertius calculator exigitur, atque ideò eſt eligendus, vt in l. item ſi vnus, §.1. & §. fin. & l. dicm proferre, §. ſi plures, ff. de arbitr. & cap.1. eod. tit. in 6. Tertio requiritur, vt iuramentum ipſis calculatoribus à iudice deferatur, vt ſecundum veritatem; non autem ſecundum eorum credulitatem calculationem, ſeu computum faciant: nam calculatores rectas regulas habent, & citra negligentiam errare nequeunt, vt habetur ex Felic. de ſociet. cap. 38. num. 49. Et quamuis calculatores legitimè electi habeant de iure facultatem ſententiandi, & condemnandi alterum alteri, vt per Caſtr. in l. ſi cui libertas, ff. de condit. & demonſtr. nihilominus circa rem hanc ſtandum eſt Regionis conſuetudini: ſiquidem in multis locis fiunt à calculatoribus relationes iudicis in ſcriptis, & ſecundũ eas iudicem pronunciare, vt rectè declarat Bart. conſ.149. in prin. lib.1. Tuſch. d. conſ.4. num.26. cum plur. ſeq. & Felic. loco citato, num. 45. cum plur. ſeq. vbi etiam nu.54. ait, quòd ſi calculatores arbitrorum poteſtatem habent, citra citationem ſententiam ferre non poſſunt, vt habetur per Gabr. conſ.43. col.1. lib.1.

Calculationi faciendæ rectæ rationi
6 ſatis congruit, vt partes præſentes adhibeantur, vt ea proponere poſsint, quæ in eorum ſententiam calculatores trahere poſsint, vt per Surd. conſ. 452. num. 35. lib.3.& Felic. loco citato, num. 54. His igitur ſeruatis, Calculatores cùm ad cal-
7 culationis actum deueniunt, non debent eſſe admodum ſcrupuloſi: nec ab eis in reddendis rationibus aſperè nimis agendum: ſiquidem rationum redditio ſcrupuloſa eſſe non debet, vt in l. ſi ſeruus, ff. de legat.1.

Vndè in primis admittendi ſunt ſum-
8 ptus bona fide facti in ſocietate, vt ait tex. in l.1. §. ſed nonnullos, ff. de tut. & ration. diſtrah. Menoch. de arbitr. caſu 209.num. 34. Et aliquando creditur aſ-
9 ſertioni ſocij etiam in non modicis, vt per Socc. conſil.46. ſub num.2. lib.1. & conſ.92.num.2. lib.2. Strach. de mercat. par.2.num.57. in fin. Maſcard. de probat. concl.1256.num.20. & Felic. d. cap. 38. num.9.& ſeq.

Secundò admittendi ſunt omnes ſum-
10 ptus, qui ex ſocietatis cauſa prouenerunt, ſiue agatur de ſocietate omnium bonorum, ſiue de ſocietate particulariũ negotiationum, & determinatarum rerum, l. ſi fratres, §. ſi quis ex ſocijs, l. iure ſocietatis, l. ſi vnus, §. ſiquid vnus, l. ſo-

cium,

cium,§.fin.& l.ſeq.& l.æs alienum, & l. cum duobus,§. ſagarram, ff. pro ſoc.& nos late ſupra adnotauimus lib. 2. cap. 1.q.5.concl.1. & cap.4. q. 26. Vndè admittendi ſunt ſumptus pro aſportandis, ac conſeruandis mercibus, & alijs ſocietatis bonis, atque adeò pro conducendis iumentis, vel nauibus ad merces ipſas adducendas; vel pro conducenda domo ad eaſdem cuſtodiendas, & conſeruandas,vt in d.l. ſi fratres §. ſiquis ex ſocijs, ff.pro Soc.Molin.de contr.diſp. 418. nu. 2. Et huiuſmodi expenſas de iuſtitia tenetur erogare de ſuo ſi pecuniam non habeat communem,& alia ratione damnum non poſsit vitare: ſiquidem ſocius adminiſtrator tenetur eam diligentiam rebus communibus adhibere, quam quiſque proprijs adhibere ſolet, vt habetur ex Leſſ.de iuſt. & iur. lib.2. cap. 25. dub.4.

Tertiò admittendi ſunt ſumptus iti-
11 nerum ſocietatis cauſa factorum, etiam ij, quos ſocius adminiſtrator domi manens conſumpſiſſet, vt habetur ex Nau. in Man.cap.17.num.283.Molin. loco citato,& alij: vel ſaltem deductis expenſis, quas domi erogaſſet, niſi aliud fuerit deductum in pactum, vt per Bald. in l. 1. C.pro ſoc.Syl.in ver.Societas 1.q.12. vel extaret Regionis conſuetudo, iuxta ea, quæ habentur ex Azor.par.3.Inſtit. moral.lib.9.de ſociet. cap.5. q.8. quorum ſententias probabiles eſſe putar Leſſ.d. dub.4.quamuis dicat opinionem Nauar. eſſe iuri, ac praxi magis conſentaneam. Sed nos eandem ſententiam probabiliorem eſſe putamus: ſiquidem in ſocietatibus inſpiciendum eſt primò quid inter ſocios fuerit conuentum; nam conuentio quando iuſta eſt, ac rationabilis, ita ut nō magis grauetur vnus ſocius,quàm alter ſtandum eſt conuentioni: quòd ſi nihil conuentum ſit inter ſocios, ſtandum eſt rationabili conſuetudini, cùm in ſocietatibus conſuetudo magnam vim habeat, vt per Molin. & Leſſ. locis citatis, & nos adnotauimus ſupra lib.2. cap.4.q.26.vbi vero non adeſt conſuetudo, nec aliud ſit conuentum,tunc regula iuris eſt,vt impendia, ac damna, quæ ſocietatis cauſa obueniunt communicanda ſint,& non alia, vt patet ex tex. in d. l.ſi fratres,§. ſi quis ex ſocijs, & ex alijs iuribus ſupra relatis;atque ideò non ſunt deducendæ expenſæ, quas ſocius domi manens erogaſſet; eò quòd iura generaliter locuntur,nec diſtinguũt, & propterea generaliter, ac indiſtinctè ſunt intelligenda, l.1. §. generaliter, ff. de legar. præſt.l. ſi de pretio, ff. de public. in rem act.

Imò admittendi ſunt ſumptus, quos
12 ſocius adminiſtrator ad coemendas merces profectus erogauit, eo quòd in latrones incidit,vulnera ſuſcepit, vel in morbum incidit,naufragium fuerit paſſus,& alia huiuſmodi: quoniam damna iſta communia ſunt omnibus ſocijs, vt in d.l.cum duobus,§. venit, ff. pro ſoc. Bart.& Bald. in l.1. C. eod. tit. Molin. d. diſp.418.num.7.Azor.d.cap.5.q. 4.Leſſ. loco citato, num.35. Filliuc. tom.2. qq. moral.tract 38.cap.4.q.4.num.76.& alij, atque adeò ſi capiatur ab hoſtibus, ſeu à
13 latronibus,debent alij ſocij contribuere redemptioni, vt habetur ex Petr. Anch. conſ.103. in prin. lib. 2. pro qua re allegat tex.in d.l.cum duobus, §.Sagariam, Bald.conſ.172.circa med. verſ.Reſtat,lib. 5. Sed id verum eſt quando agitur de ſocio in ſocietate omnium bonorum, & quando caſu fortuito fuerit captus, vt per eundem Bald. ibi, & conſ.177. eod. lib.& Tuſch.ver.ſocii,concl. 287.num.9. ſecus autem ſi agatur de ſocietate determinatæ rei, aut particularis negotiationis. Et ſi culpa ſua in captiuitatem fuerit redactus,etiam ſi frater eſſet,& ageretur de ſocietate omnium bonorum, teneretur de ſuo,non autem de communi, vt per Alex.conſ.99.lib.2.& Tuſch. loco citato,num.13.& nos d.cap.4.q.26. verſ. Ex hoc infertur.

Quartò ſpecialiter in ſocietate om-
14 nium bonorum ſimpliciter ſunt admittendi non tantum ſumptus pro redemptione ſocii, vt ſupra; ſed etiam omnes alii ſumptus, & expenſæ, etiam ex ſocietatis cauſa non prouenientes;dummodo dolo, vel culpa ſocii non proueniant, vt in d.l.ſi fratres.§. ſocium, & l. adeò, §. quod in alia,ff. pro ſoc. Petr. de Vbald. tract.de duob.fratr.par.6.num.1. & par. 8.ſub num.1.verſ.Secundo caſu:Menoch. conſ.860.lib.9.& alii, quos refert, & ſequitur Alex.conſ.133.in fin.lib.2. Crau. conſ.159.num.8.lib.1.& Felic. de ſociet. cap.26. num.1. 4. & 18.vbi poſt alios probat, hanc concluſionem adeò veram eſſe, vt pactum contrarium eſſet nullius momenti. Etenim ſicut in ſocietate omnium bonorum veniunt communicanda omnia lucra vndecunque, & qualitercun-

tercunque quæſita, l. 1. l. 3. & l. ſocieta-
tem vniuerſorum, ff. pro ſoc. nec poſſit
dari ſocietas omnium bonorum, quin
omnia communicentur, vt in l. ea, §. 1.
l. ſi fratres, §. idem Papinianus, & §. ſo-
cium, l. ſocietatem vniuerſorum, & ibi
Gloſ. & Doctor. ff. eod. tit. citato; ita
etiam fieri non poteſt, nec etiam, me-
diante pacto in ſocietate huiuſmodi,
eius natura ſalua, quin omnes ſumptus
expenſæ, ac damna communicentur, l.
ſi non fuerint, l. Mutius, in prin. ff. pro
ſoc. & §. 1. in Inſtit. de ſociet. Hinc ſe-
quitur, quod in ſocietate omnium bo-
norum admittuntur ſumptus habiti pro
ſocii infirmitate, etiam ſi ex cauſa ſo-
cietatis non fuerit infirmatus, vt habe-
tur ex Petr. de Vbald. de duob. fratr.
par. 6. num. 12. Riminald. Iun. conſil.
366. num. 7. lib. 4. & Filliuc. d. cap. 26.
num. 5. vbi tamen num. 6. id limitat; ni-
ſi infirmitatem contraxerit morbi gal-
lici ob turpe commercium cùm mere-
tricibus: quoniam tunc expenſæ pro ta-
li morbo curando non debent fieri de
communi; ſed in fine ſocietatis veniunt
computandæ in ipſius ſocii parte, cùm
morbum illud ſua culpa contraxerit,
dando operam rei illicitæ, turpi, ac in-
honeſtæ, arg. tex. in l. adeò, §. quod in alia,
ff. pro ſoc.

Præterea in ſocietatis omnium bo-
15 norum calculo admittendi ſunt ſum-
ptus pro alendis vxore, & filijs ſocij;
licet alter ſocius filios, & vxorem non
habeat: etenim de expenſis communi-
bus debent alimenta præſtari vxori, ac
filijs, etſi alter filijs, & vxore careat, vt
habetur ex Petr. de Vbald. loco ſupra-
citato, num. 19. Ruin. conſ. 104. verſic.
Quartò, lib. 1. Socc. conſ. 4. col. pen. lib.
4. Rolan. conſ. 91. num. 42. lib. 1. & ex
alijs apud Felic. loco citato, num. 8. qui
etiam num. 9. id ampliat ſecundum
aliquos verum eſſe etiam ſi vnus ex ſo-
ciis filios habeat ex damnato coitu:
nam adhuc alendi ſunt de communi, vt
conſuluit Rolan. conſil. 54. lib. 2. quam-
uis hæc ſententia reiiciatur, & meritò à
Rimin. Iun. conſ. 366. num. 18. & ſeq. lib.
4. per tex. in d. l. adeò, §. qui in alia, ff. pro
ſoc.

Rurſus in ſocietatis omnium bono-
16 rum calculo ſunt à calculatoribus ad-
mittendi ſumptus, & expenſæ promit-
tendis ſocii filiis ad ſcientiarum ſtu-
dium: vel ad ediſcendam gramaticam,
rethoricam, aut alias artes liberales,
etiam ſi alter ſocius filiis careat: ſiqui-
dem in ſocietate omnium bonorum
de communi fiunt expenſæ promitten-
dis ſociorum filiis ad ediſcendas ſcien-
tias, rethoricam, gramaticam, &c. etiam
ſi non omnes ſocii filios habeant, vt
habetur per Caſtr. conſil. 304. num.
2. lib. 2. quamuis quoad expenſas ſtu-
dii contrarium teneat Roman. conſ.
145. quoniam id non eſt vtile commu-
ni ſocietati. Non tamen eſt receden-
dum à ſententia Caſtri, & aliorum,
cùm ſit probabilior, vt per Tuſch. ver.
ſocius, concluſion. 283. num. 50. Ete-
nim in ſocietate omnium bonorum
communicantur bona omnia vndecun-
que, & qualitercunque quæſita; ergo,
& debent etiam communicari expen-
ſæ vndecunque, & qualitercunque
fiant. Confirmatur, quoniam hac ip-
ſa ratione ſocii omnium bonorum
communicant ſimul etiam expenſas,
quas alter eorum fecit ratione ſui ſtu-
dii, Bald. conſ. 476. lib. 5. & Tuſch. ver.
ſocii, concluſion. 287. num. 38. quibus
etiam adde quæ adnotauimus ſupra
lib. 2. cap. 1. q. 5. concluſ. 3. ſunt etiam
17 admittendi ſumptus erogati à ſocio
omnium bonorum pro doctorandis fi-
liis, aut pro eis ad aliam dignitatem,
& honorem prouehendis: ſiquidem hu-
iuſmodi expenſæ de communi quoque
fieri debent, vt in l. ſi ſocietatem vni-
uerſorum, ff. pro ſoc. l. ex parte, §. filius,
ff. fam. Erciſc. Petr. de Vbald. de duob.
fratr. par. 6. num. 8. Corn. conſil. 285.
ſub numer. 4. lib. 1. Bero. conſil. 190.
numer. 5. lib. Quod verum putat Ri-
minald. Iun. conſil. 366. lib. 4. quem
refert Felic. d. cap. 26. niſi expenſæ
ſint exceſſiuæ; quoniam tunc expen-
ſæ computandæ forent in partem ſo-
cii eorum patris. Imò libri ex cauſa
18 ſtudii licèt de communi emi debeant;
non tamen efficiuntur proprii filio-
rum, aut ementis; ſed ſunt communes,
vt rectè ait Petr. de Vbald. loco citato,
num. 20. Soc. conſ. 3. nu. 34. & 35. lib. 4.
& Felic. d. cap. 26. nu. 13. vbi etiam addit,
nu. 14. quòd quamuis expenſæ pro pro-
uehendo in Abbatem filio ſocii omnium
bonorum, eodemque monacando fieri
debeant de communi; nihilominus ſi ip-
ſe ſocius fieret Abbas, & monachus, tunc
expenſæ computarentur in eius partem;
quoniam ſocietas extinguitur, vt habe-

tur per Bald. in d. l. ſi ſocietatem vniuerſorum, & Pe.r. de Vbald. d. par. 6. numer. 9.

Admitti qnoque debent ſumptus ,
20 quos ſocius omnium bonotum fecit deuotionis cauſa : nam huiuſmodi expenſæ in ſocietate omnium bonorum veninnt quoque communicandæ : ſiquidem omne impenſum ſine dolo pertinet ad communem locietatem , vr ſupra diximus . Vndè expenſæ ſocii in eundo ad S. Iacobum de Galitia fiunt ex communi, vt habetur ex Antòn. de Butr. conſ. 7. in fin. verſ. Ad ſextum , vbi Apoſtil. & Tuſch. ver. ſocius. concluſ. 283. num. 7. expenſæ quoque erogatæ pro adimplendo voto, ac pro elargiendis eleemoſinis in ſocietatis omninm bonorum calculo ſunt admittendæ , cnm hæ quoque veniant communicandæ , vt oſtendimus ſupra lib. 2. cap. 1. q. 5. concl. 3. verſ. Quartò infertur.

Sunt pariter admittendi à calculatoribus ſumptus , qui fiunt in nuptiis tam filii, quàm filiæ ſocii omnium bonorum: nam expenſæ huiuſmodi ex communi ſocietate ſunt excipiendæ: ſiquidem in hac ſocietare , vt diximus omnia communicantur, quæ citra dolum, & culpam expenduntur. & propterea iocalia de communi etiam fieri debent; dummodo expenſæ non ſint exceſsiuæ, & dotis fructus communicentur , vr latè ſupra oſtendimus d. q. 5. concluſ. 3. verſ. Quarto infertur. vbi id extendimus etiam quoad fructus bonorum paraphernalium . Imò à calculatoribus in ſocietatis omnium bonorum calcnlo ſunt admittendi ſumptus facti à ſocio pro dotanda filia : etenim in ſocietate omnium bonorum pro maritanda filia vnius ex ſociis dos ſolui debet de communi, vt per Bald. in l. ſi Patruus, num. 11. C. commun. vtr. iud. & in l. cum duobus , §. ſi fratres , aliàs incipit l. ſi fratres , & l. ſi ſocietatem vniuerſorum , ff. pro ſoc. & nos latè ſupra probauimus lib. 2. cap. 1. q. 6. verſ. Sexta , & vltima ſententia : vbi contraria euacuauimus: & concluſionem ipſam ſiue agatur de ſocietate bonorum omnium expreſſa , ſiue tacita multipliciter ampliauimus, & limitauimus.

Quintò ſpecialiter in ſocietate medie-
22 tatis bonorum inter coniuges iure municipali Luſitaniæ ſunt admittendi à calculatoribns omnes ſumptus , qui admittuntur in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter , exceptis quibuſdam, de quibus mox dicemus. Etenim in Luſitania vi matrimonii contracti , & conſumati omnia coniugum bona communicantur , iura , & actiones ad eos pertinentia, & pertinentes : & conſtante matrimonio acquiſita quocunque titulo tam oneroſo , quàm lucratiuo : & finita ſocietate per matrimonii ſolutionem omnia bona veniunt æqualiter diuidenda ſicut in ſocietate omnium bonorum ſimpliciter , vt latè ſupra adnotauimus ſupra lib. 2. cap. 3. q. 4. concluſ. 2. vbi ampliat. 1. eandem concluſionem ampliauimus ſiue coniuges rempore contracti matrimonii bona æqualia habeant , ſiue inæqualia . Non tamen admittuntur ſumptus eo iure erogati pro dotandis filiabus , & pro donationibus propter nuptias factis filiis ; quia in Luſitania ſeruatur ius commune , quo iure mater non renetur dotare filiam , vt in l. neque mater , C. de iure dot. & latè adnotauimus ſupra d. cap. 3. quæſt. 6. concluſ. 3. ampliat. 1. Nec etiam arbitror admittendos eſſe ſumptus , qui à Viro erogati fuerint in prædio , cuius vſumfructum ex conſolidatione acquiſiuit conſtante matrimonio , cùm eiuſdem proprietatem ante contractum matrimonium haberet : quia huiuſmodi vſuſfructus non communicatur inter coniuges ſecundum aliquos , quorum opinio nobis non probatur , vt diximus d. cap. 3. q. 4. concl. 2. limit. 2.

Quæ diximus de expenſis , & ſumpti-
23 bus , quæ fiunt in ſocietate medietatis bonorum inter coniuges in Luſitania , extendimus quoque ad expenſas factas in ſocietate omnium bonorum inter coniuges de iure Caſtellæ inita contractu archarnm, & dotis , vr ex Molina ſupra adnotauimus d. cap. 3. quæſt. 5. Eſt tamen verùm quod de iure Caſtellæ coniuges de rebus communibus ſuper lucratis renentur dotare filias , & filijs donare propter nuptias , vt probauimus d. cap. 3. quæſt. 6. concluſ. 3. Quibus adde, quæ adnotauimus d. cap. 3. q. 4. per rotam.

Sextò in ſocietate vniuerſali ad quæſtũ ſunt admittendi à calculatoribus omnes ſũptus, qui admittuntur in ſocietate

pat-

particulari, de quibus ſupra diximus verſ. Vndè in primis vſq; ad verſ. Quartò ſpecialiter. quibus adde, quæ diximus lib. 2. cap. 4. q. 26.

E contrario verò non debet à calcu-
24 latoribus admitti ſalarium ſocio adminiſtratori, niſi fuerit conuentum: quia ſocio nullo modo debetur ſalarium, niſi fuerit in pactum deductum, vt per Bald. conſ. 155. num. 2. lib. 5. & Tuſch. ver. Salarium, concl. 7. num. 11. & ver. Adminiſtrator, concl. 213. num. 1. ad quod facit tex. in l. ſalarium, C. mand. & l. cum duobus, §. in cohærenda, ff. pro ſoc. Eſt tamen verum, quòd idem Tuſch. d. concluſ. 7. num. 13. id limitat, niſi probetur, talem adminiſtratorem ſolitum eſſe pro ſimilibus mercedem accipere, ac illum, cui geſsit negotia conſuetum ſimiles conducere perſonas, & eis ſalarium præſtare, vt per Alex. conſ. 109. num. 1. & 2. lib. 6. Guid. Pap. deciſ. 68. in prin. num. 5. Item debetur ſalarium in multis aliis caſibus, quamuis non ſit conuentum, de quibus Tuſch. d. concluſ. 7. à num. 13. vſque in fin. Adde, quòd in caſu quo ſocio non debetur ſalarium; debetur ei tamen maior portio arbitrio iudicis, eo quòd plus elaborauit in compotis adminiſtrationis, vt habetur ex Rom. conſ. 168. num. 5. & ibi Apoſtil. & Tuſch. ver. ſocietate, concl. 304. num. 21. 22. & 23. Non tamen id puto locum ſibi vendicare in viro, qui dicitur legitimus adminiſtrator ſocietatis inter coniuges in Hiſpania, vt ſupra adnotauimus, lib. 2. cap. 3. q. 4. concl. 2. lim. 3. ſiquidem ratione talis adminiſtrationis, non ſolùm non debetur ſalarium, ſed nec quidem maior portio: quoniam, vt vir, & tanquàm familię caput tale munus ſubire tenetur.

Præterea non debent ſocio admini-
25 ſtratori admitti ſumptus, expenſæ, ac damna, quæ prouenerunt ſocietati culpa, vel dolo ipſius: ſiquidem in quacunque ſocietate certum eſt non ſpectare debita, damna, & expenſas, quæ prouenerunt ſocietati dolo, vel culpa alicuius ex ſociis; ſed ad ipſum ſocium pertinent, ac computanda veniunt in eiuſdem partem, vt in l. ſi fratres, §. pen. & fin. l. adeò, §. quòd in alea, ff. pro ſoc. Nec damna huiuſmodi prouenientia culpa ſocii cōpenſantur cum lucro exceſsiuo cauſato ab eodem ſocio, Roman. conſ. 414. num. 8. & Tuſch. ver. Adminiſtratores, concl. 203. nu. 66. quamuis contrarium teneat Caſtr. relatus ab eodem Tuſch. d. concl. 203. num. 67. Imò quilibet alius adminiſtrator, qui fuit in dolo, vel culpa, vt ſupra, condemnari debet in tantum, quantum aduerſarius iurauerit in litem, l. in actionibus, verſ. Sed in iis, ff. de in lit. iur. Et dicitur in dolo, qui ſuſcepit admini-
26 ſtrationem, non facto inuentario; atque adeò contra eum iuratur in litem, vt ait Tuſch. ver. Adminiſtrator, concl. 209. nu. 3. & 12. & nos infra latius dicemus, verſ. Adde circa fin. & verſ. Quamuis. Et ſi adminiſtrator in proprium vſum conuertat alienum cùm furtum committat, poteſt condemnari criminaliter, vt habetur ex Crau. conſ. 286. verſ. Secundò reſpondeo: Pariſ. conſ. 89. num. 20. & ſeq. lib. 1. Surd. deciſ. 304. num. 4. & ſeq. quod tamen quomodo procedat, rectè declarat Tuſch. loco citato, n. 8. cum plur. ſeq. vbi etiam num. 5. probat, adminiſtratorē teneri, non ſolùm de lata culpa; ſed etiam de negligentia, ſi non adhibuit tantam diligentiam in rebus adminiſtratis, quātum in ſuis: & debet hoc probari, quia nō præſumitur culpa, & negligētia, niſi probetur, vt habetur ex Angel. Aret. conſ. 43. num. 14. & ſeq.

Ex hoc infertur, quòd ſi conſtet, ſociū
27 adminiſtrantem ſocietatem, culpa ſua in latrones incidiſſe, & ſpoliatum fuiſſe, aut ab hoſtibus captum, & in ſeruitutem redactum, ſumptus pro redemptione à ſocio facti, & deprædationis damna ſibi imputantur. Etenim ſi vnus ex ſocijs culpa ſua in latrones incidit, & ſpoliatus fuit, aut ab hoſtibus captus in ſeruitutem fuerit redactus, tenetur de ſuo ſe redimere, non autem de communi: & bona, quibus à latronibus fuit ſpoliatus computātur in eiuſdem partem, vt per Alex. cōſ. 99. lib. 2. Tuſch. verſ. ſocijs, concl. 287. nu. 13. & ſupra adnotauimus, verſ. Imò admittendi ſunt. Sic etiam deperdita in ludo ab vno ex ſocijs non veniunt communicanda, ſed computari debent in ipſius ſocij partē: quoniā ludus citra ſocii ludētis culpam non fit: vt de luſu aleæ inquit tex. in l. adeò, §. quod in alea, ff. pro ſoc.

Eſt tamen verum, quòd Felic. tract.
28 de ſociet. cap. 26. num. 3. poſt alios, inquit, quòd tex. in d. §. quod in alea, non adeò ſtrictè intelligendus eſt, vt quæcunque amiſſa in ludo ab vno ex ſociis, ſint in eius portione computanda; ſed intelligitur cùm ludus tali ſocio culpæ

Digitized by Google

aſsignatur. vt quia ſit notabilis quantitatis,non recreationis gratia; ſed accidirate,ac vitio ludentis initus:ſecus autem ſi ludus eſſet toleratus, & eo vtatur ſocius omnium bonorum maximè recreationis cauſa, poſtquam grauibus, ac ſeriis rebus ſatisfecerit: & aliquando vt aliis morem gereret, & ſumma deperdita eſſet tolerabilis; quoniam tunc deperdita nō imputabuntur in illius portione; ſed communia erunt cum aliis ſociis.

Damna pariter, & impendia, quæ ſo-
29 cio adminiſtranti proueniunt ex ſuo maleficio non debent in communi computari,& admitti à calculatoribus: quoniam ſumptus prouenientes ex maleficio, ac delicto vnius ex ſociis non ſunt communicandi; ſed debent ſolui de portione illius ſocii,qui maleficium commiſit,vt in l.ſi fratres,§.fin.ff.pro ſoc. Bald. conſ.491.num.3.lib.2.& conſ.272. lib.5. & Tuſch.ver.ſocii, concl. 287. num.12. quod verum eſt etiam ſi ſocius delictum commiſerit pro vtilitate ſocietatis: quia non cenſetur habere mandatum ad hoc, vt per Angel. Aret. conſ.205. in prin. & Tuſch.ver.ſocius,concl.294.quod eſt notandum pro damno paſſo ab gabellæ defraudationem. Idem dicendum eſt de eo ſocio, qui citatus à Iudice non comparuit:propter quod iuſtè fuit pœna pecuniaria mulctatus: ſecus autem ſi iniuſtè fuerit ad pœnam aliquam condemnatus; quia tunc damnum paſſum extrahendū eſſet de communi, vt in d.l. ſi fratres, §. fin.ff.pro ſoc.

Adde quòd ſocius tenetur pœnam
30 de ſuo ſoluere pro maleficio,etiam ſi occaſione ſocietatis maleficium commiſerit;non tamen,quia intenderet ſocietati, vt per Molin.de contract.diſp.418.num. 7.& Filliuc. tom.2 qq. moral. tract. 38. cap.4. q.3. num. 76. qui exemplum ponunt in eo,qui dum pergeret ad negocia ſocietatis rixatus fuit cum aliquo. Idem dicendum eſt ſi propter particulares inimicitias dum pergeret ſocietatis cauſa fuit comprehenſus, vulneratus, ac bonis ſpoliatus; etiam ſi aliàs comprehenſus nō fuiſſet, ſi iter illud ſocietatis cauſa nō ſuſcepiſſet,vt per Doctor. ſupra relatos.

Non ſunt admittendi pariter ſumptus
31 ſuperflui, & exceſsiui in conuiuiis, & aliis rebus non neceſſariis: quoniam huiuſmodi ſumptus citra culpam non fiunt.Rom.conſ.413.num.6.& ſeq. Socc. Iun.conſ.148.num.28.lib.1. Anch. conſ. 316.num.8.& ſeq. Ruin. conſ.29. num. 14. lib.5. Tuſch. ver. Adminiſtratores, concl.203.num.64.vbi etiam num. 65.id ampliat ſi ſit conuentum, quòd expendet,vt ſibi placuerit, & in liberam adminiſtratoris voluntatem fuerit commiſſum; quoniam id ſemper intelligitur cū rectitudine,& ſine dolo, Iaſ. conſ.4. col. 2.lib.3. Idem dicendum eſt de omnibus
32 aliis damnis,& expenſis,quæ culpa lata, vel etiam leui alicuius ex ſociis ſocietati etiam omnium bonorum ſimpliciter proueniunt,vt in l.cum duobus,§. venit, l.rei communis, & l.ſocius ſocio, ff. pro ſoc.§.fin.in. Inſtit. de ſociet. & Bart. in.l. quod Nerua,ſub num.26.ff. depoſ. & alii apud Felic.de ſociet.cap.21.num.1. Vndè ſi res furto ablatæ ſint ex defectu debitæ cuſtodiæ, hoc damnum non communicatur. Eſt tamen verum,quòd in ſocietate omnium bonorum inter coniu-
33 ges, maritus cui de iure incumbit adminiſtratio non tenetur de leui culpa, ſed de lata tantùm,& de dolo,vt habetur ex Molin. de contract. diſp.275.& diſp. 421.num.4.vbi etiam ait,quòd in Regno Caſtellæ maritus quoad lucra non tenetur vxori de aliqua culpa; niſi pro alienatis in fraudem vxoris: & idem dicendum eſſe inquit de debitis, quæ ante contractam ſocietatem omnium bonorum aliquis ex ſociis habebat, & ſociis non manifeſtauit; quoniam eo caſu non communicantur. vt ſupra adnotauimus lib.2.cap.3.q.5. in fine. Non tamen ſocius regulariter tenetur de culpa leuiſſima:quia non obligatur ad exactiſsimam diligentiam;ſed ad talem dumtaxat,qualem rebus propriis ſocii communiter adhibere ſolent,vt habetur ex Leſſ.lib.2. de Iuſtit.& iur.cap.22. dub.4. num.37. & patet ex d. l. ſocius ſocio. Imò licèt aliqui velint, culpam pacto remitti poſſe; nihilominus ſi contrahatur ſocietas, conſiderata ſocii diligentia, & ſolertia: & æqualitas,habita earum conſideratione, determinatur, culpam ipſam remitti non poſſe, tenet Felic. loco citato, ſub num. 5. quoniam hoc caſu eſſet remittere id, quod in ſocietate ad eam æqualiter introducendam conſideratum fuit, contra ipſius ſocietatis naturam, & eſſentiam.

Et quamuis regulariter ſocius non
34 teneatur de culpa leuiſsima; nihilominus de ea tenetur, ſi rerum ad ſocietatem ſpectantium cuſtodiam in ſe ſuſceperit,

perit, vt in l. qui mercedem, ff. locat. Menoch. conſ. 353. num. 12. lib. 4. Sicut, & Præpoſitus negotiationi, cùm ſalarium pro cuſtodia conſequitur, vt fuit deciſum per Rot. Genuen. deciſ. 182. num. 1. Riminald. Iun. conſ. 52. num. 132. lib. 1. Felic. vbi ſupra, num. 11. & cap. 22. 23. & 24. vbi latè tractat, quomodo probetur culpa, & quando ſocius excuſetur ab ea. Quòd ſi ſocius ſocio tenetur de culpa lata, & leui, & aliquando etiam de culpa leuiſsima, multò magis tenetur de damnis, & diſpendijs, quæ proueniunt ex dolo ipſius ſocii, vt ſupra diximus, verſ. Præterea: & eſt tex. in l. cum duobus, §. venit, l. rei communis, l. ſocius ſocio, ff.
35 pro ſoc. Quem quidem dolum pacto remitti non poſſe, Doctores communiter docent: ſiquidem remittere dolum futurum, bonæ fidei iudicio aduerſatur, l. contractus, ff. de regul. iur. & daretur occaſio delinquendi, l. illud conuenire, ff. de pact. dotal. quod adeò verum eſt, vt nec quidem iuramento remitti poſſit futurus dolus, Seraph. tract. de priuil. iuram. priu. 108. num. 5. vbi etiam ait, quòd licèt aliqui velint, dolum futurum præſumptum nec quidem remitti poſſe; id tamen remitti poſſe, inquit, eſſe communem Doctorum ſententiam, vt conſuluit Pariſ. conſ. 49. num. 35. lib. 1. Dec. conſ. 117. lib. 1. & 491. lib. 2. cum aliis ab eodem Felic. allegatis. Verum num. 6. id intelligit locum ſibi vendicare in dolo præſumpto in omittendo; non autem de dolo præſumpto in committendo, vt per Dec. loco citato, Menoch. de præſump. 3. præſumpt. num. 9. & alii, quos refert idem Felic. qui rem hanc latè pertractat.

Illud autem volo ſilentio non eſſe prætereundum, quod Felic. inquit, d. tract.
36 cap. 26. poſt Bero. conſ. 190. num. 12. lib. 1. dum ait, expenſas pro funere vnius ex ſociis defuncti non eſſe extrahendas de communi ſocietate, etiam ſi eſſet omnium bonorum: ſed eſſe computandas in portione, quæ defuncto contingeret, ſi viueret. Etenim ſocietas per mortem vnius ex ſocijs, vt in l. adeò, & l. ſocium, qui in eo, §. 1. ff. pro ſoc. ergo expenſæ pro funere dicti ſocii non debentur de communi: quoniam ſoluta ſocietate, expenſæ ab ea extrahi non debent. vt latè de hac re ſupra egimus lib. 2. cap. 1. q. 7. Quod quidem verum eſſe arbitror etiam ſi agatur de ſocietate omnium bonorum, quæ contrahitur in Hiſpania inter virum, & vxorem, conſtante matrimonio, de qua ſupra diximus d. lib. 2. cap. 3. cùm militet eadem ratio, arg. tex. in l. illud, ff. ad l. Aquil. Imò non deſunt, qui velint, quòd ſicut in alijs ſocietatibus non communicantur diſpendia, & damna, quæ ex culpa vnius ex ſociis proueniunt in lucro, ita etiam in ſocietate inter virum, & vxorem, vbi lucra ſunt communia, ſi maritus, cui commiſſa eſt adminiſtratio, prodigè agat, ſoluto matrimonio, illius hæredes teneri vxori ea reficere: quia prodiga adminiſtratio non eſt adminiſtratio; ſed profuſio, vt latè habetur ex Petr. Nau. lib. 3. de reſtit. cap. 1. num. 114. Quæ quidem ſententia licèt non probetur Nauar. in Man. cap. 17. num. 155. nihilominus eam ſequitur Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & iur. cap. 25. dub. 4. in fin. qui reſpondet ad rationem, qua mouetur ipſe Nauar.

Ad Calculatoribus electis ad calculandas rationes in adminiſtratione ſocietatis debeatur ſalarium: quando, & à quibus. Q. VII.

SVMMARIVM.

1 *Salarium debetur Calculatoribus electis ad videndum computa, ſi iudicialiter eligantur: ſecus autem ſi eligatur a partibus.*

2 *Calculatoribus iudicialiter electis debetur ſalarium in principio calculationis.*

3 *Statutum quòd non debeatur iudici ſalarium, niſi poſt latam ſententiam eſt validum.*

4 *Salarium debetur Calculatoribus ab eo, ad cuius inſtantiam fuerunt electi à Iudice.*

AD hanc difficultatem tribus concluſionibus breuiter reſpondendum eſſe duximus. Vndè pro huius rei explicatione ſit

Prima

Prima concluſio.

CAlculatoribus electis ad videndum computa in adminiſtratione ſocie-
1 tatis, debetur ſalarium. Hæc concluſio eſt Panor. conſ. 21. in princ. lib. 2. Tuſch. ver. Calculatores, concl. 4. num. 19. in fin. Probatur, quia calculatores dicuntur arbitri, vt ſupra diximus, & infra dicemus q. ſeq. At arbitris debetur ſalarium, vt per Bald. conſ. 38. lib. 5. ergo, &c. Id tamen verum puto, quando Calculatores eliguntur iudicialiter ex vi legis, aut ſtatuti: ſecus autem ſi eligantur à partibus extra iudicium; quoniam iſti dicuntur potius arbitratores, quam arbitri, vt ſupra adnotauimus q. præced. verſ. Eſt autem calculus: at arbitratoribus extraiudicialiter electis non debetur ſalarium, vt in l. fin. C. de Epiſc. & cler. Bald. d. conſ. 38. & Tuſch. ver. ſalarium, concl. 13. num. 1. & 2.

Secunda concluſio.

CAlculatoribus iudicialiter, vt ſupra electis debetur ſalarium in princi-
2 pio calculationis. Probatur, quia ſalarium debetur calculatoribus huiuſmodi à lege, vt patet ex iis, quæ habentur ex Panor. d. conſ. 21. & ex alijs Doctoribus, ſuperiori concluſione citatis. At quando ſalarium debetur à lege, vel ſtatuto, debetur in prin. quia lex magis mitis eſt, & debet latè interpretari, vt habetur ex Cagn. in l. diem functo, num. 126. & ibidem alij, ff. de offic. aſſeſ. & Tuſch. ver. ſalarium, concl. 10. num. 2. ergo, &c. Quod tamen verum puto, niſi ſtatuto caueatur, aut conſuetudine introductum ſit, vt ſalarium calculatoribus non debeatur poſt completum calculum, & relationem iudici factam. Etenim valet ſtatutum, quòd non debea-
3 tur ſalarium iudici, niſi poſt latam ſententiam, vt per Dec. conſ. 70. num. 2. quem refert, & ſequitur Tuſch. d. concl. 10. num. 5. Eſt tamen verum, quod hoc caſu ſi per calculatores iudicialiter electas non ſtat, qui compleatur calculus, vt fiat iudici relatio, tunc debetur eis ſalarium, non obſtantibus dictis conſuetudine, ac ſtatuto. Siquidem ſi ſtatuto caueatur, quòd iudici non detur ſalarium ante ſententiam, ne ſententia retardetur; debet illud habere ſi per eum non ſteterit, quin ſententia proferatur, vt per eundem Tuſch. loco citato, num. 6. & hoc ideo: quia ceſſat ratio ſtatuti: ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, vbi ceſſaret eadem ratio. Confirmatur, quia Lectori, Medico, et Profeſſoribus grammaticæ debetur ſalarium conuentum; ſicut etiam exactoribus, ſi per eos non ſteterit quin miniſterium, & operas exhibeant, vt habetur per Dec. d. conſ. 70 & Tuſch. ver. Salarium, concl. 9. num. 3. & ſeq.

Tertia concluſio.

SAlarium debetur Calculatoribus ab eo, ad cuius inſtantiam fuerunt ele-
4 cti à iudice, & maximè ab eo, ad cuius inſtantiam redditur adminiſtrationis ratio. Hæc concluſio patet ex iis, quæ habentur per Tuſch. verſ. ſalarium, concl. 12. num. 2. poſt Signor. conſ. 97. circa med. ver. Secundo caſu principali, dum ait, quòd vbicunque pars in iudicio requirit miniſterium certæ perſonæ, etiam ſi iuuaret ambas partes, debet ſoluere honorarium ſola pars requirens tale miniſterium, ceſſante conditione. Dixi *Miniſterium certæ perſonæ*, quia quando pars requirit miniſterium incertæ perſonæ, certificandæ per iudicem; ſi tale miniſterium poteſt iuuare vtramque partē, honorum debet ſolui ab vtraque parte: vt patet in ſalarium Conſultoris, in examinatore, in aliquo perito, & ſic de ſingulis. vt habetur ex eodem Signor. conſ. 47. circa fin. ſecus autem ſi miniſterium eſt profuturum parti petenti tantùm, vt ex eodem Signor. d. conſ. 47. in prin. & Tuſch. d. concl. 12. num. 5. & 6. Vndè cùm pars petendo à Iudice calculatores elegi, non nominat certam perſonam, ſi eligantur à iudice ad vtilitatem ambarum partium, ab vtraque parte eſt ſoluendum ei ſalarium: ſecus autem ſi ad vtilitatem vnius tantum: aut fuerit requiſitum miniſterium certæ perſonæ. Quantitas autem ſalarii taxatur, conſiderato rei valore, de qua agitur, & labore, qui adhibetur, iuxta ea, quæ habentur ex eodem Tuſch. verbo ſalarium, concl. 14. & 15.

An

An calculus habeat vim ſententiæ diffinitiuæ, ac rei iudicatæ. Q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Calculus non habet vim ſententiæ.*
2 *Calculi confirmatio à quo facienda ſit.*
3 *Calculus an, & quando habeat executionem paratam.*

AD hanc quæſtionem reſpondetur negatiuè. Nam finis calculatio-
1 nis eſt approbatio facienda per iudicem, per quam Reus abſoluitur, vel condemnatur: ergo non habet vim diffinitiuæ quoad condemnationem, vel abſolutionem, l. 2. & ibi Gloſ. & Bart. C. de iur. fiſc. lib. 10. Et hanc ſententiam tenet Tuſch. verbo, calculatio, concl. 7. num. 1. qui num. 2. id extendit, etiam ſi calculus de cōſenſu partium factus ſit: quia non habet effectum ſententia quoad hoc quòd poſſit agi via executiua: quia cùm non ſit ſententia citra confirmationem iudicis debet procedi via ordinaria, & ad probandum fiet productio. Imò coram iudice, qui calculatores elegit, vel
2 de eius mandato partes elegerunt, debet fieri confirmatio calculi, vel correctio, vel reuiſio, non coram alio iudice; quoniam alias eſſet incompetens, Bart. in l. 2. C. de iur. fiſc. lib. 10. Tuſch. ver. calculatores, concl. 4. num. 29. vbi etiam num. 27. inquit, quòd antequam fiat calculi approbatio per iudicem poteſt peti reuiſio, & opponi quæcunque exceptio contra calculum coram iudice: & ſi appelletur ab eo antequam approbatur, fruſtatoria redditur appellatio; quia non grauatus appellat.

Eſt tamen verum, quòd Bart. & An-
3 gel. in l. iſtar, C. de iur. fiſc. lib. 10. & Corn. conſ. 43. lib. 1. quos videtur ſequi Tuſch. loco citato, num. 28. quòd calculus factus à Peritis electis à iudice, vel à partibus, quando fuerunt moniatæ, ne dum probet; ſed etiam habeat executionem paratam. Sed circa rem hanc ſtandum eſt conſuetudini, vt ſupra diximus, q. 6. verſ. eſt autem calculus, circa fin. quamuis poſterior ſententia nobis videatur de iure verior; maximè ſi calculatores eligantur à iudice; quoniam huiuſmodi calculatores dicuntur arbitri, vt habetur ex Panor. d. conſ. 21. lib. 2. & facit tex. in l. ſi reſiduum, C. de diſtr. pignor. l. 1. §. Marcellus, vbi Angel. ff. ſi cui pluſquàm per leg. falcid. & alij apud Tuſch. d. conſ. 4. num. 19. vbi etiam num. 20. ob id ait, quòd ſi calculatores quid vltra mandatum faciunt, illud eſt nullum, ſicut laudem extra compromiſſum ex defectu mandati, quando ad certam rationem ſunt electi, & aliam calcularunt, l. non diſtinguimus, §. fin. ff. de arbitr.

An lata ſententia per Iudicem iuxta Calculatorum relationem executionem habeat paratam contra adminiſtratorem ſocietatis. Q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Calculationis ſententia confirmata à Iudice, ſeu ſententia lata per Iudicem iuxta calculatorum delationem executionē habet paratam.*
2 *Sententia lata per Iudicem iuxta Calculatorum relationem habet executionem paratam, ſiue calculatores electi ſint à partibus, ſiue à Iudice.*
3 *In ſocietatibus non attenduntur iuris apices.*
4 *Cauſæ inter ſocios rigoroſè tractari non debent; & probationes minus ſufficientes admittuntur.*
5 *Executio fit contra adminiſtratorem pro reſtituendis reliquis, & qualiter fiat.*
6 *Adminiſtrator poſt adhibitum calculum tenetur reſtituere non ſolum reliqua; ſed etiam ſcripturas, & inſtrumenta ad eum pertinentia, cui reliqua reſtituuntur.*

AD hanc rem reſpondetur affirmatiuè: ſiquidem calculario facta
1 per Calculatores electos per partes cum promiſsione maximè deſtando eorum declarationi: vel ipſius diſcordantibus, electos per iudicem, qui partes monuit ad intereſſandum, probat, & habet executionem paratam, vt per Bart. & Angel. in l. iſtar, col. pen. C. de iur. fiſc. lib. 10 Caſtrenſ. in l. ſi cui libertas, ff. de condit. & demonſtr. Corn. conſ. 43. lib. 1. Neuiz. conſ.

uiz. conſ. 94. in fin. Tuſch. verſ. Calcu-
latores, concl. 4. num. 1. & . Quod ta-
men verum putat idem Tuſch. ibi num.
13. poſt Alex. conſ. 64. num. 4. lib. 6.
dummodò calculatores ipſi iurent; aliàs
illis non creditur. Quibus adde ea, quæ
ſupra adnotauimus, q. præced. & quæ
habentur ex Felic. de ſociet. cap. 38. num.
49. dum ait, quòd præfatis Calculatori-
bus eſt deferendum iuramentum verita-
tis, & non credulitatis: eo quòd rectas
regulas habent, & errare non poſſunt,
niſi ſint negligentes; & credulitatis iura-
mentum defertur peritis, qui rectas non
habent regulas, & ſolùm de eorum iudi-
cio deponere tenentur, vt per Bald. in l.
hac edictali, num. 6. C. de ſecund. nupt.
Bart. in l. 1. ff. de ventr. inſpic. Panor. &
Dec. in c. propoſuiſti, in 4. q. de probat.
cum aliis à d. Felic. allegatis, qui teſta-
tur, hanc ſententiam eſſe communem.

Quod quidem verum eſſe dicimus ſi-
ne calculatores electi ſint à partibus, qui
2 propriè dicuntur arbitratores: ſiue à iu-
dice, qui dicuntur arbitri, vt ſupra ad-
notauimus, q. 6. ſub verſ. Eſt autem cal-
culus. Et quamuis multa permittan-
tur fieri per arbitratorem, quæ denegan-
tur per arbitrum; ſiquidem arbitratores
poſſunt componere inter partes, & de-
cernere, vt vni remaneat res, alteri verò
recompenſa: & cauſa ſpiritualis poteſt
compromitti in arbitratorem; non autē
in arbitrum; poſſunt quoque pro bono
pacis pronunciare ſuper non petitis: poſ-
ſunt ferre ſententiam non citatis parti-
bus: & creditor eis, quod ſe informaue-
rint, & cauſæ cognitionem adhibuerint:
quæ tamen arbitris denegantur, vt per
Oldr. conſ. 156. Anch. conſ. 34. num. 10.
& ſeq. & alios apud Tuſch. verſ. Arbi-
trator. concl. 449. per totam, & ver. Ar-
bitri, concl. 469. Nihilominus quando
calculatores eliguntur à partibus licèt
dicantur arbitratores; tenentur tamen
præſtare iuramentum veritatis ſicut ele-
cti à iudice, qui appellantur propriè ar-
bitri: & id per rationes ſupra relatas. Et
ſi arbitrorum poteſtatem haberent ſine
citatione ſententiam ferre non poſſent,
vt habetur ex Gabr. conſ. 43. col. 1. lib.
1. quem refert, & ſequitur Felic. loco
citato, num. 53. circa finem.

Sententia igitur lata ex calculatorum
relatione, vt ſupra, concurrentibus di-
3 ctis conditionibus, proculdubio execu-
tionem habet paratam: quod multò ma-
gis locum ſibi vendicat in ſocietatibus,
in quibus non attenduntur iuris apices,
ſed tantum mera veritas, & conſuetudo
mercatorum, vt per Bald. conſ. 192. col.
2. in fin. lib. 1. & conſ. 249. col. 3. eod.
4 lib. nec rigor in ſocietatibus considera-
tur, nec cauſæ inter ſocios rigoroſè tra-
ctantur, Soccin. conſ. 149. col. 4. in fin.
lib. 1. vbi etiam inquit, quòd probatio-
nes minus ſufficientes admittuntur, vt
habetur etiam per Tuſch. qui præfatos
Doctores allegat, verſ. Societas, cōcl. 302.
5 num. 4. 5. & 6. fit autem executio con-
tra adminiſtratorem pro reſtituendis re-
liquis, ſi culpam, & moram eorum re-
ſtitutione non purgauerit, vt in l. ſi cui
libertas, ff. de condit. & demonſtr. l. cre-
ditor, ff. de ſolut. cum aliis apud Felic.
d. cap. 38. num. 56. cum plur. ſeq. qui
ex Petr. Crinit. lib. 15. de honeſt. diſcipl.
cap. 4. exponens verba illa, *reliquis re-
ſtituendis*. inquit, quòd reliquatum, ſeù
reliquatio deriuatur à reliquatoribus:
nam reliquatores dicunt illi, qui verè
non ſoluunt totum, & omne id, quod
debent, ſed tantùm partem, vt in l. con-
ſtitutionibus, ff. ad municip. Imò ad hoc
vt adminiſtrator excuſetur à mora pro
reſtituendis reliquis, in reliquorum re-
ſtitutione non eſt ſatis ſi reliquorum
oblatio fiat ſimplex, & nuda, offerendo
marſupium in iudicio; ſed debet eſſe cer-
ta, atque adeò numerari pecunia coram
teſtibus, & deinde reponi in marſupio,
vt per Bart. in l. cum ſeruus, ff. de con-
dit. & demonſtr. Neguſ. in tract. de pi-
gnor. p. 3. num. 3. p. 5. princ. Felic. lo-
co citato, num. 60. vbi num. 61. inquit,
quòd ne in mora conſtituatur ſocius ad-
miniſtrator, ſtatim ex punctis rationibus
reſtitutionem reliquorum facere debet,
vt per Iaſ. conſ. 4. lib. 3. & conſ. 100. nu.
4. lib. 4. Strach. de Mercat. p. 2. num.
66. quibus adde, quæ nos adnotauimus
in noſtris commentar. ad extrau. Pii V.
de cenſ. §. 3. q. 6. num. 30. vbi ſufficien-
ter tractauimus de oblatione reali eius,
quod debetur, an, & quando ſatis ſit ad
conſtituendum creditorem in mora. Ad-
6 de quòd Adminiſtrator non ſolùm reli-
qua reſtituere tenetur poſt adhibitum
calculum, & ſententiam latam; verum
etiam ſcripturas, & inſtrumenta ad eum
pertinentia, cui reliqua reſtituuntur, vt
per Socc. conſ. 92. num. 7. lib. 4. Me-
noch. de arbitr. caſu 209. num. 29. Et
inſuper tenetur eidem librum rationum

relaxare

relaxare, ſi communi vſui eſſe non debeat, vt per Riminald. iun. conſ. 338. num. 45. lib. 3. quod tamen verum eſt ſi liber fuerit conſtitutus pecuniis eius, cui eſt relaxandus: vt per eundem Riminal. ibi, & Felic. d. cap. 38. num. 58. & 59.

An executio ſententiæ per calculatores, ſeu per iudicem ex eorum ratione latæ contra adminiſtratorem ſocietatis, retardari poſſit, ſi excipiat de errore calculi.

Q. X.

SVMMARIVM.

1 *Calculatio eſt iterum facienda quando dicitur de errore calculi.*

2 *Calculi error allegari, & de eo dici poteſt non ſolùm ſemel, bis, & ter; ſed ſemper quòd quis allegat errorum.*

3 *De errore calculi dici poteſt, etiam ſi calculatio facta ſit de conſenſu ambarum partium.*

4 *De errore calculi dici poteſt non ſolùm in prima, ſed etiam in ſecunda inſtantia.*

5 *De errore calculi dici poteſt etiam poſt quietantiam, & ſolutum reliquum.*

6 *De errore calculi dici poteſt non ſolùm per ſocios; ſed etiam per eius hæredes.*

7 *De errore calculi dici an poſſit poſt quietationem, & pactum de vlterius non petendo eiuſdem reuiſionem.*

8 *De errore calculi an dici poſſit, quando à ſociis fuit interpoſitum iuramentum de non veniendo contra calculum.*

9 *Dolus intelligitur exceptis in omni actu.*

10 *Dolus de præſenti, & de præterito remitti poteſt: non tamen cenſetur remiſſus dolus, quando in manibus reddentis rationem aliquid remanet.*

11 *De errore calculi non poteſt dici vbi ſuper calculo fuit tranſactum.*

12 *De errore calculi dici non poteſt, quando ſuper calculo fuit iudicatum.*

13 *De errore calculi non poteſt ampliùs dici, elapſis 30. annis.*

14 *De errore calculi dicere non poteſt is, qui ſubtraxit ſcripruras, cum quibus ratio reddita fuit.*

15 *Error calculi ab eo probandus eſt, à quo petitur reuiſio, & allegatur.*

16 *Calculi error quamuis ſemper allegari poſſit, exceptis caſibus ſupra relatis: nihilominus per eiuſdem erroris exceptionem non impeditur ſententia executio ſuper calculo lata.*

17 *Laudum an, & quando habeat executionem paratam.*

HAnc difficultatem tribus poſitis concluſionibus breuiter explicabimus. Quo circa ſit

Prima concluſio.

QVamuis ratione ſemel reddiata; peti non poſſit, quòd reddatur
1 amplius nihilominus ſi dicatur de errore calculi, calculatio erit iterum facienda. Hæc concluſio eſt communis quoad vtranque partem: nam quoad primam partem facit tex. in l. ſemel, C. de appell. public. lib. 10. Io. Andr. & alii in c. vnico, de cler. ægrot. in 6. Socc. conſ. 92. num. 1. lib. 4. Dec. conſ. 94. num. 4. lib. 1. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 209. Rota Genu. deciſ. 24. num. 1. & deciſ. 165. num. 2. & alij communiter. Probatur modo concluſio quoad ſecundam partem, ex tex. in l. vnica, & ibi Bart. Bald. Saly. Alex. & alij, C. de error. Calcul. Natta conſ. 489. lib. 3. Ruyn. conſ. 71. lib. 4. Tuſch. ver. Error calculi, concl. 314. num. 1. & 2. & alii.

Ampliatur primò eadem concluſio quoad ſecundam partem, vt de errore
2 calculi dici poſſit non ſolùm ſemel, bis aut ter: ſed ſemper quòd quis allegat errorem, & petit iterum calculari eſt facienda calculatio de nouo, Angel. Aret. conſ. 48. num. duodecimo, & decimotertio, vbi teſtatur de communi, Tuſch. d. concl. 314. num. 6. & 9. Etenim computatio iuſta eſt erroris cauſa, vt habetur ex Natta loco citato, & Riminal.

Digitized by Google

conſ. 338. num. 47. lib. 3. Nec propterea daretur proceſſus in ſinnitum in reuiſione; quia poteſt adici iudex à quo dentur calculatores, quorum calculationi erit ſtandum donec contrarium probatur, vt habetur per Caſtrac., & Iaſon. in d. l. vnica. de err. calc. & Riminal. d. conſ. 338. num. 47. & 66. cum aliis relatis à Felic. de ſociet. cap. 38. num. 64. vbi alia remedia abhibet, de quibus infra dicemus, & num. 65. reſpondet ad fundamentum Maſcardi, & aliorum contrarium ſentientium.

Secundò ampliatur, vt de errore calculi dici poſſit, vt ſupra, etiam ſi calcu-
3 latio facta fuerit de conſenſu ambarum partium, vt per Caſtr. in d. l. vnica, C. de err. calc. & Tuſch. ver. error calculi concl. 314. num. 8.

Tertiò ampliatur, vt de errore calculi dici poſſit non ſolùm in prima, verum
4 etiam in ſecunda inſtantia:& in ſecunda, etiam ſi in prima calculi error non fuerit allegatus. Caſtr. conſ. 10. lib. 2. Iaſ. in d. l. vnica ſub num. 2. C. de error. calc. Felic. d. cap. 38. ſub num. 66. & Tuſch. d. concl. 314. num. 7. Imò de errore calculi dici poteſt etiam in executione ſententiæ, quia non impugnat ſententiam, ſed modificat. Angel. Aret. in Inſt. de except. §. appellatur, Iaſ. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Caſtr. conſ. 66. num. 3. vol. 2. cum aliis apud Tuſch. loco citato, num. 39. vbi etiam num. ſeq. addit, quòd ſi in prima inſtantia non fuit allegatus error calculi, & ſententia fecerit tranſitum in rem iudicatum; non tamen ob id error calculi allegari prohibetur, vt per Caſtr. d. conſ. 10. in prin.

Quartò ampliatur, vt de errore calculi dici poſſit etiam poſt quietantiam,
5 & ſolutum reliquum, vt per Felic. poſt alios in d. cap. 38. num. 68. Etenim licèt facta calculatione, & reſtitutione reliquorum ſit ſublata obligatio, per quam ſocii vi ſocietatis contractus rationem reddere, & reliqua reſtituere compellebantur, vt in §. 1. in Inſtit. quib. mod. tollit. oblig. nihilominus ceſſante obligatione, & actione ex ſocietate prouenien̄te, datur conditio indebiti, vt in d. l. vnica, & ibi Doctor. ff. de err. calcul. Ruyn. conſ. 71. num. 4. lib. 4. Riminal. iuu. conſ. 484. num. 52. lib. 5. & Ceph. conſ. 562. num. 15. lib. 4. Hinc ait Tuſch. poſt alios d. concl. 314. num. 4. quòd ſi ſocius calculauit cum ſocio adminiſtratore, & vocauit ſe debitorem in certa ſumma, pro qua dedit in ſolutum vineam, & iure iurando promiſit non contrauenire; poteſt adhuc dicere de errore calculi, petendo ſocium compelli ad librum edendum, cui non creditur, ſi dicat non habere; niſi probet amiſiſſe: & eo ipſo quòd non exhibet, oſtendit ſe doloſum, & poteſt contra eum iurari in litem, vt per Io. de Imol. conſ. 65. & Tuſch. loco citato.

Quintò ampliatur, vt de errore calculi dici poſſit non ſolum per ſocius, ſed
6 etiam per eorum hæredes. Roman. conſ. 168. num. 4. & 5. verſ. quoad tertium. Tuſch. ver. calculus, concl. 5. num. 2. etenim actiones tam actiuæ, quàm paſſiuæ tranſeunt in hæredem, l. nihil aliud, ff. de regul. iur. l. 1. C. de actionib. ab hæred. & contra hæred. Item error calculi allegari valet non ſolùm principaliter petendo reuiſionem; ſed etiam contra petentem ſummam calculatam, vt per Iaſ. in d. l. vnica, ſub num. 2. & ſeq. C. de error. Calc. & Felic. d. cap. 38. ſub num. 66.

Sic ampliata limitatur primò ſecundum aliquos hæc ipſa concluſio, vt lo-
7 cum non habeat, vbi poſt calculum fuerit facta quietatio, & appoſitum pactum de vlterius non petendo eiuſdem reuiſionem; quoniam tunc non poteſt dici de errore calculi, ita Bart. in l. 2. C. de iur. Fiſc. lib. 10. & Bero. q. 105. Sed hęc limitatio meritò reiicitur ab Anton. de Alex. & Iaſ. in dicta l. vnica, C. de error. calc. ſiquidem inquiunt, iura per Bart. allegata non probare eius intentionem: ſed tantum procedere poſſe ſi pactum fuerit factum non ſtatim, ſed ex interuallo: quamuis Iaſ. ſi rectè inſpiciatur neget locum habere etiam ſi pactum fiat ex interuallo: quoniam confeſſio geminata, etiam ex interuallo reuocari poteſt ſi appareat error. vt per Bald. & alios communiter in d. l. vnica, vbi etiam Dec. num. 117. C. de error. calcul. Et quamuis alii velit, Bart. opinionem eſſe intelligendam de pacto appoſito non ſimpliciter ſuper calculo, ſed ſuper errore calculi, ita vt dum controuerſia eſſet de errore calculi, ad dirimendas, & tollendas lites in futurum, errore cognito fuerit initum pactum, vt in futurum dici non poſſit de errore calculi, vt per Ruin. conſ. 71. num. quincto libro quarto. Sed re vera quoniam

niam paciſcenter errorem non cognoſcunt, eadem facilitate pactum de approbando calculo poſt dictum de eiuſdem errore, & eo cognito, iniuſte præſumitur, quia approbarunt calculationem, vt in l. doli mali, §. debentur, ff. de nouat. idcirco dicendum eſt, eo pacto non obſtante, & licet ſtipulatio intercesserit, adhuc tamen allegari poſſe errorem calculi, vt per Ruin. loco citato, num. 4. & conſ. 134. ſub num. 12. lib. 1. Socc. conſ. 159. num. 24. lib. 2. & Felic. d. cap. 38. ſub num. 79. vbi id ampliat poſt alios, etiam ſi adſit clauſula, *ex certa ſcientia*, vt habetur ex Pariſ. conſ. 89. num. 39. lib. 1. Ceph. conſ. 562. num. 15. lib. 4. Rolan. conſ. 49. num. 64. lib. 1. & ex aliis apud eundem Felic. loco citato. Imo aliqui id ampliant, etiam ſi interceſſerit iuramentum de non veniendo contra calculum, vt ſupra diximus ampliat. 4. & infra dicemus, & latius declarabimus, limitat. ſequenti.

Secundò limitatur prædicta concluſio, vt error calculi allegari non poſſit
8 ſecundum aliquos, quando à ſociis fuit interpoſitum iuramentum de non veniendo contra calculum: ſiquidem hoc caſu iuramentum poteſt ſeruari citra detrimentum ſalutis æternæ, & habet vim ſententiæ, ne rei iudicatæ, vt habetur ex Ceph. conſ. 107. num. 10. quem refert Tuſch. ver. error calculi concl. 314. num. 40. imò iuramentum habet vim, ac effectum guarentigiæ, Boer. deciſ. 295. num. 9. Surd. conſ. 106. & Tuſch. ver. executiuum iudicium, concl. 471. num. 26. Et quòd calculationis reuiſio ex capite erroris non admittatur, quando interceſſit pactum de non contraueniendo, ſed de obtemperando calculationi, latè probat Maſcard. de probat. concl. 253. num. 20. & 22. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 207. num. 26. Theſaur. deciſ. 260. in fin. & Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 90.

Sed re vera hæc limitatio non admittitur à Dec. conſ. 349. num. 8. & ſeq. Galez. Maluatico, conſ. 111. num. 3. Ruin. conſ. 134. num. 10. lib. 1. & conſ. 71. num. 6. lib. 4. Pariſ. conſ. 89. num. 39. lib. 1. Riminald. iun. conſ. 338. num. 79 lib. 3. Hi enim voluit, quòd quando quis ſimpliciter iurat ſuper pacto de non contraueniendo calculatori, eo non obſtante, poteſt allegare calculi errorem; in quam ſententiam videtur etiam inclinare Tuſch. d. concl. 314. num. 41. & Felic. de ſocier. cap. 38. ſub num. 80. qui ait, quòd iuramentum debet habere tres comites, nempè iuſtitiam, iudicium, & & veritatem, c. quanto, de iureiur. & c. animaduertendum 1. q. 2. at iuſtitia eſſe non poteſt vbi eſt errori, & conſenſus deficit, vt habetur ex Afflict. deciſ. 80. num. 7. Confirmatur, quia promittentis promiſſio per errorem facta ſicut non valet; ita etiam iuramentum ſuper tali promiſſione factum operari non poteſt, etiam iuris canonici attenta diſpoſitione, iuxta communem ſententiam, de qua Ruin. conſ. 90. col. fin. lib. 1. Hinc Galez. Maluatic. d. conſ. 111. num. 3. ait, hoc caſu non requiri nec abſolutionem quidem à iuramento, quoniam errans non poteſt dici periurus.

Eſt tamen verum, quod huiuſmodi li-
9 mitatio poteſt eſſe vera vbi ratio reddita fuerit, & facta calculatio; & deinde inter ſocios facta hinc inde remiſſione, ac tranſactione, fuerit expreſsè renunciatum exceptioni erroris calculi, & conditionis indebiti, & id mediante iuramento confirmatum; & ità intelligendam eſſe ſententiam Bart. in d. l. 2. C. de iur. Fiſc. lib. 10. putat. idem Felic. d. cap. 38 ſub num. 79. circa fin. Quod tamen verum eſſe dicimus, niſi calculatores fuerint ab altera parte dolo decepti, vel ab aliis; quia in omni actu intelligitur dolus exceptus, l. creditor, §. lucius, ff. mand. & alii apud Maſcard. de probat. concl. 253. num. 15. vndè ſemper, & in omni euentu, quo docetur, calculum, ſeu rationem dolo, ac fraude fuiſſe redditam, ſemper etiam eſt iterum faciendus calculus, & ratio ipſa iterum reddenda, vt per Anch. conſ. 330. Iaſ. conſ. 219. num. 2. lib. 2. & conſ. 14. col. 3. Socc. conſ. 159. & 190. lib. 2. & conſ. 92. lib. 4. Pariſ. conſ. 89. & conſ. 131. num. 27. lib. 1. Rolan. conſ. 49. lib. 1. Burſat. conſ. 104. num. 17. lib. 1. & alios, quos refert, & ſequitur Felic. d. cap. 38. num. 82. vbi etiam ex Menoch. de arbitr. iud. caſu 209. inquit, hunc errorem doloſum eſſe probandum, ac detegendum claris, atquè perſpicuis probationibus, vt inquit etiam Dec. in l. vnica, num. 8. in fine C. de err. calc. & conſ. 94. num. 4. verſ. Non obſtat, libro primo, & Crauett. conſ. 198. num. tertio libro primo. Et propterea ſatis non eſt probare dolum præſumptū;

ſed dolum verum probari oportet, vt per Socc. conſ. 92. lib. 4. Rolan. conſ. 49. num. 22. & 23. lib. 1. & Maſcard. d. concl. 253. in fin.

Et quamuis dolus de præterito, & de
10 præſenti remitti poſſit, quando re ipſa ineſſe dicitur ob enormem læſionem, vt per Dec. conſ. 181. verſ. Sed prædictis non obſtantibus, lib. 1. Pariſ. conſ. 16. num. 76. lib. 2. Decian. conſ. 6. num. 49. lib. 1. & Menoch. conſ. 401. num. 167. lib. 5. nihilominus quando in manibus reddentis rationem aliquid remanet dolus non cenſetur remiſſus, ſiue præteritus ſit, ſiue præſens, niſi facta ſit expreſſa mentio doli, vt habetur ex Rolan. conſ. 49. num. 59. lib. 1. Bart. in l. Emilius, §. Caius, ff. de libert. legat. & in l. ſi vnus, §. illud, ff. de pact. Socc. conſ. 159. col. 4. verſ. Ex quibus, & conſ. 190. col. 3. verſ. Poſtremò, lib. 2. Pariſ. conſ. 89. col. pen. lib. 1. & ex aliis apud eundem Felic. loco citato, ſub num. 84. verſ. Et ſi diceretur. vbi ob id ait, quòd ſi conſtaret de generali liberatione; & in liberatione ipſa dictum fuiſſet reliqua nõ extare; & rationes fuiſſe ſufficienter redditas, & fuiſſet appoſita clauſula, *ex certa ſcientia, &c.* adhuc tamen, ſi dolus appareat, talis confeſſio, ac talis liberatio eſt nullius momenti, vt per Caſtr. conſ. 62. col. 1. lib. 2. Crau. conſ. 142. num. 13. lib. 1. Riminald. iun. conſ. 338. num 55. lib. 3. ſiquidem clauſula illa, *ſponte, & ex certa ſcientia*. Nihil operatur, quãdo conſtat de veritate in contrarium, vt habetur ex Rolan. conſ. 49. num. 63. lib. 1. Adde etiam, quòd rationum redditio factum requirit, vt in l. cum ſeruus, ff. de condit. & demonſtr. at in his, quæ factum exigunt, & quæ non pendent à poteſtate confitentis, confeſſio ei, qui confitetur non nocet, l. confeſſionis, ff. de inter. act. l. inde Neratius, §. fin. ff. ad leg. Aquil. & Crau. conſ. 93. num. 1. lib. 1.

Tertiò limitatur ipſa concluſio, vt non poſſit dici de errore calculi vbi ſuper cal-
11 culo fuit tranſactum, vt per Bartol. in dicta leg. 2. C. de iur. Fiſc. lib. decimo Menoch. de arbitr. iudic. caſu 209. num. 37. Socc. conſ. 92. num. 4. lib. 4. Burſ. conſ. 104. num. 16. lib. 1. Tuſch. verſ. error Calculi, concl. 314. num. 19. qui teſtatur, hanc ſententiam eſſe communem, & alios. Eſt tamen verum, quòd limitatio huiuſmodi eſt intelligenda, vbi ſuper calculo fuit tranſactum eo quòd controuerſia erat de errore calculi: ſecus autem ſi de calculo faciendo tantum eſſet contentio, vt per Alex. in d. l. vnica, vbi Dec. num. 12. C. de err. calculi, Ruin. conſ. 71. num. 5. in fin. lib. 4. Idem dicendum eſt quando partes errauerunt in calculo, & cum tali errore tranſegerunt: vt quia dixerunt, quòd 30. & 50. faciunt 100. & 100. fuerunt petita, & ſuper petitione huiuſmodi fuit tranſactum: tunc enim non poteſt allegari calculationis error; ſecus autem ſi fuerit erratum in forma, ac in tranſactionis verbis, vt cum communi docet Iaſ. in d. l. vnica, num. 10. in fin. Dec. d. num. 12. verſ. Secundus eſt caſus; & Felic. d. cap. 38. ſub num. 78. qui contrarium ſoluit, quod ab Alex. ibidem fuit allatum, dicente, in d. l. vnica haberi, promiſſionem factam per errorem calculi poſſe reuocari. Si quidem licèt ſtipulatio ex cauſa erroris reuocari poſſit, vt in l. 2. C. de condit. indeb. id tamen locum non habet in tranſactione; nam contra eam non admittitur erroris allegatio, cùm tranſactio fiat, vt finis litibus imponatur, vt in l. quamuis, C. de tranſact. & eo ipſo iuſtificetur, quòd à lite receditur, l. in ſumma, in prin. ff. de cond. indeb. Præterea error calculi in tranſactione non admittitur, etiam ſi error fuerit in tranſactione expreſſus. vt ſi in ipſa tranſactione fuerit dictum, quòd de centum quæ petebantur, tertia pars eſſent quinquaginta, & pro quinquaginta fuit facta tranſactio ſi quidem hoc caſu tranſactio non vitiatur, ſed reſcinditur pro ea tantum parte, qua fuit erratum, vt per Bart. in d. l. vnica, C. de err. calc. Idem dicendum eſt, vbi error in tranſactione tacitè continetur, vt quia petebantur centum, & fuit facta tranſactio pro tertia parte, non facta computatione, in quo tertia pars conſiſteret: nam tranſactio reſcinditur pro ea tantùm parte, in qua fuit erratum, Dec. poſt Bart. in d. vnica, num. 12. verſ. Quartus eſt caſus, & Ruin. conſ. 134. num. 12. lib. 1. & conſ. 71. ſub num. 4. lib. 4. quos refert Felic. d. cap. 38. ſub num. 73. in fin.

Quartò limitatur dicta concluſio, vt locum non habeat quando ſuper calculo
12 fuerit iudicatum, vt per Bart. in d. l. 2. C. de iur. Fiſc. lib. 10. Quæ tamen limitatio vera eſt ſecundum eũdem

Barr.

Bart.in d.l.vnica.C. de err. calc. & poſt
cum Dec. quando error non fuit expreſ-
ſus in ſententia; ſed de errore conſtat ex
aliis actis ad quæ neceſſariò ſententia
non refertur: ſecus autem ſi error fuerit
expreſſus in ſententia: vel ſi non fuerit
expreſſus, ſententia referatur ad acta, in
quibus error continetur: aut ſi lata ſit
ſimpliciter, de errore appareat in illis
actis, ad quæ neceſſariò ſententia refera-
tur: quoniam tunc ſententia non ſubſi-
ſteret, & propterea allegari poſſet error
calculi, vt rectè declarat Felic. loco cita-
to, ſub num. 77. Pro qua re vide etiam
Tuſch. ver. errar calculi. concl. 314. num.
10. cum plur. ſeq.

Quintò limitatur, vt quamuis ſemper
13 dici poſsit de errore calculi, vt ſupra
oſtendimus ampliat. 1. id tamen intelli-
gendum infra 30. annos: nam ſpacio 30.
vel 40. annor. tollitur omnis actio, vt in
l. ſicut C. de præſcr. 30. annor. Vndè ela-
pſis 30. annis calculi reuiſio peti am-
plius non poteſt. Vt poſt alios inquit Fe-
lic. d. cap. 38. ſub num. 70. vbi etiam ad-
dit, quod ſi facta calculatione fuit inter
partes conuentum, vt ſolùm, intra men-
ſem poſsit reuideri, quo elapſo, reuiſio
amplius peti non poſsit, ſtandum eſt
conuentioni, vt latè probat Theſaur. de-
cis. 260. qui contraria ſoluit: quod tamen
ſuſtineri ſaltem poſſet, dummodo in cal-
culatione dolus, ſeu fraus non interceſ-
ſerit, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus,
lim. 2. verſ. Eſt tamen verum.

Sexto limitatur, vt reuiſio calculi ex
14 capite erroris non concedatur ei, qui
ſcripturas ſubtraxit, cum quibus ratio
reddita fuit, & ſuper quibus fuit habitus
calculus: quoniam præſumitur quòd ad
ſui vtilitatem ſcripturas accommodaſ-
ſet, vt habetur ex Menoch, conſil. 988.
num. 7. lib. 10. quem refert, & ſequitur
Felic. loco citato, num. 71. vbi etiam nu.
72. narrat de quodam ſocio, qui vendi-
derat, ac tradiderat alteri ſocio libros ſo-
cietatis cum debitorum nominibus in
eis exiſtentibus: is enim non valet alte-
rum ſocium compellere ad libros eden-
dos, & ad rationem iterum reddendam,
vt per Rimnal. ſen. conſ. 300. num. 68.
lib. 2. per ea, quæ habentur in l. Prætor.
ait, §. 1. in Gloſ. verb. meum: ff. de edend.

Secunda concluſio.

Error calculi ab eo probandus eſt,
15 a quo petitur reuiſio, & allegatur
Bald. conſ. 48. lib. 4. & facit tex. in l. 2. de
prob. Et error ſatis probatus dicitur,
cùm ea admiſſa fuere, quæ nullo pacto
erant admittenda: & ea ſunt omiſſa, quæ
neceſſariò erant admittenda, vt habetur
ex Pariſ. conſ. 89. num. 27. & 35. & conſ.
131. num. 28. lib. 1. Hond. conſ. 34. num.
6. lib. 2. & Maſcard. de probat. concluſ.
253. num. 1. & 2. vbi etiam ait, quòd er-
ror calculi facilè patebit, & probari po-
terit, ſi rationes, atque calculatio denuò
ſubducentur: ſiquidem ex reuiſione cal-
culi probatur error, vt per Doctor. in l.
vnica, C. de err. Calc. & Pariſ. loco citato,
cum aliis allegatis per Maſcard. ibidem.
Eſt tamen verum quod ad annullandum
calculum ſatis non eſt docere de modico
errore: quoniam calculus prò modico
errore non vitiatur, vt in l. quamuis, ff. de
condit. & demon. Bald. in l. 1. ad fin. C.
aduerſus ſolut. & in l. pro hæreditariis,
col. 3. C. de hæred. act. Iaſ. in d. l. vnica,
num. 2. C. de err. Calc. & Adden. ad Bart.
in l. 2. C. de iur. Fiſc. lib. 2.

Tertia concluſio.

Error calculi quamuis ſemper alle-
16 gari poſsit exceptis caſibus ſupra
relatis; nihilominus per eiuſdem erroris
exceptionem non impeditur ſententiæ
executio ſuper calculo latæ. Probatur;
quia huiuſmodi ſententia habet execu-
tionem paratam, vt ſupra oſtendimus,
in prin. huius quæſtionis, at à iudicio
executiuo non datur appellatio ad effe-
ctum retardandæ executionis, nec ex-
ceptio aliqua executionem impedit: ſi-
quidem iudicium executiuum dicitur
ſententia, quæ fecit tranſitum in rem iu-
dicatam, vt in l. 2. C. de execut. rei iud.
Boer. deciſ. 295. num. 8. Tuſch. ver. execu-
tiuum iudicium, concl. 472. num. 2. & 7.
ergo per allegationem erroris calculi
non impeditur ſententiæ executio ſuper
calculo latæ. Confirmatur quia calcula-
tores ſi eligantur à partibus dicuntur
arbitratores: etſi eligantur à iudice ap-
pellantur arbitri, vt ſupra diximus in
hac

Digitized by Google

hac eadem q. poſt prin. verſ. Quod quidem:& q.6.ſub verſ. Eſt autem calculus.

17 At arbitramentum, ſeu laudum habet executionem paratam; ſicut, & ſententia confirmatoria laudi, à qua non appellatur ad effectum retardandæ executionis, vt probat Tuſch. ver. executio ſententiæ, concl.489. num.9. & 19. & ver. executiuum iudicium, concluſ. 472. num.7. Quod quidem maximè verum eſt ſi per partes fuerit interpoſitum iuramentum de non veniendo contra calculum: quoniam iuramentũ habet executionem paratam,& vim,ac effectum guarentigiæ, vt per Boer. loco citato,num.9. Surd. conſ. 106. quos refert, & ſequitur Tuſch. d. concl.472.num.26. vbi ex hoc ait, quòd laudum ex compromiſſo iurato habet executionem paratam. Eſt tamen verum quòd laudi ſentẽtia ex forma ſtatuti potius, quàm ex iuris diſpoſitione habet executionem paratam; quoniam in omnibus fere Regionibus iure municipali id ei conceditur, iuxta ea, quæ habentur per Alex. conſ.83.lib.1.& Tuſch. ver. executionem paratam, concl. num.14.& ver. executiuum iudicium, concl. 472. num. 7. & propterea de iure à tali ſententia appellatur, & retardatur executio, niſi tranſitum fecerit in rem iudicatam: quapropter idem videtur dicendum de ſententia calculi: niſi tamen error appareat ex ipſa calculi ſententia, aue ex ijs ad quæ refertur, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus concl.1. lim. 4. quoniam tunc impedit executionem, cum ſententiæ nullitas euidenter appareat. Vt patet ex ij, quæ nos cumulauimus in noſtris commentar. ad Bull. Pii V. de cenſib. §. 1.q. 19.num.38.& 39.

Pro quibus rebus facienda eſt executio contra ſocium Adminiſtratorem ſocietatis vigore ſententiæ vi calculi latæ. Q. 11.

SVMMARIVM.

1 *Executio contra ſocietatis adminiſtratorem fieri nequit, niſi cognoſcatur quàm quiſque partem in ſocietate habere debeat.*

2 *Communio, ac diuiſio in ſocietatibus qualiter ſint facienda.*

3 *Executio contra adminiſtratorem ſocietatis omnium bonorum ſimpliciter, qualiter fiat.*

4 *Executio contra adminiſtratorem ſocietatis omnium bonorum ſimpliciter, poteſt fieri in omnibus, & quibuſcunque bonis tam feudalibus, quàm burgenſaticis.*

5 *Executio ſententiæ calculi contra adminiſtratorem ſocietatis omnium bonorum poteſt fieri etiam in locis montium, quæ ſocius adminiſtrator, vel alius ſocius emit filio.*

6 *Executio ſententiæ calculi contra adminiſtratorem ſocietatis omnium bonorum fieri poteſt, ſiue agatur de ſocietate omnium bonorum tacita, ſiuè expreſſa.*

7 *Executio ſententiæ calculi poteſt fieri cõtra adminiſtratorem ſocietatis omnium bonorum inter coniuges iure municipali.*

8 *Executio ſententiæ calculi in ſocietate agi non poteſt contra eius adminiſtratorem pro bonis ab eo turpiter, ac iniuſtè acquiſitis.*

9 *Executio ſententiæ calculi fieri non poteſt contra adminiſtratorem ſocietatis omnium bonorum in bonis, quæ filijs acquiſita fuerunt ante ſocietatem contractam.*

10 *Executio ſententiæ calculi fieri non poteſt contra adminiſtratorem ſocietatis omnium bonorum, niſi in illis tantùm bonis, quæ reperiuntur in ſocietate tempore eius diſſolutionis.*

11 *Executio ſententiæ calculi fieri poteſt contra adminiſtratorem ſocietatis omnium bonorum ad quæſtum, in qua ſit communio in lucro, & capitali, tam pro lucro, quam pro capitali.*

12 *Executio ſententiæ calculi contra adminiſtratorem ſocietatis omnium bonorum ad quæſtum, in quo ſit communio in lucro tantùm, & non in capitali, qualiter fiat.*

13 *Executio in ſocietate omnium bonorum inter coniuges qualiter fiat contra adminiſtratorem ſeu coniugem ſuperſtitem.*

1 Pro explicatione huius difficultatis eſt adnot. primò, quòd hæc quæſtio non poteſt commodè definiri, niſi prius cognoſcatur qualiter bonorum ſocialiũ diuiſio in ſocietate, ea diſſoluta, facienda ſit: ſi

ſit : ſi enim non cognoſcatur, quam-
quiſque partem in ſocietate habere de-
beat, non poteſt fieri certa, ac determi-
nata executio contra ſocietatis admini-
ſtratorem : & propterea recolenda ſunt,
quæ ſupra diximus lib. 2. in princ. de ſo-
cietatis diuiſione agentis : ſiquidē ex
æquo diuiſimus ſocietatem in vniuerſa-
lem, & particularem. Priorem ſubdiuiſi-
mus in vniuerſalem omnium bonorum
ſimpliciter: in vniuerſalem ad quæſtum :
& in vniuerſalem omnium bonorum
durante matrimonio inter coniuges.
Poſteriorem verò ſubdiuiſimus in parti-
cularem alcuius rei determinatæ, aut
plurium rerum determinatarum: in par-
ticularem vnius, aut plurium negotiatio-
num determitarum, & in particularem
vnius, aut plurium artium determinata-
rum.

Secundò adnotanda ſunt, & recolen-
da ea, quæ ſupra determinauimus d. lib.
2. cap. 1. q. 4. & 8. de communione, ac di-
uiſione facienda in ſocietate omnium
bonorum ſimpliciter : & quæ diximus
cap. 2. eod. lib. q. 5. concl. 1. 2. & 3. & q. 9.
de communione, ac diuiſione facienda in
ſocietate vniuerſali ad quæſtum agentes:
quę definiuimus pariter lib. 2. c. 3. concl.
2. & 3. de communione, ac diuiſione ha-
benda in ſocietate omnium bonorum
inter coniuges : & denique de commu-
nione, ac diuiſione in particularibus ſo-
cietatibus, de quibus diximus ſupra cap.
4. 5. & 6. eod. lib.

Tertiò eſt adnot. quòd in ſocietate
2 omnium bonorum ſimpliciter fit com-
munio, & diuiſio tam in capitali, quàm
in lucro, vt in d. lib. 2. capite 1. q. 4. & 8.
In ſocietate omnium bonorum, ſeu vni-
uerſali ad quæſtum quandoque fit com-
munio, & diuiſio tam in lucro, quàm in
capitali; & aliquando in lucro tantum,
non autem in capitali, vt in d. cap. 2. q. 5.
concl. 1. 2. & 3. ſicut etiam fit in particu-
laribus ſocietatibus, vt diximus cap. 4.
q. 2. in fin. In ſocietate omnium bono-
rum inter coniuges iure Municipali in
Luſitania fit communio, ac diuiſio in lu-
cro pariter, & capitali : de iure verò Mu-
nicipali Caſtellæ fit in lucro tantum, non
autem in capitali, vt diximus d. cap. 3. q.
4. concl. 2. & 3. vbi etiam oſtendimus,
quòd bonorum omnium vir ſolus eſt le-
gitimus adminiſtrator. His breuiter ſic
adnotatis, ſit

Prima concluſio.

Sententiæ execntio in ſocietate om-
3 nium bonorum ſimpliciter, fit con-
tra ipſius ſocietatis adminiſtratorem
pro medietate omnium bonorum, ſi duo
tantùm ſint ſocij : ſi verò tres vnuſquiſ-
que poteſt executionem petere pro ter-
tia parte: ſi quatuor pro quarta, & ſic de
ſingulis. Probatur hæc concluſio ex eo
quòd in ſocietate omnium bonorum
tam lucrum, quàm capitale veniunt inter
ſocios æqualiter diuidenda, vt ſupra
probauimus lib. 2. cap. 1. q. 8. Etenim in
huiuſmodi ſocietate, bona quocunque
titulo quæſita tam oneroſo, quàm lucra-
tiuo communicantum quoad dominiū,
& poſſeſsionem: nec attenditur, an vnus
ex ſociis plus, aut minus contulerit,
quàm alter; aut vnus plus altero fuerit
lucratus, vt latè oſtendimus d. cap. 1. q.
4. & 8. vbi concluſionem hanc multipli-
citer ampliauimus, & limitauimus; ergo
tam lucrum, quàm capitale, & omnia bo-
na quocunque titulo quæſita veniunt di-
uidenda : ſiquidem diuiſio præſupponit
communionem, vt per Decian. conſ. 30.
num. 15. lib. atque adeò iuxtà præfatam
bonorum diuiſionem executio eſt fa-
cienda.

Ampliatur hæc conclnſio primò, vt
4 executio fieri poſsit pro pręfata ſocie-
tate in omnibus, & quibuſcunque bonis
tam feudalibus, & emphyteoticis, quàm
burgenſaticis: cum hac tamen diſtinctio-
ne, vt in prioribus ita demum fieri poſsit
executio ſi omnium ſociorum nomine
fuerint comparata, ſciente Domino feu-
di, vel rei emphyteoticæ, & non contra-
dicente. In poſterioribus verò executio
fieri valet etiam ſi communi omnium
ſociorū nomine nō fuerint acquiſita, ſed
ipſius adminiſtratoris dūtaxat. Siqnidē
bona omnia burgenſatica in ſocietate
omniū bonorum veniunt communican-
da, & communicata diuidenda, ſiue ab
vno ex ſociis nomine proprio, ſiue com-
muni nomine fuerint acquiſita tam one-
roſo, quàm lucratiuo titulo, vt dixi-
mus d. q. 8. ampliat. 1. non tamen acqui-
ſita proprio nomine per vnum ex ſociis
in huiuſmodi ſocietate cenſentur ipſo
iure commnnicata; ſed veniunt commu-
nicanda ſecundum ſenteritiam magis re-
ceptam, vt oſtendimus ſupra lib. 1. cap.
4. q. 4.

4.q.4.concluſ.3. At bona feudalia, & emphyteotica ita demum veniunt diuidenda inter ſocios ſi ab vno ex ſociis communi omnium ſociorum nomine acquiſita fuerint, ſciente Domino rei feudalis, aut emphyteoticæ, & non contradicente, vt in d.q.8. ampliat.2. adnotauimus: ſecus autem ſi communi comparata non ſint, nec accidente Domini ſcientia, vt ſupra; quoniam ſicut non communicarentur, ita nec diuiderentur, neque in eis locum haberet executio, iuxta ea, quæ ſupra cumulauimus lib.2.cap.q.4. limit. 2. Et multò minus executio locum ſibi vendicaret in huiuſmodi bonis emphyteóticis, ac feudalibus ſi quæſita fuerint ante ſocietatem contractam quoniam bona iſta nullo modo communicantur inter ſocios; ſed eorum tantùm fructus veniunt communicandi, vt latè probauimus ſupra lib.1.cap.4.q.3. concluſ.2. limit.2.

Secundò ampliatur eadem concluſio,
5 vt in ſocietate omnium bonorum, ea finita, ratione reddita, & calculi ſententia lata, poſsit eiuſdem ſententiæ fieri executio etiam in locis montium, quæ ſocius adminiſtrator, aut alius ſocius emit filio: quoniam hæc etiam bona communicantur, & communicata diuiduntur, diſſoluta prædicta ſocietate, vt ſupra oſtendimus, lib.2.cap.1.q.8. limitat.3. vbi etiam limitat.4. idem diximus de iuribus incorporalibus, nempè de actionibus, & obligationibus.

Tertiò ampliatur concluſio, vt vera
6 ſit non modo ſi agatur de ſocietate omnium bonorum expreſſa; ſed etiam: tacita: quoniam eadem, quæ veniunt communicanda, & diuidenda in ſocietate omnium bonorum expreſſa, veniunt quoque communicanda in ſocietate omnium bonorum tacita: ſiquidem taciti, & expreſsi eadem eſt virtus, vt in l. cùm quid, ff. ſi certum petat. & nos in ſpecie latè adnotauimus d.q.4. verſ. cõmunicantur igitur, cap.1. lib.2.

Quartò ampliatur, vt quæ diximus de
7 ſocietate omnium bonorum ſimpliciter, extendantur quoque ad ſocietatem omnium bonorum quæ iure Municipali cõtrahitur inter virum, & vxorem conſtante matrimonio, in Luſitania: nam eo iure per matrimonii contractum, ſtatim, eo conſumato, communicantur omnia coniugum bona ante matrimonium acquiſita; & inſuper communicanda veniunt omnia bona acquirenda quocunque titulo tam oneroſo, quàm lucratiuo, conſtante matrimonio: & eo diſſoluto æqualiter diuiduntur inter coniugem ſuperſtitem, & hæredes coniugis præmortui, vt ſupra oſtendimus lib. 2. c.3.q.4.concl.2. qua propter pro medietate bonorũ poteſt agi contra ſuperſtitem coniugem, contra quem in caſu renitentiæ, reddita ratione, & lata calculi ſententia, poteſt fieri vt ſupra executio.

Sic ampliata limitatur prædicta con-
8 cluſio, vt contra ſocium adminiſtratorem agi, ac exequi nequeat pro bonis ab eo turpiter, ac iniuſtè acquiſitis: ſiquidem in ſocietate omnium bonorum ſicut, & in aliis ſocietatibus non veniunt communicanda, & diuidenda bona huiuſmodi inter ſocios: vt latè ſupra explicauimus lib.2.cap.1.q.4.lim.3.

Secundò limitatur, vt in ſocietate om-
9 nium bonorum non poſsit contra ſocium adminiſtratorem agi, & exequi in bonis, quæ eius filiis acquiſita fuerunt ante ſocietatem contractam: ſiquidem in ſocietate omnium bonorum bona iſta non communicantur, nec diuiduntur inter ſocios: eo quòd dicta bona non pertinent ad patrem quoad proprietatẽ maximè, vt poſt alios Tuſch. ver. ſocius, concluſ. 283. num. 61. & adnotauimus lib.2.cap.1.q.8.limit.2.

Tertiò limitatur, vt in ſocietate om-
10 nium bonorum, ſicut in aliis ſocietatibus in illis tantùm bonis executio fieri poſſit, quæ reperiuntur in ſocietate tempore eiuſdem diſſolutionis. Vndè ſi bona collata in principio ſocietatis conſiſtebant in pecunia, & tempore eiuſdem extinctionis conſiſtant in mercibus, maſſaritiis, & creditis, in illis tantùm fieri poteſt executio, & non in aliis: quoniam hæc tantum bona æqualiter inter ſocios veniunt diuidenda; niſi aliter fuerit inter ſocios conſentum; vt rectè declarat Felic. de ſociet. cap.39. num.4. Imo bona ipſa omnia tunc æqualiter partiuntur in ſocietate omnium bonorum, vel proportionaliter in quibuſdam aliis, quando bona ipſa commodè diuidi poſſunt citra eorum deteriorationem: aliàs Iudex poteſt ſuas partes interponere, & vni dare rem integram, & alteri ſuam portionem in pecunia numerata; vel in aliis bonis ſi adſint ſufficienter, iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus de arbitratoribus q. 9. verſ. Quod quidem. & Felic. tradidit

loco

loco citato, num. 26. & 30. vbi num. 27. inquit etiam non eſſe veram ſententiam eorum, qui arbitrantur, quod in diuiſione facienda, ætate maior, ſeu ille, qui diutius adminiſtrauit, partes facere debet: & alter ætate minor, ſeu qui minus adminiſtrauit, eligendi facultatem habeat iuxta illud Abraham Gen. cap. 13. qui vti maior natu fecit partes, & Loth eius frater minor elegerit: ſiquidem talis diſpoſitio non datur pro lege; quia non reſpicit mores, ſed iura, ac iudicia, & propterea non obligat, vt habetur in cap. non eſt peccatum, §. his itaque, 6. diſt. cum aliis ab eodem Felic. allegatis ibidem, qui num. 28. & ſeq. contraria quoque ſoluit.

Secunda concluſio.

11 IN ſocietate omnium bonorum, ſeu vniuerſali ad quæſtum, in qua ſit communio non ſolum in lucro; ſed etiã in capitali, fieri poteſt executio contra adminiſtratorem tam pro lucro, quàm pro capitali in parte æquali, vel inæquali iuxta proportionem bonorum collatorum. Hæc concluſio patet ex iis, quæ ſupra adnotauimus lib. 2. cap. 2. q. 5. concluſ. 1. ampl. 1. etenim in huiuſmodi ſocietate veniunt communicanda bona collata quoad dominium, & proprietatem nec non lucra, & deinde diuidenda æqualiter, ac proportionaliter iuxta quantitatem bonorum collatorum, vt ibi diximus. Et quæ diximus de ſocietate vniuerſali ad quæſtum in capitali, & lucro extenduimus pariter ad particulares ſocietates, in quibus ſit communio capitalis, & lucri, quia in illis eodem modo bona communicantur, & diuiduntur, vt ſupra diximus lib. 1. cap. 4. q. 3. per totam, & lib. 2. cap. 4. q. 14. 20. 21. & 22.

Tertia concluſio.

12 IN ſocietate vniuerſali ad quæſtum in lucro tantùm, & non in capitali, cùm in lucro dumtaxat, ea finita fiat, diuiſio, & non in capitali, eo quod non in hoc fiat communio, ſed in illo, vt ſupra adnotauimus lib. 2. cap. 2. q. 5. concluſ. 2. & 3. executio fieri poteſt contra ſocium adminiſtratorem pro integro capitali ſi extat, cùm illud precipuum ſit conferentis, & inſuper pro lucro æqualiter, vel proportionaliter iuxta collationem capitalium, & operarum æqualium, vel inæqualium, vt in d. concluſ. 3. Idem dicendum eſt de particularibus ſocietatibus, in quibus ſit communio in lucro dumtaxat & non in capitali, cum militet eadem ratio, vt patet ex iis, quæ ſupra adnotauimus lib. 1. c. 4. q. 2. verſ. Ad cuius explicationem. & q. 3. cõcl. 6. Eſt tamen quòd ſi capitale in pecunia politũ extet adhuc in pecunia, debetur in pecunia: ſi verò reperiatur expenſum in mercibus ſocietatis, & in maſſaritiis neceſſariis pro ſocietate, & adeſſent credita, tunc capitale non eſſet reſtituendum in pecunia; ſed ſatis eſt ſi reſtituatur in mercibus, maſſaritiis, & aliis rebus extantibus, & in creditis ad conferentis electionem, vt per Bald. in l. 1. verſ. Decimotertiò quæro. C. pro ſoc. Petr. de Vbald. de duob. fratr. par. 11. num. 34. quos refert, & ſequitur Felic. de ſociet. cap. 39. num. 4. qui teſtatur, ita pluries vidiſſe ſeruari: niſi tamen fuerit conuentum, quòd ſi capitale eſſet deperditum, ſit in pecunia reſtituendum, etiam ſi finita ſocietate non eſſent niſi merces; quoniam huius conuentioni tanquam licitæ eſſet ſtandum, cùm non ſit iniuſta, nec contra naturam contractus ſocietatis, l. 1. §. ſi conueniat, ff. depoſ. Imò idem Felic. eodem loco, poſt alios inquit, quòd ſi ſocietate poſiti fuiſſent centum aurei in aureo, & ſocietas per plures annos perſeueraſſet; & æſtimatio aureorum creuiſſet, incrementum diuidi non deberet; ſed totum deberetur Domino aureorum: ſiquidem lucrũ huiuſmodi non cenſetur cauſatum à ſocietate, cùm ſi retenti fuiſſent in arca, idem lucrum factum fuiſſet. vt per Corn. conſ. 279. lib. 1.

Quarta concluſio.

13 IN ſocietate omnium bonorum inter coniuges, conſtante matrimonio cõtractu arrharum, & dotis ſecundum Municipale ius Caſtellæ, ac etiam Luſitaniæ, maximè inter nobiles, ſoluto matrimonio, atque adeò diſſoluta ſocietate poteſt agi, & fieri executio per hæredes cõiugis præmortui cõtra coniugẽ ſuperſtitẽ primo pro omnibus bonis, quæ pertinebant

 ad capi-

ad capitale ipſius coniugis defuncti; & deinde pro dimidia parte bonorum omnium ſuper lucratorum, conſtante matrimonio. Probatur hæc concluſio, quia in huiuſmodi ſocietate capitalia non communicantur, nec diuiduntur; ſed ſuperlucrata tantùm veniunt æqualiter diuidenda, vt latè ſupra probauimus, lib. 2. cap. 3. q. 4. concl. 3. vbi diffusè egimus de bonis, quæ pertinent ad capitale viri, & de bonis ſpectantibus ad capitale vxoris. Non ſic dicendum eſt de ſocietate medietatis bonorum, quæ contrahitur inter coniuges iure Municipali Luſitaniæ; quia tali ſocietate communicantur omnia coniugum bona eodem modo quo communicantur in ſocietate omniũ bonorum ſimpliciter: & veniunt diuidẽda, ſoluto matrimonio, inter coniugem ſuperſtitem, & hæredes coniugis præmortui pro æquali portione tam capitalia, quàm ſuperlucrata, vt diximus ſupra concl. 1. ampl. 4.

An ſocius poſsit agere, & exequi pro reliquis, ſeu proportione ſibi debita contra ſocij adminiſtratoris fideiuſſores, eo prius non excuſſo. Q. 12.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſores ſunt in duplici differentia.*

2 *Fideiuſſores, & Rei debendi qualiter differant ab accollantibus ſibi debitum.*

3 *Fideiuſſores puri non poſſunt conueniri per conſocium, nec contra eos exequi, niſi facta prius excuſſione adminiſtratoris.*

4 *Fideiuſſores puri non poſſunt conueniri, niſi facta excuſsione vt ſupra, etiam ſi ſe obligauerint vt principales.*

5 *Fideiuſſores puri poſſunt conueniri etiam non facta excuſsione, ſi expreſsè renunciauerint beneficio excuſsionis.*

6 *Fideiuſſores puri poſſunt conueniri citra excuſsionem, quando ſocietas ſoluta eſſet per mortem ſocij adminiſtratoris.*

7 *Fideiuſſores dati per ſocium adminiſtratorem ſi ſe obligauerunt æquè principaliter cum ipſo adminiſtratore, tunc ſocius omiſſa excuſsione adminiſtratoris poterit agere, & ſeruatis ſeruandis, exequi contra fideiuſſores.*

8 *Fideiuſſoribus tunc denegatur beneficium excuſsionis cum æquè principaliter, & eodem tempore ſe obligant cum principali; ſecus autem ſi diuerſo tempore.*

9 *Correi inſolidum quamuis teneantur pro ſolido, etiam ſi conſtet pecuniam in vnius vtilitatem eſſe conuerſam; nihilominus ſi ſuis expenſis offerunt euidenter probare, quòd omnia bona ſocialia ſint penes adminiſtratorem, tunc fideiuſſores habebunt beneficium expenſarum.*

10 *Fideiuſſores dati per adminiſtratorem ſocietatis, & æquè principaliter obligati, licèt poſſint cogi, & cõtra eos exequi, nulla præuia excuſsione; nõ tamẽ poteſt agere, vt vnus fideiuſſor ſoluat totũ debitum.*

11 *Fideiuſſores dati per adminiſtratorem æquè principaliter, & inſolidum obligati, poſſunt ſinguli à conſocio conueniri pro toto debito; nulla præuia excuſsione principalis.*

12 *Fideiuſſores obligati inſolidum vt ſupra adeò tenentur ad totum debitum, vt electione vnius ex eis facta à ſocio, reliqui non liberantur, donec fuerit ſolutum integrum debitum.*

13 *Socius contra fideiuſſores conſocij adminiſtratoris inſolidum obligatos poſsit exequi realiter, & perſonaliter.*

14 *Socius poteſt ager contra adminiſtratoris fideiuſſores inſolidum obligatos, & eorum hæredes.*

15 *Hæres vna, & eadem perſona reputatur dum cum Defuncto.*

16 *Fideiuſſores inſolidum obligati licèt poſſint de iure, ff. & C. inſolidum conueniri; de iure tamen auth. non poſſunt, niſi pro virili portione, niſi alter ſit abſens, vel pauper, vel niſi fideiuſſores, ſeu correi beneficio d. auth. renunciauerint.*

17 *Fideiuſſores ſeu Correi inſolidum obligati, licet poſsint ſinguli pro ſolido conueniri nihilominus ſi vnus ſoluit partem ſuam debiti cum expreſſa proteſtatione quod ſoluit pro parte ſua, & creditor debitum receperit, nulla facta proteſtatione, non tenetur ad ſolidum.*

18 *Fideiuſſores inſolidum obligati, an, & quando poſsint opponere exceptionem cedendarum contra eorum principalem.*

19 *Exceptionem cedẽdarum aliquando fideiuſſores habent contra ceſsionariũ etiã ſi fuerint principaliter, & inſolidum obligati in forma Cameræ.*

20 Ceſsio

20 *Ceſſio an, & quando fieri debeat in ipſa debiti ſolutione, vel etiam poſt.*

21 *Societatis eſſentia expoſtulat, vt qui pecunias accipit, officium habeat.*

22 *Principalis an, & quando is dicatur, in quem peruenerunt pecunia in ſocietate officiorum.*

PRo determinatione huius difficulta-
1 tis eſt adnot. quòd fideiuſſores ſunt
in duplici differentia: quidam dicuntur
ſimpliciter tales, ſtantes in puris termi-
nis fideiuſsionis; atque adeò acceſſoriè
tantum ſe obligant ad debiti ſolutionē:
quidam verò fideiuſſores non appellan-
tur ſimpliciter tales; ſed verè, ac propriè
nunçupantur correi, ſeu rei debendi, eo
quòd non acceſſoriè; ſed æquè principa-
liter obligantur cum principali debito-
re ad ſoluendum debitum: quorum ali-
qui ſunt rei debendi inſolidum, qui obli-
gantur ad ſoluendum ſinguli ſolidum,
& integrum debitum: alii verò ſunt, qui
obligantur viriliter, nempè ſinguli pro
eorum parte. Vt latè nos declarauimus
in noſtris commentar. in extrauag. Pii
V. de cenſib. §. 3. q. 12. num. 2. 3. & 4. Fi-
2 deiuſſores autem, & rei debendi, ſeu Cor-
rei differunt ab accollantibus ſibi debi-
tum: quoniam accollantes ſibi debitum
ſubrogantur in locum debitoris: fideiuſ-
ſores accedunt debitori: & rei debendi
æquè principaliter obligantur cum
debitore. vt in d. q. 12. adnotauimus,
concluſ. 3. ſub num. 28. His breuiter ſic
adnotatis, ſit

Prima concluſio.

FIdeiuſſores ſimpliciter, ſtantes in
3 puris terminis fideiuſsionis, dati
per ſocium ſocietatis adminiſtratorem,
non poſſunt conueniri per conſocium,
nec contra eos, exequi; niſi facta prius
excuſsione ipſius adminiſtratoris. Hæc
concluſio patet ex eo quòd de iure in
omni contractu fideiuſſor nunquàm
tenetur, niſi fiat prius excuſsio principa-
lis, ſi ſit ſoluendo, vt in auth. præſenti, C.
de fideiuſ.

Ampliatur hæc ipſa concluſio, vt lo-
4 cum habeat etiam ſi fideiuſſores obliga-
uerint ſe vt principales: quoniam licèt
fideiuſſor obliget ſe vt principalis; nihi-
lominus ſemper verum eſt dicere, quòd
interceſsit pro alio, & alienam ſequutus
fuit obligationem: & propterea ſola fide-
iuſſoris expreſsio aſſerentis, ſe vti princi-
palem obligaſſe, ſatis non eſt ad conſti-
tuendum ipſum correum debendi cum
principali ſtipulante, ac contrahente: ſi-
quidem eſſe, poteſt, quòd partes aliud ſē-
ſerint, vt per Petr. de Rauen. ſing. 200.
iunctis iis, quæ docet Bart. in l. eandem,
in prin. num. 6. ff. de duob. reis. Caſtr. in l.
Modeſtinus, col. pen. in fin. de ſolut. Ga-
br. conſ. 63. lib. 2. & Cenc. in tract. de cen-
ſib. p. 2. c. 2. q. 2. art. 5. n. 15. Vndè is pro-
priè dicitur principalis debitor, ad cuius
vtilitatem contractus principaliter cele-
bratur, vt in l. Iulianus, in prin. & ibi Ca-
ſtr. ff. ad Macedon. cum aliis, quos nos re-
tulimus in noſtris comment. ad extra-
uag. Pii V. de cenſib. §. 3. q. 13. ſub nu. 27.
vbi etiam hanc ampliationem verā eſſe
oſtendimus ſiue fideiuſſores obligauerint
ſe tanquam principales in diuerſis ſcri-
pturis, & diuerſis temporibus iuxta cō-
munem ſententiam, de qua Iaſ. conſ. 58.
col. 1. verſ. Non obſtat, lib. 3. ſiue in vna,
& eadem ſcriptura contra Iaſ. ibidem, nu.
4. & 5.

Sic ampliata limitatur eadem conclu-
5 ſio, vt locum ſibi non vendicet, vbi fide-
iuſſores expreſsè renunciauerint benefi-
cio excuſsionis: quoniam tunc ſocius cō-
tra conſocium adminiſtratorem, qui fi-
deiuſſores ipſos dedit poteſt contra eos
agere, & exequi, etiam non excuſſo admi-
niſtratore, vt patet ex eis, quæ habētur ex
Anton. Gom. tom. 2. var. reſol. cap. 12.
num. 2. Burſat. conſil. 400. numer. 45.
lib. 4. & Cenc. loco ſupra citato, num.
20.

Secundò limitatur, vt concluſio non
6 procedat, quando ſocietas ſoluta eſſet per
mortem ſocii adminiſtratoris: quoniam
eo caſu conſocius poſſet agere contra
fideiuſſores, nulla preuia excuſsione he-
redis ſocii adminiſtratoris vt ſupra mor-
tui. Etenim quando principalis debitor
eſt mortuus creditor poteſt agere contra
ſui debitoris fideiuſſores, etiam ſi nulla
hæredis excuſsio præceſſerit, vt in l. fide-
iuſſor obligari, §. fin. in fin. ff. de fideiuſ. &
Cenc. ibidem, nu. 21. cum duob. ſeq. qui
eo caſu interpellandum eſſe hæredē pu-
tat per ea, quæ habentur per Gloſ. fin. in
d. §. fin. & Bald. in l. fin. n. 14. C. de cōdit.
inſert. & nos adnotauimus in d. noſtris
cōmēt. d. q. 13. ſub n. 28. vbi quoque dixi-
mus, quòd ex quo hodie de communi

Notariorum ſtylo in inſtrumentis fide-
iuſſores renunciant beneficio excuſsio-
nis, creditores agunt contra fideiuſſo-
res, nulla preuia excuſsione, principalis
debitoris. Vndè ex hoc etiam infertur
quòd ſi renunciatio huiuſmodi à Nota-
rio omittatur, poterit ab eo in inſtru-
mento de nouo addi; dummodo inſtru-
mentum non ſit extenſum in breuiatu-
ra iuxta ea, quæ ſupra adnotauimus, lib.
2.cap.6.§.4.q.17.

Secunda concluſio.

FIdeiuſſores in ſocietate dati per ſo-
7 cium adminiſtratorem, ſi ſe obliga-
uerunt æquè principaliter cum ipſo ad-
miniſtratore, tunc conſocius omiſſa ex-
cuſsione adminiſtratoris, ſi ſit ſoluendo,
poterit agere, & ſeruatis ſeruandis exe-
qui contra fideinſſores ipſo pro conſe-
cutione portionis ſibi contingentis. Pro-
batur concluſio ex eo quòd fideiuſſores
quando in aliquo contractu obligantur
æquè principaliter, & principali nomine
promittunt, non ſiſtunt in puris termi-
nis fideiuſsionis; ſed efficiunt rei deben-
di, atque adeò omnes conſtituūtur prin-
cipales debitores reſpectu creditoris, vt
in l.2.cum plur.ſeq.ff. de duob. reis: ni-
mirum igitur ſi contra eos agi poſsit,
non preuia excuſsione principalis, iuxta
ea quæ nos adnotauimus in noſtris com-
mentar. ad extrauag. Pii V. de cenſib. §.
3.q.12.num.4. Hinc ſequitur, quòd in
ſocietate officiorum Romanæ Curiæ, in
qua officialis dat fideiuſſores, qui æquè
principaliter cum ipſo obligantur reſti-
tuere ſortem finita ſocietate, ea extincta,
poteſt ſocius qui pecuniam contulit, nul-
la præuia excuſsione officialis, aut ipſius
hæredis, ſi ſocietas officialis morte fue-
rit diſſoluta, agere, & ſeruatis ſeruandis
exequi non ſolum contra vnum, ſed etiã
contra plures fideiuſſores datos pro con-
ſecutione ſortis: etenim in omni cōtractu
non ſolum vnus, ſed etiam plures fide-
iuſſores accedere poſſunt, & æquè prin-
cipaliter obligari ac principali nomine
debitum promittere; atque adeò reos
debendi ſe conſtituere: ſiue ad omnes
correos ſors, aut aliud debitum peruene-
rit; ſiue ad vnum tantùm ex Correis, iu-
xta ea, quæ diximus in d. noſtris com-
mentar. d. q.12. num. 8. & in ſpecie Ca-
ſtrac. de ſociet. offic. cap. 64. num. 3.

Eſt tamen verum, quod ſupradicta
8 concluſio locum ſibi vendicat, quando
fideiuſſores ſe obligant æquè principa-
liter cum ſocio adminiſtratore eodem
tempore, & in eodem inſtrumento: tunc
enim denegatur eis beneficium excuſ-
ſionis: ſecus ſi æquè principaliter diuer-
ſo tempore, & in alio inſtrumento ſe
obligaſſent; quoniam tunc non diceren-
tur duo rei debendi, ſed fideiuſſores, at-
que adeò eis beneficium excuſsionis
competeret, etiam ſi obligati appareant
inſolidum, vt habetur per Alex. conſil.
29.lib.7.num.39.Iaſ.conſ.58.lib.3. & la-
tè Caſtrac. de ſociet. offic. loco citato,
ſub num. 4. Imò quamuis correi inſoli-
9 dum teneantur per ſolido, etiam ſi con-
ſtet pecuniam in vnius tantum ex Cor-
reis vtilitatem fuiſſe conuerſam; nihilo-
minus ſi ſuis expenſis offerant euiden-
ter probare quòd omnia bona ſocialia
ſint penes ipſum adminiſtratorem, tunc
fideiuſſores habebunt beneficium, quod
appellatur expenſarum, ita vt conſtito
de expoſitis, adminiſtrator prius conue-
niendus ſit, vt in l. Vndè quæritur, & ibi
Bart. ff. commod. & in terminis ſocieta-
tis eſt tex. in l. actione, §. ſi communis
pecunia, ff. pro ſoc. & patet ex cumula-
tis per Caſtrac. vbi ſupra, ſub num. 9.
in fin. verſ. Sed bene poterit ille: & ex iis,
quæ nos adnotauimus in noſtris com-
mentar. ad extrauag. Pii V. §.3. q.12.
num. 23. vbi id limitauimus, niſi bene-
ficio prædicto fuerit renunciatum. Vn-
dè Caſtrac. d. cap. 64. num. 8. & ſeq. lo-
quens de ſocietate officiorum rectè con-
futat opinionem illorum, qui indiſtin-
ctè volunt, quòd ſi appareat, negocium
ſolum ad officialem ſpectare, & ad ipſum
perueniſſe pecunias, etiam quod alii
principaliter, & inſolidum ſe obligaue-
rint, naturam fideiuſſorum retinent, &
fideſſorum beneficio gaudent. Putat
enim, dictam ſententiam indiſtinctè non
procedere: ſed regulariter quando plu-
res principaliter ſunt obligati, licet ad
vnum pecuniæ peruenerint; nihilominus
quilibet pro rata tenetur, niſi inſolidum
obligati eſſent, vt habetur ex Franc. Aret.
conſ. 33. num. 8. Nam quamuis reſpectu
officialis correi dicantur fideiuſſores;
reſpectu tamen eius, qui dedit pecuniam,
& ſic ſocii creditoris omnes ſunt correi,
& principaliter obligati, vt rectè decla-
rat idem Caſtrac. ibidem.

Digitized by Google

Tertia concluſio.

FIdeiuſſores dati per adminiſtratorem ſocietatis, & æquè princi-
10 paliter obligati vt ſupra, cum
ipſo adminiſtratore, licèt poſſint cogi, & contra eos exequi, nulla præuia excuſſione, iuxta ea, quæ adnotauimus in proxima concluſione; non tamen ſocius poteſt agere, vt vnus fideiuſſor ſoluat ſibi totum debitum; ſed tantum, vt quilibet viriliter, ideſt ſuam portionem perſoluat. Hæc concluſio patet ex tex. in l. reos, §. cùm in tabulis, ff. de duob. reis, vbi habetur, quòd quando plures obligantur ſimpliciter, quilibet cenſetur viriliter obligari, niſi aliter actum ſit. Hoc idem probatur in auth. hoc ita, C. eod. tit. & nos diximus in d. q. 12, concl. 3. vbi in fine, id locum habere oſtendimus in actione perſonali tantum, non autem in hypothecaria qua propter probauimus, quòd ſi omnes Gorrei bona ſua ad cenſus ſolutionem ſubiecerint, poterunt inſolidum conueniri, quamuis expreſſam non adiecerint obligationem ſolidi, vt latius ibidem adnotauimus concl. 2. lim. 1. & infra dicetur, concl. ſeq. limit. 1. Quòd ſi hæc vera ſunt de Correis, qui bona ſua ad cenſus ſolutionem ſubiugarunt, non video cur idem dicendum non ſit in cõtractu ſocietatis, cùm militet eadem ratio, arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Quarta concluſio.

FIdeiuſſores dati per adminiſtratorem ſocietatis, & æquè principali-
11 ter obligati inſolidum cum ipſo admi-
niſtratore, poſſunt ſinguli à conſocio conueniri, & contra eos exequi ad eiuſdem electionem pro toto debito, nulla facta excuſſione principalis. Hæc concluſio patet ex tex. in l. cum duo, ff. de duob. reis, ita ſe habente, *cùm duo eandem pecuniam, aut promiſerunt, aut ſtipulati ſunt, ipſo iure, & ſingulis ſolidum debetur, & ſinguli inſolidum debent; ideoque petitione & acceptilatione vnius tota ſoluitur obligatio*, idem habetur in l. 3. §. fin. ff. eod. Etenim quando plures fideiuſſores hoc pacto obligantur efficiuntur rei debendi, ſeu Correi inſolidum obligati: & propterea quilibet tenetur inſolidum, ideſt ſolidum, & integrum debitum ſoluere, ita vt ſit in arbitrio creditoris agere contra quemlibet voluerit ex Correis pro debiti integra conſecutione.

Ampliatur hæc concluſio, vt adeò vera ſit, vt fideiuſſores prædicti obligati in
12 ſolidum, & teneantur ſinguli ad totum
debitum vt ſupra, vt electione vnius ex eis facta à ſocio reliqui non liberentur, donec totum, & integrum debitum fuerit ſolutum: ſiquidem creditor donec ſolidum, & integrum debitum non exegerit, ſemper habet actiones integras perſonales, & hypothecarias aduerſus alios reos debendi, ita vt ex vnius electione præiudicium aduerſus alium non inferatur, vt in l. reos, & l. generaliter, §. idemque, C. de fideiuſ. quod verum eſt etiam ſi contra vnum ex Correis pro ſolido fuerit lata ſententia, vt per Gloſ. Bart. Angel Caſtr. & alios in l. 2. ff. de duob. reis, quos nos retulimus in noſtris commentar. ad extrau. Pii V. de cenſib. d. §. 3. q. 12. concl. 2. ampl. 1. & 4. vbi ob id diximus, quòd ſi creditor vnum ex Correis debendi conueniat via ordinaria, eundem poterit via executiua conuenire: & ſi coram vno iudice aduerſus ſuum debitorem executionem petierit, poterit in alio loco, & coram alio iudice executionem obtinere, nec obſtabit exceptio litis pendentiæ, quæ quidẽ an ſint indiſtinctè vera, ibidem declarauimus, precipuè amp. 4.

Secundo ampliatur, vt ſocius contra
13 fideiuſſores conſocii adminiſtratoris
æquè principaliter, & inſolidum obligatos, agere, & exequi poſſit, tam perſonaliter, quàm realiter: quoniam huiuſmodi fideiuſſores non ſolùm tenentur actione perſonali ad debiti ſolutionem; ſed etiam hypothecaria, ſeu remedio ſaluiani interdicti: & propterea facultas eligendi quemlibet ex Correis competit ipſi ſocio non ſolùm reſpectu perſonarũ Correorum, verum etiam reſpectu rerum obligatarum pro reſtitutione, ac ſolutione integre portionis ipſi ſocio contingentis, vt de correis obligatis pro ſolutione penſionum cenſus latius oſtendimus d. q. 12. ampl. 2.

Tertiò ampliatur, vt ſocius non ſolùm poſſit agere contra fideiuſſores ſocij ad-
14 miniſtratoris æquè principaliter, & in-
ſolidum cum eo obligatos, ſed etiam

contra

contra illorum hæredes : quia vna, & ea-
15 dem perſona reputatur hæres cum defuncto, & in eum tranſeunt omnes actiones, tàm actiuæ, quàm paſſiuæ, vt in l. 1. C. de action. ab hæred. & contra hæred. ita vt contra eos agi poſſit inſolidum hypothecaria : vel pro portione hæreditaria ſi agatur actione perſonali, iuxta ea, quæ adnorauimus d. q. 12. ampl. 4.

Sic ampliata limitatur dicta concluſio, vt quamuis ſocius, ſicut, & quili-
16 bet alius creditor poſſit de iure ff. & C. agere contra ſocii adminiſtratoris ſicut, & poſſet contra alterius debitoris fideiuſſores, æquè principaliter, & inſolidū obligatos, pro ſolido, nulla præuia excuſſione, vt in l. 3. §. vbi duo, l. reos, §. cùm in talibus, ff. de duob. reis, l. 2. & l. exprimere, C. eod. tit. nihilominus de iure auth. non poteſt, vt in auth. hoc ita, C. de duob. reis : nam eo iure cauetur, vt quamuis duo, pluresue rei debendi ſint obligati inſolidum; non tamen poſſunt pro ſolido conueniri : ſed tantùm pro virili, niſi alter ſit abſens, vel pauper : vel niſi beneficio d. auth. Correi renunciauerint, vt latè de hac re egimus in noſtris commentar. agentes de cenſibus, d. q. 12. concluſ. 2. limit. 1.

Secundò limitatur concluſio ipſa, vt locum non habeat, quando vnus ex fideiuſſoribus, vt ſupra Correis, principaliter, & inſolidum obligatis, ſoluit partem ſuam debiti cum expreſſa declaratione, quòd ſoluit pro parte ſua, vel pro perſona ſua, aut ſimilibus verbis, & ſocius creditor debitum receperit, nulla facta proteſtatione quoad præiudicium obligationis ſolidi; quoniam hoc caſu ſocius amittit ius ſolidi contra prædictum fideiuſſorem principaliter, & inſolidum cum adminiſtratore ſocietatis obligatū, & inducitur diuiſio obligationis, vt in l. ſi creditores, & ibi Doctor. communiter, C. de pact. Grat. Diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 359. num. 7. cum aliis, quos retulimus in d. q. 12. limit. 3. de cenſibus agentes, num. 24.

Tertiò limitatur eadem concluſio, vt licet ſocius poſſit agere contra fideiuſſo-
18 res adminiſtratoris ſocietatis principaliter, & inſolidum obligatos pro integro debito, nulla præuia excuſſione principalis, & ſic adminiſtratoris; nihilominus fideiuſſores ipſi contra ſocium agentem poſſunt opponere exceptionem cedendarum actionum, & ab illo petere valet fideiuſſor, qui arbitrio ipſius ſocii, & ad electionem eiuſdem conuenitur, vt ſibi cedat actiones non ſolum contra ſocium adminiſtratorem principalē debitorem, pro quo fideiuſſit, iuxta tex. in l. 2. & ibi Doctor. C. de fideiuſ. ſed etiam contra alios confideiuſſores inſolidum quoque obligatores, vt in l. fideiuſſores, & ibi Gloſ. ver. cæteros, l. ſi fideiuſſores, §. idem reſpondit, ff. eod. tit. Bald. Saly. & alij in d. l. 2. & Carol. de Graſſ. in tract. de except. num. 26. in 20. except. & in ſpecie Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 67. num. 2. & 3. Etenim ad huiuſmodi ceſſionem tenetur quilibet creditor volens agere contra aliquem, ex correis, ſeu fideiuſſoribus inſolidum, & æquè principaliter obligatis : aliàs ſi recuſet, repellitur à petitione debiti, atque adeò non valet fideiuſſorem excipientem ad ſoluendum cogere, vt in d. l. 2. & ibi Doctor. C. de 19
fideiuſ. Ronchegal. in l. reos, num. 55. ff. de duob. reis, Socc. ſen. conſ. 200. in prin. lib. 2. & alii, quos nos retulimus in noſtris commentar. ad extrau. Pij V. de cenſib. §. 3. q. 13. concl. 3. lim. 2. verſ. Adde, quod ibi id ampliauimus verum eſſe, etiam, ſi ſtatutum reiiciat generaliter omnes exceptiones præter expreſſas: ſiquidem ſub huiuſmodi generalitate non cenſetur reiecta cedendarum exceptio, iuxta ea, quæ debentur per Carpan. ad ſtatuta Mediolan. p. 1. cap. 116. num. 213. & cap. 42. num. 191. & inſuper ibidem oſtendimus, verſ. Imò, quod vbi iurium neceſſaria eſt ceſſio, ſunt cedenda actiones tàm perſonales, quàm hypothecariæ, & quodcunque aliud ius agenti competens, vt habetur per Roncheg. loco citato : nec ab eiuſmodi exceptione repellitur fideiuſſor ob quamcunque renunciationem; ſed renunciatio debet eſſe expreſſa, vel talis, quæ ex verbis de neceſſitate inferatur, vt ſi renunciatum fuerit omnibus beneficiis fideiuſſoribus competentibus, iuxta ea, quæ tradita fuerunt per Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 19. num. 15. & Bertaz. de clauſ. inſtrum. clau. 40. Gloſ. 4. num. 9. Qua propter ſub generali renunciatione omnium iurium, non comprehenditur dicta exceptio. Vndè ſi creditor ſua culpa, vel ex alia cauſa nō valeat iura fideiuſſori ſoluere volenti cedere, vt quia liberauit vnum ex fideiuſſoribus, petens ab aliis fideiuſſoribus nō liberatis ſolidum, ac integrum creditum,

poterit

poterit ob eis repelli exceptione ceden-
darum; atque ideo non poſſet ad integri
debiti ſolutionem eos compellere, vt in
l. ſtichum, & Pamphilium, §. ſi creditor,
il 2. & ibi Gloſ. ff. de ſolut. Ronchegal.
in d. l. reos num. 56. circa fin. Quod
quidem verum eſſe docet Sutd. conſ. 170,
num. 34. etiam ſi fideiuſſor liberatus eſ-
ſet notoriè non ſoluendo: & huiuſmo-
di exceptio opponi poteſt etiam poſt la-
tam ſententiam, & in actu exequendi, vt
ex Beraz. loco citato, num. 8. & Maur.
in tract. de fideiuſ. p. 2. Sec. 6. cap. 5.
num. 24. Eſt tamen verum, quod in
multis hæc exceptio non habet locum,
de quibus Carol. de Graſ. loco citato,
num. 24. & ſeq. & alii, quos recenſuimus
in d. q. 13. dicto verſ. Imò, ſub num. 29.

Quæ diximus de principali creditore,
vt fideiuſſori contra eum competat ex-
19 ceptio cedendarum actionum, extendi-
mus ad eius ceſſionarum creditoris per-
ſonam repræſentantem, vt in l. fideiuſſo-
ribus, & in l. vt fideiuſſor, ff. de fideiuſ.
cum aliis cumularis per Caſtrac. d. cap.
67. ſub num. 2. & 3. qui id ampliat eti-
am ſi ceſſio contra ipſum cedētem reſul-
tatet, vt per Alex. in l. de die, §. ſi fide-
iuſſor, ff. qui ſatiſd. cogan. Dec. conſ.
104. col. 2. Neguſ. in tract. de pign. &
hypoth. in 3. memb. 5. p. num. 32. Socc.
conſ. 206. quos idem Caſtrac. allegat,
& inſuper num. 4. addit huiuſmodi ex-
ceptionem locum ſibi vendicare probat,
etiam ſi fideiuſſores obligati fuerint in
forma Cameræ, vt per Anton. Galleſ. in
tract. de oblig. ad form. Cam. in 1. q. 4.
p. num. 10. etenim talis obligatio non
habem ſpecificam, & expreſſam renun-
ciationem exceptionis cedendarum, quæ
requiritur, vt fideiuſſores ab ea repellan-
tur, vt ſupra adnotauimus; ſed ſolùm
habet generalem omnium exceptionum,
quæ non impedit, quo minus exceptio
cedendarum opponi poſſit, vt ibidem
oſtendimus: quibus adde Bald. in auth.
præſente, num. 4. verſ. dicit ſtatutum, C.
de fideiuſ. Dec. conſ. 99. num. 3. Pariſ.
conſ. 110, num. 98. lib. 1. & alios, quos
allegat Caſtrac. loco citato. Etenim
ceſſio huiuſmodi eſt adeò neceſſaria, vt
ſi non fieret, actio fideiuſſori, vel Cor-
reo ſoluentibus contra alios fideiuſſores
vel correos non competeret, vt in d. l. fi-
deiuſſoribus, ff. de fideiuſ. & l. 1. & l.
cum aliter, vbi Gloſ. Bart. & Bald. C.
eod. tit.

Et quamuis ceſſio in ipſa debiti ſolu-
tione fieri debet à creditore, vel ſtatim
20 poſt, vt in dubio præſumitur, vt in l.
modeſtinus, & ibi Gloſ. Bart. & alii, ff.
de ſolut. nihilominus ſi ſolutio ab vno
ex fideiuſſoribus fieret, ceſſio etiam poſt
ſolutionem fieri poſſet ad effectum, vt
contra confideiuſſores agere poſſit, vt
per Bart. in d. l. Modeſtinus, Gabr. conſ.
63. lib. 2. Et Caſtrac. de ſociet. offic.
cap. 68. nnm. 3. & 4. vbi de ſocietate of-
ficiorum agens id limitat, niſi ſolutio
facta fuerit ab officiali, vel ab eo, qui bo-
nam fidem recognouit, & verè pecunias
habuit: nam licèt ei à creditore ceſſio fi-
at, vigore talis ceſſionis contra alios eti-
am principaliter, & inſolidum obliga-
tos agere non poterit: quoniam debitum
erat proprium ipſius ſoluentis, vt patet
ex ijs, quæ habentur per Paul. Caſtr. in
d. l. Modeſtinus, num. 4. ver. ſi in nihi-
lum, & ibi etiam Imol. ff. de ſolut. Eſt
tamen verum, quòd officialis, qui nu-
dum tantùm officij nomen accommoda-
uit, ſi ſocietate diſſoluta, fuit coactus
ſortem reſtituere, vel ea durante fructus
ſoluere, & à creditore in ſolutione con-
tra alios etiam obligatos ceſſionem ob-
tinuerit, contra illum, qui verè pecuni-
am habuit, ac bonam fidem recognouit
inſolidum agere poterit, vt per Docto-
res in d. l. Modeſtinus, & in l. 1. C. de
duob. reis Bart. in l. lege falcidia, ff. ad
l. falcid. cum aliis, quos refert, & ſequi-
tur Caſtrac. d. cap. 68. ſub num. 5.

Non tamen vigore talis ceſſionis con-
tra alios fideiuſſores agere poterit, qui
21 principaliter obligationi ipſius officia-
lis nudum tantum nomen accomodan-
tis, acceſſerunt: vt quia fortè, qui bo-
nam fidem recognouit, & verè pecunias
habuit, factus fuerit non ſoluendo, vel
ſit abſens. Etenim de eſſentia ſocieta-
tis officiorum eſt, vt qui pecunias acci-
pit officium habeat, ſuper quo ſocietas
contrahatur, & ille in ſocietate principa-
lis dicetur, alij verò accedentes, & offi-
cialis obligationem in ſe ſuſcipientes, fi-
deiuſſores appellantur, vt in l. 1. l. fide-
iuſſor obligati, §. ſi fideiuſſor, ff. de fide-
iuſſorib. Siquidem licèt verba conuen-
tionis innuant omnes eſſe principales in
obligatione; nihilominus illi, qui re ve-
ra alienam obligationem ſuſcipiunt, fi-
deiuſſores nuncupantur, vt habetur ex
Marſil. in rub. de fideiuſ. col. 1. & Pariſ.
conſ. 90. num. 69. lib. 1. Et quamuis

reſpectu

reſpectu creditoris omnis dicatur rei debendi, & inſolidum conueniri poſſint, etiam ſi ad vnum conſtet pecuniam perueniſſe, cùm ſe vti principales debitores conſtituerint, l. ſi non ſinguli, ff. ſi cert. petat. l. ea propter, C. eod. nihilominus quoad officialem fideiuſſores dicuntur, eo quòd ſua obligationi acceſſerunt, & principales debitores pro eo ſe conſtituerunt, Alex. conſ. 32. num. 2. lib. 4. Vndè fideiuſſores, eius qui bonam fidem recognouit, ac pecunias habuit, nullo modo appellari poſſunt: eo quòd eiuſdem obligationi non acceſſerunt, nec pro eo principaliter ſe obligauerunt, nec debitores ſe conſtituerunt, vt rectè probat Caſtrac. d. cap. 68. num. 13. cum plurib. ſeq. vbi etiam num. 15. inquit, quòd quamuis officialis quoad illos, qui pecunias habuit ex quadam æquitate fideiuſſor dici poſsit, per ea, quæ docet Bart. in l. 3. §. vbi duo, & alii, ff. de duob. reis, Angel. in l. vndè quæritur, ff. commod. & Bald. conſ. 466. lib. 5. reſpectu tamen aliorum obligatorum, ad quos nullum commodum peruenit, fideiuſſor cenſeri nequit; nam ceſſat ęquitas à Doctoribus excogitata in d. §. vbi duo, & in l. 1. C. eod. tit. Non igitur vigore talis ceſſionis officialis, qui nudum nomē accomodauit poterit agere contra alios fideiuſſores, qui obligationi ipſius officialis acceſſerunt.

Nec obſtat, quod ab Aret. & aliis Doctor. traditur in d. l. 3. §. vbi duo, ff. de
22 duob. reis, Bald. conſ. 466. num. 8. lib. 1. Caſtr. conſ. 331. col. 1. lib. 1. Roman. conſ. 114. Corn. conſ. 316. lib. 4. & ex alijs exiſtimantibus cum communi, ex pluribus obligatis æquè principaliter, & inſolidum, eum dici principalem, in quē peruenerunt pecuniæ, & emolumenta, reliquos verò appellari fideiuſſores; quoniam Doctores illi tunc volunt, eum eſſe principalem, ad quem peruenerunt pecuniæ, & emolumenta, & alios fideiuſſores, quando is qui pecuniam fuit conſecutus erat capax principalis obligationis: at in caſu noſtro, qui bonam fidem recognouit, non erat talis; quia officium non habet, & contractus ſocietatis officiorum non celebratur inter eū, qui dat pecuniam, & recognoſcentem bonam fidem; ſed inter dantem pecuniam, & officialem, vt ſæpè diximus: & officialis eſt, qui principaliter obligatur. Et quamuis ille, qui pecunias habuit, bonam fidem recognouerit, & principaliter quoque ſe obligauerit, & officialem, & alios indemnes conſeruare promiſerit; non tamen fuit receſſum à forma prioris obligationis. Non eſt igitur mirum ſi officialis vigore ſupradictæ ceſſionis non poſſit agere contra fideiuſſores, qui obligationi ipſius officialis acceſſerunt; quāuis poſſit agere contra eum, qui bonam fidem recognouit: ſi quidem officialis licèt quoad illum, qui pecunias contulit fideiuſſor cenſeatur; remanet tamen principalis, quoad alios, qui pro eo promiſerunt, vt rectè declarat Caſtrac. d. cap. 68. num. 16. & 17. vbi etiam num. 18. & ſeq. reſpondet ad tex. in l. Sed Iulianus. §. 1. ff. ad ſenatuſc. Maced. in quo filiuſfam. & Meuius inſolidum cum ſe obligauerint, quia pecunia tota ad filiumfamilias peruenit, lex declarauit, filiumfam. eſſe principalem, & Meuium fideiuſſorē: & ait, quòd diſpoſitio illius legis habet locum in prohibitis, & factis in fraudem legis; ſecus in non prohibitis, vt in caſu de quo agitur; quoniam tunc officialis remanet principalis, etiam quod ad eum pecuniæ non peruenerint. His adde etiam, quæ reſoluta fuerunt per Rotam Roman. deciſ. 18. impreſſa poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. in vna Romana de Caſſanis, 1. Decembr. 1612. coram Reuerendiſs. D. Sactato.

An ſocios poſſit agere contra conſocijs adminiſtratoris fideiuſſoris, ſi debitum exigere diſtulerit, vel prorogationem dederit, & interim adminiſtrator ipſe decoxerit. Q. XIII.

SVMMARIVM.

1. *Damnum, quod quis ſua culpa patitur ſibi imputatur.*
2. *Socius poteſt agere contra conſocii adminiſtratoris fideiuſſoros, etiam ſi debitum exigere diſtulerit, & adminiſtrator interim decoxerit.*
3. *Creditor quo caſu non poteſt differre debitum exigere in præiudicium fideiuſſorum.*

4 Cre-

4 *Creditor, qui diſtulit creditum exigere non*
dicitur eſſe in culpa, cũ vtatur iure ſuo.
5 *L. 2. §. ſi quis tamen, ff. ſi quis caut. & l.*
Hermes C. loc. intellectus.

VIdetur prima facie negatiuè reſpõ-
dendum eſſe: ſiquidem ſocius cre-
1 ditor fuit in culpa dum creditum non e-
xegit, eo quòd diſtulerit, vel prorogatio-
nem dederit: & propterea cùm interim
adminiſtrator eius debitor fuerit effectus
non ſoluendo, damnum pertinere debet
ad ipſum ſocium creditorem, non autem
ad fideiuſſores, atque adeò contra eos
non poteſt agere ad ſui crediti ſolutionẽ:
nam damnum, quod quis ſua culpa pati-
tur ſibi, non autem alteri imputatur, vt
in c. damnum de regul. iur. in 6. & facit
tex. in l. 2. §. ſi quis tamen, ff. ſi quis cau-
tion. & l. hermes, C. loc. Hinc in ſpecie
ait Paul. de caſtr. in l. ſi fideiuſſor credi-
tori, ff. de fideiuſ. quòd negligentia cre-
ditoris in non exigendo fideiuſſori no-
cere non debet: ſiquidem quando credi-
tori aliquid imputari poteſt, cur debitũ
à ſuo debitore non exegerit, qui incipie-
bat eſſe non ſoluendo, fideiuſſor eſt libe-
ratus, vt per Soce. conſ. 273. lib. 2. Gloſ.
in d. l. ſi fideiuſſor, Iaſ. Curt. & Doctor.
commun. in l. ſi ergo, ff. ſi cert. petat.
Grat. conſ. 53. num. 59. lib. 1. Etenim
vnius mora ſibi, non autem alteri noci-
ua eſt, vt in c. mora de regul. iur. in 6.

His tamen non obſtantibus, contrariã
ſententiam puto de iure veriorem,
2 quam tenet Caſtrac. in ſuo tract. de ſo-
ciet. offic. cap. 52. num. 5. cum plur. ſeq.
qui loquens de ſocietate officiorum, ait,
quòd ſi is, qui pecunias officiali ſuper
eius officio contulit, poſt ſolutam ſocie-
tatem ſortem, & ſic pecunias ab ipſo of-
ficiali repetere diſtulerit, vel terminum
prorogauerit, fideiuſſores non liberan-
tur, atque adeò poteſt ipſe creditor, non
obſtante, dilatione, ac prorogatione ter-
mini, agere contra fideiuſſores principa-
liter, & inſolidum obligatos pro reſtitu-
tione ipſarum pecuniarum, ſoluta ſocie-
tate etiam ſi debitor interim fiat non ſol-
uendo. Hæc concluſio patet ex tex. in l. ſi
fideiuſſor creditori, ff. de fideiuſ. cuius te-
nor eſt, qui ſequitur, *ſi fideiuſſor creditori*
denunciauerit, vt debitorem ad ſoluendam
pecuniam compelleret, vel pignus diſtra-
heret; iſque ceſſauerit, an poſſit eum fide-
iuſſor doli mali exceptione ſummouere? reſ-
pondit non poſſe. Quòd ſi hæc vera ſunt
indiſtinctè de quocunque fideiuſſore, ve-
ra etiam ſunt de fideiuſſoribus adhibitis
in ſocietate, cum non poſſit aſſignari di-
uerſitatis ratio. Et quòd officialis, & qui-
cunque alius debitor, ſi infra dictam di-
lationem, & termini prorogationem ef-
ficiãtur non ſoluendo, vel aliquid aliud
infra dictum tempus occurreret, fideiuſ-
ſores liberati non eſſent, expreſsè conſu-
luit Angel. conſ. 312. Iaſ. in l. 1. C. de iu-
dic. & fuit deciſum per Rot. Diuerſ. de-
ciſ. 859. in antiq. & ante hos omnes Bart.
in d. l. ſi fideiuſſor creditori, ff. de fideiuſ.
qui cum gloſ. reſpondet ad tex. in l. fide-
iuſſores, ff. eod. dicens, quod ibi fideiuſſor
fuit acceptus in eo, quod à reo exigi non
poſſet: ſiquidem, principalem non eſſe ſol-
uendo eſt cauſa dandæ actionis in fideiuſ-
ſorem, & ideò eius denunciationi debet
credi: at in d. l. ſi fideiuſſor, fuit fideiuſ-
ſor acceptus ſimpliciter: quia quando
fideiuſſor eſt acceptus ſimpliciter, tunc
principalem eſſe idoneum, vel non, non
eſt cauſa dandæ actionis in fideiuſſorem,
& ideò non eſt, quod imputetur credito-
ri. Ita Bart. loco citato.

Limitatur tamen hæc concluſio, vt lo-
cum non habeat, quando huiuſmodi di-
3 latio, & prorogatio termini datur à cre-
ditore doloſè in necem, ac detrimentum
fideiuſſorem, vt per Bart. in d. l. ſi fideiuſ-
ſor creditori; & id tunc dicitur fieri, quã-
do eſt cauſa dandæ actionis contra fide-
iuſſores; aliàs non; quia creditor eo caſu
vtitur iure ſuo, & poſſent fideiuſſores vti
remedio l. fideiuſſoribus, ff. de fideiuſ. of-
ferendo ſcilicet debitum, & petendo ſibi
actionem cedi, vel vti remedio l. fideiuſ-
ſores, eod. tit.

Reſtat modo, vt ad contraria reſpondeamus.

AD primum dicimus, quòd creditor,
eo caſu non eſt in culpa, quoniam
4 vtitur iure ſuo, vt rectè inquit Angel. d.
conſ. 312. quem ſequitur Afflict. deciſ. 150
num. 34. & eò maximè, quia dilatio non
fuit ad commodum creditoris, ſed ad fa-
uorem, & cõmodum debitoris, cui à iure
conceditur poſſe eo modo ſuffragari per
creditorem: & propterea damnum ad cre-
ditorem, qui diſtulit, ſpectare non debet,
vt per Iaſ. in d. l. 1. C. de iudic.

Ad iura, & auctoritates reſpondetur,
loqui quãdo fideiuſſores non dantur ſim-
pliciter: ſed accipiuntur in eo quod non
poteſt principalis debitor, iuxta ea, quæ
ex Bart. ſupra adnotauimus.

An ſocius, renouata ſocietate poſſit agere contra fideiuſſores ſocij adminiſtratoris pro conſecutione eius quod ſibi debetur. Q. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Societas diuiditur in tacitã, & expreſſã.*

2 *Societas dupliciter contrahitur.*

3 *Socius renouata, ſeu continuata, ac prorogata ſocietate, ad tempus determinatum abſolutè, ac ſimpliciter contracta, non poteſt agere contra fideiuſſores ſocii pro conſecutione fructus renouata ſocietatis.*

4 *Socius non obſtante renouatione, ſeu continuatione ſocietatis, pro conſecutione ſortis, ſeu alterius, quod ſibi debetur vigore propriis ſocietatis; poteſt agere contra fideiuſſores conſocii adminiſtratoris.*

5 *Socius non obſtante renouatione, &c. tunc agit contra conſocii adminiſtratoris fideiuſſores, quando in renouatione ſocietatis fuit dictum, vt fideiuſſores primæ ſocietatis non cenſeantur liberati per ſecundum renouatam.*

6 *Societas ſi fuerit contracta ad certum tẽpus, & deinde in antea ad beneplacitum, quamuis continuatur; poteſt tamẽ ſocius contra fideiuſſores ſocii adminiſtratoris agere.*

AD huius rei determinationem ſunt recolenda ea, quæ ſupra adnotaui-
1 mus lib. 2. cap. 1. q. 2. cap. 2. q. 1. & cap. 4. q. 1. vbi ſocietatem in communi tam vniuerſalem, quàm particularem diuiſimus in expreſſam, quæ concipitur verbis expreſsis: & in tacitam, quæ deducitur ex actibus ſocialibus eam inferentibus. Vnde ſicut datur tacita, & expreſſa ſocietas; ita etiam datur renouatio ſocietatis, tacita, & expreſſa: ſiquidem prior cenſetur renouata ex actibus ſocialibus eam inferentibus: & poſterior renouatur verbis expreſſis, vt de ſocietate officiorum agens rectè declarat Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 5. ſ. item 2. cum plur. ſeq. inquiens, quòd ſi partes declarent velle renouare ſocietatem, poſt eam iam finitam, & extinctam, tunc ſocietas dicitur expreſsè renouata: ſi verò ex aliquo facto colligi poteſt, partes voluiſſe ſocietatem iam finitam renouare, & prorogare; hoc caſu ſocietas cenſetur tacitè renouata. Eſt tamen verum, quod factum debet eſſe tale, quod non poſſit fieri, vel non ſoleat citra ius, & nomen ſocietatis. Vnde non ex eo tantùm, quòd qui pecuniam ad ſocietatem contulit, eam, finito primo ſemeſtre, penès officialem reliquerit, vel dimiſerit, ſocietas renouata cenſetur: quoniam licèt eo animo forſitan apud officialem reliquerit; officialis tamen eo animo fortè illam nõ retinuit. & ad renouandam, ac continuandam ſocietatem expoſtulatur vtriuſque conſenſus, l. & ſi pro ſoc. ff. pro ſoc. Vbald. de duob. fratr. in 3. p. num. 16. Alex. conſ. 132. num. 10. lib. 5. Corn. conſ. 54 num. 4. lib. 1. Paul. Caſtr. conſ. 73. lib. 2. & rectè Caſtrac. loco citato: vbi num. 11. addit tamen, quòd ſi officialis, finito primo ſemeſtre, fructus alterius ſecundi ſemeſtris anticipato ſolueret, & ille, qui pecunias contulit fructus pro ſecundo ſemeſtre acciperet, cum eos recipere non valuiſſet citra ſocietatis titulum; merito ſocietas pro alio ſemeſtre, renouata tacitè dicitur.

Secundò eſt adnot. quod ſocietas aliquandò contrahitur ad certum tempus
2 ſimpliciter, & aliquando ad certum tempus, & deinde in antea ad beneplacitum.

Tertiò eſt adnot. quod hæc quæſtio poteſt diſputari dupliciter. Primo, an ſoci[us], renouata ſocietate poſſit agere, contra fideiuſſores ſocij adminiſtratoris pro conſecutione eius, quod ſibi debetur pro ſocietate primò inita: ſecundò pro conſecutione fructus renouatæ ſocietatis. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Prima concluſio.

SOcius renouata ſeu continuata, ac prorogata ſocietate ad tempus deter-
3 minatum abſolutè, & ſimpliciter contracta, non poteſt agere contrà fideiuſſores ſocii adminiſtratoris pro conſecutione fructus renouatæ ſocietatis. Probatur quia finita ſocietate, ac poſt eiuſdem finitum tempus fideiuſſores liberati ſunt, ſi vlterius non conſenſerunt, vt in l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locat. vbi qui locauit domum ſuam per annum, & fideiuſſores accepit, ſi finito tempore, renouauit locationẽ, fideiuſſores amplius nõ tenentur,

nentur,

nentur, niſi de nouo promittant: ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro cum militet eadem ratio, argum. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil. Nec hoc caſu diſtinguendum eſt de renouatione tacita, & expreſſa, quoniam taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, arg. tex. in l. cum quid, ff. ſi cert. petat. quibus adde, quæ latè habentur ex Caſtrac. d. cap. 51. num. 14. cum plut. ſeq.

Secunda concluſio.

SOcius non obſtante renouatione, ſeu continuatione ſocietatis, poteſt
4 agere contra fideiuſſores conſocii adminiſtratoris pro cōſecutione ſortis, ſeù alterius, quod ſibi debetur vigore prioris ſocietatis. Hæc concluſio patet ex eis quæ habentur ex eodem Caſtr. num. 20 dum ait, quòd ex eo quòd Officialis ſortem acceptam reſtituere promiſit ſocio, qui pecuniam contulit, datis fideiuſſoribus principaliter, & inſolidum obligatis; donec ſortis, ſibi reſtituatur, fideiuſſores non ſunt liberati, vt per Gloſ. in l. ſicùm Hermes, C. locat. & Bart. in l. Lucius, §. Paulus, ff. de adm. tutor. dum agunt de eo, qui promiſit caſtrum per ſex menſes cuſtodire, & poſtea reſtituere: nam quāuis per tempus prolixius in eo remanſerit, non ob id fideiuſſores liberantur, quin caſtrum reſtituere teneantur: quibus adde Alex. & Iaſ. in l. 1. C. de iudic. Abb. in c. conſtitutus, & ad eum Add. num. 11. de fideicom. & alios apud eundem Caſtrac. loco citato. Quòd ſi eo caſu fideiuſſores liberati non ſunt, licitè poterit ſocius agere vt ſupra cōtra ſocium adminiſtratorem, non obſtante ſocietatis renouatione: ſiue ſocietas ipſa abſolutè, ac ſimpliciter contracta ſit ad certum, ac determinatum tempus: ſiue ad certum tempus, & deinde ad beneplacitum cum diſdicta 15. dierum prout communiter celebrantur in Vrbe ſocietates officiorū Romanæ Curiæ: cum non poſſit aſſignari diuerſitatis ratio, arg. tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Quæ quidem concluſio tunc vera eſt quoad ſocietatem contractam ſimpliciter, & abſolutè ad certum, ac determinatum tempus, quando in renouatione ſocietatis fuerit dictum, vt fideiuſſores primæ ſocietatis non cenſeantur liberati per ſecundam renouatam. Etenim, Caſtrac. eſt intelligendus in terminis, in quibus loquitur, nempè in ſocietate officiorum, quæ communiter contrahitur ad ſex menſes, & deinde in antea ab beneplacitum, atque adeò prima obligatio ex pacto durat etiam poſt ſex menſes ad beneplacitum: ſecus autem ſi ſocietas abſolutè, & ſimpliciter contrahatur ad ſex tantum menſes: nam ea extincta, ſi deinde renouetur, cùm ageretur de obligatione proueniente ex ſocietate renouata, fideiuſſores cenſerentur liberati: ſiquidem facta renouatione capitale reſtitutum cenſetur, & rediiſſe ad ſocium, qui illud contulit, & deinde ab eo iterū poſitum fuiſſe in ſocietate, vt rectè aduertit Felic. de ſociet. cap. 41. ſub num. 34. quem refert, & ſequitur Zacch. de ſociet. offic. ſub num. 462. qui num. 463. dat ſupra relatam cautelam, nempè, vt ſocius, qui pecuniam contulit expreſsè proteſtetur nolle liberare obligatos in prima, donec de ſecunda integraliter ſibi fuerit ſatisfactum: quod fieri poſſe, reſoluit Rota Rom. deciſ. 8. poſt eundem Zacch. tract. impreſſa, in vna Romana anterioritatis, 23. Iunii 1613. coram b. m. Cardin. Pamphilio, & Mariſcot. lib. 2. var. reſol. cap. 65. num. 22. qui teſtatur, hanc eſſe praxim Romanæ Curiæ, & num. 23. id ampliat procedere, etiam quod ſecunda ſocietas fuiſſet inita ſuper diuerſo officio, & proteſtatio fuerit habita, abſentis obligatis in prima, cum hoc pendeat à voluntate reſeruantis, nec in aliquo læduntur obligati in prima; quoniam præſeruatio non tribuit ius de nouo, ſed tantùm conſeruat antiquum, vt in d. deciſ. num. 23. & Mariſcot. loco citato.

Tertia concluſio.

SI ſocietas fuerit contracta ad certum, ac determinatum tempus, v.g. ad
6 ſex menſes, & deinde in antea ad beneplacitum, quamuis, finito primo ſemeſtre continuetur ſocietas per aliud ſemeſtre, & vlterius, poteſt nihilominus ſocius contra fideiuſſores ſocii adminiſtratoris non ſolum pro capitali, ac debito primi ſemeſtris; ſed

Digitized by Google

An fideiuſſores, qui ad ſex menſes, & non vltra acceſſerunt, diſſoluta ſocietate, poſt ſex menſes, conueniri valeant pro reſtitutione ſortis. Q. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Tempus appoſitum ad obligationem inducendam, eo elapſo, fideiuſſores liberantur.*

2 *Caſtracani ſententia refertur circa obligationem fideiuſſorum poſt ſex menſes.*

3 *Fideiuſſores, qui officialis obligationi acceſſerunt in ſocietate contracta certum tempus, & non vltra, diſſoluta ſocietate, remanent tantùm obligati pro fructibus decurſis, non autem pro ſorte.*

4 *Fideiuſſores, qui officialis obligationi acceſſerunt ad certum tempus, & deinde in antea ad beneplacitum, poſſunt conueniri pro ſolutione ſortis, diſſoluta ſocietate.*

IN hac difficultate tres extant opi-
1 niones. Nam prima ſentẽtia eſt Boc-
cac. de ſociet. offic. num. 11. qui loquens
de ſocietate officiorum inquit, quòd ſi
fideiuſſor promiſerit pro officiali pro
vno anno tantum, & non vltra, diſdicta
ſocietate poſt annum cum dimidio, po-
teſt reſpondere, quòd non remanet obli-
gatus reſpectu ſortis, ſed tantum pro fru-
ctibus decurſis, & non ſolutis tantum
pro illo anno, vt in l. ſi cum Hermes, C.
loc. quia de periculo poſterioris tempo-
ris non obligatur fideiuſſor: ſiquidem
tempus fuit appoſitum ad obligationem
reſtringendam, quo elapſo fideiuſſor li-
beratur, l. ſi fideiuſſor, C. de fideiuſ. Vndè
concludit Boccac. in caſu propoſito,
quòd contra fideiuſſores non poteſt agi
niſi pro fructibus decurſis, non autem
pro ſorte.

Secunda ſententia eſt Caſtrac. eod.
2 tract. de ſociet. offic. cap. 51. num. 20. exi-
ſtimantis, fideiuſſores, qui ad ſex menſes,
& non vltra acceſſerunt poſſe conueniri
pro reſtitutione ſortis, diſſoluta ſocieta-
te, poſt ſex menſes. Mouentur ex eo,
quòd officialis ſortem habitam, finita
ſocietate, reſtituere ſe obligauit, cui obli-
gationi acceſſerunt fideiuſſores princi-
paliter, ac inſolidum ſe obligantes. Vndè
fideiuſſores ipſi, donec ſors reſtituatur
ſemper remanent obligati, quamuis ſo-
cietas fuerit prorogata.

Tertia ſententia, quæ nobis magis
3 probatur, eſt media, quam tenet Felic. de
ſociet. cap. 41. num. 34. & 35. & Zacch.
de ſocietate offic. ſub num. 462. diſtin-
guentes, prout diſtinximus ſupra q. 14.
concluſ. 2. verſ. Quæ quidem concluſio.
Quòd aut agitur de fideiuſſoribus, qui
officialis obligationi acceſſerunt in ſo-
cietate contracta ad certum tempus, &
non vltra, nempè ad ſex menſes, & non
vltra: aut agitur de fideiuſſoribus, qui
acceſſerunt obligationi officialis in ſo-
cietate inita ad certum tempus, puta ſex
menſes, & deinde in antea ad beneplaci-
tum, vt omnes ſocietates officiorum
contrahi conſueuerunt. Primò caſu vera
eſt ſententia Boccac. loco ſupra citato:
ſiquidem ſocietas ibi primò extinguitur,
& deinde renouatur: quo circa reſtitu-
tum cenſentur capitale facta renouatio-
ne, & rediiſſe ad ſocium qui illud poſuit,
vt declarauimus d. q. 14. concluſ. 2.
vbi cautelam retulimus, qua
fideiuſſores poſsint rema-
nere obligati. Secun-
4 dò verò caſu
locum ſibi
vendicat opinio Caſtrac. quia
prima obligatio ex pacta
durat etiam poſt ſex
menſes ad bene-
placitum, vt
diximus d. concl. 2.

An

cauſam ad quam tenetur actione pro ſocio ex natura ſocietatis l. ſi fratres, §. ſiquis ſocietatem, ff. pro ſoc. ſed etiam ad damna, ac intereſſe, vt in l. ſtipulationes non diuiduntur, §. Celſus, ff. de verb. oblig. Ergo ad omnia hæc tenentur ipſius principalis fideiuſſores, qui pro eo acceſſerunt, & principaliter, ac inſolidum ſe obligarunt: ſiquidem fideiuſſores tenentur in omnem cauſam, in qua tenetur ipſe principalis, præcipuè prouenientem ex natura contractus, vt in l. ſi quis pro eo, §. ſi quis nummos, ff. de fideiuſ. Alex. conſ. 34. lib. 2. & latè Caſtrac. loco citato, qui tamen limitat hanc concluſionem, vt fideiuſſores prædicti non teneantur ad fructus ſocietatis, cum officium non fuerit emptum, atque adeò non potuit fructificare.

Ad contrarium modò facile reſpon-
3 detur, negando minorem: ſiquidem ſocietas fuit ab initio contractus inita; nam ſocietas non ſolùm poteſt contrahi ſuper officio iam empto, ſed etiam ſuper officio emendo, vt ſupra diximus: ſicut etiam contrahi poteſt de futura hæreditate, vt in l. 3. §. de illa, ff. pro ſoc. verum ſi officium non ematur, non debentur fructus, & ſoluti repetuntur. Vt ſupra latè adnotauimus d. §. 1. q. 3. Vndè cùm huiuſmodi ſocietatem ſupponamus fuiſſe diſſolutam per mortem vnius ex ſociis, qui pecuniam recepit, eius hæredes proculdubio tenentur eam reſtituere, etſi fuerint in mora tenentur quoque ad intereſſe, etiam ſi apud eos remanſerit, vt purum mutuum, quoniam ratione mutui, ſi non reſtituatur in tempore debetur intereſſe ratione moræ, vt latè Doctor. in rub. C. de ſent. quæ pro eo, &c. Quòd ſi eius qui pecuniam accepit hæredes tenentur ſortem reſtituere vna cum intereſſe, proculdubio tenentur defuncti fideiuſſores: quoniam
4 hæres repræſentat perſonam defuncti, & in eum tranſeunt actiones tam actiuæ, quàm paſsiuæ, & omne ius ipſius defuncti, qui cum ad eam teneretur diſſoluta ſocietate, ſi viueret, conſequenter tenentur eiuſdem fideiuſſores, qui cum eo ſe obligauerunt principaliter, & in ſolidum. Ad confirmationem negatur quoque minor; quoniam ſocietas fuit contracta, & deinde diſſoluta per mortem eius qui pecuniam accepit: ſed quia non fuit emptum officium, fructus non debentur.

An ſi mulieres in ſocietate pro aliquo ex ſociis fideiuſſerint, ea diſſoluta poſsint à conſocio creditore conueniri, & contra eaſdem exequi. Q. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres ſi ſimpliciter fideiuſſerint, nullo adhibito iuramento, non poſſunt, diſſoluta ſocietate conueniri per conſocium creditorem ad reſtituendam ſortem.*

2 *Mulier ſimpliciter fideiubens, nullo adhibito iuramento, non poteſt per conſocium creditorem conueniri ad reſtituendam ſortem, diſſoluta ſocietate: ſiue pro viro, ſiue pro extraneo fideiuſſerit.*

3 *Mulier etiam ſi mediante iuramento fideiuſſeris, vi ſtatuti Vrbis non poteſt conueniri.*

4 *Mulier fideiubens pro dote tam danda, quàm reſtituenda obligatur.*

5 *Mulier fiediubens, & Velleiano renuncians, poteſt conueniri.*

6 *Mulier fideiubens ſi conſtet pecuniam in eius vtilitatem ceſſiſſe, tenetur promiſſa adimplere.*

7 *Mulier fideiubens, mediante iuramento, tenetur contractum adimplere: non tamen in Vrbe.*

AD tituli explicationem ponamus caſum, quòd Titius Meuio officiali 200. ſcuta ad ſocietatem dederit ſuper eius officio ad ſex menſes, & deinde ad eorum beneplacitum, &c. qui quidem officialis in fideiuſſores dedit Catherinam, & Flaniam, quæ officialis obligationi accedentes vna cum eo principaliter, & inſolidum ſe obligarunt reſtituere ipſi Titio dicta ſcuta, ſtatim diſdicta ſocietate. Accidit, ſocietatem fuiſſe diſſolutam per mortem ipſius officialis, quæritur an Titius poſsit contra dictas mulieres pro reſtitutione ſortis, atque ideò dictorum ſcutorum 200.

Pro determinatione huius difficultatis eſt primò inſpiciendum, an officialis, pro quo fideiuſſerunt Catherina, & Flauia, ſit

uia, ſit maritus ipſius Catherinæ, vel Flauiæ; vel non; ſed potius extraneus.

Secundò eſt inſpiciendum, quòd aut dicta ſcuta 200. peruenerunt ad officialem, ac ad ipſius vtilitatem, & commodum: vel peruenerunt ad alteram dictarum mulierum, ita vt officialis in huiuſmodi ſocietate nudum tantum nomen habeat.

Tertiò eſt inſpiciendum, quòd aut mulier, quæ recognouit bonam fidem officialis, & dictam pecuniam habuit, illam ad ſocietatem accepit pro maritanda filia; vel pro aliqua alia neceſsitate, vel cauſa.

Quartò eſt inſpiciendum, quòd dictæ mulieres vt ſupra accedentes iurauerunt promiſſa adimplere, & mediante iuramento renunciauerunt Velleiano: aut fideiuſſerunt ſimpliciter, nullo interueniente iuramento, nec facta renunciatione aliqua. His breuiter ſic adnotatis, ſit

Vnica concluſio.

1 SI mulieres ſimpliciter fideiuſſerint; nullo adhibito iuramento, non poſſunt, diſſoluta vt ſupra ſocietate, conueniri per conſocium creditorem ad reſtituendam ſortem. Hæc concluſio patet; quia mulieres regulariter ſunt prohibitæ pro aliis intercedere, ac fideiubere, vt in l. 1. & toto tit. ff. & C. ad Senatuſc. Velleian.

2 Ampliatur hæc concluſio, vt locum ſibi vendicet ſiue mulier fideiuſſerit pro extraneo, ſiue pro viro: quoniam lex generaliter loquitur, & non diſtinguit, & propterea generaliter, atque indiſtinctè eſt intelligenda, l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. atque ideò non poſſunt mulieres conueniri ſiue pro extraneis fideiuſſerint, ſiue pro earum viriſ. Imò multo magis mulier pro viro prohibetur obligari, quia in ſpecie eſt tex. in auth. ſi qua mulier, C. ad Vell. ſiquidem hoc caſu obligatio eſſet ipſo iure nulla, vt per Bart. in l. fin. num. 2. in prin. C. eod. tit. Aret. in §. item ſi in iudicio, num. 5. verſ. aut mulier intercedit, in Inſtit. de except. Paul. de Caſtr. conſ. 41. num. 2. verſ. Bene eſt verum, Surd. deciſ. 164. nu. 12. verſ. Et non obſtat. & alii.

3 Secundò ampliatur, vt vigore ſtatuti Vrbis non poſſint mulieres pro fideiuſſione conueniri, etiam ſi promiſerint, & ſe obligauerint cum iuramento: quoniam per ſtatutum Vrbis lib. 1. cap. 151. mulieres non poſſunt ſe obligare, niſi quibuſdam adhibitis ſollemnitatibus, vt in ſpecie cenſuit Rota in cauſa Romana fideiuſsionis, 13. Maii 1596. coram Seraph. quæ ſolemnitates ſi non adhibeantur, ſtatutum annullat obligationem, etiam ſi fuerit iuramento confirmata, quia iuramentum præſumitur in fraudem, & dolum extortum. Vt ex d. Rota Romana loco citato, & deciſ. 3. ſub num. 19. impreſſa poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. in vna Romana ſocietatis officii, 4. Febr. 1602. coram R.P.D. Penia.

Sic ampliata limitatur primò hæc eadem concluſio, vt locum non habeat vbi pecunia accepta fuerit pro dote tam danda, quàm reſtituenda, & mulieres obligationi officialis acceſſerint, atque adeò fideiuſſerint; nam cùm hoc caſu poſsint fideiubere, vt in l. ſi dotare, & l. fin. C. ad Velleian. & id non obſtante Vrbis ſtatuto, vt habetur ex Put. deciſ. 160. lib. 3. & Verall. deciſ. 199. conſequenter ſit, vt poſsint quoque conueniri ad ſortem reſtituendam, diſſoluta ſocietate. Quod verum tamen eſt, niſi mu-
4 lier pro viro fideiuſſerit; quoniam tunc nec pro dote quidem valeret fideiuſsio, vt per Hond. cum aliis, quos allegat, conſ. 45. num. 23. & 24. lib. 1. & fuit reſolutum per d. deciſ. 3. poſt Zacch. num. 12. vbi quoque, num. 13. id ampliat verum eſſe, etiam quando vir, & vxor ſimul contrahunt, & ſe principales in obligatione conſtituunt, vt per Bald. in d. auth. ſi qua mulier, num. 13. verſ. Quæritur vlterius, & Saly. num. 8. verſ. Quæro vir, & vxor cum aliis ab eodem Hond. relatis d. conſ. 45. num. 19. verſ. Et procedit.

5 Secundò limitatur, vt non procedat, quando mulieres Velleiano renunciaſſent: quoniam talis renunciatio cum ſit de iure valida, vt per Gloſ. & Doctor. in l. 1. C. ad Velleian. & in l. fin. §. fin. ff. eod. per conſequens poſſunt vt ſupra conueniri. Quod verum eſt niſi mulier pro viro fideiubeat: quia in omnibus caſibus, in quibus mulier fideiubens non iuuatur Velleiano; iuuatur tamen ſi pro viro fideiubeat, Bero. conſil. 48. num. 14. prope fin. & habetur in d. deciſ. 3. ſub nu. 7. in fin.

Tertiò limitatur, vbi conſtaret, pecu-

niam

6 niam acceptam ceſsiſſe in mulierum fideiubentium vtilitatem quoniam tunc valeret fideiuſsio, atque adeò conueniri poſſent. Vt habetur per Bald. in d. auth. ſi qua mulier num. 9. verſ. item qui, C. ad Velleian. Non tamen eſt ſatis ſi in Inſtrumento enuncietur, pecuniam ipſam mulieri fuiſſe numeratam; quia non ideò crederetur ceſsiſſe in eius vtilitatem, niſi verè ceſsiſſe probetur, vt habetur ex Rolan. conſil. 64. num. 9. & ſeq. lib. 1. cum aliis, quos allegat. & id manifeſtè colligitur ex d. auth. ſi qua mulier, ibi, *Manifeſtè probetur, &c.* Qui tex. licet loquitur, quando mulier pro viro ſe obligauit; nihilominus ex identitate rationis poteſt extendi etiam ſi pro extraneo interceſſerit, vt patet ex iis, quæ habentur ex Saly. ibidem, num. vlt. verſ. Quæro quid ſi, Ronchegal. in l. reos, num. 26. ff. de duob. reis, Ruyn. conſil. 142. numer. 8. & 9. verſic. ex alio quoque, lib. 1. Panor. conſil. 44. lib. 1. & non obſcurè colligitur ex d. decis. 3. à num. 4. ad 10.

Quartò limitatur prædicta concluſio,
7 vt vim non habeat, vbi mulieres fideiubentes, mediante iuramento ſe obligarunt: quoniam contractus etiam fideiuſſionis à muliere initus iuramento firmatur, vt per Bart. in l. ſi quis, num. 11. verſ. Ideò dico, ff. de fideiuſſor. Quæ quidem limitatio vera eſt attenta iuris diſpoſitione: ſecus autem attento d. ſtatuto Vrbis lib. 1. cap. 151. quod cum prohibeat, mulierem citra certas ſolemnitates donare, cenſetur quoque prohibuiſſe pro marito fideiubere, ne fiat in fraudem donationis à iure damnatæ, vt per Gloſ. in d. auth. ſi qua mulier, C. ad Velleian. Socc. conſ. 23. num. 26. in fin. lib. 4. & Surd. deciſ. 164. num. 11. Et quamuis Doctores prædicti loquantur de fideiuſsione habita per mulierem pro marito, vt vi dicti ſtatuti ſit nulla; nihilominus dictum ſtatutum extenditur etiam ſi mulier pro extraneo fideiuſſerit: quoniam ſimpliciter prohibetur obligari ſine certis ſollemnitatibus, vt ſupra diximus, & colligitur ex d. deciſ. 3. poſt Zacch. num. 19.

An recognoſcens bonam fidem, in quem pecuniæ, & tota ſocietatis vtilitas peruenerunt, poſſit conueniri per ſocium, qui pecunias contulit, non excuſſo officiali. Q. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Recognoſcens bonam fidem, in quem pecuniæ, & tota ſocietatis vtilitas peruenerunt, ſi acceſſit officialis obligationi, & æquè principaliter, & inſolidum ſe obligauit pro reſtituenda ſorte, diſſoluta ſocietate, conueniri poteſt per ſocium, qui pecunias contulit, non excuſſo officiali.*

2 *Recognoſcens bonam fidem ſi acceſſit officialis obligationi, & inſolidum non ſe obligauit pro reſtituenda ſorte, ſed ei indemnitatem tantùm promiſit, diſdicta ſocietate, non poteſt conueniri per ſocium, non exceſſo officiali.*

PRo determinatione huius difficultatis eſt inſpiciendum, quòd, aut recognoſcens bonam fidem acceſsit officialis obligationi, & æquè principaliter, ac inſolidum ſe obligauit pro reſtituenda ſorte diſdicta ſocietate ei, qui eam contulit: aut nullo modo acceſsit, nec ſe obligauit de reſtituenda ſorte; ſed tantùm promiſit, & ſe obligauit ſeruare indemnem ipſum officialem.

Primo caſu recognoſcens bonam fi-
1 dem proculdubio, diſdicta ſocietate poteſt conueniri ab eo qui pecuniam, & ſic ſortem contulit pro ea ſibi reſtituenda, etiam non excuſſo officiali: quoniam reſpectu ſocij, qui pecuniam dedit tam officialis, quàm qui recognouit bonam fidem ſunt rei debendi principaliter, ac inſolidum obligati, vt patet ex ijs, quæ ſupra adnotauimus, quæſt. 12. Eſt tamen verum, quod officialis poteſt quo-

que ab ipſo ſocio conueniri donec ſors fuerit ſibi reſtituta; cùm ex ſua obligatione teneatur: ſiquidem reſpectu præfati ſocii creditoris omnes dicuntur principales, vt per Paul. Caſtr. in l. ſed Iulianus, num. 3. ff. ad Macedon. & patet ex Rota Rom. deciſ. 36. num. 1. & 2. poſt Zacch. tract. de ſociet. offic. in vna Romana pecuniarum, 20. Octobris, 1593. coram b.m. Cardinal. Mellino. Vbi quoque addit, quòd in ſocietatibus officiorum, licèt officialis confiteatur accepiſſe pecunias, quas re vera non percepit, nec ipſi ſolutæ fuerunt; ſed recognoſcenti bonam fidem; non tamen ob id confeſsio redditur ſimulata ad annullandam obligationem: quoniam ob præſumptum officialis mandatum, quòd ſoluantur ei, qui recognoſcit bonam fidem, ſolutio cenſetur facta officiali, licèt cautius fiat, ſi mandatum ſuſcipiatur ab officiali de ſoluendo illi, qui recognouit bonam fidem, vt communiter fieri ſolet.

Secundo verò caſu, quia recognoſcens bonam fidem non ſe obligat vt
2 ſupra cum officiali, ſed ei indemnitatem tantum promittit, non poteſt conueniri ab eo, qui pecuniam, ſeu ſortem contulit ad illam ſibi reſtituendam, diſdicta ſocietate: ſiquidem recognitio bonæ fidei nihil commune habet cum ipſa ſocietate: quia ſocietas non celebratur inter dantem pecunias, & recognoſcentem bonam fidem, ſed contrahitur inter dantem pecunias, & officialem, vt paret ex lectura inſtrumenti ſocietatis, cuius tenorem ad verbum ſupra retulimus quæſt. 3. huius cap. quoniam ſocietas officiorum coiri non poteſt cum non habente officium, vt per Gabr. conſil. 63. numer. 5. per tot. lib. 2. vbi etiam, numer. 7. inquit quoque, quod promiſsio indemnitatis non immutat qualitatem principalis obligationis, nec facit, quòd alias, quam officialis ſit ſocius, etiam ſi recognoſcens bonam fidem, & alij accedant eiuſdem obligationi, & principaliter, ac inſolidum ſe obligent. Etenim quamuis vbi plures obligantur, & pecunia ad vnum peruenit, ille, qui pecuniam percepit dicatur principalis, vt per Gloſ. in l. ſed, & Iulianus, §. ſi interdum, ff. ad Macedon. & in l. vir, & vxor, §. fin. ad Velleian. id tamen intelligitur inter ipſos obligatos, non autem reſpectu creditoris pecuniam ſoluentis; nam reſpectu illius omnes ſunt principales, vt per Aym. conſil. 76. numer. 3. cum alijs cumulatis per Rotam Rom. deciſion. 45. in fin. poſt eundem Zacch. tract. impreſſa, in cauſa Romana ſocietatis, 10. Maij, 1604. coram ſ.m. Cardinal. Ludouiſio poſtea Gregor. XV. P.M.

An accollans ſibi ſocietatem, ea diſdicta poſsit conueniri à ſocio, qui pecuniam contulit, pro reſtitutione ſortis. Q. XX.

SVMMARIVM.

1 *Differentia conſtituitur inter fideiuſſorem, & accollantem ſibi cenſum.*
2 *Accollans ſibi ſocietatem, ea diſdicta, non poteſt conueniri à ſocio, qui pecuniam contulit pro reſtitutione ſortis.*
3 *Accollans ſibi ſocietatem ſe habet ad inſtar eius, qui recognouit bonam fidem.*
4 *Accollans ſibi ſocietatem ſi promittat ſocio, qui pecuniam contulit, & ſe obligauit illi ſoluere fructus, & ea diſdicta reſtituere ſortem acceptam, poteſt conueniri à ſocio pro reſtitutione ſortis.*
5 *Accollas ſibi ſocietatem an eam lucretur per mortem ſocij, qui pecuniam contulit.*

AD tit. quæſtionis explicationem ponamus caſum, quòd officialis, qui centum aureos ad ſocietatem à Titio accepit ſuper eius officio, volens illos dicto Titio reddere, ac ſocietatem diſdicere, à Meuio rogatus dictos aureos centum ipſi mutuauit, qui promiſſit fructus ſocietatis ſoluere, ſortem diſdicta ſocietate, ei qui contulit reſtituere, indemnem ipſum, & ſuos fideiuſſores conſeruare: & officialis ipſe omne onus, & emolumentum ſocietatis mutuatario, ſeu accollanti ſibi dictam ſocietatem ceſsit. Quæritur modo, an diſdicta

diſdicta ſocietate, is qui pecuniam con-
tulit poſsit conuenire mutuatarium
ipſum, qui ſocietatem ſibi accollauit,
pro reſtitutione dictæ pecuniæ, & fru-
ctuum ſolutione, etiam non excuſſo offi-
ciali.

In hac difficultate videtur prima fa-
1 cie affirmatiuè reſpondendum eſſe. Pro-
batur hæc ſententia ex iis, quæ adnota-
uimus in noſtris commentar. ad extra-
uag. Pij V. de cenſib. §. 3. q. 13. ſub num.
28. vbi eam differentiam conſtituimus
inter fideiuſſorem, & accollantem ſibi
cenſum, quòd fideiuſſor regulariter
non tenetur, niſi excuſſo principali: at
is, qui ſibi cenſum accollauit, nulla præ-
uia excuſsione eius, qui cenſum impo-
ſuit, tenetur illum ſoluere: quoniam
accollans ſibi cenſum ſuſcipit onus in
ſe ſoluendi penſiones, & ſubrogatur in
locum venditoris cenſus, vt fuit reſolu-
tum per Rotam Rom. deciſion. 337.
ſub num. 2. poſt dicta noſtra commen-
tar. impreſſa, tom. 2. in vna Romana
cenſus, 27. Ianuar. 1610. coram b. m. Pe-
nia: & deciſ. 191. poſt eadem commen-
tar. in cauſa Senogalienſi prædii, 10. Maii
1615. coram R. P. D. Martino Andrea.
Quod ſi hæc vera ſunt de accollatione
cenſus, idem dicendum videtur de ac-
collatione ſocietatis, cùm militet ea-
dem ratio arg. tex. in l. illud, ff. ad leg.
Aquil.

His tamen non obſtantibus contra-
2 riam ſententiam puto veriorem, vt col-
ligitur ex iis, quæ habentur ex Caſtrac.
de ſociet. offic. cap. 36. num. 6. verſ. Et
prædicta. Etenim is qui pecuniam con-
tulit non contraxit ſocietatem cum
eo, qui ſocietatem ſibi accollauit, ſed
cum officiali cui pecuniam dedit, & ſe
obligauit dando fideiuſſores de ſoluen-
dis fructibus, & reſtituenda ſorte, diſdi-
3 cta ſocietate. Confirmatur, quoniam
is, qui ſibi accollauit ſocietatem ſe ha-
bet ad inſtar eius, qui recognouit bo-
nam fidem erga officialem: ſed is qui
recognouit bonam fidem, & obligatio-
ni officialis non acceſsit pro ſoluendis
fructibus, & reſtituenda ſorte, vt ſupra,
non poteſt compelli ab eo qui pecu-
niam contulit, ad ſoluendos ſibi fru-
ctus, & ad reſtituendam ſortem,
diſdicta ſocietate, vt q. præced. oſtendi-
mus, verſic. Secundo verò caſu. Er-
go eodem modo dicendum eſt de eo,
qui ſibi accollauit ſocietàtem, cùm
non poſsit aſsignari diuerſitatis ratio.

Limitatur tamen hæc concluſio, vt
4 locum non habeat, vbi is, qui ſibi ac-
collauit ſocietatem promiſit ſocio, qui
pecuniam contulit, & ſe obligauit illi
ſoluere fructus, & ea diſdicta, reſtituere
ſortem acceptam; quoniam tunc vi-
gore talis obligationis poteſt conue-
niri, vt patet ex iis, quæ ſupra adnota-
uimus, q. præcedenti, verſic. Primo
caſu, & id etiam ſi Notarius pro dicto
ſocio ſtipulatus fuiſſet, iuxta ea, quæ
habentur ex Caſtrac. d. cap. 46. numer.
9. Imò arbitror, quod ſi ſufficienter
conſtet de huiuſmodi ſocietatis accol-
latione, id ſufficit, vt accollans compel-
li poſsit; ſicut diximus de accollatio-
ne cenſus d. §. 3. q. 13. ſub numer. 28.
dummodo verè, ac concludenter con-
ſtet de accollatione valida, & non per
errorem facta: nec eſt ſatis accollatio-
nis enunciatio per relationem ad aliud
inſtrumentum, vt ibidem oſtendimus.
Etenim quod accollatio ſocietatis li-
citè fieri poſsit latè probat Caſtrac. lo-
co citato. Vbi etiam tractat, an & quan-
do per alienationem officii factam ab
officiali, ignorante eo, qui pecuniam
contulit, vel qui ſocietatem ſi accolla-
uit, debeantur ſocietatis fructus, ſeu
licitè retineri poſsint, & tandem con-
cludit: quòd ſi is, qui pecunias contu-
lit, alienationem ignorauit, fructus ab
officiali exegit, iuſtè eos ſibi retinere
poteſt ex quo fuit in bona fide: non ta-
men officialis ab eo, qui ſocietatem ſi-
bi accollauit fructus licitè percipit, cum
ſit in mala fide: & perceptos tenetur
reſtituere. Sed re vera hæc Caſtrac. opi-
nio ſe habens, quòd ſtante bona fide
eius, qui pecuniam contulit poteſt li-
citè ſibi retinere ſocietatis fructus, no-
bis non probatur, niſi ſit aliqua ratio
intereſſe, ad quod ipſe officialis eo ca-
ſu tenetur: eo quod non adeſt iuſtus ti-
tulus, quo poſsit fructus huiuſmodi
ſuos ſibi facere, vt patet ex iis, quæ nos
adnotauimus in dictis noſtris commen-
tariis, §. 1. q. 17. num. 9.

Et quoniam omne onus, & commo-
5 dum huiuſmodi ſocietatis officialis
tranſtulit id eum qui ſocietatem ipſam
ſibi accollauit, vt patet ex caſu ſupra
propoſito, ſi is qui pecuniam contu-
lit intra ſemeſtre naturali morte de-
cedat, quæritur, an pecuniam ipſam
lucretur officialis, vel potius is qui

ſocietatem ſibi accollauit? Breuiter reſpondetur, pecuniam ipſam eo caſu non lucrari ab officiali, ſed ab eo qui ſocietatem ſibi accollauit: eo quòd officialis ipſe eidem ceſsit omne onus, & commodum præfatæ ſocietatis: qua propter moriente officiali ſicut eius hæredes non tenerentur ſortem reſtituere; ſed qui ſocietatem ſibi accollauit, ita etiam per mortem ſocij, qui pecuniam contulit, durante ſocietate, ſortem lucrari conuenit ab eo qui ſocietatem ſibi accollauit, & non à ſocio: ſiquidem ſecundum naturam eſt, vt eum ſequantur commoda, quem ſequuntur incommoda l. ſecũdum naturam, ff. de regul. iur. & cap. qui ſentit de regul. iur. in 6. Quibus etiam adde, quæ habentur ex Caſtrac. de ſociet. offic. cap. vlt. ſub num. 1. verſ. Rota tamen, & num. 2.

An fideiuſſor conuentus à ſocio creditore inſolidum poſsit agere contra principalem debitorem, pro quo fideiuſsit, & eiuſdem confideiuſſorem. Q. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor conuentus à ſocio creditore, vt poſsit agere contra principalem debitorem, debet habere iurium ceſsionem ab ipſo creditore, aliàs non poſſet agere.*

2 *Fideiuſſor conuentus vt ſupra, mediante ſolutione debiti, & obtenta iurium ceſſione non poteſt agere contra confideiuſſores inſolidum; ſed tantum pro virili portione.*

3 *Fideiuſſor ſoluens ex pecunia principalis debitoris, non poteſt agere contra confideiuſſores.*

1 AD rem hanc breuiter reſpondetur, quòd fideiuſſor conuentus, vt poſſit agere contra principalem debitorem, & ſuos confideiuſſores, debet habere iurium ceſsionem à principali creditore, à quo conuenitur; aliàs non poſſet agere, vt latè ſupra oſtendimus, q. 12. concluſ. 3. limitat. 3. Et ſi mediante ſo-
2 lutione debiti, & obtenta iurium ceſſione vult agere contra confideiuſſores, non poteſt agere contra eos inſolidum; etiam ſi pro ſolido fuerint obligati; ſed tantum pro virili portione, vt in d. concluſ. 3. probauimus. Vndè fideiuſſor agens contra confideiſſores debet demere partem ſuam, vt patet ex ijs, quæ habentur per Gloſ. in l. fideiuſſoribus, ver. Nomina, & ibi Odofr. & Caſtr. ff. de fideiuſ. Bart. in l. Modeſtinus, ſub num. 9. & Cuman. num. 13. ff. de ſolut. Rota Rom. deciſ. 17. ſub num. 4. poſt Zacch. tract. in vna Romana ſocietatum, 24. Febr. 1612. coram b. m. Cardinale Mellino, & deciſ. 18. num. 17. ibidem, & coram eodem, & in eadem cauſa, 5. Decembr. 1612.

3 Eſt tamen verum, quòd ſi fideiuſſor ſoluat ex pecunia principalis debitoris cùm nullum ius acquirat contra confideiuſſores, non poteſt contra eos agere: ſiquidem per ſolutionem pecuniarum principalis debitoris extinguitur debitum, & obligatio fideiuſſorum: & propterea non eſſet valida ceſsio, per ea, quæ habentur in l. omnes, ff. de except. & §. fin. in Inſtit. eod. tit. & excluderetur exceptione cedendarum actionum, quas principalis creditor contra principalem debitorem cedere non potuiſſet, vt fuit reſolutum per Rotam Rom. deciſ. 76. num. 2. poſt eundem Zacch. tract. in cauſa Romana reſolutionis indemnitatis; 26. Iunij 1598. coram b. m. Corduba, & deciſ. 77. ſub num. 1. & 2. ibidem, in eadem cauſa, & coram eodem, 2. Martij, 1598. Imò fideiuſſor ipſe ſoluendo principali creditori, non debet ſoluere tanquam proprium debitum; quoniam aliàs non poſſent exerceri actiones nomine creditoris cui ſoluit: ſiquidem ſolutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio, vt in §. 1. in Inſtitut. quib. mod. tollit. oblig. ſed ſoluere debet vt pretium crediti, vt quia emerit creditoris creditum, vt in l. cùm is, & ibi Bart. Angel. Caſtr. Bald. & Imol. ff. de fideiuſ. & Vincent. de Franch. deciſion. 55. num. 12. Hinc Bart. Angel. Caſtr. Imol. & alij in l. Modeſtinus, ff. de ſo-

de ſolut.dante cautelam, quòd per fideiuſſores non fiat ſimpliciter ſolutio; ſed ematur actio, mediante ſolutione pecuniarum,quæ deſeruiant pro pretio;quam cautelam refert quoque Rota Rom. d. deciſ.18.num.13.cum plur.ſeq.

An fideiuſſor conuentus à principalis creditore ſocietatis diſſolutæ,poſsit contrahere aliam ſocietatem pro ſolutione debiti: & poſtea repetere fructus ſecundæ ſocietatis à principali debitore primæ. Q. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor conuentus à principali creditore ſocietatis diſſolutæ, poteſt contrahere aliam ſocietatem pro ſolutione debiti,& poſtea repetere fructus ſecundæ ſocietatis à principali debitore primæ.*

2 *Fideiuſſor conuentus à principali vt ſupra, vt poſsit repetere fructus ſecundæ ſocietatis contractæ pro ſolutione debiti primæ ſocietatis, debet ſe proteſtare, & declarare quòd ſecundam ſocietatem contraxit pro ſolutione primæ.*

3 *Pecuniæ ſecundæ ſocietatis quòd ceſſerint in ſatisfactionem primæ, non poteſt probari citra declarationem, quòd ſecunda ſocietas fuit inita pro ſolutione primæ.*

4 *Declaratio quòd ſecunda ſocietas fuerit contracta in ſatisfactionem primæ an debeat intimari principali debitori, vt fideiuſſor poſſit repere fructus ſecundæ ſocietatis.*

1 IN hac re videtur prima facie affirmatiuè reſpondendum eſſe per tex.in l. ſi mandato, §. ſi fideiuſſor,& ibi Gloſ. ff. mand.vbi habetur, quod quicquid ſoluit fideiuſſor etiam ſupra ſummam, pro qua fideiuſsit, preſtare tenetur principalis debitor, pro quo fideiuſsit. Ergo in caſu de quo agitur fideiuſſor non ſolum poteſt repetere ſortem à principali debitore, quam ſuo nomine exoluit, ſed etiam fructus ſecundæ ſocietatis, cùm ipſe fideiuſſor eos ſoluat ſocio, à quo accepit pecuniam in ſecunda ſocietate occaſione primæ. Confirmatur; quia principalis debitor promiſit, & in forma Cameræ ſe obligauit ſeruare ipſum fideiuſſorem indemnem, & voluit teneri ad omnia damna,& intereſſe: ergò tenetur reficere fideiuſſori damna, & intereſſe, quæ fuit paſſus ſoluendo fructus ſecundæ ſocietatis contractæ occaſione primæ.

Hæc ſententia re vera vera eſt, dum-
